Legatus uel nuntius apostolicus habẽs potestatem beneficia qualitercunque uacantia & indebite occupata conferrendi potest deuoluta,sed nõ reseruata cõferre.dec.3.n.1.fo.19.eo.ti.ĩ no.

Legatus de latere super pluralitate beneficiorum incompatibilium dispensare non potest.deci.4.n.1. eisdem fol. & tit.in no.

Legatis a latere potestas generaliter data super beneficia non includit beneficia specialiter Papæ reseruata.deci.29. nu.2.fol. 79.de præben.in no.

Legatus licet habeat potestatem recipiendi renũciationes ex causa permutationis ut beneficia reseruata ex huiusmodi causa reseruata tamen conferre non poterit. decis.29. nume. 3. eisdem fo.& tit.

L E G I S uerba debent interpretari taliter ut nullam iniquitatem includant.deci.64.nume.5.fo.71.de appella.in no.

Lex specialis quando prohibet illud quod iure communi prohibitum non erat,sed permissum, & pœnam adiicit contrafaciẽti actus contra prohibitionem factus pœna præstita ualidus est ipso iure.eadem deci.in prin.col.4.eo.tit.in no.

L E G I T I M A dicitur loco alimentorum succedere.dec.1. nu.9.fo.7.de consuetu.in no.

Legitima an tolli possit per statutum municipale.ea.deci. nu. 11.

L E G I T I M A R E inferior a Principe quo ad successionem non potest.deci.1.nu.1.fol.91.qui.fi.sin.le.in no.

L I B E L L A N S in directa si probet in utili an obtineat? deci.2.circa finem fol.26.de alie.iu.mu.ca.fac.in no.

Libellanti licet sufficiat proponere aliquam rem ad se spectare iure Dominii uel quasi oportebit tamen postea aliquam causam ex qua causatur Dominium in processu siue in articulis deducere,& probare alias non posset sequi congrua sententia. deci.7.in fine.fo.47.de proba.in no.

L I B E L L V S debet esse clarus. qui si sit obscurus & durus imputatur actori.deci.8.nu.4.fo.12.de renun.in no.

Libelli uerba non debent esse superflua si possunt aliquid operare.deci.2.circa medium.fo.26.de aliena.iud. mu. ca.fa. in no.

Libellus & articuli in actione iniuriarum etiam ciuiliter intentata debent taliter specificari quod pars certificari, & testes desuper deponere possint.deci.1.nu.1.fo.28.de libe.obla.in no.

Libello oblato in causa criminali etiam ciuiliter intentata concludenti personaliter citatus si comparet respondere tenetur.deci. 2.nu.1.eisdem fo.& tit.

Libellus in quo aliquis dicit rem suam fuisse licet non dicat nũc suam esse procedit.deci.3.nu.1.fo.29.eo.tit.

Libellus sufficit quod ex præsumptionibus procedat.eadem deci.nu.2.

Libellus capit extensionem ex latam interpretationem in fauorẽ libellantis.ead.deci.nu.3.

Libellus ubi non datur litis contestatio necessaria non est.deci.1. nu.1.eodem fo.de lit.contesta.in no.

Libellus si faciet mentionem de aliqua scriptura super qua fundatur intentio libellantis an dicta scriptura reo petenti ante litem contestatam ædenda sit.deci.2.nume.1. fol.46. de proba. in no.

Libellus solam narrationem continens,& nihil concludens nullus est.deci.5.nu.3.fo.52.de excep.in no.

Libellus debet esse clarus alias si obscurus uel dubius existat imputatur actori qui poterat illum declarare.deci.12.nu.4.fo.91. de iu.patro.in no.

Libellus in actione iniuriarum ciuiliter intentata an debeat esse specificus sicut si criminaliter ageretur?deci.1.nume.1. fol.91. de accu.in no.

Libello inepto euidenter non est respondendum nec super eo lis contestanda.deci.10.nu.3.fo.94.de senten. excom.in no.

Libelli ineptitudo ex duobus cognoscitur ex materia & forma materia autem constat ex causa,& re causa facti, & iuris.eadẽ deci.nu.4.

Libelli ineptitudinis exceptio potest opponi quandocunque etiã post sententiam.ibidem.

Libellus accusatoris si non continet locum, & tempus etiam si reus nihil opponat ipso iure nullus est.ibidem.

Libellus in dubio præsumitur aptus & nõ ineptus. ea. deci.in fi.

L I S nunquam finitur nisi per sententiam.deci.10.nu.3. fo.34. ut lit.penden.in no.

Lite non contestata super actione uerbali infra annum agens ulterius non admittitur.deci.2.num.1.fo.92.de iniur.in no.

L I T I S contestatio an in petitione restitutionis in integrum propter lapsum fatalium sit necessaria?decis.3.nu.1.fo.25. de restit.in integ.in no.

Litis contestatio an in causa reductionis ad arbitrium boni uiri sit necessaria?eadem deci.nu.3.

Litis contestatio an requiratur quando in petẽda restitu.in integ. officium iudicis imploratur?eadem deci.circa medium.

Litis contestatio non requiritur ubi contra absentem consuli non potest per missionem in possessionem.eadem deci.in addi.circa medium.

Litis contestatio in restitu.in integ.circa præambula nõ est necessaria.deci.4.nu.1.eisdem fo.& titu.

Litis contestatio in causa restitu. in integ. principaliter intentata præcludit uiam cognitionis præambulæ de lesione seu iniustitia sententiarum aduersus quas petitur restitutio.decis.7.nu.1. fo.26.eodem tit.

Litis contestatio in causa appellationis interpositæ a diffinitiua an & quando sit necessaria?deci.1.n.1.& 4.fo.29.de lit. conte. in no.

Litis contestatio an semper sit in causis necessaria? ea. decis.nu.2.

Litis contestatio inducitur ex responsione narratis in libello licet non petitioni nec ualet protestatio in contrarium. decis.2.nu.1. eisdem fo.& titu.

Litis contestatio quibus uerbis fit.ibidem.

Litis contestatio non inducitur ex responsione facta libello non habenti conclusionem nisi essemus coram Papa cuius præsentia supplet omnem defectum.ibi.in addi.

Litis contestatio dicitur ab animo rei dependere. ead.deci. nu.4.

Litis contestatio non requiritur ubi summariæ proceditur.dec.3. nu.2.eis.fo.& titu.

Litis contestatio non est necessaria cum agitur ad declarandum quem incidisse in canonem latæ sententiæ per iniectionem manuum in clericum.eadem deci.per tot.

Litis contestationi, & aliis substantialibus iudicii necessario seruandis renuntiare non potuerunt partes.deci.4.n.1.eisdem fo. & titu.

Litis contestatio non est necessaria ubi de nullitate processus, uel sententiæ agitur ex actis colligibili.dec.5.n.1.eisdem.fo. & tit. in no.

Litis contestatio inducitur per responsionem factam ad libellum partem ipsius confitendo,& partem negando.deci. 6.nu.1.fol. 30.eodem titu.in no.

Litis contestatio nihil aliud est quam simul testatio siue mentis declaratio uolentium litigare.eadem deci.nu.2.

Litis contestatio an in secunda instantia sit necessaria?deci.7.nu. 1.eisdem fo.& titu.

Litis contestatio an coram iudice grauaminis sit necessaria si coram iudice a quo facta non fuerit?eadem deci.nu.2.

Litis contestatio requiritur ubi agitur. possessorio.decis.2. in fine. fo.36.de restitu.spoliato.in no.

Litis contestatio facta mætu communicationis de quo fuit pro se statum an ualeat?deci.10.num.1.fo. 94.de senten. excommu. in no.

L I T E R I S episcopi suo sigillo sine notarii,& testiũ subscriptione creditur in his quæ spectant ad suum officium. deci.1. nu.1.fol.46.de proba.in no.

Literis episcopi non creditur contra impetrantem apostolicum. eadem deci.nu.2.

Literis episcopi in causa ꝓpria fides nullatenus est adhibẽda.ibi.

rocurator

Procuratori sub stricti iuris [illegible] de persona ad personam [illegible] xl. [illegible] fol. 35. [illegible] limitat

Rector in dimēbratione alicuius ecclesiæ seu bonorum eiusdem per aliquem legatum de latere facieda uocari debet & causæ ueritas expresse uera esse debet, tractatus, & alie solemnitates iuris sunt seruandæ. deci. 1. nume. 1. fol. 85. de re eccle. non ali. in no.

REGVLA a minori uel pari non habet locum in beneficialibus. deci. 2. nu. 7. fo. 13. de fil. præsby. in no.

Regula dolo petis non uendicat sibi locum in petitorio. deci. 16. in fine. fo. 38. de resti. spolia. in no.

REMEDIVM ordinarium quandiu superest non est recurrendum ad extraordinarium. deci. 34. nu. 2. fo. 65. de appella. in no.

Remedium extraordinarium quam diu superest ordinarium nō est concedendum si pari passu utrūque ambulat. deci. 62. nu. 2. fo 71. eodem tit. in no.

REMISSIO pro instrumentis producendis non datur sed bene pro signis, & sigillis recognoscendis. dec. 6. num. fo. 47. de proba. in no.

Remissio licet pro dilatoriis exceptionibus, & aliis præambulis uel incidentibus uel emergentibus in causa regulariter non detur extra curiam tamen pro exceptionibus peremptoriis ut puta contra testes uel alias bene conceditur ad partes. ibidem.

Remissionis litera postquam est bullata auditor sine noua commissione procedere non potest. decis. 4. nume. 1. fol. 49. de testi. in no.

Remissio in secunda instantia licet noui articuli dentur non est iterato concedenda. deci. 16. n. 1. fo. 50. eo. ti. in no.

Remissio ubi articuli aliqui per testes aliqui per scripturam sunt probandi conceditur secus ubi articuli uenirent probandi, per scripturam. deci. 17. eisdem fol. & titu.

Remissione decreta in prima instantia pro articulis admissis an si pars negligens fuerit in prima instātia possit in secunda uti, & illam prosequi. deci. 20. eisdem fo. & tit.

REMISSORIA non datur ad partes super attentatis, sed datur terminus ad probandum in curia. deci. 4. n. 3. fo. 33. ut lit. penden. in no.

RENVNCIANS liti & causæ & beneficio tenetur ad fructus perceptos si possessionem facto non dimiserit. deci. 1. n. 1. fo. 11. de renun. in no.

Renuncians liti, & causæ non censetur iuri sibi competenti renūciare. deci. 3. nu. 1. eisdem fo. & titu.

Renuntiantibus iuribus suis non datur ad illa regressus. decis. 4. nu. 2. fo. 12. eodem titu.

RENVNTIARI futuræ successioni per pactum iuramento uallatum an possit? deci. 1. nu. 8. fo. 8. de consue. in no.

Renuntiare liti, & renuntiare iuri, differunt. deci. 3. num. 1. fo. 11. de renun. in no.

Renuntiare quilibet potest iuri, siue priuilegio sibi concesso. deci. 10. nu. 2. fo. 20. de procu. in no.

Renuntiari iuri in fauorem sui introducto cuicunque licet. decis. 32. nu. 3. fo. 64. de appella. in no.

RENVNCIATIO litis fieri debet coram proprio auditore causæ alias non ualet. deci. 3. n. 1. fo. 11. de renun. in no.

Renunciatio tituli non ualet nisi fiat in manibus ordinarii collatoris aut Vicecancellarii, uel alterius de speciali mandato Papæ. ibidem.

Renunciatio facta absente parte an teneat? ibidem.

Renunciatio beneficii reseruati facta in manibus ordinarii obstat agenti petitorio, uel possessorio quamuis Papa eandem renunciationem non admittendo posset renunciantem in petitorio annullare. deci. 4. nu. 1. fo. 12. eodem ti.

Renunciatio spontanea licet non admissa obstat repetenti uel agenti petitorio, seu possessorio ibidem.

Renunciatio metu facta uenit rescindenda. deci. 5. nu. 1. eisdem fo. & tit.

Renunciatio beneficii debet esse uoluntaria alias non ualet. eadem deci. nu. 2.

Renunciatio expressa, & tacita differunt. deci. 15. nu. 4. fol. 18. de offi. delega. in no.

Renunciationem ille recipit qui potest ipsum renunciantem inuitum restituere. deci. 7. nu. 1. fo. 27. de iud. in no.

Renunciatio primi debet præcedere collationem secundi beneficii. deci. 12. nu. 3. fo. 55. de re iudi. in no.

RESCRIPTVM primum ad hoc ut reuocetur per secundum est necesse quod fiat mentio expressa de primo, & de contentis in ipso. deci. 6. nu 2. fo. 2. de rescrip. in no.

Rescriptum impetratum per clericum cōtra laycos absque clausula, & quosdam alios non comprehendit religiosos non nominatos in ipso. deci. 8. nu. 1. eisdem fo. & tit.

Rescriptum an comprehēdat uigore clausulæ, & quidam alii in ipso appositæ personas maiores expressius, eadem deci. nu. 2. eisdem fo. & tit.

Rescriptum cum clausulis generalibus an extendatur ad controuersiam ortam post impetrationem. deci. 18. nume. 2. fol. 3. eodem titu.

Rescriptum contra legem quo casu sit ualidum? decis. 32. nume. 2. fol. 6. eodem ti.

Rescriptum citius uiciatur ex falsa expressione quam taciturnitate eadem deci. nu. 5.

Rescriptum licet sit subrepticium tamen per illud datur iurisdictio cum ope exceptionis sit annullandum. deci. 13. n. 2. fo. 17. de offi. deleg. in no.

Rescripta non extenduntur ad futuras causas. deci. 32. nu. 1. fo. 23. de procu. in no.

Rescripti uerba sæpe impropriantur in libello siue modo postea agendi. deci. 2. nu. 4. fol. 26. de aliena. iu. mu. ca. fac. in no.

Rescripti impetratio non est actus iudicialis, sed est extraiudicialis. deci. 6. nu. 2. fo. 27. de iud. in no.

Rescripta sunt stricti iuris nec extenduntur ad casus in eis nō expressos. deci. 19. nu. 3. fol. 32. de posses. & proprie. in no.

Rescriptum potius in dubio interpretari debemus ut ualeat quā pereat. eadem dec. in fine.

Rescriptum personale non transit ad alias personas quam in eo expressas. deci. 10. nu. 1. fol. 34. ut lit. pen. in no.

Rescriptum an censeatur extinctum altero collitigante mortuo. ibidem.

Rescripta sunt perpetua. decis. 3. nume. 5. fo. 40. de dol. & contu. in no.

Rescriptum super futuris appellationibus, seu causis impetratū non ualet. deci. 2. nume. 1. fo. 52. de except. in no.

Rescriptum gratiosum per quod alteri præiudicium infertur nō ualet nisi de primo mentionem faciat. deci. 12. nu. 2. fol. 55. de re iudi. in no.

Rescriptum commune esse censetur. decis. 7. in princi. fol. 60. de appella. in no.

Rescripto obtento per actorem poterit cum suis qualitatibus reus uti. deci. 32. n. 1. fo. 64. eodem tit. in no.

Rescriptum subreptitium dat iurisdictionem. deci. 60. n. 2. fo. 70. eodem titu.

Rescriptum sine mandato speciali impetratum est nullum. deci. 61. nu. 1. eis. fo. & ti.

Rescriptio potest reus uti contra ipsum impetrato etiam inuito impetrante, & etiam secundum aliquos ante præsentationem. ibidem.

RESERVATIO papalis inficit titulum, & possessionem. deci. 3. nu. 1. fo. 36. de resti. spolia. in no.

Reseruatiuus apprehēdens possessorium beneficii per alium etiā iniusto occupati cadit in pœnam, C. eum qui de preben. in 6. eadem deci. nu. 2.

Reseruatiuus non potest propria auctoritate possessionem beneficii per alium detenti apprehendere, & detentorem eiicere, quātumcunque notorie ius non habentem. ibidem.

Reseruatio beneficii licet impediat collationem ipsius tamen non impedit resignationem. decis. 1. numer. 3. fol. 85. de re. permu. in no.

Reseruatio Papæ afficit beneficium super, & de quo, & inficit totum quicquid disponitur in contrarium. ibidem.

RESIGNATIO beneficii facta pro liberando fratre e carceribus an teneat? deci. 7. nu. 1. fo. 12. de renun. in no.

Resignationem recipere est iurisdictionis uoluntariæ. deci. 6. nu. 1. fo. 87. de re. permu. in no.

Resignatio facienda est in manibus illius qui potest inuitum destituere. deci. 6. prope med. fo. 87. eodem ti. in no.

RESTITVTIO aduersus treis sententias cōformes nō est danda nisi prius constet de iniustitia alicuius earūdem. deci. 1. nu. 1. fo. 25. de resti. in inte. in no.

Restitutio in integrum aduersus treis sententias diffinitiuas quadriennio præscribitur computando a die sententiæ ultimæ, & quid si petatur aduersus probationes ommissas in prima instantia. deci. 2. nu. 1. eisdem fol. & titu.

Restitutio in integrum propter lapsum fatalium an requirat litis contestationem, & quid si super restitutione officium iudicis principaliter intentetur? deci. 3. nu. 1. eisdem fo. & tit. in no.

Restitutio aduersus fatalia incidenter & non principaliter petitur. ibidem.

Restitutio ubi per uiam principalis petitionis petitur requiritur contestatio

cōtestatio litis secus si incideret super occursis in iudicio quia non proceditur tunc ordine.ibidem.
Restitutio ad appellandum non requirit litis cōtestationem, deci.4.num.1.eisdem fo.& titu.
Restitutionē ad appellandum petens a sententia diffinitiua quæ alias transiuit in rem iudicatam debet probare ultra impedimēta aliquid de iure suo,& lesione.decis.5. nu.1.eisdem fo.& tit.
Restitutionem petenti aduersus treis sententias latas pro possessore non præstatur cautio pro expensis a uictore. decis.6. nu.1. eisdem fo.& ti.
Restitutio liberi hominis nisi titulus probetur denegatur. deci.2. nu.2.fo.36.de resti.spolia.in no.
Restitutio in causa matrimoniali non datur nisi docto de titulo. ibidem.
Restitutio est deneganda quando constat de non iure agentis.de ci.16.n.1.fo.38.eodem titu.
Restitutio ad appellandū coram iudice ad quem & non a quo petenda est.deci.2.circa finem fo.4.de dol.& contu.in no.
Restitutio in criminalibus denegatur.deci.2.n.2.fo.44. de sequestra.posse.& fruc.in no.
Restitutio ad appellandum a diffinitiua quæ transiuit in rem iudicatam non petitur per excōmunicatum nisi in causa matrimoniali,& beneficiali.deci.7.nu.1.fo.53.de excep.in no.
Restitutio aduersus sententiam non conceditur quandiu quis appellare potest.deci.34.nu.1.fo.55.de appella.in no.
Restitutio ad appellandum leuius conceditur quam aduersus sententiam.deci.51.circa medium.fo.68.eo.tit.in no.
Restitutio ad appellandum non conceditur illi qui appellationem extraiudicial ter interpositam non est prosequutus, & ob id in eius contumaciam lata fuit sententia nisi doceret de suo interesse.deci.53.in fi.fo.69.eo.ti.in no.
RESTITVTVS ad appellandum a die restitutionis infra decemdium debet appellare.deci.62.num.1. fo.71. de appella.in no.
RETRACTARI non debet quod est factum legitime. deci.58.nu.4.fo.70.de appella.in no.
REVS actore non ueniente potest,& debet absolui ab instantia iudicii præmisis tribus citationibus.deci.3.nu.1. fo.40. de dol.& contu.in no.
REO in causa prophana dantur quadraginta dies actori triginta ad ponendum & articulandum. deci.2.nu.4.fo.44.de sequest.poss.& fru.in no.
Reorum est fugere,actorum instare. decis.2. circa finem. eisdem fo. & titu.
Reorum partes sunt fauorabiliores quam actoris.ibidem.
Reus,& possessor de cuius non iure constat contra reseruationē tam in personam quam in gratiam potest dare obiectus ad effectum absolutionis reportandæ non autem adiudicationis.deci.4.nu.1.fo.54.de re iudi.in no.
Reus non est a possessione sua expellendus sed potius ab impetitione actoris absoluendus ubi de non iure actoris constat licet reus nullum ius habeat.eadem deci.nu.2.
RIGOR iuris ex rationabili causa sæpe ommittitur.deci.1. nu.4.fo.14.de biga.in no.
Rigor iuris scriptus æquitati præfertur. decis.1. in fine.2.col.fol. 86.de re.permu.in no.

SCIENTIA certa Principis an proprio motu in literis non expresso uitium surreptionis excludat. decis.6. nu.1.fo.74.de præben.in no.
Scientia certa idem operatur quoad clausula non obstante.ibidē.
SCRIPTVRAM esse de essentia legis dicere non est peccatum.deci.1.n.2.fo.1.de constitu.in no.
Scriptura autentica in aliquo libello mentionata ante litis contestationem est ædenda.deci.2.nu.1.fo.46.de proba.in no.
SENEX uidelicet octogennarii ualetudinarii a personali cōparitione excusantur.deci.9.nu.1.fo.28.de iudi.in no.
SENTENTIA lata cū primo procuratore reuocato per constitutionem alterius,si reuocatio ad notitiam ipsius,uel iudicis peruenerit est nulla.deci.2.nu.1.fo.19.de procu.in no.
Sententiæ uerba in cuius persona sint cōcipienda.ibidem in fine.
Sententia absolutoria pro absente ferri potest.deci.10.n.3.fol.20. eodem titu.
Sententia quomodo sit cōcipienda contra defensorem admissum pro inquisito citato per ædictum ut sit per inquisitionē &c. beneficio priuetur.deci.35.nu.2.fo.23.eodem tit.
Sententia ultima finem imponit liti,& succedit loco primæ,deci. 2.nu.3.fo.25.de resti.in integ.in no.
Sententia super nullitate processus lata uim diffinitiue habet. deci.5.nu.2.fo.30.de lit.contest.in no.
Sententia a non suo iudice notoriæ lata uel quæ continet intollerabilē errorem sine difficultate,& ordine est relaxanda etiam si error uel iniquitas colligi posit ex actis.ibidem.
Sententiæ tres conformes in possessorio ante ingressum petitorii sunt plenæ executioni mandandæ.deci.20. circa med.fol.32. de cau.posse.& proprie.in no.
Sententia reuocatoria attentatorum uim diffinitiuæ habet. deci 1.nu.1.fo.33.ut lit.penden.in no.
Sententia interlocutoria uim diffinitiuæ habens non regulatur secundum terminos clem. appellanti secus quoad effectum.C. cordi.eadem deci.nu.2.
Sententia super attentatis quando dicatur uim diffinitiuæ habere.eadem deci.nu.3.
Sententia iuris non minus efficaciæ est quam sentētia hominis & agenti etiam possessorio obstat utraque.deci.3.nu.5. fol.36.de resti.spolia.in no.
Sententia iuris in quo differt a sententia hominis, eadem decis. nume.5.
Sententia super proprietate an tollat etiam possessionem.ibidem.
Sententia est actus iuris ciuilis.eadem decis.nu.6.
Sententia in inuitum fertur.eadem deci.in fine.
Sententia debet esse certa,& clara.deci.4.nu.2. fo.37. eodem tit.
Sententia in accessoriis generalis ferri potest quæ coram executore postea uenit declaranda.ibidem.
Sententia pro spoliato lata super possessorio antequam procedatur in petitorio est plenæ executioni,mandanda, secus si sit lata pro spoliante..deci.1 .nu.1.fo.38.eodem tit.
Sententia ab instantia iudicii dicitur interlocutoria.decis.3.nu.3. fol.40.de dol.& contum.in no.
Sententia habens uim diffinitiuæ regulatur secundum taxationem uti diffinitiua.deci.5.nu.1.eisdem fo.& titu.
Sententia super attentatis est executioni.demandanda antequam de principali cognoscatur.ea.deci.in fine.
Sententia quæ ex nouis actis reuocatur an excuset a cōdemnatione expensarum factarum in secunda instantia,& quid si ex eisdem.deci.10.n.1.fol.41.eodem titu.
Sententia diffinitiua non potest contra non citatum non confessum aut non conuictum promulgari.deci.17.num.2.fo.42.eodem titu.
Sententia restitutionis non fertur nisi probato uel exhibito titulo colorato.deci.7.nu.3.fo.47.de proba.in no.
Sententia inter alios lata regulariter possessori non præiudicat.deci.14.nu.1.fo.48.eodem titu.
Sententia lata inter aliquos non debet tertio præiudicare quo ad actionem uel exceptionem pariendi, & quid quoad possessionem.deci.15.nu.3.fo.48.eodem ti.
Sententia interlocutoria parte absente lata etiam non contumace ualida est.deci.8.nu.2.eo.fo.de testi.in no.
Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam,& in ipsa exuberat officium iudicis. deci.7.in fi.fol.53.de excep. in no.
Sententiæ treis latæ super attentatis sunt ante omnia executioni mandandæ antequam ueniatur ad negocium principale.dec. 2.nu.1.fo.54.de re iudi.in no.
Sententia absolutoria sed non adiudicatoria ferri potest pro reo excommunicato absente, & per procuratorem se defendente. deci.7.nu.1.fo.55.eod. titu.
Sententia in causa beneficiali non transit in rem iudicatam quin docto de errore reuocari non posit sicut in causa matrimoniali.deci.16.circa finem.fo.56.eo.titu.
Sententia diffinitiua uel habens uim diffinitiuæ lata contra citatum ad audiendum uoluntatem domini auditoris non ualet deci.17.nu.1.eisdem fol.& titu.
Sententia diffinitiua proferri debet in scriptis quæ probari potest per testes.deci.19.nu.1.fo.57.eodem titu.
Sententia super desertione appellationis a diffinitiua uel peremptoria exceptione habet uim diffinitiuæ secus ab interlocutoria.deci.21.eisdem fo.& tit.
Sententia interlocutoria super peremptoriis exceptionibus lata habet certas suas executiones, & effectus magnos. eadem deci.circa finem.
Sententia lata contra non legitime citatum est ipso iure nulla. deci.22.nu.1.eisdem fo.& titu.
Sententia interlocutoria lata parte non uocata licet sit iniusta ab ea non exititerit appellatum ualebit,& tenebit. eadem deci. nume.2.

SVCCES-

FINIS.

DECISIONES DOMINORVM DE ROTA, QVAS NOVAS APPELLANT.

IN nomine domini Amen. Anno natiuitate eiusdē Millesimo tricētesimo septuagesimosexto. die mercurii. x x x. mensis Ianuarii Pontificatus domini Gregorii Pape.xi. Anno sexto. De mandato & uoluntate & unanimi cōsensu omnium dominorum meorum coauditorum sacri palacii Apostolici pro tunc in Rota sedentium. uidelicet Roberti de Strattoñ. legum. Arnoldi Terreni decretorum. Galhardi de Noua ecclesia decretorum. Ioannis de Vayrolijs legum. Nicolai de cremona decretorum. Petri Cambonis decretorum. Egidij Bellemere utriusque iuris. Berandi de Alamo legum. & Ioannis de Amelia legum professorum. sedentium etiam tunc in Rota cum dictis dominis Auditoribus Et consentiente Reuerendo in Christo patre domino Bertrando Episcopo Pamphiloneñ. legū doctore olim prædicti palacij causarum. tunc uero Contradictarum audientie domini nostri Pape Auditore. Ego Guilhelmus Horbort Alamanus decretorum doctor minimus & inter dominos meos Auditores minor. conclusiones seu determinationes aut decisiones infrascriptas quorundam dubiorum in quibus finaliter omnes uel maior pars dominorum meorum prædictorum & aliorum postea sit peruenientium remanserunt ad perpetuam rei memoriam cepi colligere & scribere. continuando usque ad Annum domini. MCCCLXXXI. ad mensem Maij. Et hoc sub correctione & emendatione omnium dominorum meorum prædictorum & aliorum superuenientium & melius sentientium.

DE CONSTITVTIONIBVS.

Summarium.

Constitutio siue statutum canonicorum & capituli potest probari per testes quia scriptura non est de esse siue substantia legis uel constitutionis.

Epithome.

1 Constitutio & statutum possunt probari per testes.
2 Scripturam esse de essentia legis dicere non est peccatū.
3 Antiqua facta melius probantur per scripturam quam per testes.

Decisio. I. alias.246.

1 COnstitutio† *siue statutum canonicorum siue capituli potest probari per testes. quia scriptura non est de esse siue substantia legis uel constitutionis* ut.xxv.q.ij. c.institutiōis. & de iure iurā. c.i in fi.i. respō. li. vi. & de renū. c.i. eo. li. Licet Io.an.in mercu. in regula. nemo potest. ad impossibile. pertractando quest. prædictam. Et multas solutiones ponendo.
2 Et inter alias Pe. de bell. pert. dicentis. non esse peccatū † dicere q scriptura sit de esse legis. per. l. humanū. C. de leg. dicit, dictū Pe. habere multū eqtatis. Et dicit q si princeps esset necessitatem scripture imponeret constitutionibus inferiorum ita q aliter facte non ualerent. nisi de scripto promulgarentur. Et respondet ad iura primo introducta. tamen aliqui domini dixerunt q si statutum esset antiquum & de longinquissimo tempore quod nisi esset redactum in scripturam difficulter probaretur nam
3 † huiusmodi antiqua facta melius probantur per scripturam quam per testes propter labilem hominum memoriam. prout le. & not. de proba. tertio loco. & .c. cum causam. de fi. instru. cum Io. c. cum P. ad istam materiam uide Archid. i. distinct. c. lex scripta.

*Constitutio add. Dec. s. infra de prob. in an.

*Constitutionis adde quia ad esse eius nō est necessaria scriptura de quo late per Abb. Fely. & Phylip. Dec. in rub. de consti. casus in quib. scriptura requiritur enumerantur per glo. in uerb. in scriptis in.c.i. de cens. li. vj.

DE RESCRIPTIS.

Summarium.

Impetrans exprimere debet certum modum uacationis ex certa persona & tunc clausula seu alio quouis modo comprehendit omnem modum ex dicta persona prouenientem nisi apponatur uel ex alterius cuiuscunque persona.

Epithome.

1 Beneficia multifariam uacare possunt.
2 Clausula seu alio quouis modo respiciat personam duntaxat expressam.
3 Prouisio & mandatum de prouidendo de certo beneficio uacante æquiparantur.
4 Clausula seu alio quouismodo omnes modos uacationis sed non qualitates modorum concernit.

Decisio. I. alias.28.

1 SI mādetur† alicui prouideri de certo beneficio certo modo uacāte. puta per constitutionem. execrabilis. adiecta clausula *seu quouis alio modo uacauerit si non uacet prædicto sed alio modo. puta per cōstitutionē. c. de multa. uel per non promotionē ad ordinē pbratus. ut in c. licet canō. de elec. li. vi. uel per contractum matrimonii. ut in. c. i. de ele. coniuga. uel per ingressum religionis. de regula. c. beneficium. li. vi. fuit dubitatum utrum de dicto beneficio sic alio modo quam expresso in gratia uacante possit prouideri impetranti. Super quo domini erant uarii propter. c. susceptum. de rescript. lib. vi. per quod. c. aliqui domini declinaaut in partem negatiuam. quia uno modo expresso non uenit alius ut ibi. ar. c. nonne. de presump. hoc uerum nisi aliud appareret de intentione mandantis. ut in d. c. susceptum. i. respon. puta quia papa mandat alicui prouideri de beneficio uacante per resignationem. uel alio quocunque modo
2 uacauerit. † tunc enim secundum Io. an. ibidem uenit omnis aliusmodus uacandi. & hoc propter. clausulam antedictam. pro quo allegat ipse. c. cum aliquibus. in fi. & .c. duobus. in fi. eo. ti. & .c. si motu proprio. de preben. eo. li. Cuius opinio indubitanter est uera & seruatur in omni uacatione contingenti per eandem personam nam prædicta clausula seu quouis alio modo respicit omnem modum uacandi per eandem personam. Secus si per diuersas * secundū Lap. ibidem licet do. Io. cal. in quadā

Clausula adde Egi. deci. 610. & in an. eo. ti. deci. 14. & de concess. prebē. sed & intra eo. ti. dec. 17. doc. in c. suscep. tū de rescrip. lib. vj. Genui. con. 79.

*Per diuersas

adde ꝙ ad tollendum istam difficultatē hodie in supplicatione & literis apponitur clausula uel ex alterius cuiuscunque p̄sonæ ut infra in additiõe exprimitur.

sua quæstione. quæ incipit Papa contulit. tenuerit disputando omnem modum uacandi uenire. etiam per aliam personam sub clausula antedicta. Ratio sua primo fuit hæc. quia prædicta clausula omnem modum uacandi includit secundum clarum intellectum & competentiorem eum facit: quia clausula non adiicitur ad subiectum restrictum sed generaliter, & plus imprimit relatio generalis: maxime cum hæc desiunctiua coniunctio terminum præcedentem non repetat saltem restrictiue & uniuersaliter in uno solo supposito uerificatur. Et quia mens uerbis non repugnat quæ omnia copiose fundat per iura multa. Et ad rationes omnes in contrariũ allegatas respondet. cuius opinionē do. Egi. intellexit & uerã putauit in beneficio iam uacante. de quo prouidetur uel prouideri mandatur per papam. nam non potuit uidere qua ratione hoc casu recedendum foret a propria significatione uerborum. Consentit tamē bene ꝙ opinio. Lapi. quam seruat palatium. locum sibi uendicat in beneficio nondum uacãte. de cuius uacatione certa speratur in certam personam. puta mandatur prouideri alicui de certo beneficio cum illud uacare contigerit per assecutionem pacificam alterius beneficii uel per contractum matrimonij uel quouis alio modo. Nam tunc secundum eum. quia ad illam personam solum papa habuit respectum solum intelligitur de illa. ar. c. p. & g. & c. cũ olim. de offi. dele. & plus facit secundum eum quædam ratio ab extrinseco sumpta quam ius aliquod positiuũ. puta clausula uel alio quouis modo fuerit introducta ad tollendum fraudes quas propter. c. susceptum antedictum inueniebant obtinentes beneficia quæ sperabant uacare contra impetrantem. quæ fraus cessat si uacet per aliam personam. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vi. tri. & ole. le q̃ allegatio. pro dicta opinione non ponit uerbũ alio secũdum ipsam Reuera salua reuerentia tanti patris & domini mei. ego non uideo differentiam inter casum & casum nam siue de uacanti. siue de uacaturo prouideatur siue prouideri mandetur: loquor de certo beneficio: semper exprimitur certus modus uacandi per certam personam & utrunque casum exprimit papa. in. c. susceptum. si recte inspiciatur. nam in primo Resp. mandatur prouideri de certo beneficio certo modo uacante in certam personam. In secundo casu loquitur de uacaturo. in quo casu raro uidi poni clausulam seu alio quouis modo. Sed si poneretur credo idem quod in primo casu. quia non uideo rationem diuersitatis. Sed credo rationem utrobiq; uniformē. ergo idem ius. de transla. c. inter corporalia. cũ si. Est tamen quædam regula siue ordinatio in cancell. domini urbani pape. v. declarata per dominum Gre. xj. q̃ facit pro & cõtra in. quæst. nostra. Ordinatio uero urbani stat sic. Si petatur alicui de certo beneficio prouideri & in supplicatione super hoc signata non fiat mentio de reseruatione. ꝙ licet impetrans huiusmodi habuerit & producat reseruationem de beneficio antedicto. literæ super hoc conficiendæ nõ expediantur cum narratione reseruationis eiusdem. sed cum clausula. si non fuerit alteri ius quæsitum mandabitur sibi prouideri. Dominus noster Gre. non uult ꝙ stilus præfatus seruetur tempore suo. quia quando prouidet uel prouideri mandat. intentio sua est prouidere: quocunq; modo ad ipsum pertineat nisi esset generaliter reseruatum. quia tunc non intēdit prouidere uel mandare prouideri. nisi in supplicationibus de generali reseruatione fuerit facta mentio. & illa generalis reseruatio fuerit specificata. Ex qua regula concluditur nullam fore differentiam inter prouisionem fa-
3 ctam uel mãdatum *† de prouidendo certi beneficii uacantis apparet etiam omnem modum uacandi includi uno excepto uidelicet generali reseruato. quæ reuera nõ respicit modum uacationis sed potius modum affectionis beneficii siue pertinentiam collationis. & ideo meo iudicio modicum faciunt prædictæ regulæ ad propositum Fuit igitur conclusum per omnes opi. Io. an. & La. fore tutiorem & sic eligendam & seruandam & hactenus sic fuisse obseruatum in rota. ar. c. iuuenis. de spon. cum si. uide aliam similem infra Sub numero. 141.

* Mandatum adde ꝙ si duobus in una ecclesia & uni papa p̄uideat alteri uero mandet prouideri præfertur prouiso a papa c. si duob. de rescrip. lib. vj.

Additio uide hic quid operetur clausula quouis alio modo in literis apostolicis apposita. & dic ꝙ concernit omnes modos uacationis sed non personas. Et ideo si impetratur beneficium ut uacans per mortem ticij uel quouis alio modo non haberet illud si uacat per mortē alterius. Et idem si dixit per mortem ticij qui decessit in tali loco & tali die. Nam si alio loco & alio die obijt beneficium similiter non habebit propter specificationem quam fecit. nam ut dicit Lap. mors ticij non est mors alterius. nec mors uno loco & tpe est mors alio loco & tpe sed mors est modus uacationis. dicta ergo clausula quouis alio mõ, modos oẽs uacationis concernit sed non concernit qualitates modorum. & ideo uolens caute impetrare debet dicere per mortem ticij uel quouis alio momo. uel cuiusuis alterius uel quouis alio tempore & loco. Sed tu dices. c. susceptum. solum exprimit de modo uacationis. quo casu falsa expresio uiciat. nisi adiungatur clausula quouis alio modo. sed locus & tempus sunt qualitates adiectæ: quarum expresio non requiritur nec reperitur hoc iure cautum ꝙ illarum falsa expresio uiciet uel ꝙ sit necessaria. Dic ergo ꝙ clausula quouis alio modo non concernit omnem modum uacationis & qualitatem adiectam quæ est modus modi. cum modus sit quædam qualitas. ff. de transac. l. cum hij. §. modus. C. de hijs quæ sub modo per totum. & in. c. uerum. de condi. appo.

ADDITIO.

Alio. adde ꝙ uerbum alius est relatiuum præcedentium cum eadem qualitate & ex suo proprio significato implicat similia Fely. in c. sedes de rescrip. in uersi. dictio alius nu. 6. & quando huic dictioni præponitur nomen uniuersale importat maiora expressis ita glo. not. secundũ Io. de. Im. in Cle. prima in uerb. quamuis de re iud. Sed habes contrariam glo. in l. si fugiuiui C. de ser. fug. quæ dicit alia scilicet simili uel extraordinaria tu dic ꝙ glo. in d. Cle. i. procedit regulariter nisi materia subiecta aliud importat & hoc modo intelligas glo. in d. l. si fugitiui de ista autem dictione alius alia aliud uide. Abb. in c. officii de pœni. & remiss. & in c. mulieres de sent. exco. add. tex. cũ glo. in l. bonefidei C. de reb. cred. glo. & doct. in Cle. i. in uerb. alii de Rescrip. quandoq; etiam restringit terminum generis ad expressa iuxta ea quæ dicit Oldra. consi. viij & cclxxxij. & Roma. consi. xiij & xlij. circa finem & xcij. & Cald. consi. ij. in tit. de add. cum concordan. ut per Ias. in l. quæcunq; in i. not. C. qui admit.

Decisio. I I. alias. 33.

Summarium.

Causa si committitur ꝙ terminis non seruatis sed sola facti ueritate inspecta procedatur seruandi sunt termini Cle. sæpe de uerb. Signi.

Epithome.

1 Termini substantiales quo casu abbreuiari & an totaliter omitti possunt.
2 Vrbanus papa. v. auctor fuit obseruationis terminorũ & modi procedendi.
3 Verba in commissionibus expressa possunt stilum & rigorem iuris submouere.
4 Ordinatio rotæ de modo procedendi uigore commissionis ante diem.
5 Modus procedendi in causis prophanis.

1 QVando committitur causa in palatio ut terminis non seruatis sola * facti ueritate inspecta procedatur possunt termini substãtiales. uidelicet ad ponendum & articulãdũ & dicendum contra articulos & ad producendum omnia & dicendum contra producta secundum stilum & morem palacii seruari consueti ad arbitrium iudicis abbreuiari. sed totaliter nõ omitti. Alij uero non substantiales possunt omitti ita ꝙ termino ad libellandum omisso potest terminus. viij. uel. x. dierum ad ponendum & articulandum siue ad dandum articulos & ad concludēdum assignari. nam secundum Io. mo. in. c. fi. de heret. li. vj. super uerbo figura uigore illius solius uerbi potest iudex incipere ab articulis. quibus probatis statim procedere ad sententiam. Multo fortius uigore prædictorum uerborum

* Sola facti, Aduerte, ꝙ licet in commis sione causæ p̄phanæ in curi sint apposita dicta uerba po sita in cl. dispē diosã sed & de clarata in de Cle. sepe non non cãcellata & signetur au

rũ quæ ultra alia in cle. diſpendioſam. de iudi.& in cle.
ſepe. de uer. ſig. debent aliqd operari. xix. di. in memoriã.
de priui. in his.&.c. ſi papa eo. ti. li. vj ad dicẽdũ uero cõ
tra articulos poteſt terminus aſſignari ad prima diem ad
producendũ omnia etiam ad primam uel ſecundã diem
Ad dicendum uero contra producta ſecundum multi-
tudinem productorum ſi uero debent produci teſtes ex-
tra curiam fiat ut moris eſt. prædictum autem modum
2 procedendi inuenit primo dominus Vrbanus † papa. v.
ad ponendum celerem finem litibus quod utiq; erit faci
endum ne lites fiant immortales & partes fatigentur la-
boribus & expenſis, de do.& contu. c. finẽ. de offi. or. c. ut
3 litigãtes. li vj c. de re. ſpõ. c. frequẽs. e. li. vj. Dominus † ue
ro Egi. credebat ꝙ ſi termini ad ponendum & producen
dum omnia omitterentur dummodo aſſignaretur unus
communis terminus peremprorius partibus ad propo-
nendum ponendum & probandum omnia quæ uellent
in cauſa ꝙ proceſſus non eſſet nullus, quia totus ſtilus &
rigor iuris ſecundum eum ſublatus eſt per dicta uerba
in commiſſione expreſſa. Sed quia iſtæ commiſſiones ho
die nimis faciliter obtinentur & multa dubia oriebantur
ex eiſdem. Idcirco auditores de quorum numero ego
Guilermus tunc eram. poſtea fecerunt quandam ordina
4 tionẽ † de modo procedendi uigore commiſſionis ante-
dictæ talis tenoris. Quia nõnulli dubitantes de modo p-
cedendi uigore commiſſionis factæ ut ſola facti ueritate
inſpecta & terminis non ſeruatis uel abbreuiatis: proceda
tur. Ad tollendum omne dubium ſic erit procedendum
uidelicet in beneficialibus & aliis cauſis in quibus alias
de iure communi ſummarie ſimpliciter & de plano.&c.
proceditur ut prædicta uerba ſi ea omnia in commiſſio-
ne exprimantur aliquid operentur ſi partes ſint in curia
& ſint preſentes omiſſo termino ad libellandum & rece-
pto ſtatim iuramento de calumnia a partibus quod ta-
men ſi tunc omittatur poteſt recipi in quacunque parte
litis ad dandas poſitiones & articulos concludentes ter-
minus. x. dierum ad dicendum contra articulos ad pri-
mam ad producendum omnia etiam ad primam diem,
ad dicendum uero contra producta ſecundum multitu-
dinem productorum arbitrarie in prima inſtantia aſſigna
tur. In ſecunda uero & tertia inſtantiis ad ponendum
& articulandum ad ſecundum diem & alii termini ut
ſupra in prima inſtantia obſeruentur. Si uero una partiũ
fuerit abſens ita ꝙ in eius abſentia per audientiam ſit pro
ceſſum uel procedendum ſi in prædicta commiſſione de
ipſius abſentia fiat mentio & concedatur ꝙ ſola facti ue-
ritate inſpecta ut ſupra procedatur ſeruetur modus pro-
cedendi antedictus. alioquin omnes termini pallatii ſer
uẽtur ut eſt moris. Si uero unum de duobus prædictis in
commiſſione concedatur. puta ꝙ ſola facti ueritate inſpe
cta uel terminis non ſeruatis procedatur ſeruentur omnes
termini pallatii. ſed abbreuientur. ad arbitrium iudicis.
5 ¶ In cauſis uero prophanis ſi cõmittatur cauſa ꝙ ſum
marie ſimpliciter & de plano. ac ſola facti ueritate inſpe
cta & terminis non ſeruatis procedatur ſeruetur modus
procedendi ut in cauſis beneficialibus ſupradictis. ſerua
ta ſemper diſtinctione de preſentia uel abſentia partium
ſuperius annotata. Si uero committeretur cauſa propha-
na ſimpliciter & de plano. &c. Sed ꝙ ſola facti ueritate
inſpecta procedatur tunc poteſt procedi ſummarie ſim
pliciter & de plano.&c. omnes tamen terminos pallatij
in ſummario proceſſu ſeruari conſuetos obſeruando &
in nullo abbreuiando. ſi uero conceditur ꝙ terminis non
ſeruatis uel abbreuiatis procedatur tunc omnes termini
in cauſa prophana ſeruari conſueti obſeruentur. ſed ab-
breuientur ad arbitrium iudicis. Si uero utrunque conce
ditur: uidelicet ꝙ ſola facti ueritate.&c.& terminis non
ſeruatis &c. tunc omnes termini ut in proceſſu ſummario
ſeruentur & etiam abbreuientur ad arbitrium iudicis. q̃
ordinatio facta fuit Rom. anno domini. M. ccc. lxxx.
die. vij. Ianuarii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto pa-
tris & domini noſtri domini Vrbani diuina prouidentia
papæ. vj. anno ſecundo. ¶ Additio nulla præcedente pe
titione quia articuli duplici funguntur officio: tenent. n.
locum petitionis & locum facti probandi ſecundum
Oldra quæſt. ccxxiij.

Deciſio. III. alias. 42.

Summarium.

Statur ſoli iuramento cum quis allegat ſe non poſſe
conſequi iuſtitiæ complementum in partibus quo ad re-
ſcriptum obtinendum in curia.

Epithome.

1 Probatio per ſolum iuramentum quo caſu ſit ſufficiens.
2 Certior probatio haberi non poteſt quam per iuramen-
tum illius de cuius animo dubitatur.

SI impetretur commiſſio de ſpeciali mauda-
to in qua narrat impetrans ſe non ſperare poſ
ſe conſequi in partibus iuſtitiæ complemen-
1 tum ſufficit hoc probare † per ſolum iura-
mentum impetrantis. quia ea quæ cõſiſtunt
in mente uel in animo alicuius aliter probari non poſſunt
de ſen. ex. c. ſi uero. de Reſcrip. c. ſtatutũ.& ibi per Io. an.
ſuper. uerſi. ſaltem per proprium iuramentum. li. vj. fa-
cit. c. ut circa. eo. ti.& li.

ADDITIO.

Nec poteſt haberi certior probatio quam per iuramen
tum eius de cuius animo & propoſito dubitatur ſeu quæ
ritur. ut inſti. de acti. §. aliæ. ff. de accu. l. ſi cui. §. hiiſdem
& per Bar. in. l. inter omnes, §. rectæ. ff. de fur.& in. l. ij.
§. ſi a pupillo. ff. pro empt.

ADDITIO.

Probare. add. Rot. in an. co. ti. deci. lxj.& Bart. in. l. in-
ter omnes. §. recte. ff. de furt. uide Fely. in c. accidens ut
lit. non conteſt. nu. 13.& ratio aſſignatur etiam per Phili.
Deci. in conſi. 256. nu. 9. quia in dependentibus ab ani-
mo ſtatur iuramento eius de cuius animo dubitatur ut
per glo. in alia inſti. de acti. c. paſtoralis de excep. c. ſigni-
ficaſti el. primo. de homi. exceptio de non perhoreſcen-
tia contra reſcriptum in dicta perhoreſcentia fundatum
an ſit bona. uide Egi. deci. 45. uel eo. ti. deci. 5.

Deciſio. IIII. alias. 43.

Summarium.

Opinio Io. an poſita in c. duobus de reſcrip. lib. vj. ho-
die ſeruatur in rot.

VOluerunt domini ꝙ opi.* Io. an. poſita in. c. — * Opi. Io. an. add. Rot. in an. de conceſſ. præben. Deci. 11.& pro intel ligentia tex. in d. c. duobus ui de plene per Oldra. conſi. 193.
duobus de Reſcrip. lib. vj. ſuper gl. ſi in no-
uel. tanquã æqua & fauorabilis pauperibus
immo ſecundum aliquos tanquam uera &
iuridica propter clauſulas non obſtantiarum
hodie in gratiis pauperum poſitas de cætero ſeruetur.

Deciſio. V. alias. 79.

Summarium.

Non ſufficit per edictum citare in uno loco.

Epithome.

1 Citatio per edictũ decreta exequi debet ad minus in duo
bus locis.
2 Mandati forma eſt diligenter ſeruanda.

SI committatur cauſa cum poteſtate citandi
1 † per edictum in curia & in locis uicinis in
partibus affigendum non ſufficit ꝙ fiat exe-
cutio in uno loco uicino. quantuncunq; pu-
blico ſed requiritur ꝙ in pluribus locis exe-
quatur & ad minus in duobus. quia pluralis locutio. &c.
de reg. iu. pluralis locutio. li. vj. facit gl. Io. an. in cle. cau-
ſam. ſuper uerſi. loco. de elec. & quia forma mãdati hoc
habet quæ eſt diligẽter ſeruanda. de Reſcrip. c. cum dile
cta. de præben. c. cui de non. li. vj. l. diligẽter. ff. man.

Deciſio. VI. alias. 67.

Summarium.

Si causa uni auditori commissa hoc expresso alteri committatur eo ipso causa a primo auocata censetur.

Epithome.

1 Auocata causa a primo auditore quando censeatur.
2 Quæ sint necessaria ad reuocationem primi rescripti.

1 SI petatur ꝙ causa commissa uni auditori committatur alteri & signetur audiat talis * auocata † causa a primo auditore censetur sine expressa reuocatione. quia satis constat de mente committentis alteri ꝙ uoluerit causam a primo reuocare. Item ex quo fit mentio de primo Rescripto in secundo primum reuocatur. de Rescri. cæterum de re. spo. audita.

* Auocata add. Rot. infra in. an. co. ti. deci. 7. & dec. 8.

ADDITIO.

2 Oportet ergo ad hoc ut reuocetur primum † Rescriptum * per secundum ꝙ fiat expressa mentio de primo Item ꝙ res contentæ in primo nominatim exprimantur in secundo. Item exprimi debent personæ iudicum. &c. quæ sunt substantialia Rescripti & hæc uera cum ad diuersos iudices uel auditores impetratur Rescriptum. ubi autem impetratur ad eundem seu eosdem tunc sufficit ꝙ in secundo dicatur non obstante primo. nec alia expressio est necessaria. ut not. Hosti. & do. Io. an. in d. c. audita. & in. c. ii. de do. & contu.

*Rescriptum. uide per Fely. post Inno. in c. ex literis. de offi. deleg. nu. 1. & in antiq. 382

Decisio. VII. alias. 68.

Summarium.

Ex pluribus narratis in commissione sufficit unum esse uerum ex quo possit sequi effectus & conclusio licet alia sint falsa.

Epithome.

1 Commissio plura narrans aliqua uera aliqua falsa quando ualida sit censenda.
2 Commissio plura copulatiue continens qualiter sit admittenda.
3 Clausula nõ se astringens in articulis actualis posita quid operetur.

*In commissiõe. add. deci. 3. eo. ti. in ant. facit ẽt decisi. 24. infra. eo iudẽ de cõmiss. impetrata contra sentẽtiã ut p Rot. eo. ti. in an. & Egi. dec. 180.

1 LIcet plura † capitula in commissione * obtenta narrentur quorum aliqua sunt falsa aliqua uera. Si ex ueris potest sequi effectus & conclusio ualet commissio iuxta not. c. ex parte conuentren. c. inter cæteras. & c. olim de Rescrip. faciunt not. in simili de proba. c. licet. & de iudi. exhibita. in ultima glo.

*Probare ad d. Burri. in. c. 2. de rescrip & c. exhibita de iud.

ADDITIO.

1 Quod si plura copulatiue † ponuntur in commissione quorum alterum per se sufficit & tũc illud solum sufficit probare * ita tenet glo. in ca. ex parte. el. 1. de rescrip. hoc est uerum nisi unum de copulatiue in oratione positis ueniat qualificatiue ad aliud quo casu utrunq; probandum est ut in. cap. licet causam. de proba. ubi ponens testes falsos & corruptos deposuisse habet probare totã orationem scilicet corruptos & falsum dixisse. nec sufficit probare solum dixisse falsum nisi probet etiam corruptos quia ista qualitas seu uerbum corruptos qualificat totam orationem facit quod not. Bar. in. l. diuus. ff. de re. iudi per quod dicit Archi in. cap ij. de testi. lib. sexto ꝙ si in eodem articulo plura accumulantur indistincte non sufficit alterum probare unde instruit ponentem non esse uerbosum hæc uera nisi ponens astringat se ad utrũq; probandum quia tunc mos ei gerendus est. ff. de proba.
3 l. circa saluo nisi in fine articulorũ ponatur clausula † uidelicet non * astringens se ad utrũq; probandum. & cætera ut not. in. dicta. c. licet causam. & uide per Hosti. in sum. de Rescrip. §. & de ipsius. uersi. cum duo. &. Simo. de brosano in commento regulæ. in toto. de reg. iu. lib. vi. ultra duas cartas.

* Astringens se. add. Io. an. quẽ oẽs sequũtur in c. licet. de probar. ubi dicit bonũ eẽ ꝙ in fi. articulorũ ps semp ꝓtestetur & utatur ista clausula & de ista clausula uide Bar. in. l. circa ff. de ꝓbat. & in. l. Fulcinius §. cũ. hic ff. ex quibus. cau. in poss. ea. & Hosti. in d. c. licet. & ibi Abb. nu. 13. uer. 9. & p eundẽ in c. dilecti. nu. 16. de iudi.

Decisio. VIII. alias. 71.

Summarium.

Per rescriptum impetratum per clericum contra laicos absque clausula & quosdam alios, religiosi nominati in rescrip. conueniri non possunt.

Epithome.

1 Rescriptum impetratum per clericum contra Laicum an comprehendat alios quam nominatos.
2 Maiores personæ quam expressæ an includantur in rescripto uigore clausulæ & quidam alij.

1 SI clericus impetrat rescriptũ † contra laicos nominatim expressos sine clausula * & quosdam alios &c. licet prædicti laici nominent aliquos religiosos tanquam dominos a quibus habent causam corã iudice tamen contra illos iudex procedere non potest. maxime si nominati de hoc excipiunt. tum quia nõ sunt
2 de expressis nec inclusis tum quia sunt maiores † q; personæ expressæ ar. eorum quæ le. & not. in cap. pastoralis. & cap. sedes. de rescrip. facit cle. non potest de procu.

*Clausula adde. ꝙ clausula quosdam alios non cõprehẽdit uniuersitatẽ ut p Archi. in c. ii. de rescr. li. 6. & sequtur Io. an. & Domi. ibidem & plura ad hoc accumulat. fely. in c. causa te in xi. col uersi. secunda declaratio de rescrip.

* Cõmiti causa adde. infra eod. ti. de 28. & in an. deci. i.

Decisio. IX. alias. 77.

Summarium.

Si commissio signetur per uerbũ Audiat &c. & procedat summarie omnia in ea contenta si cancellata non sunt censentur concessa.

SI petatur committi * causa cum potestate procedendi summarie simpliciter & de plano. sola facti ueritate inspecta ac terminis non seruatis uel abbreuiatis si signetur audiat. & c. & procedat summarie. &c. nihil in commissione cancellando omnia petita censentur concessa. de rescrip. olim de dona. cum dilecti.

* Mentionem add. ꝙ impetrans speciale mẽtionẽ facere tenetur de bñficio qđ obtinet nec sufficit gñalis qđ qualiter intelligatur ẽt in legato & ordinario uide tex. ẽt ibi not. p doct. in cle. si. de off. ordi. & Oldra. cõsi. 140.

Decisio. X. alias. 84.

Summarium.

Gratia non redditur surrepticia si impetrans non probant creationem uel dotationem beneficij obtenti in ea narratam quia ad prædicta probandum astringit nõ põt.

SI quis narrat in gratia se tenere aliquod beneficium per ipsum creatum & dotatum non astringitur ad probandum huiusmodi dotationem & creationem. nam sufficit fieri mentionem * de corpore beneficij quod quis obtinet licet non exprimat qualitates ipsius beneficij. & si exprimat hoc fit ex superabundanti cautela quæ sibi obesse non debet. ar. not. in cle. si dignitatem. de præben.

2 taxatio † est quoddam accessorium ad executionem sententiæ quod potest expediri sicut principale ar. de reg. iu. accessorium. li. vj. & hoc tenet expresse Gui. de mon. lau. in extrauagañ. sedes apostolica contra hãc opi. meam fuit alle. quædam not. Inno. in. c. de cætero. de sen. & re iudi. ꝙ licet merus executor puta sententiæ posset aliquas probationes recipere ad sui instructionem super aliquibus oppositis uel propositis coram eo: tamen nunquam de hoc posset iudicare siue diffinire. sed debet &. tenetur supersedere & totum negocium sufficienter instructum ad superiorẽ remittere. quia prædictus executor ut ponebatur in facto nedum probationes super ualore fructuum receperat Sed etiam illum articulum diffiniuit fructus taxando & partem ad soluendum per censuram ecclesiasticam compellendo hoc per dominum auditorem. hiusmodi causæ totũ factum fuit annullatũ & de nouo per eundem auditorẽ fructus taxati in quam sententiã ego postea motus ex dicto Inno. superius allegato consensi licet Hostieñ. ibidem teneat contrarium. pro cuius opinione faciunt plura iura quam pro opinione Ino. uidelicet de Rescrip. c. si quãdo. c. cũ adeo. c. ad aures. c. constitutus. c. postulasti. c. ad audientiam. &. c. si ꝑponente. de of. deleg. c. ex parte &. c. super eo. de ap. c. dilecto. & ibi Io. an. in nouella.

Infra de offi. del. deci. 8.

Supra eo. 29.

* Canonici add. Domi. in. c. dudũ de rescrip. lib. vj. & Fely. in. c. pastoralis de offi. deleg. iij. uersi. utrum uero.

Decisio X X X I I. alias. ccccl xviij.

Epithome.

1 Gratia nouæ prouisionis an taciturnitate uitietur taciturnitas illa impedit gratiam quam si papa sciuisset ipsam denegasset.
2 Rescriptum contra legem quo casu sit ualidum.
3 Papa nouam faciẽs constitutionem generali consuetudini contrariam censetur ipsam consuetudinem uelle tollere.
4 Expressio non est in notoriis necessaria.
5 Expressio falsa citius uiciat rescriptum quam taciturnitas.

Extra rotam supposito isto facto. R. utriusque iur. do. habẽs gratiam * de canonicatu sub expectatione prebendæ dignitatis ꝑsonatus seu officij ecclesiæ Creten. canonicatum & prebendam ac cãtoriam dictæ ecclesiæ uacantem uigore dictæ grãæ de facto acceptauit cũ de iure non posset quia canonicatus & preben. ac cantoria erant specialiter reseruatæ ut patet per reseruationem de qua constat & etiam quia cantoria est dignitas maior post pontificalẽ & post istam acceptionem factam fecit exponi pape formam gratiæ & dictæ acceptationis non facta mentione ꝙ gratiam specialiter haberet uel nõ haberet de dignitate post pontificalem & hoc exposito obtinuit tunc a papa de canonicatu & preben. prædictis prouideri sibi tanquam specialiter reseruatis reseruationem obtinendo etiam expressione facta in literis ꝙ dicta cantoria dignitas est maior post pontificalem opponitur contra literas antequam expediantur per cancellariam ꝙ non expediantur uel ꝙ expeditio prima executioni non demandetur pro eo ꝙ talis prouisio nõ ualet cũ in literis expeditis prædictis excepta fuerit dignitas maior post pontificalẽ & de hac exceptione in suppositione & in literis huiusmodi prouisionis non fit mentio ut exceptio: sed cõtraria positio. Quæritur an talis oppositio sufficiat ad impediendum literas uel executionem antedictas saltem quo ad cantoriam & sic primo uidetur ꝙ oppositio talis sit bona & sufficiens, quia quando alicui obstant plura impedimenta licet fiat sibi gratia de sublatione unius non propter hoc tollitur aliud. & ideo adhuc alio remanente. totum adhuc remanet impedimentum. ff. de ser. ur. prædi. l. si domus. de fil. pres. c. j. de auctoritate & usu palij. c. ex tuarũ. de priui. c. pastorali modo dicta exceptio non ualebat ex duplici causa. Primo quia gratia non se extendebat ad dignitatẽ huiusmodi maiorem. Secũdo quia reseruatæ erant & non est sublatum nisi secundum impedimentum. ergo in uno impedimento adhuc remanet. Tertio
1 † quando aliquid in gratia exprimitur uel tacetur quo non expresso uel tacito papa gratiam denegare potuisset ergo est surrepticia & nulla. de elec. c. Dudum el. ij. &. c. ad audientiam. de Rescrip. c. ij. de preben. c. dudũ. li. vj. modo hic uidetur expressum ꝙ uirtute dictæ gratie & acceptationis sibi dicta cantoria deberetur nisi reseruatio obstaret quod est falsum quia ex alio capite acceptatio non ualebat puta quia dicta cantoria sub dictis literis nõ cadebat. Item tacuit ꝙ dignitas maior post pontificalem in dictis literis erat excepta. quod tacitum si expressum fuisset mouisset papam ad non concedendum. ergo &c.

Contrarium puto: quia aut uiciaretur dicta gratia pro uisionis per falsi expressionem aut per ueri taciturnitatem cum de potestate collatorum & habilitate prouisi ac uacatione minime dubitatur. sed neutrum eorum potest dici. ergo &c. Dico primo ꝙ non fuit defectuosa per falsi expressionem uel suggestionẽ nisi diceretur in hoc ꝙ suggesta est acceptatio cum pro eo solo fuisset uiciosa quia beneficiũ reseruatum Sed breuiter dico ꝙ hoc nullo modo uidetur papæ suggestum: quia nõ sequitur hoc impediuit ergo non illud cum plura possunt esse impedimenta: quorum quodlibet per se sufficiens esset ut probant iura superius all. facit. c. cum pro causa. de sen. ex Secundo quia non fit surrepticia propter taciturnitatem quia si hoc diceretur hoc esset propterea quia tacitum. esset in gratia prouisionis ꝙ in gratia uigore cuius fuit facta acceptatio: fuerat facta exceptio maioris dignitatis post pontificalem. sed hoc nõ obstat quia nunquã uiciat gratiam huiusmodi taciturnitas quando in casu ex narratione & forma prouisionis debet principi uerisimiliter esse notum. sic est in proposito. igitur. patet primum quia quando facit actum qui potest certo obstaculo impediri si sciat obstaculũ illud, & est in eius potestate illud, tollere uidetur esto ꝙ nec de hoc aliqd dicat nec de hoc ali

* Gratiam ad hanc deci. uide Fely. in. c. in nostra in. v. corel. & Egi. ponit hãc decisio. ad literam. 698.

Supplicatione

quid dicatur sibi, uidetur ipse uelle tollere istud.ff.de
excusat.tutorum.l.idem uulpiauus.§.fi.&.ff.de re iudi.l.
quidam cousulębant ibi est de necessitate.ff.de here.in-
sti.l.pe.ad quid enim oportet aliquid dicere alicui quod
ipse per seipsum uerisimiliter scire debet, certe frustra.ut
ff.de ac.emp.l.i.&.l.ea quæ.ff.de edi. edic.§. si intelliga
tur.cum si.ibidem alleg.pro quo faciunt.not. Ia.Pe.Cy.
C.si contra ius uel uti.pub.l. omnes circa prin. uidelicet
2 ꝙ licet † Rescriptũ.nõ ualeat contra legem:tamen si fa-
cta est talis narratio facti in Rescripto ꝙ princeps cogno
scere potuit rescriptum esse contra.l.licet de hoc in Re-
scripto nil dicatur expresse seu ꝙ non dicat non obstan.
tali lege ualet Rescriptum, idem dic secundum not.Io.
an.de Rescrip.in nouel.c.j.priuilegium siue Rescriptũ
concessum per principem ualere & ius commune tollere
licet de illo non faciat mẽtionem.quia in scrinio pectoris
sui censetur illud habere.l.omnium.C.de testa.Item fa-
cit quod nõt.Io.an.in glo.de consti.c.i.li.vj. ꝙ papa fa-
3 ciẽs † nouam constitutionem generali consuetudini con
trariam uidetur uelle tollere dictam consuetudinem pro
eo ꝙ præsumitur illam scire etiam si de ea mẽtionem nõ
faciat.facit ad hoc quod notatur de exces. prelata.c.j li.
vi.Item facit quod not.Fred.de Senis in tractatu suo de
rerum permu.conclusione vi.ubi dicit ꝙ impetratio be-
neficii ex causa permutationis obtenta non ualet si bene
ficium est reseruatum & de reseruatione non est mentio
facta nisi sit generalis & pluribus nota:quia tunc præsu-
meretur ꝙ papa illam sciuisset & tunc expressio necessa
ria non fuisset in notis per prius.dictæ rationes satis uiden
tur esse claræ.uidelicet ꝙ ex forma narrationis papæ de-
buit scire uerisimiliter ꝙ in gratia ptima excipiebatur di
gnitas electiua.quia istud est notum ex papali constitu-
tione plus quam notoria ꝙ in omnibus huiusmodi lite-
4 ris ponitur dicta clausula exceptiua.in notorio † uero
admonitio uel expressio necessaria nõ est.hinc est ꝙ licet
emptor debeat emptionem uenditori denunciare tamen
ubi esset notoriũ nõ esset opus deũciare:ut de ac.emp.
l.emptor in Rub.Itẽ alia ratione secundo deducta:quia
aut dicis papam fuisse deceptum in hoc pro eo ꝙ credi-
dit ꝙ forma sibi expressa hoc importaret ꝙ sub ea talis
dignitas comprehenderetur:aut pro eo ꝙ ipse putauit ꝙ
in prima gratia fuerit facta mentio expressa ꝙ dignitas
maior huiusmodi comprehenderetur sub ipsa.quia non
uidetur ꝙ ex alia opinione potuisset. Sed neutrum dici
potest.non primum.hoc enim esset ponere in principe
errorem iuris quod esset absurdum.ut in. c.i.de consti.
lib.vi.Certum enim est de iure moderno secundum con
stitutionem domini nostri ꝙ sub generali gratia non com
prehenditur dignitas maior post pontificalem etiam si
non poneretur clausula exceptiua, ut habent ordinatio
nes Io.xxii. per omnes summos pontifices confirmatæ
nec secundum:quia non est uerisimile papam diuinare
ut.l. si putatur. ff.ad.l. acquil. Secundo uidetur ueri-
similiter ꝙ papa debuit idem iudicium facere de eo
quod sibi non appareat & de eo ꝙ non erat. ut. l.iii.
& l.ruptilia polla.ff.de contrahen.emp. quia uerisimile
est ꝙ papa debuit præsumere ꝙ non fuit posita clausula
in primis literis per quæ in eis huiusmodi literis compre-
hendi ualeret.tum quia hoc non est consuetum immo
prohibitum fieri nec credo factum adhuc fuisse de tem-
pore papæ moderni tum quia si ita esset uerisimile est ꝙ
dictus R.de hoc fecisset mentionem in secundis literis
ut eas facilius obtinere potuisset quia quilibet præsumi-
tur uelle esse diligens in iure sibi acquirendo ut de arbi.
c.i.cum si.ff.de probat.l.cum de indebito.in prin.& in
fi.&.l.si positum.e.ti. concludendo ergo ex præmissis
papam in concessione nouæ prouisionis non fuisse circũ-
uentum & per consequens dictam gratiam minime repu
tari seu uiciari tanquam surrepticiam quod principali-
5 ter probatur sic.quia licet falsæ † oẽs expressiones quæ
potuerunt mouere principem, uerisimiliter ad facilius
concedendum regulariter uiciant gratias quia literæ ha
bent tacitam conditionem si præces ueritate nitantur tan
tum non omnia tacita quorum expressio mouere potuis
set ad denegandum gratiam uiciant.Sed ea * solum de
quibus reperitur expressum uel de quibus in iure est cau
tum ꝙ eis expressis eam gratiam nullatenus concessisset.
Hinc est ꝙ licet papa ita libenter daret beneficium ma-

*Vide Gal. cõsilio.vi.de pb. Fely. in.c. sup literis.2.col.& c.postulasti.3. col.de rescrip.

gni ualoris sicut parui de huiusmodi dignitate ualet gra
tia.nec ex taciturnitate huiusmodi uiciatur licet secus
si minoris ualoris expressisset ut not. glo.in cle.i præall.
quæ uult ꝙ concessio facta per Papam criminoso ualeat
ipso iure quod not.Inno.de conces.præben.c.proposuit.
&.c.cum nostris.& probat.c.inter dilectos.de exces.præ
la.&.c.accedens de accus.tamen si fuisset crimen ex-
pressum hoc ualde potuisset mouere ad denegandũ ut de
æta.& qua.c.eã te cũ si.modo ita est ꝙ hic non possumus
dictas literas arguere ex falsi suggestione.quia non repe-
ritur aliquid falsi suggestum ꝙ Papa propter hoc ꝙ in
præmissis literis non fuisset adiecta clausula exceptiua
dictam nouam prouisionem denegasset.immo uerisimile
est magis de contrario attenta dignitate impetrantis. &
ꝙ gratia ista noua fundatur super aliquo iure ipsius &c.
Ad rationes factas in contrarium:& de prima notum est
ꝙ non est impedimentum collationis & in quantum tol
leret impedimenta uidetur utrunque tollere.unum ex-
presse & aliud tacite per prædicta. Ad secundam ratio-
nem sufficienter est responsum per primam rationem hu
ius partis.

Decisio.XXXIII. alias. 449.

Summarium.

Canonicus præbendatus in secunda gratia tenetur fa
cere mentionem de canonicatu ac præbenda huiusmodi
si præbendæ sunt distinctæ.alias sufficit ꝙ facit mentionẽ
de canonicatu & canonicus non debet esse sine præben-
da sed sine canonia bene potest esse præbẽdatus.

QVidam habẽs* canonicatum & præbendam
in certa ecclesia impetrat aliud beneficium
uacans faciens mentionem de canonicatu
sed non de præbenda.dubitatur utrum gra-
tia ipsius esset surreptitia.& uidebatur aliqui
bus ꝙ non quia canonicatus trahit ad se præbẽdam sed
nõ econtra.quia canonicatus non potest nec debet esse
sine præbenda saltem diu.i.q.iij.si quis obiecerit.de præ
ben.c.relatũ.Sed præbendarius potest esse non canoni-
cus.ut in.c.super specula.de magis ut le.& not.de cõsti.
cum.M.Præterea præbenda nascitur ex canonia tan-
quam filia a matre. xii.q.i.c.de quibus.in. d.c.relatum.
c.dilectus.e.ti.Dicitur autẽ a præcio quod quis recipit
ꝓ labore suo.non a præbeo præbes iuxta illud.non a præ
bendo recte præbenda uocatur.sed magis a præcio cuius
amore datur.prout not.Guil.de mon.lau.in cle. si iuxta
de præben. Videbatur aliis dominis & maiori parti con-
trarium.quia iura canonicalia & iura præbendalia sunt
distincta & in distinctis bonis consistunt prout le.&. no.
in.d.c.cum.M.per Inno.& Ho & ideo iura prohibent a
nullo præterquã Papa posse dari ius ad uacaturas præbẽ
das.ut in.c.ꝓposuit.de concess.præben.ergo. &c. Præ-
terea si de iure quod habeo ad rem.puta de expectatiua
ad præbendam debeo & teneor facere mentionem.ut in
c.in nostra.de Rescrip.multo fortius de iure in re puta
præbenda actualiter obtenta quantumcunq; modica.
eo.ti.c.si proponente.de præben.si motu proprio.lib.vi.
Plus enim mouisset papam ad non concedendum præ
dicto impetranti si expressisset se canonicum præbenda
tũ quam solum canonicum. quia præbenda habet plus
commodi & temporalitatis quam canonia.ut in iuribus.
& doc.superius all.Cum igitur omnia quæ possunt pa-
pam mouere ad denegandum uel concedendum sint in
gratiis exprimenda ut in.c.cum adeo.c.ad aures c. con-
stitutis ad audientiam.&.c. si popronente.& d.c.si motu
proprio.& uide no.ibi per Ar.& Io.an.in nouel.ergo ui-
debatur maiori parti prædictam gratiam fore surrepti-
ciam hoc uerum secundum me de canonicatibus & præ
bendis distinctis.secus in indistinctis.præsertim consecu
tiuis quas quis consequitur:eo ipso ꝙ canonicatum adi-
piscitur.ut in c.fi.de conce.præben.lib.vi.Idem de por-
tionibus præbendalibus etiam ubi esset certus numerus
canonicorum.sed non præben.de quibus per Inno.in.c.
dilectus.&.c.dilecto.de præben.in quibus casibus præ-
bendæ censentur annexæ canonicatibus.& sunt de iuri-
bus & pertinentiis ipsius de quibus non tenetur quis fa-

*Habẽs Add. Cassa.de præ. dec.17.nu.6.

cere

cere inentionem.ar.c.translato de conſti.de præben.exſtirpandæ.&.c.ſuper eo lib.vj.Fuit ergo concluſum & cõſultum domino auditori quod informaret ſe de diſtinctione uel indiſtinctiõe canonicatuũ & ꝑ bẽdarũ dictæ eccleſiæ in qua dictus impetrans aſſeruit canonicatũ obtinere.

Deciſio. XXXIIII. alias 490. 493

Summarium.

Si cõmtitatur cã & cauſæ cũ ptãte citandi põt impetrãs uigore dicte cõmiſſiõis ꝓſeq̃ appellationẽ aduesarij.

*Commitatur add. ꝙ comiſſio quã & quas includit appellatione infra. d offi.dele.xj.

SI committatur *cauſa & cauſæ quã uel quas mouere intendit.a. contra b.ſuper certo beneficio cũ poteſtate citandi in curia extra & ad partes ſi pars impetrans huiuſmodi commiſſionem non recipiat citationem ad partes.ſed producat appellationem interpoſitam per partem aduerſam in partibus.& uigore illius petat procedi.licet in prædicta commiſſione non dicatur cauſa appellationis.nihilominus tamen auditor uigore dictæ appellationis poteſt procedere.Ratio quia non eſt dubium quod cauſa appellationis eſt cauſa propter quã totum negocium principale ad curiam extitit deuolutũ ſi debita forma ſit ſeruata.tum etiam quia per huiuſmodi appellationem apparet de cauſa quam præſens a contra.b.& ſuper quo mouet ſeu mouere intendit tum etiam quia ſi uerbum appellationis expreſſiſſet in commiſſione etiam citius obtinuiſſet ſic quod non eſt tale tacitum quod papam mouiſſet ad denegandum.igitur iſta taciturnitas non obeſt.de reſcrip.c.ſuper literis.tum etiam quia ſuperflua & abundans cautela non nocet.ergo . quia ex abundãti.quia forte dictam appellationem tempore cõmiſſionis non habuit.uel ſi habuit utrum deuoluebat dubitauit ergo commiſſionem impetrauit quæ quidem citatio.ſ.hois citationẽ iuris uidelicet appellationem non excludit operantes.n.augmentũ diminutionẽ operari nõ debent.de priuile.c.inhijs de ꝑbẽ.c.cui de non li.vj.&c.

DE CONSVETVDINE.

Summatium.

Conſuetudo ualet quod uxor ſuccedat uiro in mobilibus iuribus & actionibus liberis extantibus,

Epithome.

1 Pars tertia legitima & iure naturæ debita an prætextu cõſuetudinis diminui poſſit.
2 Ius naturale minui poteſt ſed non in totum tolli.
3 Ius agnationis pacto tolli non poteſt.
5 Aſcendentis ſucceſſio debetur proximiori deſcendenti ratione cognitionis.
6 Filiorum ſucceſſio & legitimæ portio quo iure procedat.
7 Teſtatorum diſpoſitio quo iure rumpi poſſe dicatur.
8 Renunciari an poſſit futuræ ſucceſſioni per pactum iuramento uallatum.
9 Legitima dicitur loco alimentorum ſuccedere.
10 Filius poteſt propter delictum excludi a legitima.
11 Legitima tolli poteſt per ſtatutum municipale.

Deciſio. I. alias.18.

*Conſuetudo add. deci. vij. eo.tit.in an.



Vit dubitatum & in relationibus poſitum.utrum ualeret cõſuetudo *qua cauetur quod uxor marito hñti bona mobilia & imobilia ſuccedat in oĩbus bonis mobilibus etiã debitis & creditis liberis extantibus.Et uidebatur aliquibus quod nõ.quia conſuetudo non præualet iuri naturali. immo ipſi contraria eſt irrationabilis & potius dicenda corruptela . & per conſequens non eſt præſcriptibilis etiam ſi omnes homines de mundo eam obſeruarent per infinita tempora.xxxij.q.vij.flagitia.de conſue.c.cum tanto.& ibi not.Sed hæreditas patris debetur ipſi filio de iure naturæ.ff.de re.iu.l.iura ſanguis.& de pact.l.ius agnationis iũcta.l.filius.ff.de ſuis & le.hæred.melius.ff.unde libe.l.ſcripto.&.j.di.ca.ius naturale.ibi dum dicit liberorum ſucceſſio.cui iuri naturali per conſuetudinem derogari non poteſt ut ſupra probatum eſt.ergo &c.quod eſt uerũ in toto ſed in parte non ſic.ut not.Din.in propria materia.de reg.iur.indultum.lib.vj Pro qua concluſione faciunt not. per Ber. & Ioa.an.poſt eum in nouel.c.tua &.c.a nobis.de deci.& de cõſue.ſuper rubrica.& per Innoc.in.c.fi.at in caſu noſtro conſuetudo non tollit ius ſucceſſionis liberorum in toto puta in omnibus bonis.Sed dumtaxat in mobilibus.ergo & cætera.Et ſic fuit determinatum & cõcluſum poſt publicas relationes ipſam conſuetudinẽ ualuiſſe & ualere.
1 Pro † qua concluſione ego alleg.notã. Ab. poſitam in.c.raynutius.uer.cõſuetudinem.ubi ipſe Ab.not.prætextu conſuetudinis etiam partem tertiam legitimam & debitam de iure naturæ diminui poſſe quod dicit melius alibi nõ haberi.ſicq; ſecundum eum eſſet clarus textus pro dicta concluſione.immo ſecundum do.Egi.quidam do.Pe.bertrandi qui fuit Cardinalis ſanctæ Ro.ec.fecit quãdam lecturam ſolemnem ſuper li.vj.decreta.& tenuit in c.ij.de conſue.e.li.ualere ſtatutum adimens etiam in totum legitimam appellatam bonorum ſubſidium debitã filijs.Ratio ſua fuit potiſſima.quia de iure naturali uolũtas teſtatoris debet adimpleri.ut inſti.de re diui.§.per traditionem.ff.ſi quis a patre manu.fue.l.non uſq;.&.xiij.q.ij.ultima.c.uolũtas.quæ tamen ſæpe per ius ciuile immutatur per quærelam inofficioſi teſtamenti quæ eſt iuris ciuilis.ff.de inoffi.teſta.l.ſi non mortis.§.ſi quis iuncta l.filio.§ ulti.ff.eo.ti.& quod ibi not. Item ius dicendi teſtamentum nullum ratione præteritionis.eſt iuris ciuilis quia non competit niſi in poteſtate conſtitutis.ut.ff.de libe.& poſtu.l.ſi quis poſthumos § ſi filium &.ff.de iniuſt.rup.& irrit.fact.teſta.quæ tamẽ prima poteſtas de iure ciuili eſt ut inſtitu.de pa.po.§.j.& ita ante ius ciuile cuilibet ciui romano licebat de bonis ſuis diſponere pro libito uoluntatis.ut in primo capite legis falcidiæ cauebatur.ut.ff.ad.l.fal.l.j.in prin.ergo hæc omnia alio iure ciuili tolli poſſunt.ut inſti.de le.ag.tu.§.fi.&.ff.de capi.dimi.l.has cauſas In eadem opinio.eſt Dyn.per idẽ motiuum in effectu in dicto cap indultum.licet illud per alia motiua & multum apte deducat.pro hac opi.facit cap.raynũtius.de teſta.in fin.cum ibi not per glo.ibi cum dicit quod contra uoluntatem teſtatorum lex falcidia inducta ſit.& quomodo illud intelligatur ibi uide. Breuiter
2 concludendo † puta dominus Egid. ſecundum quod eſt in princ.concluſum quod hoc ius naturale in totum tolli non poteſt ſed bene minui uel augeri poteſt. primum probat quia talis conſuetudo expreſſe militaret cõtra rationem naturalem quæ clamat ubiq; quod filius ſaltem in aliqua portione patri ſuccedat.ut in.d.l.ſcripto ſuperius alleg.& in auten.de hæred.& fal.§.j.&.§.ſi quis autem non implens.coll.i.ratio huius ponitur.ff.de libe & po.l.in ſuis.& ex qui.cau.mai.l cum miles Quid enim legalius eſt quam proprium filium ad paternam ſucceſſionem admittere.in auten.qui.mo.na.effi.ſui.§.eſt ergo ſciendum.in prin.facit optime.xviij.q.iiij.cap.fin. de iureiu.c.quintauallis.& quod no.C.de epiſ.& cle.ſi quis ad declinandum.ergo non ualet conſuetudo contraria.ut.C.quæ ſit lon.conſuetu.l ij.& in.d.c.fi.de conſuetu.Fallit hoc ex cauſa ex qua poteſt fieri exhæredatio.ut in auten.ut.cũ de ap.cog.§.aliud.&.§.cauſa & not.etiam.d.c.quintauallis .tunc enim ceſſat ratio naturalis propter rationem naturalem contrariam fortiorem quæ habet qđ delicta non remaneant impunita.ff.ad.l.acqui.l.ita uulneratus.de ſenten.ex.c. ut fame nec obſtat. motiuũ Pet.bertrandi & Din.quia licet ceſſarent omnia remedia iuris ciuilis.tamen nihilominus id quod inter omnes dictat ratio naturalis eſſet debitæ executioni mandandum.ſicut ſolet dici in contractibus a iure gentium introductis argu.ff.de mino.l.quod ſi minor.§.fi. ſecundum Iacob de are.ſicut enim ciuilis conſtitutio non tolleret contractus iuregentium in totum argu.inſti.de iur.na.§.ſed naturalia.igitur nec hoc caſu.Probatur ſecundum

stilum uidelicet quod per consuetudinem ius naturale potest augeri uel minui. quia quota a iure ciuili simpliciter est introducta. ergo alio iure ciuili uel consuetudine quæ uim legis habet potest augeri uel minui ut in iurib. superius alleg. quod intelligo uerum dummodo diminutio non esset ita notabilis quod censeretur peremptio uel nimis enormis. quia tunc esset irrationabilis per prædicta. & de deci. c. suggestum.

ADDITIO.

Et in honore sanguinis. l. j. §. largius ff. d. succe. edic. sed iura sanguinis nullo iure ciuili tolli pñt ergo nec statuto. q̃ nõ est aliud quã quædã ciuium conuentio. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. l. de quibus. & l. sed ff. de legi.

ALIA ADDITIO.

3 Vbi ius† aguationis pacto tolli nõ potest.

ALIA ADDITIO.

4 vbi † ascendentis successio debetur proximiori descendenti ratione cognationis.

ALIA ADDITIO.

Quia iura naturalia immutabilia sunt insti. de iur. na. gẽ. & ciui. §. sed naturalia. nec ea iuris ciuilis ratio corrumpere potest. ut institu. de legi. agna. tu. § fina. sed respondeo
5 quod licet successio † filiorum & ius legitimæ portionis processerit ex iure naturali. tamen ex ea naturali ratione quæ est uariabilis in quanta & in quota & in modo portionis prædictæ ut infra dicam. uel potest dicere quod legitima debetur filio de iure ciuili non naturali. ut not. in auten. de hæred. & fal. §. j. & §. si quis autem. ubi dicit q̃ lex imponit necessitatem parentibus ut relinquant filijs legitimam. sed constat legem esse ius ciuile. ut. ff. de iusti. & iur. l. ius autẽ ciuile. Item a iure ciuili quota est aucta. ut. d. auten. nouissima. unde nomine origine quotitate & entitate de iure ciuili dicenda est. & secundum hoc omnia contraria cessant.

ALIA ADDITIO.

6 Et † sic ius rumpendi ortum trahit a iure ciuili. quia ante ipsum ius ciuile non erat uia aliqua prodita seu apta ad rumpendum testatorum dispositionem. similiter uia petendi supplementum legitimæ data est a iure ciuili ut l. omnimoda. C. de inoffi. testa. si ergo hæc iure ciuili sunt introducta nimirum si statuto q̃ est ius ciuile illa tollantur. l. de quibus. & l. non est nouum. ff. de legi. not. glo. in. dicta. l. j. in prin. ff. ad le. falci. & per hoc cessant rationes omnes contrariæ supra factæ: & fundatæ super iure sanguinis & naturæ quæ intelliguntur in successione intestati nullo subsistente statuto. præterea ius ciuile priuat filios ex certis causis descriptis. in. §. aliud quoque capitulũ. hic alleg & in auten. non licet. C. de libe. præte. igitur & statutum poterit priuare. ut dicta. l. omnes populi. nam ratio statuti fuit fauor publicus conseruandarum familiarium causa inuentus. secundum. Bal. in. l. maximum uitium. C. de libe. præte. uidemus insuper quod licet iure naturæ hæreditas patris sit debita filio ut sapiunt argumenta in contrarium facta. tamen quota & quanta nõ est de iure naturali sed ciuili. ut. l. xij. tabularum. C. de legi. hæredi. in auten. de trien. & semis. §. j. in auten. de hæredi. & fal. §. j & §. si quis autem. & hæc ratio concludit quo ad diminutionem plus dico quod siue de iure naturali siue ciuili hæreditas & etiam eius portio in bonis patris sit debita filio tamen circa hoc uariæ reperitur in iure dispositum Nam antiquitus debebatur totum patrimoniũ patris filio. ut. l. in suis. ff. de li. & postu. & insti. de hæred. quæ ab inte. §. sui: postea superuenit ius codicis & totum illud restrinxit ad quartam. ut. l. cum quæritur. & l. scimus. C. de inoffi. testa. demum superuenit ius autẽticorum alterans & limitans dictam portionem secundũ numerum filiorum. ut in auten. nouissima. C. de inoffi. testa. si hoc facere potuit ius ciuile cur & hoc nõ potest ius municipale scilicet detrahere alterare & diminuere ratio diuersitatis pro nunc mihi non occurrit. Non ob. si dicatur quod tale statutum tollens filio uel diminuens portionem suam foret iniquum. ergo non ualet cum lex debeat esse æqua & iusta rationabilis & honesta ut. iiij. di. c.
7 erit autẽ lex nam certum est quod per pactum † iuramẽto uallatum renunciatur futuræ successioni. c. quãuis. de pact. libro. vj. iuncto cap. nõ est obligatorium de reg. iur. libro. vj. sed nemini dubium quod iuramentum non est uinculum iniquitatis. cap. quanto. de iureiu. poterit ergo lex utpote non iniqua quem priuare futura successione sicut potest pactum iuratum. l. nõ impossibile. ff. de pac. & not in rub. C. de decre. decu. lib. x. Præterea nonne uidemus iura diuino præcepto stabilita alterari et restringi certe sic ut est cathedraticum. in. c. conquerente. de offi. ordi. Item decimæ in. c. tua. de deci. per Inn. ergo multo fortius facultas successionis priuatæ personæ tolli potest & restringi. In hanc partem declinant Dy. in regula. indultum & Ioan. an. ibidem in mercur. Item tenet Cy. in. l. scimus. C. de nup. idem Ab. & Ioan. an. in. c. raynutius. de testa. idem in addi. Specu. in ti. de succes. abintest. super rubr. & allegat ibi legem langobardam idem disponentem. & hoc expresse tenet Bar. in. l. ticius. §. fina. ff. de condi. & demon in. l. j. ff. de suis & legi & l. si ita quis in fi. ff. de lega. ij. idẽ Bal. in. l. cunctos. populos. C. de sum. tri. in. xiij. co. & supponit pro indubitato ita esse. & in. d. l. maximum uitium. Idẽ Oldra consi. cvij. incip. circa. ius municipale. & ita sequuntur omnes moderni & ita fere p totam Italiam seruatur.

ALIA ADDITIO.

Conclusio quæ communiter tenetur. sed huic conclusio
8 ni obstare uidentur duo Primo quod legitima † succedit loco alimentorum. ut in auten. de trien. & semis. §. prohibemus. uersi. unde enim. sed educatio liberorum est de iure naturali. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. ergo tolli non potest cum iura naturalia non tollantur ut sæpius dictum est. Item quia alimenta non debent. filijs denegari. ar. l. filium. de pa. po. Secundo uidetur obstare text. in. d. auten. de trien. & semis. quæ uidetur habere clausulã derogatoriam ad quamcunque: consuetudinem uel legem cuiuscunque inferioris: ex quo ratio sic disponendi est uniformis ubicunque locorum per quam statueretur contrarium. & sic leges municipales non debens ualere ut in auten. nauigia. C. de fur. & in auten. omnes peregrini. C. communia. de succes. cogitabis.

ALIA ADDITIO.

9 Quod propter † delictum filius excluditur a legitima. Et potest ratio assignari. quia delinquendo filius uidetur cõsentire in pœnam ut legitima sibi auferatur & alia pœna etiam corporalis imponatur. ar. l. j. §. bestias. ff. de postu. & sic non tam ex lege quàm ex suo consensu surgit priuatio dictæ legitimæ: cogita si placuerit ibi ista rõ nec ne.

ALIA ADDITIO.

10 Videlicet statutum † municipale tollet in totum legitimam. Et ideo statuta quæ hodiæ cõmuniter fiunt in Italia prohibentia fœminas extantibus masculis non succedere nec legitimam petere posse prouident eis ut dotentur arbitrio propinquorum. nam tunc dos succedit loco legitimæ licet forte diminutæ & si dictum statutum non prouideret in aliquo non teneret tanquam irrationabile et contra legem tam naturæ quam Diuinam canonicam & ciuilem. de quo per Bar. in. l. liberorum. ff. de uer. signi. & per Bal. in. d. l. maximum.

Decisio. II. alias. 226.

Summarium.

Valet consuetudo quod receptus ultra numerum præbendarum minorem ualeat optare.

SI in ecclesia ubi est certus numerus & distinctio præbendarum uidelicet maiorum & minorum. sed nõ est ibi certus numerus canonicorum sit consuetudo quod receptus in canonicum ultra numerum præbendarum & carens præbenda prout interdum fit & fieri potest de iure. de consti. cum. M. de præben. relatũ dilecto & c. dilectus filius. ubi de hoc non posset optare maiorem. sed duntaxat minorẽ præbendã iuxta ordinẽ suæ receptionis ualet & tenet huiusmodi consuetudo. ar. eorum quæ le. & not. de ma. & obe. statuimus. per Inno. de præben. quamuis & c. cui de non per Ar. li. vj.

Decisio. III. alias. 227.

Summarium.

Consue-

Consuetudo ualet quod habens minorem præbendã possit optare maiorem. sed non econuerso.

VAlet & tenet consuetudo quod habens siue optans minorem præbendam in prædicta ecclesia ubi sunt maiores & minores præbendæ ut præfertur iuxta ordinem suæ receptionis possit postea optare maiorem præbendam cum uacabit.ar. eorum quæ le.& not.in capitu.fina. de consue. libro sexto habens uero maiorem non poterit secundum eandem consuetudinem optare siue recipere minorem quia licitum est ascendere de minori dignitate ad maiorem. sed non descendere de maiori ad minorem. argu. eorum quæ le.& not.de transla.epis.licet.& cap.quãto. Pro quo facit q̃dam not.Io.mo.in dicto capitulo.fina.de consuetu.& in cap.cum aliquibus.de rescrip.libro sexto.& Ioan.an. in dicto capitu.fina.de consue. uidetur tenere contrarium per.§.præterea.insti. de actio. quia illa est melior quæ plus placet.

Decisio. IIII. alias 296.

Summarium.

Præbenda uacans in curia prætextu consuetudinis optari non potest.

SIcut canonicatus & præbenda in curia romana uacã.per alicuius obitum optari non potest uigore consuetudinis.secundum capitu.fina.de consuetud.libro sexto ita nec grossi fructus per dictum canonicum in curia.defunctum obtẽti possunt optari etiam si illi grossi fructus redirent ad capitulum. prout do.Grego papa.undecimo.declarauit per suam bullam in iudicio productam.

Decisio. V. alias.300.

Summarium.

Consuetudo optandi in ecclesia in qua sunt maiores & minores præbendæ tollitur per clausulas derogatorias in literis apostolicis positas.

SI mandetur alicui prouideri de maiori præbenda cum uacauerit in certa ecclesia in qua minores & maiores præbendæ existunt: non obstantibus statutis & consuetudinibus illius ecclesiæ in contrarium facientibus quibuscunque.& præsertim illis quibus cauetur quod nullus possit habere maiorem nisi primo habeat minorem & per minorem gradatim ascendat ad eandem fuit dubitatum utrum per has clausulas derogatorias consuetudo optandi.de qua in capitul.fina.de consuetudi.libro sexto tollatur seu uerius differatur. Et dicebant aliqui domini & maior pars quod sic. attento quod per expressum de maiori præbenda mandabatur prouideri non obstan.consuetudine &cætera. Tum etiã quia alias gratia impetrantis posset totaliter frustrari per optantem in effectu.qui illam minorem non optatam habere non potest propter cap.cui de non.de præben. libro sexto.quod tamen potui in omni casu capitu.fina. antedicti sicque sunt diuersi casus non aduersi. Aliam rationem dicebat do. Nimosien. quia aliud est ubi sunt gradus præbendarum & debet fieri ascensus & non descensus. qui nedum per optionem sed etiam per collationem nouam uel assignationem capituli fit sæpe quæ quidem collatio siue assignatio non est dubium per decretum papæ impediri.de concess. præben.c. proposuit.& clemen.cum ei quem aliud ubi non sunt gradus præbendarum.sed omnes præbendæ appellantur maiores. una tantum melior est altera. Si ad illam meliorem deueniretur tantum per optionem & per consuetudinem tali consuetudini per dictas clausulas non derogaretur. quia gratia impetrantis in non optatis suum posset sortiri effectum. Secus uero in casu nostro supradicto. Videtur tamen obstare prædictæ distinctioni uerbum gradatim.positum in illo tex. quod tamen non refertur ad prædictas præbend.seu gradus præbend.sed ad gradus personarum prout ibidem not.glos. super eodem uersic. Præterea uidetur ob glo etiam ibidem super uersic.meliores quærens de habente maiorem.utrum possit uigore illius consuetudinis optare minorem. & tenet quod sic.quia illa uidetur sibi melior quæ magis sibi placet.in sti.de actio.§.præterea.sed intellige glos. non de minore in gradu.sed in ualore. Alij domini tenentes contrarium dicebant casum uerisimilem & possibilem quod nullus curaret optare minorem. & sic gratia sua posset sortiri effectum. Ad hoc respondebatur quod hoc esset de raro contingentibus ad quæ iura non aptantur. sed ad ea quæ frequenter accidunt.ff de legi.l.nam ad ea.de appellat. sæpe. Sed nostris temporibus cupimus augeri non minui ascendere & non descendere. de transla.capitu. quanto.& capitu.licet ergo &cætera. quam rationem ultimam alleg. Io.mo.in capitu. cum aliquibus.de rescrip.in casu quasi similiter ad materiam. uide nota per Ar.xxv. quæstione secunda capitul.insum.in fin. & per eundem & Ioan.aud.in capitu. si propter tua.de bita.de rescrip.lib.vj.

Decisio. VI. alias. 460.

Summarium.

Consuetudo optionis præbendarum canonicalium quanti temporis spatio introducatur.

Epithome.

1 Canonici eiusdem ecclesiæ an inter se possint mutare p̃bendas suas.
2 Beneficium ecclesiasticum in quos per superiorem est canonice institutũ ꝓpria auctoritate dimittere an liceat.
3 Beneficium secundum recipere per cuius assecutionem inducatur primi uacatio nemini licet.
4 Consuetudo an minori spacio inducatur quam præscriptio.

QVæritur quanti temporis spacio introduci possit in ecclesia consuetudo * optionis præbendarum canonicalium & uidebatur aliquibus ꝙ spacio.x.annorum quasi consuetudo non sit contra ius & sit rationabilis per not.xii.di. consuetudo & hanc opin.sequitur Ioann.and.in capitu fin.de consuetudi.libro sexto fundans se quod si ille textu.uoluisset requiri consuetudinem præscrtptam expressisset * sicut fecit in capitu non est.ibi dum tamen alias sit præscripta eodem titulo & li & non facit hanc expressionẽ sed simpliciter consuetudinem esse proponit. & idem uidetur tenere Ioann and.licet narratiua loquatur. de consuetudi.c.cũ tanto tamen aliquibus uidetur quod immo requiritur præscriptio.xl.annorum spacio quia præbenda canonicalis est titulus beneficialis sed contra ius est quod alicui de facto suo quæratur titulus in beneficio ita ut beneficium suum dici possit.de institu ex frequentibus & capitu fina.de reg.iu.beneficium libro sexto ergo ista consuetudo est contra rigorem iuris scripti. quo casu omnes concordant quod requiritur præscriptio xl. annorum In hac quæstio.uidetur probabiliter considerari status ecclesiæ.de qua quæritur utrum habeat hãc consuetudinem nam & aliquæ sunt ecclesiæ in quibus non est numerus canonicatuum nec distinctio præbendarũ de præben.c.dilecto & in istis non potest introduci cõsuetudo quia non est reperiri ꝙ in talibus ecclesijs præbendæ aliquæ uacent ergo præbenda non uacans optari non potest. ut requirit illa decr.cum in tua Aliquæ sunt ecclesiæ in quibus bene est numerus canonicatuum sed nullus numerus nec distinctio præbendarum. ut patet de concession. præbend. capitu.fina.§.si autem. libro sexto & in istis ecclesijs non potest introduci consuetudo.hæc pari ratione maxime quia in tali

*Consuetudo ad legi deci.j.&.63.& an cõsuetudo optãdi sit cõtra ius cõmune cald. consi 7.

* Expressisset quid autem si canonici alicuius ecclesiæ lõgo tpe steterũt ꝙ nõ optare p̃bẽdas an talis cõsuetudo tollatꝰ uide p do. de San. geni.ĩ d c.fi.i.ij col. uer. quæro pone.

bus ecclesijs per administrationem capituli bona diui-
duntur inter canonicos. & illi quanto sunt pauciores tan
to recipiunt maiores portiones; & quanto plures sunt tan
to minores recipiunt portiones ut in. d.c. fi. §. si autē Ali-
quæ sunt ecclesiæ in quibus est certus numerus canoni
catuū et per correspodentia ad numerum canonicatuū
est etiā numerus sed non distinctio pbendarū immo oia
bona sunt ad dominum & administrationem capituli in
communi in & super quibus bonis quasi in quoddam
confuso absq; aliqua actuali distinctione institutus est
numerus præbendarum correspondens numero canoni
catuum. Et istæ præbendæ propriori uocabulo uocantur
portiones priuilegiatæ. secundū Inno. de præben. c. dile
ctus. el j. & in istis ecclesijs sunt obseruantiæ diuersæ.
nam in aliquibus sicut capitulum habet omnium bono
rum. dominium. ita per officiales suos omnia bona admi
nistrat, & de fructibus collectis tot facit æquales portio
nes quot sunt canonici & cuilibet tradit partem suam.
& sic seruatur in ecclesia Andegau. In huiusmodi ec-
clesijs hæc consuetudo simili modo non posset introdu
ci. quia cum inter præbendas non sunt tituli beneficiales
non fit actualis distinctio & inter portiones quæ fiunt
bonis administratis. nulla fit electio uel durat illa diui-
sio fructuum. nisi quod illis fructibus etiam extantibus
non est reperire unam esse meliorem alia. In aliquibus ue
ro ecclesijs est certus numerus canonicatuum. & in qui-
bus in & super bonis capituli absq; alia actuali distinctio
ne institutus est numerus præbendarum correspondens
numero canonicatuum. Capitulum autem ad quod spe-
ctat dominium bonorum non administrat per officiales
suos, sed diuidit bona capituli in tot præbēdas quot sunt
canonici & cuilibet ipsum capitulum consignat præben
dam suam & fiunt hæc consignationes ad tempus secun
dum quod capitulo placet & tempore elapso omnes re-
ducuntur in communi & fit noua bonorum diuisio. istis
autem præbendis sic diuisis quia non est possibile quod
ita sint diuisæ æqualiter quin inter eas possit reperiri ele
ctio, In aliquibus ecclesijs eligunt antiqui canonici per
ordinem eorum, In aliquibus per sortem prout habet se
diuersa ecclesiarum consuetudo ut not. Io. an. in nouel.
in palle. c. cū in tua in gl. non uacantes & nota quod hu
iusmodi cōsuetudo cōsignationis bonorū per pbēdas ser
uatur in ecclesijs sancti Petri et sancti Martini. & in istis
potest habere locum consuetudo optionis præbendarū
quia antiquiore mortuo sequens potest optare præben-
dam quæ fuerit sibi assignata. & sic deinceps usque ad
ultimum. Et in istis ecclesijs est uerum dici eam posse in
troduci. x annorum spacio. Nam in istis ecclesijs cano-
nicus nullo modo mutat nec mutare posset titulum. cū
inter præbendas ubi sunt tituli beneficiales non sit actua
lis distinctio sed duntaxat prout præbenda in mera tem
poralitate consistit. eam mutare nihil iuri contrarium &
continet in se æquitatem magnam. per illa quæ not. In-
no. de maio. & obe. c. statuimus & in isto casu cōcludunt
& locum habent rationes doctorum. hanc partem tenen
tium positæ in. c. cum in tua & clare apparere potest eas
bene intuenti. In aliquibus autem ecclesijs est certus nu
merus canonicatuum & etiam certus numerus præben-
darum. quæ quidem præbendæ sunt inter se actualiter
& realiter distinctæ ita quod non est unum beneficium
ecclesiasticum actualiter & realiter ab illo distinctum a
dote & fundatione alterius. Et in quibus quælibet præ-
benda est domina suæ dotis. & si non sit numerus cano
nicatuum est tamen & numerus & modo præmisso rea-
lis distinctio præbendarum ut colligitur. & not. de con-
stit. cum. M. & de istis loquitur de proba. c. ex literis. hu-
iusmodi status sunt quasi omnes ecclesiæ Normanniæ
& Angliæ & Vratislauien. de qua quærimus. Et in hijs
ecclesijs indubitanter credo quod non potest introduci
hæc consuetudo minori spacio quam. x. annis immo di-
cere aliud reputo magnam simplicitatem.

¶ Ad probationem autem conclusionis præmitto unū
in quo doctores concordant quod canonicatus & præ-
benda quæ pro eo est instituta tantam habent connexio
nem & correspondentiam inter se quod eo ipso quod ali
quis assequitur unam præbendam canonicalem & per
consequens assequitur illum canonicatum pro quo præ
bēda fuerat instituta. quia ad positionem unius cōnexo-
rum ponitur reliquum. de consti. cap. translato. cum cō
cor ibi alle. & de reg. iur. accessorium. lib. sexto. Canoni-
catus autem & præbenda canonicalis inuicem sunt an-
nexi & correspondentiam habentes una ad alterum. ut
j. questi. iij. c. in summa. & ibi not. & c. si quis dator. & c.
si quis episcopus. & cap. si quis obiecerit. & cap. salua-
tor. uersi. in nomine. hoc tenent Composte. Ioan. and. &
Colle. de consti. cum. M. ferrarien. Archi. & Ioan. and.
de præben. c. si clericus. lib. sexto. & clarius Guil. de mō.
laud. & Genze. de præbend. si iuxta in clemen. Vbi patet
quod papa utendo sua potestate excellenti dat uni ca-
nonicatum supernumerariū sub expectatione præbēdæ
quando uacans præbenda sibi confertur eo ipso & per
consequens confertur sibi ille canonicatus qui simul ua
cauit cū præbenda quia ille est cum quo & pro quo præ
benda fuit instituta & qui habet correspondentiam & a-
liter desinit esse. Et ex istis arguitur sic. Ille qui habet in
ecclesia unam præbendam canonicalem consequitur a
liam præbendam actualiter & realiter distinctam a pri-
ma consequitur & per consequens nouum canonicatū.
quia primus canonicatus remanet cum præbēda dimis-
sa. & illa quæ uacauit cum præbenda quam recepit con
sequitur ipsam præbendam. ut patet ex superius allega.
ergo consequitur nouum beneficium ecclesiasticum re-
aliter & actualiter distinctum ab illo quod dimittit ut ex
se patet & conuincibiliter probatur. de consue. præben.
literas. de præben. si iux. in clemen. ergo habens in eccle
sia unam præbendam canonicalem si ea dimissa optat
aliam a prima actualiter & realiter distinctam per optio
nem ipsam consequitur nouum beneficium ecclesiasti-
cum a primo realiter distinctum, Sed istud est notorie cō
tra ius quod aliquis sine canonica institutione superioris
habeat beneficium ecclesiasticum, ergo in ista consuetu
dine optionis requiritur præscriptio. xl. annorum. de cō-
suetudi cap. fin. ut sic faciam distinctionem doctorum q
aut præbendæ ut sunt tituli beneficiales & ecclesiastici
sunt inter se actualiter & realiter distinctæ. Aut ut sunt ti
tuli beneficiales & ecclesiastici præbēdæ sunt distinctæ.
Sed earum emolumenta per assignationes capitulares
uel alias inter se distinctionem habent & per consequēs
maioritatem & minoritatem in ualore, Primo casu quia
per optionem præben. indubie dimittitur titulus benefi-
cialis qui prius habebatur & nouus acquiritur & tunc in
introductione consuetudinis option. necessarium sit spa
cium. xl. annorū quia indubie hæc cōsuetudo est cōtra ius.
Scdo casu quia per optionē nec canonicatus nec pbē. ut
ipsa est titulus beneficialis quæ prius habebatur dimitti
tur, immo reuera canonicatus & præbenda canonicalis
prius habita retinetur & solum præbenda idest terrenū
pro portione fructuum & canonicatuum contingens as-
signata est, & sic sola temporalitas mutatur. & in isto ca
su sufficiant. x. anni quia istud æquitatem habet & nul-
lam repugnātiam iuris. Et ista distinctio est in terminis. fa
cit Composte. de consutu. cap. fin. & in simili glos. ordi.
prima quæstione. iij. in summa. & Collec. de re. permu. c.
1 quæsitum, ubi quærens † an duo canonici eiusdē eccle-
siæ possunt inter se mutare præbēdas suas. Respondit p
distinctionem præmissam quod in casu secundo sic & in
primo non. nisi cum auctoritate superioris. sicut eccle-
sia & ecclesiastica beneficia permutantur. Secundo
2 probatur sic secundum † iuris communis dispositionem
nullus potest auctoritate sua dimittere beneficiunm ec-
clesiasticum in quo est per superiorem canonice in titu
latus sed optans præbendam uacantem primam dimit-
tit auctoritate propria. ergo illa optio est contra ius com
mune. Antecedens probatur de renunc. cap. admonet.
& cap. quod in dubijs. consequens est ex terminis notis-
simum. Et si dicatur iste non dimittit primam sed ius
commune facit eam uacare per assecutionem secundæ
3 ut in alleg. cap. literas. & cap. si iuxta Respondeo † quod
de iure communi non potest aliquis recipere secundum
beneficium per cuius assecutionem introducitur primi
uacatio sine licentia superioris quo erat intitulatus: ut
in dicto. cap admonet & cap. quod in dubijs. & no. vij.
quæsti. j. placuit. et. xxj. quæsti. ij. capitu. j. & plene per
omnes in præalle. cap. admonet. Et licet contrarium ser

uetur

uetur de conſuetudine, tamen illa conſuetudo eſt con-
tra ius. & ideo in eius introductione neceſſaria eſt ipſius
continuatio per ſpacium .xl. annorum ut ſupra eſt dedu-
ctũ. Tertio probatur ſic iſta conſuetudo eſt contra ius cõ-
mune per quam quæritur ius ad beneficium uacatu-
rum, talis eſt conſuetudo optionis: hoc ſuppoſito quod
in eccleſia ſint præbendæ canonicales realiter diſtin-
ctæ igitur de antecedenti etiam ſunt textus de conceſ.
præbend. cap. nullam. & c. ne captandæ. lib. vj. de con-
ſequenti eſt tex. in. c. cum in eua. de conſuetud. libr. vj. Et
ibi not. ꝙ uirtute conſuetudinis iſta præbenda eſt debita
eam optare petenti & uolẽti in glo. quæ incipit. per hoc
ſatis. & ſi coniungatur decre. maioribus de præben. & de
cre. quæſitum. de re. permu. Credo ꝙ determinent indu-
bie iſtam conſuetudinem eſſe nedum contra ius ſimpli-
citer immo contra concilium Turonen. Addendo enim
c. quæſitũ. quod eſt gl. in. c. maioribus ad ipſum c. maiori
bus, nihil aliud dicit niſi ꝙ prohibet diuiſiones & com-
mutationes fieri præbendarum & ex uerbis diuiſionis qd
procedat apparet quod intelligitur de præbendis eiuſ-
dem eccleſiæ & hoc ꝙ iſta conſuetudo ſit contra ius cõ-
mune clare determinat Archi. in alle. c. cũ in tua. in glo.
quæ incipit. habentes. Et ad idem ꝙ etiam in eadem ec-
cleſia prima præbenda dimiſſa recipere ſecundã ſit con
tra ius commune. tenet glo. & Pau. in alleg. c. ſi iuxta. de.
præben. in cle. Et præterea cum generaliter ſit uerum ꝙ
eccleſia ubi tangitur ipſius eccleſiæ lex uel iura non ad
mittet præſcriptiones minoris temporis quam. xl. anno-
rum. ut de præſcript. c. de quarta. Quæro ubi fundatur
4 iſta diſtinctio ꝙ in cõſuetudinibus † quæ ſunt contra ius
commune ſint neceſſarij. xl. anni in alijs ſufficiant. x. nã
licet inter cõſuetudinem & præſcriptionem ſint multæ
differentiæ, tamen nunquam reperimus ꝙ minus tẽpus
ſufficiat in conſuetudine quam in præſcriptione, immo
tex. innuit oppoſitum ꝙ requiritur tempus uniforme. de
cau. poſſ. & propri. c. cõ eccleſia ſutrina. de elect. c. cuma
na. de conſue. c. ſi. lib. vj. nunc ſi cum doctoribus diſtin-
guamus ꝙ aut conſuetudo quæ inducitur tangit priua-
tos uel eorum res uel iura & tunc ſi non ſit contra ius in
troducetur ſpacio. x. annorum ſeruatis alijs quæ ſunt ne
ceſſaria in introductione conſuetudinis cum tanto tem
pore eorum bona poſſunt præſcribi alijs ſeruatis quæ in
præſcriptione ſimiliter requiruntur. & ſic intelligit. c. cõ
ſuetudo. cum ibi not. xij. di. Aut tangit eccleſias ſeu ea-
rum ſtatum res uel iura & tunc ſemper in introductione
conſuetudinis requiruntur. xl. anni cum tanti temporis
præſcriptio in earũ rebus uel iuribus requiratur. Et hanc
diſtinctionem facit Inno. in. c. cum dilectus de conſue.
& ipſum ſequentur ibidem Hoſti. & Io. an. & Collect. e.
ti. c. ex parte. & ultimum membrum clarius ponit Inn.
de conſue. c. ſi. ubi quærit de duobuſ. Primo quæ cõſue
tudo dicatur rationabilis. Secundo quanti temporis præ
ſcriptio requiratur ad eam introducendã. Ad primum
reſpondet ꝙ illa eſt rationabilis quæ non eſt contra ius.
uel ſi eſt habet tamen iuris alterius approbationem. Ad
ſecundum reſpondet ꝙ requiritur præſcriptio. xl. anno-
rum. Siue ergo dicas ꝙ iſta conſuetudo non ſit contra
ius ut aliqui opinantur, Siue dicas ꝙ eſt cõtra ius ſed ha
bet iuris approbationem clara eſt determinatio ꝙ utroq;
caſu uniformiter requiratur præſcriptio. xl. annorum ſe
cundum ipſum. & ibi tenet idem indiſtincte glo. ordi. ſu-
per uerbo legitime ſit præſcripta & etiam Compo. Rur
ſus ſi aliquis uellet tantum inherere opinioni illius gl. c.
ſi. adhuc neceſſe oporteret eum diſtinguere inter conſue
tudinem quæ eſt ſecundum ius uel præter ius cõmune
& ꝙ in nullo per eam derogatur iuri particulari alterius
eccleſiæ uel eccleſiaſticæ perſonæ. & ad introductionẽ
iſtius conſuetudinis ſufficiunt. x. anni. ut not. in illo. c. cõ
ſuetudo. uel per conſuetudinem ipſam licet præter uel
ſecundum & non contra ius commune. per eam tamen
derogatur uel detrahitur in toto uel in parte iuri pertinẽ
ti ad illam eccleſiam uel perſonam eccleſiaſticam. & ſic
ratione adiuncti præiudicij quod ſit alteri requiratur ꝑ-
ſcriptio. x. annorrum. Et illa concluſio uidetur inconuin
cibiliter probari. de conſue. c. cum dilectus. cõiuncta de
cre. abbate. de uer. ſigni. Nam iſta conſuetudo non eſt cõ
tra ius ꝙ de certo monaſterio debet eligi abbas alterius
monaſterij uacãtis. & tamen quia iuri electorum in ali-
quo derogatur cũ antea poſſent de iſto uel alijs ubi ual-
lent libere eligere modo non poſſunt niſi de iſto & ſic eo
rum in eligendo libertas reſtringitur eſt neceſſaria præ-
ſcriptio xl. annorum: ut in. d. c. abbate. ſupra alle. & qua
ſi omnes tenent in allegato. c. cum dilectus. & idem pro
batur de elect. c. cumana. de cau. poſſ. & proprie. cum ec
cleſia ſutrina. Nam iſtud non eſt contra ius ꝙ alij quam
canonici cathedralis eccleſiæ admittantur ad eligendũ
una cum ipſis licet eſſet contra ius ꝙ alij quam ipſi ip-
ſis excluſis eligant ut not. Ioan. an. in præalle. cap. cum
eccleſia ſutrina. & cum introductione conſuetudinis
iſtius ꝙ electorum poteſtas in tantum uidetur dirimi ꝙ
per conſuetudinem alijs acquiri requiritur. xl. anno. ſpa
cium ut in. d. c. clare probatur. Eodem modo facit de of
fic. archi. cap. dilecto. cum ſuo uero intellectu. Nam iſta
conſuetudo ꝙ archidi. in monaſterio habeat iuriſdictio
nem non eſt contra ius ſed preter & eſt rationabilis &
fauorabilis & tamen requiritur quod ſit legitime præſcri
pta: ſecundum Innoc. & per omnes ibidem. Et iſtud poſ
ſet per multa conſimilia iura probari ſed per iſtam con-
ſuetudinem etiam ſi diceremus quod non eſt contra ius
tamen indubio detrahitur iuri, ſcilicet illius ad quẽ per-
tinet collatio præbendarum qui illam poteſtatem per
conſuetudinem iſtam perdit igitur. & cætera. Et ſi dica-
tur non perdit quia potuit conferre ultimam. Dico
quod ideo notorie diminuitur poteſtas ſua, quia uni
pingui præbendæ uacanti poſſit illam conferre haben-
ti aliam minus pinguem & illam alteri & ſic deinceps
unde poſſet renumerare quatuor uel quinque uel
plures perſonas ex uacatione unius præbendæ modo
non poteſt conferre niſi unam & omnino deteriorem. &
iſta ſola ratio uidetur ſufficiens ad deſtruendum opin.
gl. quæ poteſt dicere quod ipſa eſt contra omnes & ma-
nus omnium contra eum Compo. enim quem ipſe alle.
illam opi. non tenet. ſed facit diſtinctionem æquiſſimã
& iuri conſonam quam ſupra recitaui. Nec etiam Ar-
chi. quem etiam alleg. illud tenet immo tenet oppoſitũ.
Nam primo determinat quod illa conſuetudo eſt con-
tra ius in gloſ. ſua quæ incipit. habentes. & licet prius in
alia glo. ſequenti uideatur innuere quod ad eius introdu
ctionem ſufficiant. x. anni. tamen in fin. alleg. in contra-
rium. cap. ſi de beneficio. de præben. libro ſexto. cui ſtat
cum contrarium non ſoluat nec uidetur uere poſſe ſolui
nam quod unum beneficium debeat per regulares uel ſe
culares regi. iſtud non eſt contra ius & tamen ad intro-
ductionem iſtius conſuetudinis requiruntur. xl. anni. ubi
nec uidentur ualere ſolutiones Ioann. and. Prima non
nam ſicut per illam conſuetudinem applicatur certus
ſtatus uni beneficio ita per iſtam uni eccleſiæ. Item ap-
plicatur ſtatus certus uel non per non conſuetudinem
nil facit ad propoſitum. cum originalis diſtinctio habe-
at: Vtrum conſuetudo ſit contra ius uel non ſit contra
ius. Eſto quod per eam certus ſtatus applicetur quod fa
cit ad propoſitum certe nihil. & iſta eſt omnino ſecun-
dum ius uel ſaltem præter & rationabilis & tamen. xl.
anni requiruntur. Vnde ille text. omnino uidetur con-
fundere gloſ. diſtinctionem. Nec ualet ſecunda ſolutio
quæ habet quod ideo facit mentionem de præſcriptio-
ne. xl. annorum quia loquitur in præſcriptionibus quæ
ſunt odioſæ & ambitioſæ Secus in optionibus quæ non
ſunt odioſæ nec ambitioſæ iudicio meo parum ualet
hæc ſolutio. Nam iſte text. non conſiderauit ambi-
tionem odium uel fauorem ſed conſiderauit ubicun-
que ſit mentio de conſuetudine eccleſias uel perſo-
nas eccleſiaſticas tangente, intelligitur de præſcriptio-
ne. xl. annorum ſpacio. nam cum præſcriptio legitima
ad conſuetudinem ſe habeat ut una ex partibus eam
eſſentialiter conſtituentibus nam qui dicit conſuetudi-
nem dicit eam legitime præſcriptam eſſe. Et clare pro-
batur in alleg. cap. quanto. de conſe. de elect. c. cum ec-
cleſia ulterana. de cau. poſſ. & pro pri. c. cũ eccleſia ſu
trina melius in. cap. cumana de elect. facit regula in to-
to. de regu. iur. lib. ſexto. & quæ not. Innoc. de teſti. c. fra
ternitatis. & ſic etiam uidetur not. Ioan. an. in alleg. cap.
cum de beneficio ſuper. uerſic. legitimam. Et quia dicit
quod hæc præbenda poſſet non optari fateor ſed non
propter hoc minoris ſed maioris temporis præſcriptio re
quiritur in cõſuetudinis introductiõe. ut no. Io. an. de ꝑ-

scrip de quarta. Si enim hoc ualet ꝙ præbenda uacans
potest nõ optari impedit ne iste usus optionis habeat cõ
tinuam causam. secundum hoc requiritur duplicatum
tempus si non impedit requiruntur xl. anni ut ibi not. In
no. licet Hosti dicat ꝙ de iure canonico uniformiter. xl.
annorum præscriptio est necessaria & illa quæ ibi posue
runt isti doct. satis probant distinctionem quam supra po
sui † scilicet ꝙ aliud sit in consuetudinibus ecclesiarũ.
Aliud sit in consuetudinibus priuatorum. Nec etiam ua
let ꝙ dicit ꝙ æquitatem & rationem habet illa consuetu
do nam & si hoc sit uerum nihilominus xl. annorum p̃-
scriptio requiritur in ipsius introductione. ut in alleg. ca.
quanto. Posset etiam dici tunc hoc dictum non procede
re. Nam licet æquum & rationabile sit ꝙ ei qui longiori
tempore seruierit prouideatur de maioribus præbendis.
ut de mai & obedi. ca. j. & c. statuimus & in concor. ubi
glo. alleg. tamen ꝙ ipsi auctoritate propria recipiãt illud
non uidetur habere æquitatẽ per iura supra alleg: Nec
negari potest quin ista consuetudo cum peccato inci-
piat in ecclesijs in quibus ut dixi præbendæ sunt actua-
liter distinctæ cum illi eam inceperunt introducere sine
titulo & sic cum detrimento animarum suarum tenue-
runt ipsas præbendas. Nunc restat respondere ad arigl.
quia si textus. c. cum in tua uoluisset intelligi de consue
tudine præscripta hoc fecisset sicut fecit in. c. non est: re-
spondeo ꝙ in. c. nõ est textus dispositiue tractatus de cõ
6 suetudine quærit utrum consuetudo † ualeat. scilicet ꝙ
episcopus sine capitulo corrigat crimina & quia textus
habet respondere eam ualere opor et enim dicere de cõ
suetudine præscripta et sic de perfecta iuxta. c. cum tan
to. eodem ti. Sed in. c. cum in tua. textus solum per mo-
dum suppositi facit mentionem de consuetudine quæ-
rens dato ꝙ in ecclesia sit aliqua cõsuetudo optionis. E
si aliquis ibi impetret canonicatum sub expectatione prt
inæ præbendæ uacaturæ utrum per istam impetrationẽ
impediantur optiones & dicit ꝙ non modo iura quæ ali
quid supponunt: supponunt illud tanquam in esse suo p
fecto & iuste & rationabiliter esse factum & introductũ
intelligunt. ut satis clare probatur in. c. cumana supra al
leg & ibi nota. Item ad rationem alle. per Archi. respon
deo ꝙ rei ueritas est ꝙ ille qui habet unicam præbendã
si recipit aliam a prima distinctam mutat suum titulum.
ut sunt casus in illis. c. literas. & c. si iuxta supra alle. Nã
licet prohibitus alienare possit alienare in unum de fa-
milia reuera alienatio est hæc permissa tamen in aliam
personam prohibetur sic & episcopus alienare prohibi-
tus si alienet in capitulum licet non sit alienatum ab ec-
clesia. quia episcopus & capitulum faciunt unum cor-
pus: tamen alienatum erat a mensa episcopali. sit & hic
licet iste optans non mutat titulum ecclesiæ. quia in ec-
clesia in qua primo remanebit intitulatus tamen suum
titulum primum bene mutat cum ecclesia plures tales ti
tulos habeat per ea quæ not. & alle. Hosti. de his quæ fi.
a præla. c. cũ apostolica. & per glo & Pau. de rebus ecl.
non ali. c. si unam. in cle. & ꝙ sequitur ꝙ omnia nomine
ecclesiæ possidet Respondeo aliud est possidere præbẽ
dam ut titulum: & ipsam possidere nomine ꝓprio & non
ecclesiæ: ut probatur de proba. c. ex literis. & not. Inno.
de causa poss. c. cũ super. & de resti. spo. c. in nostris &. c.
ex parte. & sic loquitur quæstio de præbenda ut titulus
beneficialis possessa. Aliud ẽ possidere bona & res illius
præben. & illas possidet bene nomine ecclesiæ & præbẽ
dæ in. § fin. xij q. iij. alle. per Archid. Et ratio ut dicunt
doctores ꝙ canonicus agens contra canonicum eiusdẽ
ecclesiæ de bonis præbendæ: aget nomine præbendæ.
quia ecclesia omnes præbendas æqualiter possidet tan-
quam suas. Sed si contra extraneũ utilius est nomine ec-
clesiæ licet possit etiam nomine præbendæ agere secun
dum Inno. & alios in alle. c. ex literis. de proba. Nũc re-
stat respondere ad unũ quod obijcitur. si tu dicas ꝙ per
optionem mutatur titulus beneficialis. ergo per consuetu
dinem potestas optandi introduci nõ potest. quia illa cõ
suetudo esset contra ius diuinum quo cauetur: Nemo si-
bi sumat honorem nisi qui uocatus fuerit a Deo tanquã
Aaron. Hebre. v. de elec. c. qualiter & contra illud etiã a
postoli maneat unusquisq; in ea uocatione &c. ad Co-
rint. vij. & xxj. q. c. j. Sed contra ius diuinum nõ ualet cõ
7 suetudo. de consue. c. si respondeo † ꝙ consuetudo ope-
ratur duos effectus principaliter. Primus ꝙ uirtute con-
suetudinis præbenda uacans est debita eam optare uo-
lenti. ut in prælleg. c. cum in tua. Et licet sit contra ius
commune ꝙ ad beneficium uacaturum quæratur ius ut
supra est clare probatum. & dicit decre. magis clare de
præben. c. dilectus. nihilominus tamen ista consuetudo
reputatur rationabilis quia habet approbationem iuris.
ut etiam est textus de præben. c. cum in ecclesia. lib vj.
& ibi etiam not. Secundus effectus consuetudinis est ꝙ
ad præbendam optatam admittendus est ille per illum
per quem est assuetum: puta per capitulum uel per aliũ
qui tempore quo se petit admitti præest capitulo uel a-
lio prout est consuetum. Et licet etiam istud sit cõtra ius
commune secundum ꝙ istud pertinet ad capitulum uel
ad episcopum con consensu uel saltem cum consilio ca
pituli secundum diuersas opiniones: tamen nihilominus
per consuetudinem potest introduci & dicetur consuetu
do rationabilis quæ etiam habet approbationem iurium
ut clare probatur de elect. cum ecclesia uulterana. de cã
pos. c. cũ olim &c. his suppositis clare respõdetur ad ar
gumentum inductum illud est contra ius diuinum ꝙ a-
liquis sine institutione superioris recipiat beneficium ua
cans fateor & cum dicitur ꝙ sic facit iste optans. dico ꝙ
non immo dico ꝙ quia præbenda uirtute consuetudinis
est sibi debita: tamen cum ad eam se petit admitti per
illum ad quem uirtute consuetudinis pertinet & per il-
lum admittitur hæc admissio uirtute consuetudinis lo-
co institutionis superioris succedit. & licet istud sit con-
tra ius positiuum: tamen non cõtra ius diuinum. ideo po
test consuetudine introduci. Ita in simili not. Inn. Hosti.
Compost de elec. c. transmissam. & eo. ti. c. ꝙ sicut &c.

DE ELECTIONE

Summarium.

Appellatus ueniens ad curiam quandocunq; prose-
qui potest appellationem sibi nullatenus intimatam.

Epithome.

1 Intimatio in materia appellationum habet uim citatio-
nis quo ad appellatum.
2 Causa quando dicatur esse in curia ex natura causæ.
3 Causa existent e in curia ex natura causæ quando pro
cedi possit ad diffinitiuã.

Decisio. I. alias. 38.

FVit dubitatum & sæpe
in consilijs positũ utrũ
* appellatus posset in
curia Romana proseq
appellationem interpo
sitam in partibus in for
ma c. statuimus. de ele.
lib vj. sibi infra mẽsem
non intimatã & proce
di in uim istius appella
tionis non intimatæ in
absentia partis appellã
tis per audientiam con
tradictarum ut moris est Et uidebatur multis ꝙ nõ. quia
intimatio uidetur esse hodie de substantia formæ appel-
lationis deuoluentis causam beneficialem ad curiam ut
in clem. causam electionis de elec. & quia quælibet for-
ma dat esse rei. ut j. q. j. detrahe. de bap. cap. j. & iij. de e-
lec. c. quia pp. ergo &c. maxime si de huiusmodi prose-
cutione & de itineris sui arreptione ad curiam aduersa-
rium suum uidelicet appellantem qui forte suam appel
lationem ideo sibi non intimauit quia causam suam ad
curiam nec deuolui nec eam ibidem agitari uoluit. non
certificauit. quia uerisimiliter appellans ignorare potuit
ꝙ aduersarius suus ipsum appellasse sciuerit. quæ quidẽ
ignorantia merito ipsum a contumacia debuit excusa-
re. de sen. ex. c. si uero. q ma. accu. pos. c. cũ in tua. de con
sti. c. ut animarũ periculis. lib. vj. Et uidebatur aliquibus
huiusmodi certificationem adeo fore necessariam ꝙ
alias

* Vtrum add. infra de appe. deci. 6.

alias nõ ualeret processus factus in absentia prædicti ap-
pellantis nisi de nouo citaretur. Pro quo allegabam.c.
cordi.de app.lib.vj.ibi si appellatus uoluerit & petierit
&cætera.& cle.j.de app. His non obstan.fuit determi-
natum per omnes dominos contrarium quo ad utrumq;
membrum uidelicet appellatum posse prosequi appella
tionem interpositam per suum aduersarium in causa be
neficiali etiam sibi non intimatam infra mẽsem uel post
dummodo de illa faciat fidem corã auditore in Roma-
na curia.nec requiritur aliqua certificatio fienda appel
lanti maxime si appellans infra mensem plenam noti-
ciam absq; intimatione appellantis de huiusmodi appel
latione habuerit & idem si post mensem dummodo con
staret de huiusmodi appellatione. & ratio poterit esse
utriusq; dicti: quia si non emanasset.cle.causam electio-
nis.i.de elect.non est dubium q appellans ire uel mitte-
re tenetur ad curiam per.c.statuimus.supra alle.ut si ap
1 pellatus ueniret se defenderet.modo.d.cle.causam.† qđ
uult huiusmodi intimationem fieri appellato infra men-
sem emanauit solum in fauorem ipsius appellati ne præ
textu ignorantiæ se ualeat a contumacia excusare.& si-
cut ipsa intimatio habet uim citationis quo ad appella-
tum & arctat ipsum ad eundum uel mittendum procu-
ratorem ad curiam ita citat & arctat.c.statuimus: appel
lantem ad eundum uel mittendum: sicq; idem appellãs
debuit istum casum præuidere & de illo dubitare & mit
tere procuratorem ad curiam.ut si appellatus uellet p-
sequi appellationem ipse haberet qui eũ defenderet. sal-
tem in audientia contradictarum. alioquin ad instantiã
appellati posset procedi per eandem audientiam in con
tumaciam appellantis seruatis semper temporibus dicti.
c.statuimus quam quidem appellationem etiam non in
timatam inuito etiam appellante appellatus potest pro-
sequi secundum. Inno ibidem.& in.cap.cordi.& Pau.in
cle.causam antedictam. Ratio quia huiusmodi intima-
tio sit introducta in fauorem ipsius appellati & non ap-
pellantis.quia proprium suum factum ignorare non po-
test.ff.pro suo.l.fi.de rescrip.c.ab excõmunicato hoc in
eius lesionem retorqueri non debet.ut.l.quod ob.fauorẽ
de reg.iu. Pro quo faciunt in ratione not.per Inn.in.c.in
terposita.de app.& in.c.cordi.eo ti.lib.vj.hanc conclu-
sionem posuit Ioan.an.in dicta clem.causam super.uer.
deuoluta circa fi.& æqualiter ipse & Pau. tetigerũt hoc
idem in cle.constitutionem.eo.ti.quorum opiniones sem
per fuerunt approbatæ & seruatæ in hoc puncto.

ADDITIO.

Pro declaratione huius decisionis & aliarum de deuo
2 lutione loquentium quæro hic de tribus. Primo quãdo †
causa dicatur esse in curia ex natura causæ ut quia est
de maioribus de appel.c.ut debitus in fi.& de ele.c.quã
uis.lib.vj.uel quia causa est beneficialis seruata forma.
c.j.de elec.lib.vj.& cle.causam.eo.tit. Quandoq; cau-
sa est in curia per accidens & tunc dic q siue sit appella
tum a diffinitiua siue ab interlocutoria alterum tantum
duorum facit litem esse in curia uel q sit delatum uel p
appellatum uel iudicem.ut in.c.sæpe.de appel. sola er-
go termini præfixio hoc non operatur quicquid dixerit
glo.dicto.c.sæpe.ubi not.& eod.ti.c.nicolao.hoc uerum
quantum ad negocium appellationis tantum.sed si ap-
pellatione interposita ab interlocutoria statim uellet par
tes negocium principale esse in curia:ut sic ibi termina-
retur omisso appellationis articulo exigitur consensus
utriusq; partis.ut in.c.cordi.de appel.lib.vj. ¶ Secundo
quæro qs sit effectus q causa sit in curia: dic q effectus
est q negocium sit in curia.quia ubi est in curia non mit
titur extra curiam sed manet in curia. & tunc parti non
sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & con-
tradicendum.sed oportet mittere procuratorem sufficiẽ
ter instructum ad causam tractandam.ubi uero negociũ
non est in curia tunc sufficit mittere procuratorẽ ad im
petrandum & contradicendum ex quo causa ibi nõ de-
bet tractari sed cõmitti extra curiam. ¶ Tertio quæro:
3 posito † q sit in curia an & quando possit ad diffinitiuã
procedi? dic q si causa est talis in qua non exigitur litis
contest.sui natura tunc indistincte contra contumaciter
absentem uel citatum uel elapso termino appellationis
ubi statutus est ab homine qui terminus habet uim cita-
tionis peremptorie procedi potest ad diffinitiuam. Si ue
ro causa est talis cuius natura exigitur lit.contest. si ap-
pellatur ante lit.contest.non potest tunc procedi ad dif
finitiuam sententiam.posito q causa sit in curia exquo
lis nondum est contestata sed tunc pars non comparens
in termino condemnatur in expensis.de appel.c.nico-
lao.Si uero appellatur post litem conte.quia tunc appel
latio non rescindit contestationem litis.l.ita demum.C.
de procu.& in.l.fi.C. temp.appel. poterit procedi ad
diffinitiuam exquo subest fundamentum litis contest.
super quo fertur sententia in causa appellationis: ut est
casus secundum uerum intellectum in.c.per tuas.de ap
pel.& per hoc intelligas gl.in.c.ueniens.de renunc. quæ
tota laborat ad soluendum contrarium duorum.c.supr.
c.sæpe.de appel.inquantum dicit q sufficit mittere pro
curatorem ad impetrandum &.c.nicolao.eo.ti.ubi dici-
tur q non proceditur ad diffinitiuam sed fit condemna-
tio in expensis.Sed responde ad dicta contraria & dic q
in.d.c.ueniens causa erat in curia uel natura causæ quia
beneficialis:uel ibi erat per partem uel iudicem delatũ.
& per hoc tollitur primum contrarium. Ad secundum
contrarium dic q in.d.c.ueniens lis erat cõtestata uel si
non erat cõtestata:natura causæ poterat procedi ad dif
finitiuam quia causa erat beneficialis per superius dicta.

ADDITIO.

Quæ sunt cõmunia tã parti appellãti quã appellatæ.
ut infra deci.xvij.de appell.&.21.eo.ti.alias.132.& di-
cit Cõpost.in.d.c.statuimus.q pñs in curia nõ obtinebit
cõtra absentem sic procedi nisi doceat se tempora.d.c.
seruasse. Idem sentit Archi.in.d.c.statuimus.super.uer.
expectata.ubi dicit q ante tẽpus.d.c.non est contumax.
& sic procedi non postet.ut.iij.q.ix.omnia. &.c.absente.
c.reuera.& quasi per totũ: Idem tenet Inno.in.d.c.sta-
tuimus.super uerbo a die circa finem & super uerbo in-
fra mensem.uer.si autem non arripuerit.

Decisio. II. alias.159.

Summarium.

Auditor causæ appellationis interpositæ a cassatione
electionis uel denegatione confirmationis confirmat ele
ctionem & confert beneficium tanquam debitum.

SI appelletur per electum a denegatione confirma
tionis uel cassatione electionis ad curiam & audi-
tor qui pronunciat bene appellatum esse uel reuo-
cat cassationem electionis uel pronunciat electionem es
se canonicam potest electionem seu electum confirmare
quia fortius procedit ratio cle. auditor in dignitatibus
electiuis in quibus est maius periculum quam in alijs.de
elec.c.nihil est.&.c.ne pro defectu.&.c.quãsit.&.c.cu-
pientes.lib.vj.prout le.& not.per Ioan.an.Pau.& Guil.
in eadem cle.auditor.de rescriptis.super.uersi.debitum.

Decisio. III. alias. 288.

Summarium.

Dispositio.c.quam sit de elect.lib.vj.locũ habet dũ-
taxat in electionib.ad ecclesias cathedrales & regulares.

Epithome.

1 Ecclesiarum prouisio diuersimode consideratur nec est
eadem ratio in inferioribus beneficijs quæ in supe-
rioribus.
2 Electio prælati uel beneficiandi potest & debet fieri uel
in ecclesia uel in aliquo alio loco idoneo & honesto.

MAior pars dominorum tenuit.c.quam sit.de ele
ctio.li.vj.tantum locum habere in electis ad ec-
clesias cathedrales & regulares & non ad infe-
riores dignitates per quorum prælatorum obiectũ eccle-
siæ non dicuntur uiduatæ nec in eorum electione seruã
da sit forma.c.quia propter.de elect.per rationes & mo-
tiua Io.mo.ar.in.d.c.quam sit licet Io.an.in nouel.tene
at ibidem contrarium propter identitatem rationis & p-
pter tria in eadem constitutione expressa. Primo propter

uerbum generale. ſ. uacationum diuturnitatibus quæ ita periculoſa eſt in inferioribus dignitatibus ſicut in ſuperioribus de conceſſ. præben. cap. nulla. &.c. quia diuerſitatem. &.c. poſt electionem. Secundo ponderat uerba illa dum dicitur ſtatuimus. & ſic quando electio in eccleſia aliqua ſit celebranda & non dicit de eccleſia uel eccleſiæ in qua eſt magna differentia prout notauit ipſe in cle. j. de præben ſuper. uer. in certa. & ibi inſiſtendo huic opinioni retorquet quoddam dictum ar. in. c. ne captandæ. de conceſſ. præben. lib. vj & in regula iuris in generali. c. li. per Io. mo. cōtra eorum opinionem hic poſitam Tertio dicit optime facere pro opinione ſua ſupradicta. §. fin. uer. cæterū. ibi dū, dicit quis electus, ergo de quocūque electo cōfirmando debet intelligi. xix. diſtin. c. romanorū. de maio. & obe. c. ſolitæ. cum ſimilibus. ad quæ mo-
1 tiua † reſpondebatur per dictos dominos opinionem Io. mo. & ar. ſequentes ꝙ non eſt eadem ratio in inferioribus dignitatibus quæ eſt in ſuperioribus. nam nō eſt tantum periculum in diuturnitate uacationum illarum dignitatum ſicut ſuperiorum. quia nō ſunt ſponſi eccleſiarum. Et ideo in ſponſis & paſtoribus datur minus tempus ad eligendum ut patet in. c. ne pro defectu. de elec. quam in alijs ut in. c. nulla. de conceſſ. præben. &. c. quia diuerſitatem. eo. ti. de iurepatro. c. quoniam. & c. cum propter. &. c. cam te. & ſic nō obſtat primum uerbum per ipſum ponderatum diuturnitatis uacationem &c. Ad ſecundū
2 motiuum reſpondebatur † quod loquitur de forma & modo eligendi ſeu electionis quæ regulariter ſi ſine impreſſiōe & metu fieri potuit debet in aliqua eccleſia uel in aliquo loco idoneo & honeſto circa ipſam eccleſiam fieri. xxiij. di. In nomine domini. de elec. cum terra. &. c. in cauſis. de appel. c. qua fronte. &. c. cōſtitutus. Ad. §. fi. uerſi. cæterum qui fortisſime uidetur obſtare & ſingularem caſum ponere & omnes electiones confirmandas cō prehendere. reſpondebatur referri & & reſtringi dumtaxat ad præcedentia. Nam talia debent eſſe ſubiecta qualia præmittūtur. eorum ꝑdicata. & ea quæ in præfationibus dicuntur in ſubſequentbus repetita intelliguntur. xxxj. q. vij. Appoſtolus de ap. Secūdo requiris. ff. de uer. ob. l. ticia. §. idem reſpondit item quia intelligitur de generibus electorum ibidem ſuperius expreſſatorum & nō de generibus electionum. uerba enim generalia ſæpisſime reſtringuntur. de præben. c. cum in illis li. vj. &. c. j. e. ti. in cle. Et quia illa conſtitutio eſt multum pœnalis licet in fauorem eccleſiæ ædita. tamen hoc nō obſtan. nō uidetur extendenda ſed potius reſtringenda & in ſuis terminis tenenda. ar. c. licet canon. &. c. ſtatutum. de elect. lib. vj. & per hoc reſpondebatur motiuo domini Corſien. uolen. dicere conſtitutionem in fauorem eccleſiæ editā quantuncunq; pœnalem extendibilem ad ſimiles caſus & ad hoc induxit multas leges. Sed prædicti domini remanſerunt in prædicta opinione & concluſione licet dominus uinarien. quem habui ſuper hoc conſultum reputa bat opinionem Io. an. fore tutiorem.

Deciſio. IIII. alias. 451.

Summarium.

Præpoſitura eſt dignitas principalior in eccleſia collegiata dummodo tria concurrant. primo quod ſit electiua. ſecundo quod habeat adminiſtrationem bonorum temporalium dictæ eccleſiæ. tertio quod habeat prærogatiuam in choro & loco capitulari. quæ quidē tria ſunt ſigna maioritatis niſi conſuetudo aliter diſponat.

Epithome.

1 Præpoſitura eſt principalior dignitas in eccleſia collegiata tribus concurrentibus.
2 Dignitas inducitur conſuetudine.
3 Conſuetudo eſt in maioritate prælationis inſpicienda.

1 FVit dubitatum † utrum præpoſitura * alicuius eccleſiæ collegiatæ electiue habens adminiſtrationem bonorum temporalium illius eccleſiæ. & prærogatiuam in ſtallo chori & loco ac uoce capitulari: ratiōe cuius adminiſtrationis & ꝑeminentiæ cenſetur principalior prælatura ſiue dignitas quam decanatus eiuſdem eccleſiæ quæ etiā dignitas eſt electiua habens curā animarum & iuriſdictionem in canonicos ipſum eligentes & in clericos omnes illius eccleſiæ: non tamen ſuper præpoſitum tenet ſigillum capituli ad cauſas & claues ad priuilegia & librum ſtatutorum beneficiorum ac conſuetudinum habens etiam ſtallum ſuperiorem in parte ſiniſtra chori & regere chorum in diuinis. conuocare etiā capitulum cuius eſt eos prout le. & not. in. ca. cum inter uniuerſas. de elect. & de conceſſ. præbē. c. poſt electionē. Et uidebatur aliquibus dominis quod præpoſitus eſſet maior & principalior in dignitate quia ſuper decanum ſedet in capitulo & choro: ipſumq; præcedit in proceſſione & alijs quæ una cum adminiſtratione arguūt præeminentiam & maioritatem & propterea dicimus archi. maiorem in dignitate archipbr̄o in cuius locum regulariter ſuccedit decanus idem officium exercens. ut not. in cap. miniſterium. de offi. archipræſ. præpoſitus regulariter in locum archidi. qui eſt maior archipreſbitero ratione iuriſdictionis cum adminiſtratione licet archipreſbiter ſit maior ratione ordinis. ut patet in ti. de offi. archid. & archipreſ. per to & le. & not. per Io. an. in nouell de offi. leg. c. deliberatione lib. vj. ſuper. uer. electionis & ibi declinauit in hanc opi. de præpoſito in eccleſia Cameracen. quem conſultus dicebat eſſe maiorem poſt epiſcopum etiam in illa ecleſia. quod haberem pro indubitato ſi eſſet dare talem præpoſitum habentem tales prærogatiuas & præeminentias quas ibi ponit Io. an. in nouel: uidelicet quia ille præpoſitus immediate ſedebat & ſe ſubſcribebat poſt epiſcopum uocabat capitulum & archidiaconus ad illud tenebat ſigillū: non ut miniſter ſed ut præſidens iubens ex eo literas ſigillari: conſeruabat iura & priuilegia capituli uelut maior in collationibus & inſtitutionibus ad capitulū ſpectātib. erat primus. quæ omnia ſunt ſigna maioritatis ſecundum eum. quorū quedam in caſu noſtro habet præpoſitus uidelicet ſeſſionē & ſubſcriptionē temporalium ſiue præbendarum. omnia alia uero habet decanus. quamobrem per omnes dominos fuit concluſum decanum maiorem & principaliorē in dignitate prædictæ eccleſiæ collegiatæ: præſertim ꝓpter iuriſdictionem & curam quam habet in eligentes et cæteros clericos eiuſdem eccleſiæ quæ plus arguunt ꝑlationem & maioritatem quam adminiſtratio temporalium uel aliquod præmiſſorum. Tum quia ſpiritualia digniora ſunt temporalibus. xij. q. j. præcipimus. C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. de pe. & re cum infirmitas. tū etiam quia paſtor & prælatus ratione curæ eſt. xxj. di. ſicut faciunt not. per Inno. de offic. ordi. cum ab eccleſiarū. & de elect. c. quia propter. poſt prin. per eundem. arg. not. in. d. c. deliberatione. reputat illum maiorem in dignitate qui habet conuocare capitulum. & in illo eſt ut caput habens primam uocem in eodem. de qua maioritate remittit ad not. per Inno. in. c. j. de maio. & obe. & de no. ope. nunc. c. j. in glo. ulti. per eundem. uide arc. plenius de multiplici maioritate in. c. quanquam ij. q. vij. & Ioan. an. in. c. ſedes de reſcrip. de quo etiam per Hoſtien. ſumma de offi. archi. §. j. Pau. in clem. j. de ele. ſuper. uer. monaſterijs in fine: dicit dignitatem principalem alicuius eccleſiæ ſemper eſſe curatam reſpectu collegij. nihil tamē alle. cuius dictum crederem uerum ſi collegiū ipſum in eorum prælatum eligat. quia tunc indubitanter habet curam in eligentes eum iuxta not. per Inno. in dicto. c. cum ab eccleſiarum. Ego uero dicebam quod ſuper hac principalitate ſiue maioritate recurrendū eſt ad conſuetudinem generalem illius prouinciæ uel illius eccleſiæ quæ eſt quaſi notoria in Alemania præpoſitos eſſe maiores decanis & iam in literis apoſtolicis eis præponunt. in Francia uero econtra. quam conſuetudinē fundabam per not. Inno. in. c. de multa. de præben. circa fi-
2 nam † ſicut ibi ſecundum Inno. cōſuetudo facit aliquē in dignitate conſtitutum qui alias non eſſet de iure communi ſic pari. & fortiori ratione poteſt facere aliquē maiorē uel minorem alio. ar. a minori. de elec. c. cum in cunctis. de teſti. c. licet: cū ſi. Pro quo facit. dicta not. per Inno. in. c. j. de maiore. & obe. pro quo etiam inducebā prædictam not. Io. an. in apparatu circa. fi. ſuper. uer. electio-
3 nis in dicto. c. deliberatione. ubi dicit tex. expreſſe † quod in maioritate prælationis inſpiciēda eſt cōſuetudo. quæ ſi non

* Præpoſitura uide Fely. in rub. de ma. & obe. & add. c. cū ab eccleſia de of. or. &. c. ſaluatoris in nomine. j. q. 3.

si non dicit & concludit archidiaconum de iure commu ni præesse & maiorem post episcopum cuius est oculus de offic.ar.cap.j.&.cap. ad hoc in cuius locum succe dit præpositus.ergo.

Decisio. V. alias. 452.

Summarium.

Iste.§.h.d.forma.c.quia propter.de elect.&.c. quam sit co.ti.li.vj.habet locum in cathedralibus & non in inferioribus ecclesijs.

Epithome.

1 Rectore uel prælato curam animarum habente defuncto ecclesia dicitur uidua.
2 Pastor qui dicatur.

* adde deci. 5.eo.ti.3.

EX hoc insurrexit aliud dubium utrum in electiõe * talis præpositi uel decani ecclesiæ collegiatæ requiratur forma.c.quia propter.de elect.quia ut præsupponebatur in facto fuit quidam electus in præpositum ecclesiæ collegiatæ in qua ut partes concordabant.præpositura erat principalis dignitas illius ecclesiæ & hoc per uiam scrutinij electo sine statuto nisi uno scrutarore uidelicet decano eiusdẽ ecclesiæ nec per uerba singularis sed pluralis numeri.& propterea dicebatur electio nulla.quia non fuit seruata forma concilij generalis uidelicet.c.quia propter.antedicti quam dicebãt aliqui locum dumtaxat habere.in cathedralibus & regularibus ecclesijs & non in inferioribus dignitatibus si ue prælaturis per quorum prælatorum obitum non censentur ecclesiæ uiduatæ iuxta opinionem omnium doctorum & scriben.in dicto.ca quia propter.& in.c.sicut tum propter formam.de elect.li.vj.per Ioan.an.ubi are. tenet cum Hostien.qui solus est in contraria opinione al le.c.licet de elect.lib.vj.quod loquitur expresse de electione inferiorum dignitatum dicens are.illi dec.non esse responsum nec posse responderi per doctores antedictos.cui tamen dec.optime respondet Paul.tenens cum primis & maiori parte.in cle.constitutionem.super uers. formam.de elect.ubi etiam recitat opiniones doct.scribentium in hoc puncto pro hac opinione primorum etiã fuit alle.quædam uot.Inno.in.c.in genesi.super.uer.nu mero de elect.& per eundem in.c.cx. parte.de concess. præben.super.uer affectatur melius in.c.ne pro defectu. de elec.ubi dicit expresse illud trimestre tẽpus statutum ad eligendum habere locum dumtaxat in cathedralibus & regularibus ecclesijs non in inferioribus dignitatibus siue beneficijs in quibus dicit habere locum.c.nulla.de concess.præben. uidelicet de tempore semestri.& hoc apparet in prin.dum dicit tex.nulla ministeria.i.dignitates uel officia.& sequitur in textu seu beneficia uel ecclesiæ tribuantur &c.Sed caue quia totum illud.c.loquitur in dignitatibus officijs seu beneficijs collatiuis.Secus uero in electiuis in quibus dicebat Hosti. tam in dicto.c.ne pro defectu:quam in dicto.c.quia propter habere locum tempus trimestre.& hoc idẽ ipse notat in sum. sua ti.ne se.ua.§.& si quis de qua aliquas opiniones recitat are.in.c.deliberatione. de offi.dele.super.uer. electionis.declinans in sententiam Inno quam consuetudo generalis amplectitur.& sic seruatur secundum eum sicq; uidetur recedere a sua opinione prima posita in dicto.c. sicut.quod tamen non facit si recte inspiciatur.quia licet concedatur.quod electores habent tempus semestre eligendum ad dignitates siue prælaturas inferiores: tamen cum hoc stat quod secundum formam.c.quia propter: eligant ubi nihil de tempore infra quod debet fieri electio disponitur quia antea quo ad cathedrales & regulares ecclesias.& in.præcedenti erat dispositum. quæ licet sint eiusdem consilij:tamen propter ordinem scripturæ ex quo licet arguere.ut.c.si quis iuste.de procur de præbẽ c.mãdato.li.vj apparet.c.ne pro defectu præcessisse cap.quia propter.quæ.c.ambo præcesserunt.c.nulla editum in concilio Lateranen.per Alex.iij.qui diu præcessit Inno iii.in celebrando concilium generale prout no. Ioan.an.in.c.dilectus.de concess.præbend.de quibus & alijs concilijs generalibus quando & ubi & propter quos fuerunt celebrata.uide Ioan.an.in nouel.in.c. uenio.de elect.super glo.ii.lib vj.Ex quibus omnibus sic. sparsis fuit conclusum per omnes secundum Inno.in dicto ca. quia propter ꝙ in electione omnium prælatorum habentium curam cleri & populi illius loci habet locum.c.qa propter.quia secundum eum pastores & sponsi sunt qui gregem habent & præsunt ecclesijs: & per eorum obi
1 tum† dicũtur ecclesiæ uiduatæ alle.c.sicut xxj.di.hãc opinionem reputo euangelicam propter uerbum uiduatæ positum in.c quia propter. quod simpliciter dicit & disponit formam prouidendi per uiam electionis ecclesijs uiduatis non exprimẽdo has uel illas.ergo nostrũ nõ est exprimere.ij.q.v consuluisti.xix.di.Si Romanorum. de coniugi.lepro.c.quoniam.de maio.& obe.ca.solitæ. cum simi.
2 ¶Sed quid si prælatus† inferior episcopo uel abbate habet dumtaxat unam curam uidelicet populi uel cleri: crederem idem si præsit & est ibi per modum capitis qa tunc pastor est.

¶Sed pone ꝙ præpositus siue archid.habet curam animarum populi siue laicorum cum administratione temporalium.decanus uero curam cleri totius ecclesiæ & capituli cum præeminẽtia de quibus supra in proxima cõclusione.& ambo debent præfici per electionem debetne seruari forma.c.quia propter.in electione utriusq; crederem hic recurrendum ad consuetudinem illius ecclesiæ & etiam uicinarum uidelicet quis eorum reputatur & habetur communiter pro præsiden.capite & principaliori prælato in cuius electione dicerem seruandã.formam.c.quia propter.nam ambo æque principales esse non possunt.quia hoc esset monstruosum & contra sanctiones canonicas disponẽtes de unico pastore & rectore cuiuslibet ecclesiæ.vij.q.j.in apibus.de elect.dudum.de offi.ordi.quoniam in plerisq; de præben.c.cũ non ignores.& ibi cũ cõcor. ¶Hic superuenit quidam nouus auditor Anglicus nomine Thomas de Sabaudia legũ doctor ac frater domini Symonis domini archiepiscopi Cãtuatien. Anno domini.M.ccc.lxxx.de mense septembri tempore Vrbani papæ.vj. Pontificatus sui anno.rij.

Decisio. VI. alias. 482.

Summarium.

Electo non competit in re. ante. confirmationem sed ad rem ius reuocabile uel confirmabile.

Epithome.

1 Electus ante confirmationem an possit renunciare.
2 Beneficium non uacat per obitum electi ante confirmationem.

CVm ad capitulum alicuius ecclesiæ pertinet eligere decanum in ipsa ecclesia:& ad episcopum confirmatio electionis huiusmodi si ad decanatum dictum ecclesiæ quis eligatur & electus election. huiusmodi consensit:tali electo non competit ius in re in dicto decanatu ante confirmationem:sed ius ad rem reuocabile uel confirmabile per superiorem confirmatorẽ hoc tenet glo.ordi.in.c.nosti.& in.c.qualiter.&.c.transmissam.de elec.Et Inno.in dicto.c.nosti.& idem Inno. in.c.cum uenissent.de in inte.resti.& hoc tenet Ioan.an. in.c.si electo.co.ti.libr.vj.ubi dicit ꝙ quasi una uacatio &cætera.Hoc etiam tenet gl.ordi.in.c.j.ut li.pen.in cle. super uerbo collato ibi usq; ad confirmationem quæ glo. singularis est.& raro reperies alibi secundũ Ant.de but. ibidem.& huic adde aliam gl.singularẽ quæ est in præalleg c.cum uenissent super uerbo renunciauit quæ di
1 cit ꝙ licet ante† confirmationem possit electus in manibus non sui superioris renunciare.tamen exigitur ꝙ talis renunciatio fiat in manibus eligentium.quæ glo.alibi nõ habetur de quo uide infra de iurepa.deci.viij. Et Lap.
3 ibidem dicens ꝙ c dictus electus† ante confirmationem moriatur in cu.Ro.ꝙ per eius obitum dictum beneficiũ non uacat in curia nec extra cur. sed per obitum primi. Sed si post confirmationem a qua non fuit appellatum

idem electus confirmatus moriatur in curia tunc per eiusdem electi obitũ dictus decanatus uacat in curia Nec ob.glo ordi.in.c quanto lviij.di & opinio archi posita in c.is cui.de elec.li.vj ubi tenet ꝙ per solam electionem canonicam ante confirmationem acquiritur electo ius in re in dicto beneficio.quod intelligo in re ius acquiri.s.ius ꝑ sequendi electionem & non tale ius quale acquireretur post confirmationem ut.c.ut quis duas.de elec.li.vj.Nec etiam obstat.c inter dilectos de fide instru.ubi dicitur ꝙ qui confirmat non donat quia loquitur de confirmatione extraiudiciali Nec ob.c.auditor de rescript.in cle.qa loquitur quando non ex gratia expectatiua expectans haberet ius in re. Sed auditor uigore gratiæ & executionis & tanquam executor iuris prouidet expectanti de dicto beneficio uacanti exequens ius ad rem & deducens ipsum in esse perfecto.Sed quando ad unum & eundem ꝑtineret eligere & confirmare.tunc quia eligendo confirmat & confirmando eligit:tunc per solam electionem talem habet ius in re.c.ex parte.de conces.præben.

DE RENVNCIATIONE.

Summarium.

Reus qui renunciat liti & causæ & beneficio nisi de facto possessionem dimittat tenetur ad fructus perceptos.

Decisio. I. alias.158.

* Reus add. cald.cõs.4.co. titu.

LIcet reus * & possessor beneficij i principio vel in medio litis renũciet liti & causæ & beneficio de quo litigatur ac iuri quod habet in eo nisi constet quod realiter & de facto possessionem dimiserit: condemnabitur in fructibus per eum perceptis.quia licet per renunciationem perdat possessionem iuris iuxta not.per Inno in.c.quod in dubijs.&.cap.super hoc.de renunc.tamen potuerit adhuc incumbere possessioni realiter & de facto.& si tali possessione spoliaretur: restitueretur.* ut not.Inno.in dicto.c. super hoc. Præterea licet dictus possessor renunciet suæ possessioni. tamẽ actor sine auctoritate executoris eam apprehendere non potest.de præben.eum qui.lib.vj.cum ibi not. & sic expedit sibi quod habeat sententiam pro se cum condemnatione fructuum quos si prædictus renuncians non perceperit:non tenetur restituere:sed de hoc debet& potest excipere coram executore & percipientem nominare contra quẽ aget de nouo obtinens in causa antedicta iuxta not.in.c.cum super.de re iudi.

* Restitueretᷣ add.ꝙfacit cõtra de e.ti.2.in an.circa.med. & cassa dec.4 de resti.spoli.

Decisio. II. alias.287.

Summarium.

Iuri futuro seu appellationi interponendæ simpliciter renunciari non potest:sed per pactum expressum sic.

Fpithome.

1 Iuri quærendo facilius renunciatur quam iuri quæsito.
2 Appellationi iam interpositæ quibus actibus renunciari dicatur.

* Quid ergo importat renũciatio.q̃ qs fa cit đ omi iure qđ hẽt vel hr̃e sperat. uide ꝑ Bar.in.l.qđ ser uulus.ff đ cõdi.ob.cau in.l. q romæ.§.duo fres in.vj.q.de ver.ob. i l.post emãcipationẽ §.j ff đ libe.le. in.l.q̃ eũ .§.tutorib.ff. đ trãs.

1 LIcet appellationi † interponendæ ab interlocutoria uel diffinitiua sententia possit per pactum renunciari per.l.ulti.C.de tempo.appel.sine pacto tamen simpliciter non ualeret huiusmodi renunciatio. & sic non ob. ff.de re iure non potest.ubi dicitur quod iuri futuro* nõ potest quis renunciare.quod uerum est simpliciter.sed ꝑ pactum sic:ut in.l.postquam.C.de pact.& not glo.ordi. in.c.ex multiplici.de deci, & ibi per Gof.quem alle.are. & sic soluit & rationẽ diuersitatis ponit.ij.q.vj.Sunt aũtem.ubi idem tenet Io.hoc etiam uidetur tenere Ber.de arbi cum dilectus.in glo.fi.& eo.ti innotuit.per Inno.super.uer.retenta in fi.idem tenet Io.an.in nouel.de appel. c.fi.lib.vj in quæstione utrum statutum episcopi quod a sua interlocutoria non ualet appellari.Spe.uidetur tenere contrarium ti.de app.§.in quibus.uer.quid si conuenit. in alio uero.§ scilicet fi.eo.ti.in fin tenet cũ primis.&hoc si fiat pactum prædictum ante litem cõtestatã siue post. siue ante sententiam siue post legitime tamen distinguũt inter pactum factum in iudicio & extra iudicium de non appellando ut in primo casu ualeat factum per unã partium tantum etiam in absentia alterius.&sic loquitur lex si ante.ff a qui.app.non li. In secundo uero casu non ualeat nisi ambæ paciscantur uel in præsentia unius partis &sic loquitur lex ulti.C.de tempo.app.quam sic intelligit glo.in dicta.l.si ante quæ quidem de tacen. & non cõtradicen.ex quo in eius præsentia fit:ualeret.Quæ distinctio.placuit omnibus dominis prædicta procedunt in expressa renunciatione per pactum.

2 ¶Sed quid † iuris de renunciatione tacita puta feratur interlocutoria contra me.Ego infra decendium mihi datum ad * appellandum compareo corã prædicto iudice & produco testes uel aliquem alium actum facio nunqd per hoc renuncio appellationi postea per me interponendæ? uidetur quod sic quia per tales actus renunciatur appellationi iam interpositæ.de offi.dele c.gratum de app. c.solicitudinem de testi.c.cum uenisset.ergo multo fortius interponendæ.quia facilius renunciatur iuri quærendo quam quæsito.ff.de acqui.hæredi.l.is qui. de iure iuran c.quemadmodum.de appe.c constitutis.de accu. super his de præben.si is cui.&.c.quoddam lib.vj.de cõcess.præben.c.fi.e.lib. Præterea hoc uidetur expressum in.l.ad solutionem.C.de re iudi.ubi dicitur quod si condemnatus petat tempus ad soluendum id in quo condẽnatus est quod uidetur acquieuisse sententiæ nec potest appellare.So.secundum Inno in c.sollicitudinem superius alleg.quia ibi quasi expresse appellationi renunciauit appellans uel potius sententiæ acquieuit sed hic non Tum etiam quia lex simpliciter concedit quod infra decem dies possit appellare.& sic uidetur Inno. ibidem in hanc partem declinare super uerbo renunciare.idem tenet in.c.quod ad consultationem super.uersic.recipiens & Ioann.an.ind.c.si a iudice super.uersicu. tenere.de appel.lib.vj.cum quo concor Hosti.ibi &.c. significauerũt de testi.ubi prosequitur.Hanc ultimam quæstionem dominus Io.de ligna.post Hosti.distinguit sic aut ille actus quem facit grauatus infra.x.dies concernit interlocutoriam contra eum latam aut non. Si concernit tunc nõ potest postea appellare quia uidetur a grauamine recessisse & interlocutoriæ acquieuisse per.l.ad solutionem antedictam In secundo uero casu credit opinionẽ Inno.& Hosti.uerissimam per rationes superius tactas. Crederem ꝙ si actus tenderet ad declinandum iurisdictionem iudicis quod per hunc actum non renunciaretur appellationi interpositæ nec interponẽdæ.de quo ponit exemplum Io. an.in.c.si a iudice.de app.Secus uero si non esset talis actus declinatorius iurisdictionis sed potius approbatorius.puta si producat testes in causa principali ut.c.gratum.&.c.cum uenisset.& fi.superius alleg.

* Infra đ appel.63.

Decisio. III. alias.306.

Summarium.

Renunciatio litis fieri debet coram proprio auditore causæ alias non ualet per rationẽ quas ponit gl.in.c.quãuis.de elec.lib.vj.super uerbo pactibus.Renunciatio tamen tituli non ualet nisi fiat in manibus ordinarij collatoris aut uicecancellari uel alterius de speciali mandato papæ.quamuis Inno.in.c.ueniens de renun.dicat quod renunciatio facta absente parte teneat.

Epithome.

1 Renuncians liti & causæ non censetur iuri sibi competẽti renunciare.
2 Renunciare liti & renunciare iuri differunt.

Dictio

3 Dictio causæ multis modis sumitur.
4 Spoliatus beneficio an possit suo titulo renunciare: uel pactum facere de non agendo interdicto unde vi.

SI actor in causa beneficiali ante litem contesta. renunciet causæ add deci xv.eo.ti.in an.& p abb. in c.cum pridem de pact. secundum maiorem partem dominorum non uidetur renunciare iuri sibi pro tunc in beneficio competenti. Ratio est. quia aliud est renunciare iuri: aliud liti. de elec. cum inter. de renuncia. cap sane.& c. ueniens. hoc etiam no. Inno. in. c. in nostra. super. uer. recepti & de rescrip. in fi.& potest fieri hæc renunciatio litis in absentia partis secundum Innoc. in. c. cum pridem. de pac. super. uer. renunciauit. qui alle. l. postquā C. de pac. melius per eum in dicto. c. ueniens quæ quidē lex iuncta. l. omnis. de transf. C. multum uidetur obstare
2 prædictæ conclusioni. sed respondebatur † quod loquūtur in prophanis & rebus ac iuribus corporalibus quibus sine auctoritate superioris potest renunciare & transferre dominium. Secus in beneficialibus siue iuribus spiritualibus quibus sine auctoritate superioris renunciari non potest. de renunc. c. quod in dubijs. &. ca. admonet. Aliqui domini sentientes contrarium faciebant differentiam inter renunciare liti & renunciare liti & causæ. nam renunciatio litis uidetur respicere instantiam. renunciatio uero litis & causæ & totum negocium principale in iudicium deductum. Renuncians ergo liti & causæ nedum instantiæ sed toto negocio principali in iudicium deducto renunciasse uidetur. hoc uerum tacite secundum legistas & post litem motam. alias secus prout ipsi notant in d. l. postquam. Alia enim sunt acta causæ: alia litis prout no. Inn. de testi. c. cū causam. & Io. an. in cle. sæpe. de uerb. signi quorū dictum posset procedere si summatur dictio causæ pro necessario inferente suum causatum. quia tūc consistit in iure. Secus uero si summatur pro cōtrouersia quæ non est ante litem contest. de uer. sign. c. forus. de of. dele. super quæstionum. & in. l. amplius ff. rem ra. ha. de iurepatro. ex literis Quot uero modis sumitur dictio cau
3 sæ uide per Ioan. an. plene in nouel de accu. cum cle. dudum. de sepul. §. in studijs. super. uer. ratione uel causæ p pau.& differentiam inter litem & causam uide. C. de trāsac. causas uel lit. in glo.& ut audiui de sententiæ contrariæ olim in palacio apostolico p duos magnos uiros fuerunt promulgatæ in simili casu. Vna fuit lata per dominum Guil. de Gimello postea Carthaginen. ecclesiæ episcopum contra primam conclusionem. Secunda per dominum Petrum de Sarcenato post Viuariensem episcopum nunc sanctæ romanæ eccle. Cardinalem. infirmatoria primæ secundum quem prædicta conclusio prima siue opinio confirmatur & corroboratur ualde per stilum & obseruantiam palacij quæ habet quod auditor renunciationem litis & causæ potest recipere sed non iuris nisi id expresse sibi committatur. de quo tamen aliqui domini dubitabant cum ipsi potestatem habent de omnibus inciden. dependentibus. & connex. cognoscere & diffinire. Sed hæc renunciatio quando fit in iudicio coram auditore est unum inciden. ergo. Alij & maior pars tenuerunt contrarium. Tū quia auditores habent strictissimā potestatem & strictiorem quam alij delegati: qui possunt *absoluere ad cautelam quod tamen auditores sine speciali mandato non possunt prout leg.& no. in. c. solet. de sen. ex lib. vj. Tum etiam quia facillime potest haberi regressus ad referendarium uel ad dominum uicecacella. qui habent potestatem recipiendi huiusmodi resigntionem in curia. ergo. Tum etiam quia procuratores non habent potestatem renunciandi iuri. Posset etiā induci cle auditor de rescrip. ad utranq; partem. Sed quicquid sit de facto seruatur quod nullus auditor renunciationem iuris in beneficiali admittit: sed bene litis & causæ. Nec secundum dominum Viuarien. per dictam renuciationē litis & causæ uacat beneficium & per hoc apparet quod alia est renunciatio litis & causæ alia iuris nec secundū eundem per dictam renunciationem litis & causæ uacat beneficium seu aliqua uacatio iuris seu tituli inducitur. quod si præcederet sæpissime multa beneficia uacarent & impetrari possent quod tamen nunquam est perceptū uel auditum. Fatebatur quod prædicta renunciatio litis & causæ bene obstaret postea agere uolenti supe eodem beneficio quemadmodum pactum de non petendo siue non agēdo obstaret bene creditori siue domino: licet per illud non perdidisset dominium. C de transac. l. si profundo. ar. eorum quæ le. & not. in. c. j. de lit. conte. lib. vj Pro quo etiam induxit unum dictum Inno. notabile in. c. su
4 per hoc de renunc. uidelicet quod licet renunciatio † facta de beneficio per spoliatum non ualet * ut in. c. sollicite. de resti spoli. tamen pactum factum de non agendo interdicto unde vi. bene obstabat postea agere uolenti prout etiam not. Ber. in. c. ex insinuatione. de procu. Postea uero audiui in alijs consilijs allegari unde tex cōtra prædictam conclusionem primam pro casu de cri. fal c. fin. ubi obligauit se reus sub periculo causæ quod probaret literas falsas per quas actor impetebat eum super ecclesia quam ipse tenebat. Sed quia id non probauit imponebatur sibi perpetuum silentium super ipsa ecclesia. Sed potest responderi quod hoc contingebat ex ui pacti siue obligatione facta coram ordinario qui potest nedum recipere renunciationem litis: sed etiam iuris. de renunc. c. admonet. &. c. quod in dubijs Possent etiam contra prædictam conclusionem induci & allegari omnia iura quæ allegantur & recitantur de tacita renunciatione iuris in beneficio in. c. ex ore. de his quæ fi. a præla. & cle. gratiæ. de rescrip & de transac. ex literis & per Archi. vij. q. j. q̄ periculosum. qui recitat Innoc. in. c. ueniens. de renunc. ubi dicit expresse quod si quis renunciat iuri uel seruituti quam habet in aliqua re certa: etiam absente domino rei res fit libera. & eodem modo si renunciat liti alleg. l. postquam. C. de pac. Ad quod potest responderi ut supra. ꝙ omnia loquuntur in rebus & iuribus prophanis. Secus in rebus & iuribus ecclesiasticis & spiritualibus quæ nō possunt acquiri nec dimitti nisi certis modis in iuribus expressis.

*Absoluere add. deci. de sent. excō. 4. in an.

*Valeat addie dec. infra de r. sti. spoli. 28.

Decisio. IIII. alias. 352.

Summarium.

Renunciatio beneficij reseruati facta in manibus ordinarij obstat agenti petitorio uel possessorio quamuis papa eandem renunciationem non admittendo posset renunciantem in petitorio annullare.

Epithome.

1 Renunciatio spontanea licet non admissa obstat & præiudicat reperenti uel agenti petitorio uel possessorio.
2 Renunciantibus iuribus suis non datur ad illa regressus.

1 SI opponatur † spoliatio quod sponte renunciauerit suo beneficio per ipsum tanquam specialiter reseruato impetrato & producatur instrumentum renunciationis factæ per eum pure sponte & libere in manibus sui ordinarij licet non contineatur in eodem instrumento quod fuerit huiusmodi renunciatio admissa. nihilominus tamen domini omnes uno dūtaxat uacillante dicebant prædictam renunciationem obstare agenti. Ratio quia per dictam renunciationem spontanee factā in manibus sui iudicis & prælati nedum idem renuncians amisit possessionem sed etiam proprietatem quantum in eo fuit. & ideo sibi semper obstabit & præiudicat sua spontanea renunciatio: licet illa in nullo præiudicet suo superiori quo minus possit ipsum retinere si uelit etiam inuitum iuxta not. per Ber. Inno. & Hosti. in. c. admonet. c. ꝙ in dubijs. &. c. super. hoc. de renun. Admissio enim prælati non est nisi quædam absolutio siue dimissio a sua iurisdictione nec per eam confertur nec aufertur ius siue titulus in beneficio: quod tamen fit per resignationem etiam ex causa ꝑmutatiōis factam quia opus est noua collatione etiam in casu regressus prout le. & no. in. c. inter cætera. de præben. & de re. permutat. c. cum uniuersorum. & c. j. lib. vj & notaui plenius supra in conclusione. j. de rer. permut. Præterea prædicta renunciatio obstaret etiam agenti possessorio. ut. c. accepta. de resti. spo & c. super hoc de renunc. quod est plus priuilegiatum in iure quam petitorium. de ordi. cog. cap. ij. & ff. de resti spo. per totum
2 multo fortius agenti petitorio. Renunciantibus † enim iura sua non est ammodo dandus regressus ad ea. vij. q. j. c. quam periculosum cum similibus.

Decisio. V. alias.374.

Summarium.

Quæ mœtu fiunt ualent & tenent donec per prætorē rescindantur præterquam matrimonium carnale & spirituale ac renunciatio per habentem iurisdictionem secularem extorta quæ sunt nulla ipso facto.

Epithome.

1 Renunciatio mœtu facta uenit rescindenda.
2 Renunciatio beneficij debet esse uolūtaria alias nulla est.

1 FVit dubitatum de illo qui renunciauit † per uim & mœtū beneficio suo utrum renunciatio ualeret uel esset nulla ipso iure. in quo domini erant dubij & uarij. Nam aliqui uolebant dicere quod esset nulla, & irrita ipso iure per. c. abbas. & c. ad audientiam. quod me. cau. Nam in. c. abbas dicitur expresse quod ea quæ fiunt per mœtum debēt in irritum reuocari. & in. c. ad audientiam. dicitur. ꝙ debet carere robore firmitatis. quæ uerba innuunt & inducunt expressam nullitatem. & in. c. exhibita. in fi. de iudi. & de excep. c. dilecti. c. dilecte. & c. significauerunt. cum infinitis si ad hoc uidetur clarus tex. in terminis in cle. multorum. §. sane de pen. Præterea quemadmodum debet esse plena libertas & nulla coactio in matrimonio carnali contrahendo uel dissoluendo. ut in. c. cum locum. de spon. & in. c. accedens. de procur. ita & in matrimonio spirituali. ut in. c. j. quod me. cau. ubi ingressus religionis factus per mœtum non tenet nec etiam electio facta per impressionem. ut in. c. in nomine domini xxiij. di. & lxxvij. di. j. & c. si quis per pecuniam. & le. & not. per Inno. & Hosti. in. c. bone el. j. & in. c. quod sicut. de elec. In hanc partem uidetur declinare Inno. in. c. ad aures. quod me. cau. & de renunc. c. super hoc. & Hosti. in sum. ti. de renunc. §. qualiter. ubi expresse dicit quod re-
2 nunciatio † beneficij debet esse uoluntaria & libera alias non ualet pro hac opi. facit tex. in. c. super hoc. de renū. & c. in præsentia. & cle. j. eo. ti. ubi procuratoris constitutio ad renunciandum beneficio debet fieri sponte & libere. & ibi uide Ioan. an. Pau. Genze. & Stepha. super dictis uerbis. Maior pars tenuit contrarium uidelicet ꝙ renunciatio beneficij facta per mœtum tenet mero iure. sed rescinditur officio iudicis uel actione quod me. cau. Et per hoc induxerunt & allegauerunt prædicta iura. & c. abbas. & c. ad audientiam & d. cle. multorum. §. sane. quia illud est ius nouum & speciale in illo casu uidelicet qđ renunciatio facta per captionem uel detentionem secularium potestatum est irrita ipso iure ergo nisi illa interueniāt ualet & tenet. ut dicit ibi Pau. & Steph. super. uer. decernimus. et remittunt ad no. in. c. auctoritate. q. vj. & xxij. q. iiij. inter cætera. & c. abbas. ubi gl. magistralis quæ ponit regulam uidelicet quod facta per mœtum tenēt et ualent. quia coacta uoluntas est uolūtas. xv. q. j. c. merito. & ponit casus multos exceptos a regula. & Ioann. an. in nouel. addit multos alios & Hosti. in sum. quod me. cau. §. penulti ponit bene nouem inter quos non est iste. ergo standum erit regulæ nisi reperiatur cōtrarium in iure. C. de testa. l. præcipimus.

Decisio. VI. alias.398.

Summarium.

Episcopus conferens beneficium in aliena diœcesi nō potest illius permutationi auctorizare nec alia facere nisi competat ex priuilegio uel consuetudine.

Vel permutatio beneficij expedienda est per episcopum in cuius diœcesi situm est beneficium non illius ad cuius collationem pertinet.

SI aliquis episcopus habeat collationem alicuius beneficii siti in diœcesi alterius episcopi ex consuetudine legitime præscripta si tenens illud beneficium uellet illud pro alio beneficio permutare. fuit dubitatum in cuius manibus posset & deberet fieri resignatio huiusmodi beneficij. & uidebatur aliquibus quod in manibus illius habentis potestatem conferendi. nam ad quem pertinet institutio ad illum etiam debet pertinere destitutio siue resignationis receptio. de hæret. c. cum ex iniuncto. de capel. mo. c. j. de priuile. cum & plantare. §. in ecclesijs de renunc. admonet. & c. quod in dubijs. Vide doct. in. c. cum examinati de hære. cū adi. abb. in glo. fin. Fuit conclusum & determinatum per omnes contrarium. Nam licet alicui ex consuetudine debeatur beneficii collatio non sequitur ad eum pertinet institutio nec resignationis receptio seu destitutio quo ad potestatē admi. resignationem rot. in an. eo. ti. v. & xiij. Et est ratio. quia tātum præscriptum quantum possessum & non plus. de deci. cū in tua. de offi. archi. c. fi. de præscrip. c. auditis. & c. cū olim de reli. domi. c. cum dilectus. & ca. cum uenarabilis. Pro quo facit optime. c. cum in illis. de præben. lib. vj. ubi tex. ponit differentiam inter collationem & præsentationem institutionem & electionem quæ omnia possunt diuersis personis ex priuilegio uel consuetudine competere ut in dictis iuribus superius alle. Pro hoc etiam uidetur tex. in. c. unico. de capel. mo. lib. vj. ubi abbates ad quos spectat plena iuris dispositio aliquorum beneficiorum. nihilominus tenentur & debent præsentati siue instituti per eos ꝓsentari episcopo committendum eis curam animarum. nec institutos per episcopum possunt siue causa & ipsius consensu ammouere & priuare eorū beneficijs. facit etiā cle. quia regulares. de sup. negli præla. Iura uero contraria parte allegata loquuntur in illo ad quem de iure communi spectat institutio siue collatio. secus uero de cōsuetudine uel aliquo alio iure speciali. pro quo etiam faciunt not. per Inno. & Ho. in. c. ex frequentibus de insti.

Decisio. VII. alias. 463.

Summarium.

Resignatio beneficij facta pro sui fratis liberatione & an mœtu perdēdi patrimonium ualeat & detur. ad illud regressus.

DVbitatur. An ualeat resignatio beneficij in manibus ordinarij ꝓpter liberationē fratris sui de carceribus. Decisum fuit quod non ualet & mādauit eam papa cassari. & maxime quia iustus mœtus interuenit mihi resignanti quia contumelia fratri illata mihi infertur. ff. de lib. cau. l. præterea. & cle. unica. de homici. Item si renuncio beneficio etiam per iuramentum quia timeo perdere patrimonium datur regressus ꝙ mœtus causa. c. abbas. per Inno. Item mœtus consanguineorum est iustus mœtus. de elect. c. sciant. li. vj. & ibi Io. mo. de senten. excō. c. quicunque ubi per Archi. quod appellatione suorum nedum continentur parentes & consanguinei sed etiam domesticæ personæ. C. de hiis qui ad eccle. cōfu. l. præsenti. & glo. fi. quod me. cau. c. uno. libr. vj. & de appel. ex parte. M. xxiij. di. communis filius. Sed tamen necesse fuit probare quod nisi prædictus clericus renunciasset fratres & parentes sui mortui in carceribus fuissent.

Decisio. VIII. alias.474.

Epithome.

1 Monasterio ad quod ecclesia parochialis pertinet spiritualiter & temporaliter præsentante episcopo clericū secularem qui ab illo recipiat curam an illo mortuo possit talis ecclesia tanquam uacans impetrari.
2 Patronus donans ecclesiam ius etiam dare censetur.
3 Iudex non debet condemnare de his quæ in petitione actoris non continentur.
4 Libellus debet esse clarus quod si sit obscurus & durus imputatur actori.

1 SVpposito quod parrochialis † ecclesia spectet ex canonico titulo plenissime ad monasterium. uidelicet quo ad spiritualia omnia & temporalia ac ipsorum omnium plenum & liberum exercitium & fructuū omnium perceptio saluo quod debēt habere secum unū capellanum secularem qui per eos episcopo præsentetur &

tetur & ab eo recipiat curam & in decenti habitu sacramentum Eucharistiæ portet infirmis ac etiam ibi monachi usi fuerunt per seipsos exercitio curæ & infirmis sacramenta ministrando. Si moritur capellanus & impetratur ecclesia tanquam uacans per mortem illius tenet impetratio. ut supra in conclusione. 23. de præben. & per ea quæ dixi in fi. & ut gratia papæ ualeat & in aliquo sortiatur effectum. cum papa sine dubio fuerit intentionis aliquid conferendi ar. de priui. si papa lib. vj. de uer. signi. abbatem & . ff. de leg. i. l. si quando. facit ꝙ si patro-
2 nus † donet ecclesiam censetur donare ius quod in ea habet. ut de dona. c. pastoralis. de iur. patro. c. cura. Item quidam domini plures numero dixerunt ꝙ si in libello talis impetrans contra monasterium principaliter petierit dictam prouisionem suam pronunciari canonicā & declarari dictam ecclesiam ad eum pertinere sibiq; adiudicandam fore ac dicto monasterio nullum ius cōpetere super dicta ecclesia. Iudex facta fide de præmissis debet declarare libellum & super iure dicti capellani ferre sententiam & sup alijs impetranti silentium imponendo & hinc inde expensas compensando ꝑ primo allegatur in ff. de leg. ij. l. qui solidum. in prin. ff. fami. hercis. l. hoc iudicio. & not. per Cy. ff. si aduer. re. iudi. l. i. Pro secundo de expensis alle. not. Inno. de dol. c. fi. in glo. magna uer. Itē nota ꝙ si sententia licet minus facit contra not. Inno. de plus peti. c. unico. in fi. in glo. Sed in principio dicti domini subtilius illud dictum impugnarunt ut prima facie
3 uidebatur. Etenim † certum de iure ꝙ iudex qui condēnat in eo ꝙ non continetur in petitione actoris male & fatue agit. ut. ff. de contrahen. empti. l. ut fundus. C. de fideicō. l. i. in fi. modo constat ꝙ ius ꝙ primus capellanus sub generali petitione non comprehendatur. igitur in nullo iuris condemnatio fieri potest quod non comprehendatur probo. quia aut comprehenditur tanquam pars rei petitæ. ut in. l. qui solidum. in prin. alle. & hoc non qa ecclesia est indiuisibilis & partem non habet. Nec ipsa nec ius etiam corporale quod in ea habetur habet partē ut in. c. dilecto. de præben. de consti. cum M. cum fi. Ant. comprehenderetur per reductionem proprietatis uerborum ad improprietatem ut proxime dixi etiam. & hoc dici non potest. quia si sic ius monasterij non excluderetur si mentem talem libellans haberet quod tamen per expressum excludit post ꝙ enim nullum ius prætendit in ecclesia ius infert monasterio. & ergo ipse impetrans eo ipso ꝙ expresse ius monasterij in libello non excludit ex toto censetur libellum uelle intelligere de directo principali inter actorem & rectorē. ar. ff. si ager. uec. l. ij. facit quia
4 libellus † debet esse clarus de natura sua. ff. de re. uen. l. si ideo. Et licet admittatur declaratio alias imputaretur actori. ff. de iudi. si quis intentione ambig & . l. instipulatu ff. de uerb. obli. propter quod dicti domini consulebant ꝙ diceretur actori per auditorem ꝙ dictum libellum declararet. tamen in casu quo nō declaret fiat interpretatio contra eum. ut in regula contra eum de reg. iur. li. vi. quia saltem debent indubio accipi uerba in propria sententia ut insti. de iur. natu. contra quæstionem. ff. de leg. iii. l. non aliter. maxime in odium declarare nolentis. ar. ff. de interro. act. l. de ætate. §. qui tacuit. Coniunge cum isto ꝙ si libellus debet esse clarus adhuc sentētia debet esse clarior §. quæ contra. insti. de act. & quia non uidetur ꝙ ius illius cappellani consisteret in ipso corpore: in ecclesia cōstituto ad reuelationem actoris in aliquo ordinata. sicut uidemus in multis ecclesijs huiusmodi capellanos uicarios & ꝑbendas habentibus etiam cum animarum cura seu potestate audiendi confessiones quibus tamen nō uidetur prouideri aliquo modo de ecclesia sed in ecclesia uide hanc differentiam not. per glo. in cle. ii. de priuileg. & digni. Licet secus putarem ubi monachi carerēt exercitio curæ. per ea quæ dixi in d. deci. 23. de præben. Hoc supposito dicebant dicti domini ꝙ si recusat ille declarare absoluatur monasterium ab impetitione & actor condemnetur in expē. quod tarde fiendum foret. & si fieret bonum esset taliter sententiam declarare quod apparet modus & causa permutationis eiusdem si declararent quod pronunciaretur secundum quod aliqui domini supra dixerunt.

DE SVPPLEN. NEGLI. PRAELA.

Summarium.

Si archiepiscopus legatus natus fuerit negligens infra semestre tempus conferre beneficia uacantia non habebit aliud semestre tanquam legatus cum utraq; potestas possit in collatione concurrere & inferior non supplet defectum superioris. licet capitulum negligentiam sui episcopi suppleat.

Epithome.

1 Legatus natus an habere debeat Duo semestria ad conferendum.

2 Archiepiscopus eboracen. non habet alium superiorem quam papa.

Decisio. I. alias. 313.

FVIT dubitatum utrū Archiepiscopus qui est legatus† natus sicut Eboracē. & Cātuariē. de quo in. c. i. de offi. leg. habeat duo semestria ad conferendum beneficia ad ipsum per negligentiam inferiorū prælatorum uel sui capituli deuoluta puta capitulum suum neglexit conferre aliquod beneficium spectans dumtaxat ad eorum collationem uel ꝑsentationem infra sex menses. Et sic deuoluebatur collatio ad archiepiscopum eorum immediatum superiorem. per. c. nulla. de concess. præben. qui fuit etiā negligens in conferendo per alios sex menses. & sic uidebatur per huiusmodi negligētiā quam fecit ut archiepiscopus, ꝙ esset deuoluta collatio ad eum tanquā ad legatum ꝑ iur. uulgar. de concess. præbē. c. postulastis. & . c. a collatione. de appella. li. vi. & sic debet habere aliud tempus semestre. fuit dictum & tentum contrarium per omnes. Nam legatus de latere posset concurrere cum ordinario in conferendo beneficia uacantia & ad collationem episcopi spectantia iure proprio per iur. uulgar. de offi. lega. c. i. ij & iij. lib. vj. tamen nusquam reperitur iure cautum ꝙ concurrat uel succedat in beneficijs ad episcopum spectañ. iure deuoluto in quibus etiam capitulum non supplet negligentiam episcopi pro ut pulchre deducit Inno. in. c. cum incunctis. de elec. super. uer. per capitulum. quam glo. recitat & approbat Archi. in. c. i. ne se. ua. super uer. intromittere. li. vj. & Io. an. in nouel. in. c. quanquam de elec. co. li. Pro hoc etiam inducebam & alleg. c. licet. de suplen. negli. præla. ubi papa reputabat collationem archidiaconatus Richimundiæ. in ecclesia Eboracē. ad se deuolutam propter duo semestria lapsa puta an-
2 num. quia Eboracē. archiepiscopus † non habet alium superiorem puta patriarcham uel primatem quam papam ut ibi dicit textus. tamen ille idem archiepiscopus est legatus natus ut ꝓbatur in dicto. c. i. de offi. leg. Si igitur deuoluta fuisset illius archidiaconatus collatio ad ipsum tanquam legatum papa dedisset sibi adhuc unum semestre antequam de collatione archidiaconi se intromisisset quod tamen non fecit ut ibi apparet. Præterea licet legatus natus sit superior per respectum ad alios infra legationem suam existentes ut possit ad eum appellari uel ipse adiri per simplicem quærelam. ut in. c. i. de offi. lega tamen non crederem quod ipse esset superior sui ipsius ut archiepiscopi. nec quod a sententia sua possit ad ipsum tanquam ad legatum appellari. nec de ipso sibi ipsi quærelam deferri. ar. c. romana. de appellati de consue. c. ii. li. vi. Ad iura in contrarium alleg. uidelicet ad. c. postulasti. & . c. a collatione potest responderi ꝙ ibi ipse & alius solus non processit sed cum alijs. & ideo a collatione & grauaminibus non solum ipsius solius sed etiam aliorum quorum erat immediatus

superior appellari & de facto illorum & etiam tanquam minime partis ut episcopus poterat cognoscere. at in casu nostro solus processit neglexit uel deliquit.ergo.&c.

DE FILIIS PRAESBITERORVM.

Summarium.

Dispensatio obtinendi beneficium extenditur ad primum & unicum beneficium tantum nec potest illud permutare.nisi hoc specialiter sibi concedatur.

Decisio. I. alias.339.

SI illegitimus beneficiũ curatum quod obtinuit uigore dispẽsationis iuxta formam : c.i.de fil. pres.li.vj. sibi factæ.pro alio curato beneficio cũ legitimo auctoritate ordinarij permutauit. dubitatur de duobus Primo utrum dicta permutatio fuerit nulla uel aliqua ipso iure. Secundo si esset nulla utrum quilibet posset habere regressum ad suum beneficium sic permutatum De primo licet altercatio & dubietas sit magna inter modernos doctores solennes uidelicet Archi. ex parte una qui.in.c.i.de fi.præsbi. & in.c. nõ potest.§. illud autem.de præben.li.vj.tenet expresse ꝙ collatio sit nulla cum prædicta dispensatio * se extendat dumtaxat ad primum & unicum.& sic adepto primo beneficio dispensatio suum est sortita effectum & ideo collatio siue receptio secundi non ualet.& ita dicitur papam Bonifa.sententiasse. Io.mo tenet contrarium cum quo concordat Io.an.in nouel.dicens.Si dominus Bonifacius sic pronunciasset.multo melius scire debuit Io.mo.qui Car. fuit quia ipse expresse tenet contrarium . Idcirco Io.an. declinat in partem ipsius & tenet contra ar.hic. arguendo tamen in.c.non potest. pro & contra . uerum tamen quicquid sit & licet opinio dominorum.Io.mo.& Io.an. sit benignior & æquior tamẽ alia uidelicet opinio Archi. de iure est uerior & recepta ac seruata in curia. secundũ stilum qui propter dubietatem doct.seruandus est pro iure secundum omnes in c. ex literis.de consti.de cri. fal. quam graui. Ad secundum dicebant omnes ꝙ locus est regressui præsertim si legitimus prout ponebatur in facto ignorauit defectum illegitimi secum permutantis.uel si sciuit dolo caruit & excusatus fuit propter uarias opiniones doct.præallegatas quæ etiam illegitimum permutantem a dolo excusant.ar.c.cum uniuersorum.de re. permu.Dicebam tamen ego ꝙ auctoritate superioris est regressus habendus in casu supradicto propter renuntiationem ueram in prædicta permutatione factam per quam quilibet amisit ius quod in beneficio suo habuit . & ideo illud recuperare non poterit sine noua collatione quæ debet fieri per superiorem habentem ad hoc potestatem. ar.not.in.c.licet.de re.permu.&.c.si beneficia. de præben.lib.vj.per Io.an.in nouel.

*Dispensatio, add. Fely. in. c. innouamus de treg. & pa. nu.iii. facit ad prædicta nam dispẽsatus ad duo incompatibilia non intelligitur dispẽsatus in eadem ecclesia Fely. in .c. postulasti de rescrip. nu.41.

Decisio. II. alias.136.

Summarium.

Dispensatus per episcopum super illegitimitate non potest recipere præbendam ecclesiæ cathedralis quia regula cui conceditur maius uidetur concessum minus non procedit in dispensationibus.

VOluerunt domini ꝙ opinio Io.mo. posita in.c.i. de fil.præsb li.vj.de cætero seruaretur uidelicet ꝙ dispensatio * episcopi iuxta formam illius.c. facta illegitimo non extendatur ad præbendas cathedrales propter præeminentiam & maioritatem quam habẽt canonici ecclesiæ cathedralis sup alios clericos ciuitatis & diœcesis q̃a ipsi sunt pars corporis ecclesiæ & episcopi.sunt caput de testa.c.requisisti Eps.n.est caput & ipsi membra de huis quæsi.a præla.nou it.&.c.quanto Et dicit Iano ꝙ est magnus honor esse canonicũ ecclesiæ cathedralis hoc not.ipse de sep c.fraternitatem. pro hoc ẽt facit una not. Archi.in.c.i. de consue. in fi.li.vj.Io.mo. all.c.q̃uis.i.de præben.li.vj.&.c. exturpandæ.§.qui uero co.ti.qui.§.nihil facit.secũdũ Io.an.qui tenet cũ Archi. contra Io.mo.quorum opinionẽ tenet dominus Old.in suis quæstionibus per multas rationes consil.215.puncta breuia dixit tamen dominus Ro.do.Io. an.in Spe.ti. de fil. præsbi in dispensatione papali super defectu nataliũ distinxisse. Aut illa est cruda & nuda pura papa dispensat cũ illegitimo ꝙ possit tenere unũ beneficiũ simpliciter tunc non ueniet neq; curatũ neq; cathedrale. Si uero dispensat ꝙ possit retinere beneficia q̃cunq; tũc quia huiusmodi dispensatio est exuberans uenient omnia Contra tamẽ primũ membrũ distinctiõis uidetur tex.in.c. tua nobis.de uer.signi.uide Io.an.in nouel. in.c. gratia.li.vj. de rescrip in prin quando uerbũ beneficiũ includit uel non includit p̃bendã qui remittit ad not.per eũ de p̃ben. c.ulti.post.principium.

* Dispensatio add.Fely. i.c. postulasti col. 7 .de rescrip. & uide dec.4. de offi.ord. in an.

* In an. co. i.

¶ Additio.Nota secundum aliquos & maxime secundũ stilũ cancellariæ ꝙ ubi est dispensatũ cũ illegitimo ꝙ tenere possit beneficia & dignitates cũ cura uel sine cura ẽt si ad ea quis p electionẽ assumatur.&c.ut infra in antiquis decision.i.co.ti.q̃ incipit nota secundũ aliquos Aduerte tamen quia in dispensationibus non habet locum illa regula ꝙ cui conceditur maius & minus concessum uidetur quia in hijs dispensationibus concessio in maiori non extenditur uel ad minus nisi illud minus sub maiori includeretur ut si cõcedatur illegitimo ꝙ promoueatur in episcopũ tunc et de reliquis ordinibus intelligitur esse concessum de excel.pla.c.ex literis.ad fi. p̃dicta aũt regula & argumentatio ut dixi in dispensationibus locũ non habet prout expresse no Hosti.in c postulasti.de rescrip.ubi ẽt Cõpost.dicit quẽ sequitur do. Anto.ꝙ si habens dignitatẽ & p̃sonatũ cũ cura impetrat dispẽsationẽ non facta mentione de cura non ualet impetratio quia si sciuisset curã non dispensasset. nec habet obstare ꝙ fortius esset cõcessurus curã q̃ personatũ qa minuo.nõ esset p̃p periculũ curæ animarũ quibuscunq; rebus p̃ciosatũ. xij.quæst.i.præcipimus. Itẽ quia regula a minori uel pari non habet locũ in beneficialibus uel priuilegijs.ut in.c. sane.de priuile quia non extenduntur nisi minus includeretur in maius ut supra dictum est.

DE BIGAMIS.

Summarium.

Bigamus ordinatus characterẽ recipit.sed executione caret cum quo papa dispensare potest de absoluta potestate & iuridicali cum papa maior sit Apostolo.

Epithome.

1 Bigamus ille dicitur qui cum uidua uel corrupta matrimonium contrahit.uel qui diuersis tẽporibus habuit successiue duas uxores licet antea non corruptas.
Bigamia diuersimode consideratur.
2 Bigamus ordinandus qua & cuius egeat dispensatione.
3 Bigamiæ non est adiuncta irregularitas de iure naturali sed dũtaxat de iure positiuo quod papa põt tollere & immutare nec est de essentialibus ordinis quem non debere esse bigamum.
4 Papa non debet leges transgredi licet sit legibus solutus.
5 Ignorantia an excuset a bigamia.
6 Bigamus ordinatus caracterẽ l3 recipit executiõe caret.

Decisio. I. alias.447.

QVODDAM factum extra Rotã de mandato tñ papæ p̃positũ in rota sub hac forma occurrit quidã clericus in minoribus constitutus contraxit matrimoniũ in faciẽ ecclesiæ cũ quadã uidua p uerba de p̃senti carnali copula subsecuta quo m̃rimonio postea diuorciato pp certũ impedimẽtũ ꝙ tñ ut p̃supponitur in facto dictus clericus

ricus


ricus tempore contracti matrimonii ignorauit intrauit re-
ligionem & promotus fuit ad omnes sacros ordines sine
tamen aliqua dispensatione. Ex quo facto eliciebãtur tria
dubia. ¶ Primum utrũ prædictus clericus esset uere uel
interpretatiue bigamus censendus. ¶ Secundum utrum
etiam si uerus esset bigamus receperit characterem quan
do postea se fecit promoueri ad sacros ordines. ¶ Tertiũ
an indigeret dispensatione & per quem dispensari posset.
¶ De primo uidebatur aliquibus dominis prædictũ cle
ricum sic ut præmittitur cum uidua contrahente uerum
1 bigamum † reputari. Nam ille uerus bigamus dicitur qui
cum uidua uel corrupta matrimoniũ contrahit ut. xxxiij.
di. maritum. & de biga. c. debitũ. &. c. a nobis. uel qui di-
uersis temporibus habuit successiue duas uxores etiam
antea non corruptas. ut. xxvj. di. una. &. c. acutius. & ta-
les non promouentur propter defectum sacramenti quia
diuiserunt carnem suam in plures: ut in dicto. c. debitũ.
Quod intellige quando matrimonium tenuit. Secus ue-
ro si de facto matrimonium cum uidua uel corrupta uel
cum secunda uxore contraxit puta quia in sacris consti-
tutus sic contraxit. ut in dicto. c. a nobis. uel si quis unam
de iure alteram de facto post mortem primæ tales enim
bigami reputãtur interpretatiue quantum ad legem pro-
motionis non propter defectum sacramenti sed propter
defectum intentionis cum opere subsecuto. ut in. c. nuper
de biga. de quo uide gl. auream in. c. super eo. & per Ber.
ubi ponit tertiũ casum de bigamo interpretatiuo de quo
nihil ad propositum siue ad casum nostrum in quo secũ
dum omnes dominos finaliter reputabant dictum cleri-
cum de facto cum uidua contrahentem interpretatiue bi
gamum de quo reputo textum clarum in. c. a nobis. supe
rius alle. ubi uidetur etiam decisio tertiæ quæstionis uide
licet cum tali interpretatiuo bigamo tanquam cum mari
to uiduæ contra doctrinam Apostoli dispensare non li-
cet non propter defectum sacramenti sed defectum intẽ
tionis cum opere subsecuto quod intelligas uerum de in-
feriori a papa et quo ad sacros ordines quo ad minores
uero ordines secundum aliquos etiam episcopi possunt
cum uero bigamo dispensare. ut in. c. lector. &. c. subdiaco
2 nus. xxiii. di. & l. dist. c. placuit. in prin. Solus † autẽ papa
cum bigamo ad sacros promoto super executione illorũ
ordinum dispensat sed ut ad illud promoueatur non po-
test. &i. non debet dispensare secundum Hug. in. c. quicun-
que. l. di. quem sequitur Archi. in. c. unico. de biga. li. vj.
in glo. j. remittens ad not. per eum in dicto. c. lector. ubi re
citat dictũ beati Thomæ super. iiij. sententiarũ. di. xxvij.
q. vl. dicentis quod bigamiæ non est conuincta irregulari
3 tas † de iure naturali. Sed dũtaxat de iure positiuo quod
papa potest tollere & immutare ad libitum suum. de cõ-
stitu. c. j. li. vj. & de rescrip. statutum. &. c. fi. eo. li. de quo
in. c. proposuit. de conceß. præben. nec est de essentiali-
bus ordinis quod aliquis non sit bigamus quod patet ex
hoc quia recipit characterẽ si talis ordinetur. ut in dicto
c. quicunq; & secundum eum papa potest in tali ordine
totaliter dispensare nec obstat prohibitio Apostoli quæ
secundum Pe. nõ est facta a Deo sed ab homine & ideo
papa non astringitur cum eius potestas non sit ab homi-
ne sed a Deo. de iudi. c. nouit. de maio. & obe. c. solitæ. cũ
multis simi. quæ ratio Pe. non placet mihi tamen quic-
quid Apostolus dixerit seu prohibuerit totũ fuit a deo &
spiritu sancto & omnes stringit intelligo inferiores sed nõ
papam qui est maior Apostolo in potestate. ut in. c. sacro
sancta. xxij. di. & ideo dispensare potest contra Apostolũ
secundum Lau. in dicto. c. lecto, & melius per Archi. in
dicto. c. subdiaconus & supposito quod Apostolus habe
ret parem potestatem cum papa adhuc non stringeret
cum sua prohibitio cum par in parem. & c. de elec. inno-
tuit de rescrip. c. fi. li. vj. de qua materia in. c. super eo de
biga. Crederem hac materia salua correctione sic distin-
guendum. Aut loquimur de uero bigamo. Aut interpreta
tiuo. Si de uero tunc. Aut quærimus de potestate absolu
ta papæ dispensandi cum bigamo tunc crederem ꝙ ante
& post promotionem posit dispensare propter plenitu-
dinem suæ potestatis. de conceß. præben. proposuit. de
transla. præla. c. j. Aut loquimur de iuridica sua potestate
de qua in. c. i. de cau. poß. & propri. & in. c. literas. de re-
sti. spo. tunc crederem opi. Hug. & Archi. uerissimam su
perius tactam quia nunquam papa consueuit cum uero
bigamo ad ordines suscipiendos dispensare. Nec esset de-
cens nec iuridicum. Tum propter defectum sacramenti.
Tum etiam propter generalem prohibitionẽ Apostoli quã
licet non de necessitate tamen de honestate decet ipsum
4 obseruare. quia licet sit solutus † legibus tamen decet ip-
sum legibus uiuere. C. de leg. l. digna uox. præterea non
omnia quæ licet expediunt. secundum eundem Aposto-
lum. ut in. xi. q. j. c. aliud & de uol. c. magnæ. In interpre
tatiuo uero maximæ si ignoranter contraxit cum secun-
da cum qua contrahere non potuit. Crederem etiam an
te factum ut posset promoueri ad sacros ordines non esse
peccatum dispensare cum tali immo reputarem id uti-
le ex causa & maxime si uellet intrare religionẽ per quã
etiam tollitur defectus illegitimitatis. de fi. præsbi. c. j. &
conseruantur etiam bigamo priuilegia immunitatis pro
ut etiam not. Archi. in. d. c. j. de biga. Misericordiã et A-
postolus meruit. quia ignoranter peccauit. viij. di. c. con-
suetudo. Post uero susceptionem ordinum etiam sacro-
rum siue loquamur de uero siue interpretatiuo bigamo
crederem papam indubitanter posse dispensare maxime
ex rationabili causa propter quam sæpe rigor iuris omit-
titur. ut. j. q. vij. c. tali. &. c. exigunt de præb. c. uacãte. &.
c. ex posuisti. quæ potest esse rõ characteris fauor religio-
nis uel exercitium curæ sibi ex post facto commissæ. ff. de
reli. & sump. fu. l. quæ religiosis. de regula. c. ꝙ dei timo-
rẽ. de cle. ex. mi. c. latores. de transa. c. fi. & reputo tex. de
hoc in. d. c. quicunq; l. di. Ex quibus fuit conclusum &
5 responsum per omnes dominos cõcorditer ad tertiũ † ca
sum siue quæstionem nobis propositam ualde fauorabilẽ
& dispẽsabilẽ & hoc ꝑ papã dũtaxat. Licet aliqui magni
uiri extra rotã uoluerunt prædictũ clericum sic matrimo
nium cum uidua contrahentem a bigamia excusare &
sic nulla dispẽsatione indigere ꝑpter impedimenti igno-
rantiam. pro quo allegatur. quoddam dictũ Archi. in di-
cto c. unico. super uer. bigamos. lib. vj. qui intelligit. c. nu
per. eo. ti. de illo qui sciens impedimentum contraxit in
sacris cum secunda. Secus si ignoranter quia ignorantia
ipsum a bigamia haberet excusare. Sed Ioan. an. ibidem
in nouel. & etiam in. c. nuper. tenet contrarium. cuius opi.
tutior est. Et ideo in dubio amplectanda. de spon. iuuenis
per quæ etiã est sufficienter respõsum ad secundũ dubiũ
6 † utrum prædictus clericus bigamus ad sacros promotus
receperit characterem uidetur quod sic sed nõ executio
nem sicut dicimus in laico siue puero ad sacros promo-
to. ut in. c. non est. de æta. & quali. super qua executione
indiget dispensatione papali. quam papa Vrbanus sextus
impendit prædicto religioso propter decisionem nostrã
ante dictam. Tum etiam quia ut ponebatur in facto ipse
erat nobilis, diues & senex & multa bona intrando reli-
gionem secum detulit ac monasterio reliquit quæ cau-
sæ etiam aliquando dispensationem inducunt. ut in. c.
de multa in fi. de præben.

DE OFFI. VICA.

Summarium.

Probatio potestatis & iurisdictionis officialium ordi-
nariorũ. ac etiam per eosdem officiales actorum & gesto-
rum non est necessaria. nisi per partem aduersam nege-
tur potestas quia tunc probatur per cõmunem reputatio
nem in partibus.

Decisio. I. alias. 47.



Alent acta * agitata in
partibus corã officiali a
licuius episcopi. licet nõ
ꝓbetur per literas patẽ
tes eius potestas dũmo-
do a partibus non nege
tur quia ordinarius est
de consuetu. c. ij. de ap.
cap romana libro. vj. Si
uero ab aliqua partium
negetᷣ eius ptãs tũc opor
tebit. ꝙ ꝓbetᷣ qa ꝑ nega
tionẽ fit res dubia. ff. de

*acta add. Decis. infra in an. de offi. ordi. 5.

titer.ob.inter stipulantē. Sed tunc sufficit probare habitionem nominationem & cōem reputationem ad hoc quod acta per eum ualeant per.l.barbarius.ff.de offi.præ.& ꝑ no.per Inno.in.c.nihil.de elet.

¶ Additio quāuis talis generalis officialis habeat ordinariam potestatē.tamen quia sua iurisdictio non est perpetua sed ad nutum superioris reuocabilis.uidetur quod sit probanda saltem ꝙ tollerabatur & habebatur pro uicario seu officiali.prout dicit Ioa.an.in legato an.c.cum in iure peritus.de offi.deleg.nisi dicas quod quia talis iurisdictio est notoria probatione non indiget.iuxta no.in.c.uestra.de coh.cleri & nulli.alias nō uideo quō hæc decisio posit procedere in sui principio nō probata sua iurisdictione saltem eo modo quod dixi cogitabis.

¶ Alia addi.& adde hic quod not.Inn.in.c.in notuit.de eo qui fur.ordi.re ubi dicit quod præsumitur pro fundamento iurisdictionis ordinarij si tulit sententiam præsente uel absente parte & ab ea non fuit appellatum. ꝙ not. pro causa padeburgen.in delegatis uero secus esset.

Decisio. II. alias.66.

Summarium.

Officialis episcopi de criminibus potest inquirere & cognoscere sed non punire.

SI seruetur opi.Io.mo.in c.licet.de offi.uica.uidelicet ꝙ officialis episcopi licet ex sua generali ptāte non possit punire crimina & delicta seu pœnam ordinariam imponere pro eisdem.tamen potest inquirere et cognoscere de eisdem tam ex suo mero quam implorato officio & si inuenerit talem criminosum remittet eum ad episcopum puniendum de offi.archi.c.ad hæc.

Decisio. III. alias.350.

Summarium.

A delegato officialis generalis episcopi ad certā causam ad ipsum officialem uel ad ipsum epm appellatur.

LIcet Officialis generalis episcopi committat uices suas in totum alicui alteri quo ad certam causam. nihilominus a sententia prædicti delega. ab officiali poterit ad ipsum officialem uel episcopum appellare.secundū Io.an.& Archi.qui hoc not.in.c.ij.de consue.li.vj.dicentes ꝙ in potestate appellantis est ad quem maluerit appellare alle.c.dilecti.de appel. Et potest esse ratio quia licet offi.episcopi cōmittat totaliter uices suas in una causa nihilominus remanet iudex ordinarius in omnibus aliis.quia ad uniuersitatem causarum datus est & unū consistoriū habet cū episcopo de app.c.romana. & in dicto.c.ij.de cōsue.li.vj.& ideo sicut posset appellari ad episcopū a delegato suo.ita ad ipsius officialē.de appel.c.dilectis.& c.ad hoc si in una.hāc opi.firmat Arch. in.c.j.de offi.uica.li.vj.super uer.gerunt.circa fi.& refert Ber.tenuisse appellari debere ad primum delegantem in.c.dilecti.de appel.superius alle.remittit Archi.ad not.ꝑ eū in.c si delegatus.de offi.dele.li.vj.in fi.ubi tenet prædictā cōclusionē uerā pro qua ibi in.§.fi.uidetur tex.

Vide Fely.in.c.licet incorrigen.de of.ord.

Decisio. IIII. alias.378.

Summarium.

Vicarius episcopi in spūalibus & tēporalibus non potest si in sua cōmisione specialiter hoc non habeat aliū in spiritualibus facere uicarium generalem

Epithome.

1 Vicarius generalis episcopi non potest absq; speciali mādato generalem uicarium constituere.

2 Vicarius uicarii excōmunicati non est excommunicatus sed eius executio suspensa censetur.

3 Episcopus potest duobus casibus dare uel cōmittere iurisdictionem ordinariam.

1 FVit dubitatū * utrum uicarius † episcopi in temporalibus & spiritualibus posit ex cōmis.& mandato episcopi alium uicariū in spiritualibus duntaxat deputare.& uidebatur ꝙ sic qa licet ꝓcurator constitutus a domino sine speciali mandato non posit ante li.contest.alium substituere procuratorem ut in.c.j.& in c.is qui de procur.lib.vj.tamen habens super hoc mandatum speciale id bene poterit.ut in eisdem iuribus. Præterea delegatus ab ordinario ad unā causam tm̄ potest committere uices suas si hoc in sua commisione contineatur specialiter ut not.Io.an.de offi.dele.c.is cui in fi.li.vj.ergo idem uidetur dicendum in uicario generali habente super hoc ab episcopo speciale mandatum. Item uidetur super hoc tex.clarus in.capi.j.de offic.uica.lib.vj.ubi ui

2 carius † uicarii excōmunicati non censetur excōmunicatus.licet eius executio suspendatur interim donec uicarius qui commisit sibi uices suas ab huiusmodi sententia absoluatur ubi tm̄ Io.mo.ar.& Io.an.tenent contrariū uidelicet ꝙ uicarius episcopi alium uicariū generalē dare non posit.ꝑ.c.clericos.de offi.uica.& ibi not.per Io.an. in nouel.super prima gl.post Gof.& Hosti.qui tamē Hosti.dixit in.d.c.j.de offi.uic.li.vj.uicarium episcopi posse in totum & ad tempus ex causa de consensu episcopi cōmittere uices suas quas tamen a se non abdicat sed penes se retinet.alle.d.c.clericos.inquantum dicit non permittas.quasi prohibeat permitti quod temeritate propria nō faciat sed ex causa id permittere potuit puta quia imminet necessaria profectio.ff.de eo cui man.est iurisdi.l. j.de ap.c.peruenit.& de rescript.c.statutum.§.insuper li. vj.& sic de consuetudine approbata seruari dicit. Aliqui tamen domini dicebant huiusmodi cōmissionem episcopi uidelicet quod uicarius suus posset dare alium uicariū mero iure nō tenere mouebantur quia uicarius epi hēt ordinariā iurisdictionē.ut in.c.romana.de app.& de consue.c.ij.li.vj.quam nullus dare potest nisi princeps uel lex uel uniuersitas uel consuetudo.ut legitur & not.per Ioan.& Ar.xi.q.j.experientiæ.& per Innoc.& Hosti.de offi.ordi.cum ab ecclesiarum.& in Spe.de offic.ordi.§.j. Modo dicemus prædictam potestatem uicarii deputati a uicario ipsam habere ab uno de quatuor modis prædictis aut non: Constat.enim quod a neutro illorum ergo. Si uero dicamus eam habere ab homine puta ex commissione episcopi id esset absonum quia inferior a principe nō potest facere ordinarium ut no.Ber.etiam in episcopo expresse nisi consuetudo hoc habeat in.c.ij.ne prael.vi.su. ergo prædicta commissio caret roboris firmitate tanquā facta ab illo qui nullam habet potestatem super hoc.de offi.deleg.cum super.& c.super quæstionum.& c.uenerabilis.& c.fi.nisi uelimus dicere quod sicut uicarius episcopi habet iurisdictionem ordinariam a lege ita & uicarius uicarii quod posset sustineri iu casu superius posito per Ho.in nullo alio qui tamen in dicta decre.ij.ne præ-

3 la.vi.su.dicit quod in duobus casibus episcopus † dat iurisdictionem ordinariam. Primo creando officialem cui generaliter uices suas committit & si alio nomine appelletur ut uicedominus uel uicarius.nō enim est uis in nomine.de procur.c.petitio.& hoc pōt facere secundū eū ad annum uel plures ut placet. Secundo perpetuum uicarium confirmando uel instituendo uel conferendo beneficium cui sit annexa iurisdictio de iure de offic.ordi. cum ab ecclesiarum uel de consue.de elec.c.dudū.uer. tandem.de fo.compe.c.cū contingat.salua pace Hosti. in omnibus prædictis casibus uel lex seu uniuersitas uel consuetudo & non episcopus dat iurisdictionem ordinariam.teneas ergo opi.suam prædictam positam in.c.j.de offi.uica.li.vj.quo ad quæstionem nostram.

*Fuit dubitatum ad intellectum huius decisiōis vide do. Anto. de but. in.c.g. perpetuus de fid.instru. bal. in.c.fi.in colum.de offi.dele.d.de sancto ge.in.c. romana.de of. uic.lib.vj.

Decisio. V. alias.397.

Summarium.

Commissio episcopi facta suo uicario generali quod resignationem certi beneficij recipiat & conferat.

1 Commissio episcopi uiua uoce facta de beneficio conferendo ualet potestq; probari per testes.

2 Legatus uel ordinarius non potest alicui coniunctim committere

mittere receptionē beneficii unius singularis psonæ.

3 Institutio præsentatorum ad beneficia est necessariæ iurisdictionis.

4 Testes & instrumēta an parē effectū babeant in iudiciis.

1 SI episcopus* dat† & committit uiuæ uocis oraculo officiali suo generali potestatem recipiendi resignationem certi beneficii spectantis ad collationē suā & conferendi illud certæ personæ. Fuit dubitatū de duobus uidelicet. utrum ualeat huiusmodi commissio. Secūdo si ualeat: utrum posset & debeat probari per testes uel literas. In prima quæstione fecit & facit dubium. §. prohibemus. in. c. deliberatione de offi. lega. lib. vj. ubi prohibe-

* Episcopus add. per bisig. de cōcess. præben. 5. abb. in. c. constitutus de cōcess. præben.

2 tur expresse legato † etiā de latere ne in genere uel in specie cuiquam posit committere siue potestatem dare recipiendi resignationem & conferendi beneficia etiam psonis idoneis infra legationem suam existentia & apponitur decretum irritans huiusmodi resignationes & collationes contra huiusmodi prohibitiones factas cum per huiusmodi commissionem daretur uia ad uacatura beneficia conferenda contra concilium Lateranen. de conces. præben. c. nulla. quæ ratio uidetur fortius locum habere in episcopo seu quolibet alio ordinario in prouincia sibi decreta de offi. le. c. ij. eo. lib. Præterea ubi est eadem ratio ergo idē ius. c. de cōsti. translato. de transla. episc. inter corporalia Sed eadem immo fortior est ratio in episcopo quam in legato in casu prædicto. ergo. In contrarium uidebatur per. c. fi. de of. vj. & de præben. c. statutum. in fi. eo. li. in quibus apparet expresse quod episcopus potest committere collationem beneficiorum ad ipsum spectantium. suo uicario generali. quod est uerum in genere sed in specie nequaquam. prout le. & not. in. c. constitutus. & c. fin. de conces. præ. nam genus sub se plura cōprehēdit quam species multa enim licet in genere quæ non licent in specie. eod. ti. c. accedens. de iur. pa. c. ex literis. cū simi. ¶ Et pro hac parte fuit conclusum & determinatum nō obstare. d. c. deliberatione quo ad generalem cōmissionē siue potestatē conferendi beneficia phibitiua quia illud procedit ubi episcopus alteri quam suo officiali hāc potestatem daret ponderato prin. illius. §. secundum Io. an. ibidem qui remittit etiam ad not. per eum in. c. statutum. in ult. gl. de præben. c. iiij. li. vj. quæ bene faciunt ad qōnē propositā. & licet pdicta ptās sit generalis cōmissio tamē est spālis. sine qua ēt uicarius generalis nō posset cōferre beneficia. ut in. d. c. fi. de of. vi. li. vj. & supposito φ ualuisset & fieri posset talis cōmissio etiā in specie generali uicario episcopi habēti generalē administrationē bonorū & rerū. ut. x. q j. statuimus. tamē in officiali episcopi meo iudicio esset aliter sentiendū qui nullā haberet administrationē rerū uel bonorū tēporaliū de elec. c. is qui. li. vj. nec ob. c. romana. de appel. & c. ij. de consue li. vj. uidelicet cum idē cōsistoriū habeat officialis cū episcopo ergo &c. φ fateor quo ad iurisdictionalia & in his quæ sunt fori cōtenciosi. In hiis uero q̄ sunt uolūtariæ iurisdictionis secus Nec ob. c. ex frequentibus. de insti. ubi officiales episcopi possunt de iure cōi instituere pñtatos ad beneficia qa hu-

3 iusmodi institutio † est necessariæ iurisdictionis & nō uolūtariæ in qua. s. uoluntaria iurisdictione non succedit capitulū se ua. put le. & no. de maio. & obe. c. uno. et de insti. c. ij. li. vi. Fateor ēt & credo φ in spē epūs posset cōmittere suo uicario generali ptātem recipiēdi resignationē et admissa per epūm posset eidē uicario dare ptātem cōferendi illud beneficiū sic resignatū quia tūc cessaret cā phibitionis ergo debet cessare phibitio de renū. c. post trāslationē. de app. c. cū cessante Nā huiusmodi cōmissiones sic distinctas posset etiā facere legatus cuicūq; personæ. secundū Io. an. in. d. c. deliberatione in. §. prohibemus q. §. intelligitur quando permixtim simul & semel darentur ambæ prædictæ ptātes Pro ratione diuersitatis posset induci. c. quæstiones. de re. permu. φ do. Io an. non alle. cuius tamen opinio. per omnes recipitur & approbatur. ¶ De secundo dubio uidelicet utrum commissio generalis uel specialis in casibus prædictis in quibus fieri & ualere posset facta offic. uel uicar. uiuæ uocis oraculo per episcopū si negaretur posset probari per testes uidebatur φ non per. l. unicam. C. de man. prin & per. c. cum in iureperitus. de of. deleg. quæ iura procedunt in delegatione papæ uel Imperatoris. In aliis inferioribus secus in qui-

4 bus habent locum iura cōia uidelicet quod parem † uim habent testes & instrumenta in iudicio. C. de fin. instru. in exercendis. & eo. ti. cum Io. secundū Vber. & Tan. quos alleg. Spe. ti. de proba. §. ulti. uer. sed nunquid delegatus remittit etiam ad not. per eum in ti. deleg. §. superest. uer. sed nunquid si propter. Pro quorum opi. facit in ar. saltē. quod iste casus non est de illis requirentibus necessario scripturā numeratis. per gl. in. c. j. de censi. li. vj. ergo &c. quam quidem conclusionem dicebant aliqui domini ueram in commissione facta uiuæ uocis oraculo super uno articulo. ut in iuribus in prin. superius allegatis. Secus uero si super diuersis & pluribus præsertim discrepantibus a iure communi sicut in legato misso ad certam prouinciam cui darentur multæ singulares & diuersæ potestates sibi de iure cōmuni competentes. de quibus in. c. qd trāslatione de offi. leg. in quo casu posset procedere & loqui. l. unica. C. de man. prin. Pro cuius intellectu uide Io. xcvij. di. nobilissimus. & xxv. q. ij. institutionis. Pro conclusione prædicta fuerunt etiam alle. dicta & not. in cle. dudū. de sepult. & p Guil. de cuno. ff. de iudi. l. ij. qui ponit tres uel quatuor intellectus pdictæ. l. unicæ. C. de mādā. princi.

Delegatio pp. uel imperatoris non potest probari nisi p literas secus in inferiori uide Egi. deci. 110. in fin.

Decisio. VI. alias. 278.

Summarium.

Episcopus tenetur pro delicto uicarij & officialis sui. nisi postquam sciuerit purgauerit illud.

SI uicarius uel officialis alicuius episcopi uel alterius prælati delinquat in officio sibi cōmisso tenetur episcopus. ff. de tribu. l. si seruus. & duabus legi. se. nisi quam cito sciuerit purgauerit eius delictum. C. de exer. mi. l. fi. & l. quicunq; ut li. non contest. c j. & ea quæ ibi not. pro quo faciunt no. p Inn. de fideius. c. φ qbusdā. in. j glo. in fi. faciunt etiā quæ le. & no. in. c. cum quis. de sen. ex. li. vj. & in regula. iuris ratihabitio. eodem. li.

Decisio. VII. alias. 371.

Summarium.

A spāli delega. episcopi uel eius uicarii generalis ad ipsum epm uel eius uicariū poterit & debebit appellari.

Epithome.

1 Episcopus an posit cōmittere uicario generali collationem certi beneficii.

2 Appellari an posit a collatione facta p uicarium ad ipsum epm epūs nō pōt aliquā iurisdictionē exercere in aliena diœcesi absq; licentia petita & obtenta.

1 SI epūs † dat ptātē suo uicario in spūalibus cōferēdi bñficia et collatiōe p ipsum facta appellet̄ ad ipm epm. et idē epus cōmittat hmōi cām appellationis alicui uicario in spūalibus alterius epi q uigore hmōi cōmissionis de cōsensu saltē tacito partiū in hac cā appellationis pcedat usq; ad diffinitiuā sniam inclusiue a qua ad papā appellet̄. Fuit dubitatū de duobus. Primo utrū

2 † potuerit a collatione facta p uicariū primū ad epm appellari. Secundo utrū ualuerit pcessus habitus p uicariū alterius epi in alia diœcesi de primo uidebat̄ prima facie φ nō quia idē cōsistoriū hēt uicarius cū epo. de cōsu. c. ii. li. vj. d̄ ap. c. romana. e. li. ergo nō pōt appel. ad ipm pp rōnē in dictis iur. positā. & qa gradatim ē appellādū. de ap. dilecti. dicebat̄ p oēs cōtrariū. uidelicet ualere hmōi appellationē. Rō qa hāc collationē uicarius* quantūcunq; gñalis in spūalibus facere nō potuit sine spāli cōmissione & mādato epi. ut de of. uic. c. fi. li. vj. cū igit̄ hmōi collatio nō caderet in suā generalē ptātē uicariatus: nō pōt quo ad hoc cēseri idē cōsistoriū. sed cēset̄ unius spālis articuli siue causæ cōmissio quā si eps uel ipsius officialis generalis alicui faceret & ab illo appellari cōtingeret ad ipm epm uel eius officialē posset appellari ut le. & not. in. c. dilecti. de appel. superius alleg p Io. an. in nouel. Et faciūt p hoc not. p Archi. in. c. ij. pdicto. de cōsue. li. vj. & not. p Io. an. Pau. & Gēze & Guil. in cle. ij. de rescriptis. ubi ponūt differētiā inter uicariū episcopi in spūalibus deputatā cū iurisdictiōe uel sine iurisdictione. Facit p pdicta conclusione. c. a collatione. de appel. lib. vj. Audiui postea in relationibus publicis allegari super hoc per dñm

* Vicarius uide Fely. in. c. licet de of. or. col. j. nam dicit ibi quod uicarius quo ad coll. benef. hēt deleg. cōtra p bisig. de fi. e. ti.

Anselmum de Mediolano aduocatum Roman.curiæ& dicentem dictum.c.ij.de consue.intelligēdum de appellatione iudiciali &non extraiudiciali propter uerbum cōsistorium in textu ibidem positum quod non erit nec dici potest nisi quando iudex iudicialiter procedit & pro tribunali.sedet.de offi.ordi.c.cū episcopus.de re iudi.c.fi.cum si.lib vj.quod non credo cum illud.c.& c.romana de ap.generaliter loquantur.ergo de quacunque appellatione extraiudiciali uel judiciali sunt intelligenda.xix.di.c.si romanorū.de maio & obe.c.solitæ.cū si.pro hoc etiam facit.c cordi.de ap.li.vj.quod loquitur tam in iudiciali quam extraiudiciali appellatione a iudice.ordinario.uel delegato interposita.nec pōt negari quin officialis iurisdictionem ordinariā.habeat saltem habitu etiam si nūquam pro tribun.sederet per dictum.c.romana.ergo &c.Secundum dubium nō fuit pro tunc determinatum sed domini uoluerunt deliberare & totum dubium huiusmodi quæstionis pendet utrum litigantes potuerint tacite prorogare iurisdictionem uicarij alterius episcopi & an ualuerit tacitus consensus ipsius uicarij.Et primo vr̄ ꝙ
3 non quia regulare est quod episcopus † non potest iurisdictionem aliquam in diœcesi aliena exercere.ut.ix.quæstio.ii.episcopum.& duobus.c.sequentibus.xii.q i.placuit.hoc uerum sine licentia petita.& obtenta.illius episcopi in cuius diœcesi uult procedere & cognoscere nec subditos suos inuitos ibi trahere.de offi.ordi cum episcopus.lib vj & nisi in casu clemen.j.de fo.compe.ubi de hoc per Ioan.an.& p.ergo quod per unum fieri non potest nec per alium.de reg.iu.potest quis.li.vj.cum ibi not.ergo ex parte committentis non uidetur ualere commissio nec uidetur ualere consensus partium per.§.in nullo quoque.c.statutum.de rescriptis.li.vj.nec reperitur alias in iure cautum quod posset fieri prorogatio de loco ad locum nisi in casibus in iure expressis.ergo id non erit dicēdum ne se ua c.j.de sen.ex.is qui.lib.vj.Præterea prorogatio quæ fit in alienum iudicem etiam ordinariū ex certa scientia & non per errorem fieri debet ff.de iu om.iu.si per errorē.ff.de iudi.l.j.& ij & not.de offi.deleg P.& G.nam ut ubi not.siue loquamur de prorogatione rei ad rē temporis ad tempus,personæ ad personā,semper requiritur expressus consensus partium ergo multo fortius in prorogatione loci ad locum per dictum.§.in nullo quoq; licet Pe.de Bel.per.in.l.si ex consensu.C.de episco.audi.uelit innuere quod unus ordinarius possit cognoscere & iudicare in alieno territorio inter suos subditos nisi prohibetur.quia licet transire per agrum alienum nisi prohibitus fuerit.ut.l.per fundum.ff.de serui.rusti.prædi.Inno.uero & Hosti.tenent contrarium in.c.nouit.de offi.lega.ubi de hoc per Ioan.an.in nouel.& spe.de compe.iudi.adic §.j.uer.quid si duo Pisani.& in ti.dele.§.nunc dicendum uer.sed pone.In quibus locis uidetur innuere quod delegatus ordinarij extra territorium ipsius iudicare non potest etiam de consensu partium.& facit quod spe.not.tit.de appel.§.nunc tractemus.uer.quid si de facto.facit pro hac opinione.c.ut animarum.de constitu.li.vj.in fin ℭPræmissis uero argumentis & dictis doc.non obstantibus fuit per omnes dominos postea decisum & conclusum contrarium uidelicet quod processus dicti uicarii alterius episcopi ualuerit.cuius sententia fuit per unum de dominis confirmata nam in dicta prorogatione interuenerunt omnia quæ de iure interuenire debuerunt.consensus uidelicet ordi.iudi committentis sine ꝓrogatiōe.qui sufficit.de fo.cōpe.c.significasti.Iudicis prorogati qui ex certa scientia uigore commissionis alterius episcopi sibi facere processit.ergo consensit procedendo quia uoluntarie & non inuitus cognouit & sententiam tulit.arg.eorum quæ le.& not.de fil.præs.ueniens.Interuenit etiam consensus partium qui ex certa scientia & non per errorem coram huiusmodi commissario etiam in alieno territorio forte & sine forte ut ponebatur in facto eis magis commode processerunt usque ad sententiam diffinitiuam inclusiue.ergo non inuiti sed uoluntarie.quod sufficit.ut in.d.c.cum episcopus.de off.or.lib.vj.melius in c.ut litigantes.per glo.ord.Ioan.qui limitatiue loquitur.sed Archi.ibidem dicit sufficere consensum partiū sine licentia episcopi quod crederem uerum nisi expresse episcopus contradiceret.quia tunc secus.

DE OFFI. DELEG.

Summarium.

In causa grauaminis postquam secundus auditor pronunciauit male appellatum & remisit causam qua muis ab hac pronunciatione fuerit appellatum primus auditor statim potest in principali procedere donec sibi inhibeatur.

Decisio. I. alias.138.

SI appellatur a grauamine ab uno auditore & p alium auditorē cui huiusmodi causa appellationis est commissa pronuncietur bene processum per primum audi.& male per partem appellatum & causa primo auditori remittatur.primus auditor statim potest ad ulteriora in negocio principali procedere.Non obstan.quod a pronunciatione secundi auditoris.iterum extiterit appellatum & causa huiusmodi appellationis alteri commissa dummodo per tertium de nouo non fuerit inhibitum.nam ex quo remissa fuit causa p secundum auditorem primum sublata erat eius inhibitio.& sic cessante causa &c.de appella.cum cessan.cum si.uide plenius hanc cōclusionem declaratam.infra de.lviij de appella.

Decisio. II. alias.110.

Summarium.

Citatus per unum ex tribus coram collega comparere tenetur.

CItatus per unum ex tribus iudicibus delegatis.datis insolidum ut certa die cōpareret coram eo uel suo collega.coram ipso collega qui nō citauit cōparere non tenetur.nec ualet processus per collegam.habitus contra eum.ar.eorum quæ le.& not in.c.cum plures.de offic.dele.lib.vj.de resti.spoli.c.audita & ff.de re iud.l.inter pares.

Decisio. III. alias.164.

Summarium.

Delegatus ordinarii ad certam causam deputatus nō potest articulum causæ cognitionem requirentem sed nudum ministerium committere.

DElegatus ordinarii deputatus ad certam causam audiendam non potest committere receptionem testium uel quencunque alium actum causæ cognitionem requirentem sed nudum ministerium siue nudam examinationem testium per eum receptorum: bene committere potest prout le.& not.per Innoc.& Hosti.in.c.cum Bertoldus.de re iudi.& in.c.super quæstionū de offi.deleg.post priñ.per Ioan.an.in nouel.ac per eundem & Pau.in cle.iudices de offi.dele Sed plenissime in spe.ti.j.§.j.uer.sed nunquid delegatus.

Decisio. IIII. alias.166.

Summarium.

Purificatio gratiæ pauperis per duos ex executoribus facta non constito de impedimento tertii executoris.dūmodo postea constet ualet.

SI duo * ex tribus executoribus datis ad purificandum gratiam & prouidendum impetranti cū clausula.quod si non omnes &c.gratiā impetrantis purificent

*Duo add.deci.infa eo.ti.7.

rificent uel prouideant antequam ipsis constet de impedimento tertij. dum tamen de huiusmodi impedimento ex post facto constet & constare poterit: purificatio seu prouisio eorum tenebit & ualebit. Nam in huiusmodi beneficialibus manifestata ueritate opinio cedit ueritati .viij. di. ueritate comperta. ar. ad hoc de appel. c. dilectis in fi. & notatur ibidem per Inno. in gl. ulti. in prin. quam alle. Ar. & in hanc opinionem declinat in. c. cum plures. de offi. dele. super uerbo maliciose. lib. vj. ubi Ioann. an. in no. uel remittit ad not. de reg. iu. eum qui certus. lib. vj. & ibi distinguit licet doc. quasi omnes in. c. prudentiam. de offi. dele. tenent contrarium dicentes quod etiam processus duorum per tertium non posset ratificari per regulam quod ab initio &c. Pro prima conclusione alle. etiam not. in. l. in arbiter. C. de arbi.

Vide rom. fin. suis sang. 13.

¶ Additio. Pone quod iuxta istã decisionẽ quod duo sunt delegati cũ clausula. quod si ambo nõ poterunt unus exequatur mõ unus nõ põt alter cui nõ cõstabat processit solus. an ualeat processus? uidetur quod nõ ut. l. multũ interest. ff. de cõdi. & demon. Io. an. disputauit contrarium quia ueritas & iurisdictionis auctoritas faciũt ualere ar. C. de manu. uin. l. si pater. §. j. & respondet ad l. multum. quod ibi loquitur in aditione hæreditatis quæ animo expletur. sed iurisdictio non expletur animo inferioris sed iudicio superioris secundum Io an. quod Bal. credit uerum. nã iurisdictio ista etiam apud duos residet insolidum quo ad indiuisibilem iurisdictionem sed exercitium debet esse commune sic. C. de condi. insertis. l. si plures per istam ergo clausulam accrescit exercitium. sed in iure accrescendi in indiuiduis non requiritur scientia. quia ius accrescendi est de appendicijs rei principaliter scitæ & ideo ualet quod fit sicut quando accrescit per prorogationẽ. ut. d. l. ij. §. ij. ff. de iud. secundum dictum Bal. in. l. falsus. C. de furt.

Decisio. V. alias. 192.

Summarium.

Episcopus executor deputatus cũ duobus alijs in gratia pauperis cum clausula. quod si nollet uel non posset & cætera committendo alteri uices suas mandatum adimplere uidetur.

Epithome.

1 Executor datus cum clausula quod si non potueris &c. subdelegare potest: & actum per subdelegatum ualet nec ualet postea actum.

2 Potuisse dicitur qui licet per se non potuit: potuit tamen per alium.

* Gratiã add. Egi. deci. 133.

SI episcopus habens potestatẽ gratiam in forma pauperum purificandi alijs duobus etiam deputatis in casu quo ipse nollet aut non posset huiusmodi actum exercere alteri committat uices suas qui huiusmodi gratiam purificet. tenet & ualet huiusmodi commissio ita quod purificatio post huiusmodi commissionem facta per illos duos non ualet. quia committendo uidetur mandatum papæ adimplere & sic cessat potestas aliorũ intelligi autem debet huiusmodi uoluntas secundum dispositionem iuris communis. uidelicet quod per se uel alium hoc faciat. de offi. dele. iudices. in cle. & eo. ti. quamuis. & c. pastoral.

1 ¶ Additio. Ego habui istũ casum de facto in cã Xaction. preben quæ uertebatur inter quẽdã Hermanũ gruter agentẽ ex una parte & Corradũ se defendẽtẽ ex altera. nã Hermanus habebat gratiã in forma pauperũ in qua erant sibi dati tres executores ad illã exequendam. uidelicet. D. archiepiscopus Colonien. cum clausula quod si ipse nollet aut non posset mandatum apostolicum exequi quod tũc duo alij in bulla nominati exequerentur dominus archiepiscopus recepta bulla scripsit illis duobus executoribus datis in euentum quod libenter uolebat mandatum apostolicum exequi. sed quia erat pro tunc certis aliis negocijs suæ ecclesiæ occupatus committebat illis & cuilibet eorum insolidum uices suas donec eas duxerit reuocandas. Illi duo executores recepta litera Archiepiscopi fulminarunt processum suum se executores a sede apostolica nominantes. non autem subdelegatos archiepiscopi. qui executores commiserunt alij uices suas ut in forma fuit reuocatum in dubium an prouisio facta per dictum subdelegatum ualeret. Et aliquibus ex dominis auditoribus uidebatur quod sic. quia dominus archiepiscopus Colonien. in commissione quam fecit alijs protestatus est se pro arduis negocijs occupatum ideo eis committebat uices suas per quæ uerba uidebatur purificata prima pars disiunctiuæ & conditionis uidelicet si non posset. dato enim quod protestaretur uelle ex quo tamen fatebatur se non posse sufficit. de reg. iur. in alternatiuis. li. vj. nam sola assertio sua sufficit quo ad hoc ut de impotentia sua constet. c. sciscitatus de rescriptis. & in. c. prudentiam. in prin de offi. dele. ista namq; æquipollere uidẽtur si quis dicat se non posse uel se fore pro arduis negocijs occupatum immo secundum usitatum modum loquẽdi qui attendẽdus est de spon. c. ex literis. homines nolentes se excusare quod non possunt similia uerba inueniunt dicentes se alijs grauioribus occupatos: sufficit ergo quod per æquipollentia uerba protestatus fuerit se nõ posse. ar. c. licet ex quadam. de testi. nec uidetur sufficere quod illis duobus commiserit uices suas ex quo fatebatur se non posse. quia nec illi tenebantur suam subdelegationem recipere immo consulte fecerunt non recipere. ut patet de of. dele. c. super quæstionũ. §. si uero duo Et istis forte rationibus motus auditor qui habuit causam in prima instantia credens uerificatam illam clausulam. si non poteris &c. & ob hoc potestatem in dictos executores in euentum datos translatam tulit sententiam pro dicto hermano & sibi adiudicauit præbendam uigore prouisionis factæ per subdelegatum ipsorum. Ego in secunda instãtia causam habens ex commissione mihi in causa appellationis: dubitaui de uiribus dictæ sententiæ motiuis ex rationibus infrascriptis. Nam in casu nostro fuit facta prouisio a subdelegato prædictorum duorum executorum. ergo prouisio nulla consequentia est nota antecedens sic probatur. aut dicti executores processerunt ut subdelegati archiepiscopi aut tanquã delegati immediate dati a papa. Primo casu certum est quod subdelegare non potuerunt. l. a iudice. C. de iudi. de ap. c. cum causam & de re iudica. c. cũ Bertoldus nec noluerunt ut subdelegati procedere prout ex uerbis eorum apparet sed tantum ut executores principaliter deputati ex ui clausulæ quod si nõ omnes &c. aut processerunt ut delegati & similiter procedere nõ potuerunt. quod sic probo nam ipsi fuerunt delegati in euentum conditionis & non aliter quæ conditio nondum extitit. igitur ob defectum conditionis nullã ut delegati potestatem habuerunt. consequentiam nemo negabit. antecedens autem quod conditio non euenerit probatur. quia uelle aut nolle consistit in animo qui non melius quam uerbis declarari potest cum ad hæc instituta sint uerba ut mentis intrinseca manifestent. ff. de sup. pel. le. l. labeo. & quod not. j. q. j. dedit. propterea dicimus quod uerba deseruiunt intentioni. de uer. sig. intelligentia. cũ concor. uoluntas qualiter probatur quando enim de non uoluntate alicuius quæritur non aliter constare potest nisi demum interueniente requisitione uel protestatione illius secũdum Archi de offi. dele. cum plures. lib. vj. super uerbo impediri in fi. & uidetur quod necessaria sit trina requisitio ut no per glo. in cle. dudum. de sepul. in uerbo requisiuerunt. nisi in casibus in quibus unica requisitio sufficit. ut not per glo. in cle. j. de deci. super uerbo factam. Item quod committendo alteri dicatur posse probatur. nam in omni actu qui potest per alium perfici quis dicitur posse si per alium potest quo ad iuris effectum alioquin repugnãtiam manifestam implicaret si dicerem: possum tale quid per meipsum & per alium facere & licet de facto per me non possim per alium tamen possum ergo uerum est dicere quod nõ possum. abusiua foret ista conclusio. quod demonstro tali ratione. In omni enim actu eliciendo oportet ut ibi ad sit potestas iuris & facti alioquin altero deficiente talis actus de iure non subsistit. ut in dicto. c. sciscitatus. de rescriptis. & omnis actus a potentia egreditur secundum Io. mo. de regu. iur. actus lib. vj. Modo sic fingamus quod delegatus papæ solus & in solidũ datus de facto impeditus alteri subdelegat. si subdelegatus procedit nullus dubitat quin processus teneat alio non obstan. iste enim processus iuris interpretatione

attribuitur subdeleganti iuxta regulam qui per alium facit. de reg iu. libro. vj. tunc arguo sic aut factum dicetur ab eo qui non potuit. & hoc est falsum quia secundū hoc non teneret. ut supra probaui. ergo factum dicitur ab eo
2 qui potuit. ex quo sequitur quod licet ille † qui non per se per alium tamen potuit potuisse dicitur. alioquin ad huc aliud absurdum sequeretur. uidelicet quod delegatus papæ super articulo per alium explicabili si esset de facto impeditus non tamen adeo quin posset alteri committere non committendo exscusatus esset quod est falsissimum. quod hoc sequeretur probo. nam secundum te is qui per alium potest non posse dicitur: si per se nō possit. sed ultra posse nemo cogitur ergo &c. concludendo ergo quod interdum istud non posse refertur ad personā onerati excusandam ita quod obligatus est omnino per se facere si potest. & tunc bene potest fieri diuisio uel separatio talis uide licet quod iste non potest per se & potest per alium. & sic potest & non potest aliquando refertur ad iuris effectum. & tunc talis separatio non conuenit quia tunc est uerum dicere simpliciter hoc potest uel non potest. quia si nec per se uel per alium potest uerum est dicere quod non potest. si autem per se uel alium uerum est dicere simpliciter iste potest in regula in alternatiuis. Cōmittendo igitur executor alteri uices suas mādatum apostolicum exequitur cum effectu siue facto in propria persona possit. quia de hoc non est grauatus ut omnino si possit ipse faciat dummodo maliciose se non exoneret. Ex quo ergo non est impeditus in committendo immo committere potest & de facto committit uerificatur utrunq; uidelicet quod uult & potest ex quo de facto potest id quod de iure potest. Illa autem clausula per quam in euentum quo non posset aut nollet alij facerent: debet intelligi quando casus esset quantum ad non posse de iure uel de facto nec per se nec per alium posset. puta quia excommunicatus uel aliter inhabilis esset committendum de iure. sed quando impedimentum concernit potestatem subdelegandi tunc sine dubio potest libere alteri committere uices suas & hoc meo uidere clare uoluit glo. in d. c. cum plures. super uerbo recusaret. ibi & quod dixi de delegato impedito collegam hoc casu posse procedere uerum intelligo nisi ille qui inchoauit subdelegatum daret. & sic per d. glo. habetur quod collega qui habet iurisdictionem spe. & in euentu quo alter nolit aut non possit illo principali subdelegante nil potest quoniam sufficit quod per alium possit ut dixi.

Quando quis dicatur posse.

Decisio. VI. alias. 242.

Summarium.

Executor non committit executionem adhuc sibi nō commissam & idem in delegato.

Epithome.

1 Executor iurisdictionis exercitium non recipit nisi a tempore præsentationis commisionis.
2 Executor tam gratiarum quam sentētiarū est delegatus.

SI unus ex tribus executoribus. * datur. impetranti in forma pauperum cum clausula quod si non omnes &c. det potestatem alicui omnes gratias auctoritate ap. sibi commiss. & committendas purificandi & prouidendi & omnia & singula faciendi quæ sibi incumbūt licet huiusmodi subdelegatus potestatē habeat quo ad gratias tempore subdelegationis delegato commissas tamen quo ad committendas postea nullam habet potestatem quia quod nondum habuit committere non potuit. j. q. vij. daybertū. de iurepa. c. quod autē de rescrip. c. fin. de offi. ordi. cap. j. lib. vj. & ibi per Io. mo. delegatus
1 † enim exercitium iurisdictionis non recipit nisi a tempore præsentatæ & receptæ commisionis. de rescrip. c. pastoralis. in fin. de ap super eo. ij. in fi. per Inno. in. c. ex cōquæstione. de resti. spo. per ar. in. c. is qui de procur. in. vi. & argu. in. l. ij. C. de his qui ve. æta. impe. Et ideo nisi ante omnis fiat præsentatio rescripti est processus nullus etiā si sciat se esse delegatū ita quod istud non est ratione ignorantiæ sed quia sua iurisdictio pendet ex productione rescripti. quod est notandum secundum Bal. in. l. falsus. C. de furt. & quod sit delegatus & non ordinarius patet qa
2 omnis executor tam gratiarum quam sententiarum delegatus est ut delegati iurisdictione in processibus faciendis utuntur & non ordinaria. de præben. c. pro illorum. & c. dilectus. & c. si. de concess præben. c. proposuit. & c. executor. & capitu. fin. & c. si soli. li. vj. de offi. deleg. c. cum plures. & c. si super. & c. is. cui. lib. vj. & eo. tit iudices in cle. & pro hac parte faciunt not. per Io. mo. in. c. si confirmationem. de elect. lib. vj. Sed notata ibidem per Ioan. an. in nouel. faciunt in contrarium quæ tamen intelliguntur quando ordinarius committit causas siue negocia futura expedienda iure proprio. Secus si alieno ut in casu proposito. ergo idem tenet Io. mo. in. c. romana. de offi. or. lib. vj. & Pau. in cle j. de hæret. in glo. si inquisitoribus. in cle. idem Guil. in spe. ti. de deleg. §. excipi potest. uer. quid si committens.

* Executorib. add. de cōces. præben. infra. 98. & Egi. 110 si Roma. con & 353.

Decisio. VII. alias. 243.

Summarium.

Processus duorum executorum ex tribus datis cum clausula quod si nō omnes &c. non ualet nisi constet de impedimento tertij.

R_Etento prædicto themate. Si duo ex tribus prædictis executoribus datis cū clausula antedicta narrando tertium collegam eorum absentem notorie procedant in negocio eis commisso processus eorum non ualet nisi aliter constet de impedimento & absentia collegæ de quo debet cōstare per literas uel nuncium. ut in. c. prudentiam. de offi. deleg. alias daretur occasio figmētis quod non est tolerandum.

Vide supra eodem. 4.

Decisio. VIII. alias. 258.

Summarium.

Auditor extra Romanam curiam non subdelegat nisi certum articulum puta receptionem & examinationem testium &c. & de consensu partium & talis commissarius nequibit alteri committere uices suas etiam si ad id partium uoluntas accesserit quia subdelegatus a principe & delegatus ordinarij non possunt aliis committere uices suas.

Epithome.

1 Delegatus ab auditore in curia romana etiam de partiū uoluntate ad recipiendum & examinandum testes in partibus non potest alteri committere uices suas.
2 Delegatus ordinarii ad certā causam nō potest delegare.
3 Subdelegatus delegati a principe non potest articulum causæ cognitionem requirentem subdelegare.

1 SI auditor † datus in causa in Romana curia de cōsensu partium committat examinationem testium in partibus tribus personis sine clausula quod si nō omnes &c. Si unus ex illis committat uni collegæ suo uel alteri etiam partibus consentientibus non ualet ipsius cōmissio nec testium receptio quia pactū priuatorum &c. de fo. cōpe. c. si diligenti. Ego & aliqui mecum uacillando diximus multum obstare cle. iudices de offi. dele. qa nō potest negari per illam clemen. quin receptores testiū sint iudices delegati qui possunt delegare & committere uices suas alteri uel collegæ. de of. dele. c. quamuis. & c. pastoralis. & c super quæstionum §. porro. Sed prædicti sunt huiusmodi. ergo Respondebatur per distinctionem.
2 † aut auditor prædictus commisit prædictam receptionē ut ordinarius: * aut ut delegatus. Si ordinarius tunc stat regula quod delegatus ordinarii ad certam causam non potest subdelegare. quia hoc est priuilegium concessum delegatis a principe. C. de iudi. a iudi. & de app. c. cum causam. & in dictis iuribus superius alle. aut auditor facit prædictam commissionē ut delegatus a principe tūc
3 iterum stat regula quod subdelegatus † delegati etiam a principe subdelegare non potest articulum causæ cognitionem

*Vt ordinarius. Auditor ās sa. palatii quā iurisdictio habeat an ordinariā an delegatam. uide p do. Felinu. de rescri. in col ij. uers hos aūt quinq; casus. Adde qd de aliis auditoribus curiæ puta cōtradictarū uel cameræ uide gl. in cle. auditor. de rescri. in j. gl. itē an auditores rotæ habeāt auctoritatē legis cōdēdæ: ita ut snīa lata cōtra decisiōes rotæ sit nulla: uide p do. Cardi. in c. past. d fid. instr. et idē Feli. in uer. et idem est de decisionibus rotæ.

tionem

tionem requirentem prout le.& not.in dicto.c.cum causam.& in.c.cum Bertoldus.de re iudi.per Inno.& Hosti.in dicta clem.iudices per omnes scribentes.& in speci.delega.§.j.uersi. Sed nunquid subdelegatus.sic quocunque casu posito non ualuit dicta commissio nec consensus partium potuit ipsis hac potestatem dare licet ualuisset cōsensus earum quod extra locum * eis deputatū cognouisset & citasset per.§ in nullo quoq;.de rescrip.in.c.statutum.li.vj. Ego uero prædictam receptionem libenter saluassem si potuissem propter magnas expensas factas in remissione reportata per dictum Innoc.in.c.cum causam.de testi.qui dicit ꝙ partes * attestationes inualidas & nullas possunt tacite & expresse ratificare licet de tacita ratificatione uacillet. Sed fuit mihi responsum quod hoc dictum posset procedere post receptionem factam a uero iudice licet alias nulliter. Sed quia hic fuit defectus in recipiente.ergo fundamentum &c.j.q.j.cum Pau.de præs.non bap.c.Veniens.

*Locum add. supra de resc. 30.

*Partes add. Fely.in.c.tuos de testi.

Decisio. VIIII. alias.265.

Summarium.

Collector est negociorū gestor cameræ apostolicæ.& potest de iure plures simul in eadem ciuitate & diœcesi substituere subcollectores sed eius potestas est restricta ꝙ unum duntaxat subcollectorem constituat reuocando unum & dando alium ita quod semper unus remaneat & non plures.

Epithome.

1 Subcollector cameræ apostolicæ habēs potestatem limitatam deputādi: in eadem ciuitate & diœcesi unum subcollectorem duntaxat an uigore dictæ potestatis poterit plures successiue deputare.

2 Gestor negociorum habet potestatem a lege plures etiā simul substituendi ante & post lit.contest.

SI collector habens potestatem a papa colligendi recipiendi & quitandi &c.pecunias cameræ apostolicæ debitas in certis locis & regnis per se uel alios cū has limitatione uidelicet quod nisi unū subcollectorē dūtaxat in singulis ciuitat. & diœcesibus possit cōstituere potest successiue plures diuersis temporibus subcollectores deputare.ita quod semper nisi unus remaneat in qualibet ciuitate & diœcesi. Et cōstituendo secundum uidetur primum tacite reuocare licet de huiusmodi reuocatione in secunda constitutione nullam fecerit mentionem. Ratio † primi dicti est.quia negociorum gestor a lege habet potestatem nedum unum sed plures simul.& nedum post sed etiam ante lit.contest. substituendi.ut le.& not.in.c.j.de procura.lib.vj.uerum quia dictus collector negociorum gestor cameræ apostolicæ est & posset de iure etiam plures una uice deputare subcollectores nisi esset ut præmittitur limitata potestas.quæ quidem limitatio respicit constitutionem fiendam & de pluribus simul & una uice ergo. Præterea non est uerisimile papam uoluisse ita late impedire prædictam limitationem potestatis dictorum collectorum suorum. Nā si primus & unicus deputatus esset inutilis uel moreretur & collector apud quem adhuc remansit potestas colligendi non posset alium deputare negocium cameræ nimis impediretur uel saltem differretur quod non est præsumendum papā uoluisse. Et sic dicebant domini plus ponderandam mentem quam uerba.* de.uer.sign.c.præterea.&.c.in his.&.c.intentionem. Item ponderauit dominus Nicol.& bene quod prædicta limitatio est facta sine inhibitione uel decreto.ergo si prædictus collector plures etiam simul deputaret: dixi sub dubio forte huiusmodi deputationē ualere.de præben.inter cætera.&.c.dilectus. Pro hoc etiam alle.unam not.Io.an.in clem. unica.de sequestra.super uer.nullatenus.& dominus Egi.aliam clem.j.de iurepa. post prin. Pro secundo dicto allegabantur multa iura de tacita reuocatione procuratorum.& iudicum de procur.c.non iniuste.&.c.si quem.&.c.licet eo.ti.li.vj.de offi.dele.quamuis.&.c.si delegatus.eo.li. Præterea præsumendum est de mente constituentis quod constituendo secū

*Verba add. ꝙ si constat de mēte uerba nō curamus.l.qm indignum &.l. testi.n& ibi per Bal.C.d testa. sic etiā mēs testatoris magis inspicitur quā uerba testamenti.l. cum uerum.C.de fideicōmis.l.iij. de iure delibe. Bal.in l.præcibus col.x.C d impub.& ali. substi.&p An. Barba.in cōs. incipi.spectabilis ac generosus miles ꝙ est post consi.45. Alex.i.4.uol.

dum uoluerit ipsum omni modo & forma meliori quibus potuit deputare & iuxta potestatē sibi traditam secundū quam non potuit habere duos subcollectores.ergo etsi contrarium sensisset uel uoluisset sua constitutio nihil ualuisset quia formam mandati non seruasset.de rescrip.c.cum dilecta.ff.man.l.diligenter.ergo ut potius res ualeat quam pereat.sic est interpretandum.de uer.sign.abbate.

Decisio. X. alias.266.

Epithome.

1 Collectorum potestas debet per literas probari: subcollectorum autem potest per testes.

2 Subcollectores non dicuntur iudices sed negociorum gestores.

3 Princeps non committit legationem sine scripto: sed priuilegium & causæ delegationem.

DIxerunt & concluserunt omnes domini in eisdē consiliis prout etiam in quibusdam aliis concluserunt † quod licet commissio siue potestas principalis collectoris deputati per papam esset & sit probanda per literas.ut C.de man. prin.l.unica. & de offi.dele.cum in iur.& in extrauagan. Bonifacii iniunctæ. tamen commissio subcollectoris.& eius potestas ac exercitium posset probari per testes qui fuerunt præsentes tempore commissionis sibi factæ.contra quod etiam alleg.not.in dicto.c.cum in iur.per Inno.& in.c.si a subdelegato per Archi.quia sicut subdelegationes * iudicum subdelegatorum sunt probandæ per literas: ita & huiusmodi constitutiones Subcollector ad quod respondebatur † quod huiusmodi subcollectores.non essent iudices sed administratores siue negociorum gestores.de quorum potestate potest constare per testes. Sed quicquid sit: tam collectores habent potestatem compescendi partes & contradictores & rebelles.ergo non sunt nudi administratores nec negociorum gestores: sed sunt cōpulsores cum certa potestate eis tradita de qua meo iudicio debet constare per literas & non per testes per iura.superius allegata. Præterea quia hodie secundum ordinationem domini nostri Gregorii papæ moderni nomina subcollectorum debent mitti per collectorem Camerario & scribi ad librum cameræ.ergo ad illum librum meo iudicio dicebam recurrendum & non ad dandum remissionem ad probādum per testes extra curiam sine speciali mādato papæ.quod tamen dominus Vrbanus papa sextus facilius concessit tempore schismatis.

Subdelegationes ad.supra d offi.viea.5.

¶ Additio. Et uide per glo.in.c. institutionis.xxv.q.j.ubi dicit † quod princeps sine scripto dat priuilegium & delegat causam sed non committit legationē sine scripto.

Decisio. XI. alias.343.

Summarium.

Appellans faciens committi causam & causas quam & quas mouet seu mouere intendit contra appellantem super certo beneficio cum potestate citandi in curia & extra & ad partes docto de appellatione potest per audientiam procedere contra ipsum.

SI cōmittat̄ cā uel causæ ꝗ̃ uel quas mouet & mouere intendit. A. contra. B super certo beneficio cum potestate citandi in curia & extra ad part si pars impetrans huiusmodi commiss.nō recipiat citationē ad partes sed producat appellationem interpositam per partem aduersam in partibus & uigore illius petat procedi licet in prædicta commissione non dicatur causa appellationis: nihilominus tamen auditor.uigore prædictæ appellationis procedere poterit.ratio. quia non est dubium ꝙ causa appellationis causa est propter quam totum negociū principale ad curiam extitit deuolutum seruata forma.c.j.de elec.lib.vj.iuncta cle. causam.eo.ti. Tum etiā quia per huiusmodi appellationē apparet de causa quā prædictus. A.cōtra.B & super quo mouere intendit. Tū etiā quia si uerbum appellationis expressisset in commis

Vide supra d rescrip.dec.fi.

sione eam citius obtinuisset. sicque non est tale tacitum quod papam monuisset ad denegandum. nec est uerisimile igitur huiusmodi taciturnitas non est uicium surreptionis. de rescrip. c. super literis. Tū etiam quia superflua & abundans cautela non nocet. ergo. &c. quia forte dictam appellationem tempore impetrationis non habebat uel utrum deuolueret dubitabat ergo commissionem cū potestate citandi impetrabat quæ quidem citatio licet sit hominis citationem iur. uidelicet per appellationem non excludebat. operantes uero augmentum diminutionem operari non debet. de priuile. c. In his. de præben. c. cui de nō libro. vj.

Decisio. XII. alias. 349.

Summariuum.

Executoris potestas dati ad prouidendum si ita inuenerit esse &c. non expirat morte papæ re integra.

SI papa mandet alicui executori ut uocato possessore certi beneficii & aliis qui fuerunt euocandi si est ita uel ita esse inuenerit prouideat Titio de dicto beneficio quod idem titius exposuit papæ certo modo uacare papa moriatur re integra ante præsentationem & receptionem dictarum literarum: dubitatur utrum expirauit per obitum papæ potestas executoris antedicti. & dicebat maior pars dominorum quod non alleg. c. si super gratiam.* de of. dele. lib. vj. quia ex quo gratia durat durabit etiam potestas executoris ut ibi. Aliqui dicebant cōtrarium & alle. pro se. c. si cui. §. secus. de præbend. lib. vj. ubi dicit tex. quod si pro prouisione certæ facienda personæ si data potestas alicui executori illa expirat omnino si concedens re integra moriatur. ac sic est in proposito. ergo &c. Ego uero dicebam salua correctione ꝙ in casu nostro non haberet locum nec. c. si super. nec c. si. cui. sed iura quæ dicunt sibi uendicant locum quod mortuo mādatore expirat mandatum re integra. insti. manda. §. recte. de offi. del. c. licet. & c. gratum Et respondi ad. c. si super. quod illud loquitur in executore mero qui sine causæ cognitione potest procedere & prouidere cuius potestas durat etiam mortuo mandatore ex quo gratia durat sed in casu non est merus executor sed iudex delegatus habens necessario uocare partem & cum causæ cognitione procedere ad prouisionem faciēdā. ut. in. c. exhibita. de iudi. de rescrip. c ex parte. & c. olim. & qa hoc non fecit immo nec literas recepit ut ponitur in themate: non uideo quo modo postea mortuo mandatore potuit procedere ad executione mādati requirentis. causæ cognitionē nec ob. quod si gratia durat. ergo potestas executoris. nā sicut ꝑ mortem execu. ita per mortem mandatoris expirat mandatum. prout le. & no. in. d. cap. licet. Sicut igitur mortuo mādatario siue executore impetrans cuius gratia adhuc durat necesse habet recurrere ad mandatorem puta ad papam pro alio executore prout le. & no. per Inn. in. c. cū dilectus. de iure pa. de exces. præl. inter dilectos. & ꝑ Ar. de rescrip. tibi q li. vj ita & in casu proposito mortuo mādatore licet gratia duret recurrat ad suum successorē pro nouo iudice siue executore sibi concedendo. d. c. sicut. Meo iudicio modicum facit quia loquitur quando mādatur prouidere certæ ꝑsonæ & de incerto beneficio uacaturo Sed in casu nostro mandatur prouideri certe personæ & de certo corpore beneficii certo modo uacāte & non uacaturo quod multum ponderauerunt primi domini asserentes hoc. c. si cui. ii. Respōdo nihil facere ad rūbum quod loquitur in gratia facienda & non facta quæ est solutio omnium doc. illorum. duorum. c. quæ uidentur contraria & bene dicunt & starem cum eis si papa ꝑuidisset & sine causæ cognitione prouideri mandasset de certo corpore beneficii uacātis. certæ personæ quod tunc mortuo papa adhuc duraret potestas executor. & procederet. c. si super. Sed in casu nostro papa nō prouidit sed cum causæ cognitione & iuris ordine seruato quod innuunt uerba si est ita & uocatis. uocand. per iura supra ꝑ me alle. prouideri mandauit ergo re integra potestas non executorum. sed iudicum delegatorū re integra mortuo papa expirauit ar. iurium superius alleg. In qua opi. fuit dominus card. sancti Angeli quando erat auditor prout dominus Robertus retulit nobis.

*Cap. si super gratia. de intellectu huius. c. uide cōs. d. Pe. de anch. positum in reportatis. d. Anto. de but. super clemen. post repetitionē cle. literas. de rescrip. per eundem et per An. de bu. in clemen. auditor. in fine de rescrip.

Decisio. XIII. alias. 362.

Summarium.

Auditores inter se causas sibipsis remittunt ubi est dubium de iurisdictione. & tenet processus per illum cui remissio facta fuit.

1 Auditores possunt in dubio iurisdictionis sibiipsis causas remittere & processus per illum cui facta est remissio tenet.

2 Cap. ipso iure de rescrip. non habet locum in auditorem in curia impetrato & dato.

1 SI causa committatur duobus auditoribus† & unus alteri deferendo causam remittat & ille dominus cui deferebatur remittendo ex aliquo motiuo candem causam auditori sibi deferente remittat & ille. ulterius in causa procedat fuit dubitatum utrum processus eius ualuit. & uidebatur prima facie quod nō. quia sicut per delegationem iudex perdit iurisdictionem. ut in. c. cū appellationibus friuolis. de appel. lib. vj. sic & per delationem siue remissionē. de ap. c. intimasti. de of. le. c. licet lib. vj. fuit determinatum per omnes dominos contrariū. tum quia auditores sacri palatij habent iurisdictionem habitu & censentur quasi ordinarii ita quod commissiones quæ eis fiunt non sunt nisi distributiones. Hinc est ꝙ.
2 c. ipso iure. † de rescrip. lib. vj. non habet locum in audi. in cur. impetratur. & dato. & ideo unus potest deferre alteri ar. notatorum. in cle. auditor. de rescrip. & in spe. tit. de auditore. §. j. Facit ꝑ secūdo uidelicet quod unus deferre potest alteri maxime si est cōcertatio quis eorum sit iudex in illa causa. c. pastoralis. cum ibi not. de rescrip. tū quia licet rescriptum sit surreptitium: tamē per illud datur iurisdictio nec est nullum sed ope except. annullandum. de rescrip. c. cæterum & c. ad audientiam. cum ibi not. tum quia in illa remissione primo facta per primum auditorem intelligebatur siue intelligi debebat si ille cui causa remittebatur iurisdictionē uigore cōmissionis. sibi præsentatæ habebat. sed quia sibi uidebatur prout etiā. uerum erat in facto primum auditorem remittentem latiorem commissionem habere quam ipse habebat. iccirco eandem causam & partes ad ipsum remittebat prout debebat. quia primus iurisdictionem quam habebat a se abdicare & in alium transfundere sine licentia superioris non poterat ar. c. pastoralis. de offi. dele. & c. super quæstionum. §. intētionis de resti. spo. c. audita. Nec ob. iura in contrarium alle. uidelicet. c. cum appellationibus. & c. intimasti. & c. licet. quæ procedunt quando causa transfertur per delationem & remissionē ad examen superioris puta principis. tunc enim de tali causa deferens remittens seu referens aliter se decætero intromittere non poterit nisi per principem causa eadē sibi remittatur ut in. d. c. cum appellationibus. in fi. & si poterit per principem cām deferenti & remittenti qui ex toto desierat esse iudex remitti ut ibi: multo fortius per auditorem qui forte nullam uel ita latam potestatem in causa habebat: poterat & debebat causa remitti primo auditori sibi pari & non superiori qui per suam remissionem non desierat esse iudex immo a se iurisdictionem quam habebat abdicare nō poterat remittendo alteri iudici sed bene remittendo ad cācellarium domini nostri papæ. * quia hoc est remittere ad cur. siue consisto. ipsius principis. tunc enim etiam si iurisdictionem habuisset illa totaliter in potestate superioris transfusa fuisset per iura superius alle. & uide not. per Ioan. an. in nouel. in. c. ut debitus. de appella.

*Papæ add. ꝙ alias dicit ad cancellariā ꝑ ut hodie seruatur facit not. ꝑ epm sacramē. in pro reg fol. iiij. ant.

Decisio. XIIII. alias. 368.

Summarium.

Archidiaconus cui cōmissa est ab episcopo inductio in possessionē beneficii potest eam alteri subdelegare.

SI episcopus committat archidi. suæ ecclesiæ quod Titium cui contulit certum beneficium per se uel alium inducat in corporalem possessionem: fuit dubitatum utrum ualeret inductio per alium facta, uidebatur ꝙ

tur ꝙ non. quia delegatus ab alio quam a principe non potest alium subdelegare nec uices suas cōmittere ut in. c. cum causam. de ap. ubi de hoc per Ber. & de offi. dele. super quæstionum. §. si uero. C. de iudi. a iudice Præterea hic uidebatur certum & nudum ministeriū commissum quod per alium exerceri nō pōt. de of. dele. c. fi. ergo &c. dicebatur & concludebatur per omnes contrarium uidelicet quod ualuit inductio & commissio huiusmodi quæ non fuit nisi executio officii prædicti archidiaconi ad cuius officium de iure communi spectat inducere beneficiatos per episcopum & alios in corporalem possessionem. de offi. archi. ad hæc. & c. ut nostrum. & c. fi. quod quidem officium ipse potest per aliū exercere de regu. iu. potest quis li. vj tale officium siue ministerium in quo specialiter est electa industria personæ de qua loquitur prædicta decre. fi. de offi. deleg. ergo per aliū exerceri potest. Sed supposita opi. illa pro uera posita per Ber. in d. decre. cum causam. quod delegatus ab ordinario. ad unā causam tantum non posset illam alteri subdelegare uerū est totam sed partem sic siue articulum causæ cognitionem non requirētem qualis est huiusmodi inductio quæ fit extraiudicialiter & sine quacunque causæ cognitione immo potius est facti quam iuris. sicut receptio per capitulum ad canonicatum per papam collatum. de præbē. pro illorum. in fi. ar. not. in. c. cum Bertoldus. de re iudi. & in clem. iudices de offi. dele. & ibi per Pau. uel posset intelligi opinio Ber. & suorum sequacium uera ubi additur specialiter & expresse in commissione facta per ordi. quod ille per se uel alium de illa causa cognoscat. tunc enim posset etiam totam causam nedum partem seu certum articulum alteri committere. ut not. Ioan. an. in. c. is cui. in fi. de offi. dele. lib. vj. quæ glo. est notabilis & bene tenetur in ordinario sic cōmittente. sed in delegato a principe committente uices suas alteri cum illa clausula: nō ut in dicto. c. is cui. & not. & de procur. c. is cui. eo. li.

Decisio. XV. alias 380.

Summarium.

Consensus expressus partium requiritur ut processus factus per delegatum extra locum sibi decretum ualeat nec sufficit tacitus.

Epithome.

1 Delegatus an partium tacito consensu possit procedere extra locum sibi delegatum.
2 Tacitus consensus nil operatur ubi ex iuris dispositione requiritur expressus.

Add. ad hac Deci. 8. supra eo. ti. & 30. de rescrip.

SI iudex delegatus a papa in certo loco: procedat in alio & citat partes quæ comparent coram eo & litem. contestantur & testes producunt: fuit dubitatū utrum ualuerit processus sic extra locum deputatum factus & causa dubitandi fuit quia licet. §. in nullo quoque in. c. statutum de rescriptis. lib. vj. dicat quod delegatus nō possit citare nec cognoscere extra ciuitatē. uel dioec. in quibus extitit deputatus: nisi ad hoc accesserit expressus consensus partium earundem. tamen ex quo partes uoluntarie & scienter coram prædicto iudice processerant extra locum: uidebantur satis expresse in hoc suum præstitisse cōsensum Plus est enim facto consentire quā uerbo. de of. dele. c. gratū. de ap. c. dilecti. & de his quæ fi. a ma. p. ca. ex orē. & ibi infinitur. iura in glo. & etiam in. c. dilecti. superius alle. Quæ tamen omnia iura loquuntur de tacito consensu. at in casu nostro non sufficit tacitus consensus sed requiritur expressus. ut in. §. in nullo quoq; superius alle. ubi Ioan. an. ex Archi. super. uer. expressus dicunt intantum inherēdum illi literæ quod licet interueniat tacitus consensus partium puta quia non opponitur exceptio contra locum sed in illo proceditur ꝙ non ualeat processus ipso iure per fin. illius. capituli ubi ponitur decretum. Nec etiam sufficeret consensus expressus unius partis actoris uel rei. cum textus ibidem dicat partiū earundem scilicet ambarum pro quo ultimo facit optime. c. de causis. de offi. dele. & cle. sæpe. de uer. sign. in fi. & ibi per Ioann. and. super. uerbo partibus. & super. uer.

1 præceden uidelicet non contradicentibus. †ibi notat. casum in quo sufficit tacitus consensus non reclamantis. & alle. p concor. eo. ij. de accu. libr. vj. facit. c. j. de iur. calum. eo. lib. & c. uris. eo. ti. Interdum tamen dicit quod requiritur expressus ut in dicto. § in nullo quoque. alias non contradicere sapit medium de quo remittit ad not. in reg. iur. is qui tacet. lib. vj Credo enim concludendo
2 non sufficere tacitum † consensum ubi ex iuris dispositione requiritur expressus ut in casu nostro. & in. c. admonet. de renunc. c. ꝙm dubijs. & de regu. c. bñficiū. lib. vj. differentia enim magna est inter tacitam ꝓfessionem & expressam. de reg. c. porrectum. & ibi per Hosti. quod magnauis est in uerbis. pro quo in. c. fi. inter. de spō. & c. tuæ. de cele. miss. c. cum marthæ & de bap. c. j de re iudi. c. ul. lib. vj. magna est enim differentia inter tacitam renunciationem & expressam ut in dictis iuribus. c. admonet. et c. quod in dubiis. & in. c. ex ore superius alleg. & ibi iura pro & contra. Præterea ubicunque iura disponunt de expressa mentione facienda ibi nō sufficit tacita ut in. c. cæterum. c. si proponente. c. ad aures. c. ad audientiam. c. cū adeo. c. constitutus de rescrip. de consti. c. j. in fi lib. vj. de præben. c. si motu proprio. e. li. & cle. per literas. & si Romanus. eo. ti. & de excess. præla. c. uno. lib. vj. cum in finit. si. Et licet hoc sit durum cum plus sit aliquid facere facto quam exprimere uerbo ut in primis concordantiis & iuribus. tamen sufficit ita scriptum & sic necessario obseruandum esse. ut. xix. di. in memoriam. & in. l. prospexit. ff. qui & a quibus. & pro hac parte fuit determinatum & conclusum per omnes dominos potissime quia ut ponebatur in facto reus tractus per dictū iudic. delegatū extra locum in quo erat deputatus comparuit ꝓtestando expresse de non consentiendo in eum tanquam in iudicē nisi quatenus de iure teneretur quā uoluit habere ꝓ repetita in singulis actibus & terminis quam quidem ꝓtestationē iudex admisit quatenus ualeret & ualere posset de iure. sed de iure fuit ualida & bona ergo &cætera. Et ideo dicebat dominus Nicol sub dubio forte quia attenta forma huiusmodi protestationis & admissionis ꝑ iudicem quod pars postea coram eo ꝓcedendo non uidebatur ab huiusmodi ꝓtestatione recedere. & si sic: tūc indubitanter processus non ualuisset. quia tunc nec tacite nec expresse consensisset immo semper contradixisset & in sua contradictione perstitisset. Quod tamen salua correctione non crederem. quia quantumcunque quis tacite uel expresse generaliter uel specialiter protestetur actum directe contrarium faciendo a ꝓtestatione recedit ut in proposito. ergo &c. ar. iurium communium de consti. c. cum accesissent. & cap. cum. M. ubi de hoc. de ap. sollicitudinem. quod me. cau. c. j. de elec. cumana. de do. & contu. eum qui. lib. vj. de qua materia plenissime in regul. in generali per Io. mo. lib. vj.

Decisio. XVI. alias. 387.

Summarium.

Si a duobus delegatis quibus tertius committit suas uices donec eas duxerit ad se reuocandas appelletur ad papam ualida est appellatio.

SI tres sunt dati * delegati cum clausula ꝙ si. non omnes. & c. quorum unus commisit uices suas non in totum cum clausula donec & c. alijs duobus collegis suis & si ab istis duobus appellatur ad papam. Dubitabam ego qui habui causam utrum ualuerit huiusmodi appellatio. & causa mea dubitandi fuit. c. si delegatus in fi. de offi. deleg. li. vj. propter uer. debebit ibidem positum quod necessitatem importat. de sen. ex. ut fame de app. c. oblatæ. & no. de sta. mo c. ij. super uer. debebāt in cle. & propterea in. d. c. si del. in glo. fi. in ptin. uolebat Archi. innuere huiusmodi appellationem non ualere: nec processum habitum uigore eiusdem. etiam si de hoc non esset exceptum tanquam factos ab eo qui non esset iudex competens. all. not. per Inno. & Hosti. in c. referente de præben. quod intelligit Archi. in aliis inferioribus iudicibus ad quos non potest appellari omisso medio. secus uero in papa. prout le. & not. in. c. dilecti. iij. de ap. Et ideo concludit Ar. & Io. an post cum ꝙ tenet &

*Delegati. an autem canonicus supnumerarius possit esse delegatus papæ vide pulchre per fely. in. c. cum. M. ferrariē. de cōsti. in. x. colū. in gl. in uerbo supra. numerum.

ualet appellatio interposita ad papam omisso delegante in casu decre si del.& tenebit processus si non excipiatur pro quo alle.not.per Inno.in d.cum bertoldus.de re iudi.in glo.ordi.& remittit Ioan.an.ad ea quæ ipse not. ibidem sup.uer.ad nos.& in hanc partem omnes declinauerunt & pdictum.c.si deleg.intellexerunt de unico iudice delegato subdelegante alteri & non collegæ suo Secus uero in duobus uel tribus delegatis committentibus uices suas non in totum alijs eorum collegis.tunc.n. propter huiusmodi mixturam dicebant licere quod alias non liceret.de conse.eccle.uel al.c.aqua.&.c.j.libro.vj. Pro quo etiam faciunt no.p Inno.de probat.c.quoniam. in prin & de elec.statuimus.p.Composte.quæ quidem ratio mihi non placuit quia non uidi rationem diuersitatis inter primum & secundum casum immo mistura huiusmodi iudicum delegatorum aliquando plus nocet q̃ pdest de offi dele.super quæstionum.§.si uero.&.c.cum sup.eo.ti.& ibi uidetur tex.de quæstione huiusmodi.

Decisio. XVII. alias.434.

Summarium.

Mandatum apostolicum episcopo sub nomine dignitatis directum eo mortuo etiam re integra successor electus & confirmatus exequitur cum potius respiciat iurisdictionem q̃ ordinem.

Epithome.

1 Executio mandati apostolici episcopo sub nomine dignitatis directi an eo mortuo transeat in successorem.

2 Executor gratiarum apostolicarum etiam in forma pauperum dicitur iudex.

1 FVit dubitatum utrum mandatum † apostolicum directum episcopo alicuius ecclesiæ sub nomine dignitatis ipso mortuo re integra electus confirmatus p se.ap.posset exequi. Et uidebatur quod nõ quia ante consecrationem nõ est episcopus ut de elec.in c.quod sicut.&.c.suffraganei.nec pro episcopo scribitur aut habetur sed p electo tantum.ut in.c.cum dilecti.de dol.& contu.ergo aliud est episcopus & aliud electus. Hijs tamen non obstãtibus fuit decisum & conclusum contrarium. Ratio quia pdictum mandatum potius dirigitur episcopali dignitati quam ordini quæ non moritur de rescri.c.si gratiose.lib.vj.ratione cuius successor potest exequi mandatum directum pdecessori.de offi.dele.c.quoniã abbas.cũ ibi not. Præterea Abbas electus confirmatus habet administrationem legitimam.ratione cuius potest iudicare excommunicare suspendere.&c.ut in c.transmissa.&.c.nihil est.de ele.& in.c.auaritiæ.eo.ti.libr.vj.cum ibi no.& not in.c.j.de transla.epis. Et quia huiusmodi mandata apostolica potius respiciunt iurisdictionem quam ordinem.ut de offi.dele.c.si.& per totum.& in clem.iudices. eo.ti.ubi executor † gratiarum apostolicarum etiã in forma pauperum appellatur iudex idem habetur in.c.cum pluris.&.c.si super gratia.eo.ti.li.vj ergo pro conclusione faciunt ea quæ habentur & not. in.c.eã de rescriptis.

DE OFFI. LEGATI.

Summarium.

Legatus de latere potest unire beneficium alicui dignitati episcopali.

Epithome.

1 Legatus de latere potest parrochialem ecclesiam unire alteri dignitati intra terminos suæ legationis. Nam maior est quolibet ordinario.

2 Legatus an uigore legationis possit unam ecclesiam alteri ecclesiæ subiicere.

3 Legatus dicitur super loca & psonas exemptas iurisdictionem habere. Vnio episcopatuũ & superiorum dignitatum soli papæ competit.

Decisio. I. alias.118.

Add.ad hanc Deci.Egi.513

1 SEcundum maiorẽ partem dominorum legatus † de latere potest unire ecclesiam parrochialem mẽsæ episcopali uel alteri dignitati ex causa rationabili quia hoc potest episcopus.ut in.capi.sicut unire de excess.præla. quo ipse maior est & est ordinarius in puincia sibi decreta.de of. le.c.j.& ii.lib vj.ergo ipse hoc potest. Præterea unire est iurisdictionis & pscriptibile per inferiorẽ episcopo ut notat Ioan.an.in cle.ne in agro de sta.mo §.ad hæc.ergo & p legatum id fieri poterit qui iurisdictionem ordinariã habet in puincia sibi decreta ut pfertur & statuta ppetua facere potest.de offi leg.c.nouit.& confirmare electos exẽptos.de elec.c.si abbatẽ lib.vj.nec illud est de casibus reseruatis.& not.in.c.q̃ translationem.de offi.leg ergo &c. hoc tenet Ioan.an.in addi.Spe.in ti.de offi leg §.nunc ostendendum.licet ibidem Spe.in.uer.xj.uideatur sentire contra. Hoc etiam tenuisse dicitur Fre.de Se.in consilijs suis. In hãc opi.uidetur etiam inclinare Io de ligna. in.c.sicut unire,non obstante.c.si.de con.fir.uti.uel inuti.

2 ubi uidentur sentire Hosti Inno.& Abb q̃ legatus † non potest uigore legationis unam ecclesiam subjicere alteri uel imperpetuum conferre monasterio alicui quia loquũtur in exemptis.& de tali donatione per quam pjudicaretur nimium ordinario & totaliter a iurisdictione sua & obedientiam eximeretur & subtraheretur quod non contingit in unione licet per eam forte auferetur collatio tamen non subiectio nec obedientia seu correctio quod contingebat in casu.c.si.supradicti Nec ibi Inno.dicit quod non possit unire. sed dicit quod ius unius ecclesiæ non potest dari quia hoc est solus principis ut ipse not.de cõsti.quæ in ecclesiarum.

3 ¶ Additio † Ex hoc etiam infertur quod cũ legatus iurisdictionem habeat super loca & personas exemptas de offi.leg.c.j.&.c quod translationem & de uerbo.sign.c. j.lib.vj.quod possit unire etiam beneficia exempta exceptis episcopatibus & superioribus dignitatibus quorũ unio soli papæ competit ut.d.c.quod translationem.& ne se.ua.c.j ideo ad ecclesias collegiatas possit unire. Si tamen talium ecclesiarum reseruatio per sedem apostolicam facta esset durante reseruatione nõ potest illas unire:ut in extrauaganti Benedicti papæ.xij.quæ incipit Dudum fœlicis.

Decisio. II. alias.58.

Summarium.

Legatus de latere potest unum beneficium alicui dignitati etiam episcopali in sua prouincia unire cum etiã episcopi hoc possint. Et in facienda tali unione rector beneficij uniti necessario uocandus non est.nec in ea necessarius est consensus capituli.

LEgatus de latere de sua potestate potest unire beneficium alicui dignitati etiã episcopali infra legationẽ suam existenti quia maior est episcopo in puincia sibi decreta.de offi.le.c.j.lib.vj.& si episcopi hoc possunt ut in.c sicut unire.de excess.plat. multo fortius legatus de latere quia nõ est de casibus reseruatis.de quibus not. in.d.c.sicut unire &.c.quod translationẽ.de offi.le. Allegantur p contrario not. Inno.in c.si.de confir.uti.quæ loquuntur ad dimembrationem ecclesiæ & dare alteri.sed hoc solus papa potest. Idem uidetur no.Ber.in.c.antedicto quod translationem.

¶ Additio. Et not.quod in tali unione non est uocandus rector ecclesiæ quæ unitur.quia præsens non posset contradicere cum effectu.ar.ff.de fideicom.liber.l.ergo.§.illud uideamus &.ff de re.iur.qui potest inuitus. Vnde eo inuito & ignorante:fieri potest ut est expressum in cle.si una,

vna.in princi.de re.ec.non alie.nec in ea est necessarius consensus capituli.ut not.in.d.cle.si vna.

Decisio. III. alias.119.

Summarium.

Legatus vel nuntius apostolicus habens potestatem beneficia qualitercunque vacantia & indebite occupata conferendi confert deuoluta sed non reseruata.

Epithome.

1 Beneficia reseruata non comprehenduntur sub nomine beneficiorum qualitercunque vacantium.
2 Priuilegium principis latissime est interpretandum si in sui præiudicium declinet.

Legatus siue nuntius apostolicus habens potestatem a papa beneficia † qualitercunque vacantia & indebite occupata conferendi non potest beneficia generaliter reseruata conferre. puta per constitutionem execrabilis.uel alio modo.quia in hoc generali mandato non ueniunt generaliter reseruata de offi.vi.ca.fin. libro.vj.facit.c.quamuis.ij.de præben.eo.li.&.c.dudum eodē.ti.quia in illis potestatibus non venirent generaliter reseruata pro hoc etiam allega.cle.si de beneficio.de præben.cum ibi not Nam licet executor impetrantis possit prouidere de beneficio ad papam deuoluto tamen nō de reseruato.pro quo etiam facit not.per Archi.in.c.cū in tua.de consue.super.ver.non existit.li.vj.pro hoc etiā alle.dictum Fre.de Se.in tracta.suo de re.permu.videlicet quod legatus habens potest item recipiendi resignationem ex causa permutationis & transferendi personas non possit se intromittere de beneficijs reseruatis generaliter uel specialiter.vt in.c.dudum.de præbend.superius alle.Dicebatur etiam quod decretum & prohibitio c.ij. de præben.lib.vj.habet locum in omnibus reseruatis generaliter.& quod ibi dicitur de beneficijs in cur. vacan. ponitur gratia exempli & non alias. ¶Præterea quando papa vult quod nuntij uel legati sui possint etiam de beneficijs reseruatis prouidere id in concessione solet exprimere.ergo nisi illud exprimatur denegari videtur.de deci.c.ad audientiā.¶Præterea in constitutione execrabilis.etiā ponitur prohibitio eadem cum decreto quæ in.c.ij.de præben.lib.vj.superius alle.Do.Rober.contra ꝓpter uerbum generale qualitercunque.& quia priuilegiū
2 † principis in sui præiudicium est latissime interpretandum.de ver.signi.olim de dona.c.cū dilectus.de reg.iur. decet.cum si.qui tamen post relationes suas in eadem cā opinionem in ti.de præben.mutauit & in dictam conclusionem consensit.

¶Additio.adde hic aliam quæ est.xcvij.quæ sic incipit Item habens auctoritate apostolica.& deci.cccclxxxvj. quæ incipit.Item quod nuntius apostolicus.

Decisio. IIII. alias.286.

Summarium.

Legatus de latere super pluralitate beneficiorum incōpatibilium dispensare non potest.

Legatus de latere super pluralitate beficiorum incompatibilium non potest dispensare quia hoc solus papa potest.vt not.Ber & Tanc.in.c.dudum.de elec.et Bar.brix.in. sanctorum.lxx.di.& Ber. & Innoc.in.c.de multa.de præben.ubi in fi.de hoc plene per Ioann.an.in nouel.qui recitat ibi omnes opi.doc.& distincto Ho.in.c. literas.de cocess.præben.& Ar.in.c.j.de cōsu.& idem dicit ac concludit quod hoc habet stilus curiæ.pro quo stilo alle.iura noua uidelicet.c.super eo.& c.non potest.ij. respon.&.c.cum singula.de præben.li.vj.& de offi.ordi. c.ordinarij.e.li.remitten.ad Spe.ti.ij.§.videndum restat. ver.illud.& ver.se.ac.ver.sed nunqd episcopus.de quo ēt per Guil.de monte lau.in consti.execrabilis.Io.xxij.

DE PROCVRATORIBVS.

Summarium.

Si post factam commissionem de speciali mādato papæ cum potestate citandi ad partes reus constituat procuratorem ad causas duntaxat legitime deuolutas potest in causa cum dicto procuratore procedi.

Epithome.

1 Papa committendo causam ex certa scientia auditor censetur velle eam in sua curia agitari.
2 Procurator constitutus ante appellationem intimatā vel commissionem de speciali mandato factam in omnibus & singulis causis motis & mouendis ad romanā curiam legitime deuolutis an possit in causa postea legitime deuoluta procedere.
3 Verbum deuolutum in commissionibus causarum incertum quod tempus importat.
4 Procurator constitutus ad lites alicuius an censeatur cōstitutus ad futuras.

Decisio. I. alias.19.



Vit dubitatum utrū cū procuratore * constituto per reum ad causas duntaxat ad ro.cu.legitime deuolutas post cōmissionem factā de speciali mandato papæ auditor posset procedere i causa.&fuit breuiter cō
1 clusum † & sic semper obseruatū quod sic.qa papa committendo causam ex certa scientia auditori uoluit eam in curia sua agitari.de offi.dele.pastoralis.de ap.c.vt nostrū faciunt pro hac quæstione quæ le: & not.in.c.cupientes.de ele.lib.vj.fortius ꝓcedit hæc cōclusio si post citationem decretam & legitime executam iuxta formam cle.causam electionis.de elect.fiat huiusmodi procuratoris constitutio.quia tunc est præsumptio quod sciuit causam sub forma prædicta quod solum sufficit.vt in dicta cle.in fi.Pro quo etiam faciunt not. in.c. cum per bellicam.xxxiiij q.j.& in.c.scribam.de ꝑsump. Idem dicebant domini obseruādum si pars appellata cōstitueret procuratorem cum prædicta limitatione post appellationem sibi legitime intimatam iuxta formam cle. causam.de elec.quia tunc esset verificata limitatione ꝓdicta quia tempore constitutionis procurator. fuit causa per citatione iur.legitime deuoluta.Secus si constitueretetur procurator cum prædicta limitatione ante prædictam appellationem legitimatam vel commissionem de speciali mādato factam quia huiusmodi causa tempore constitutionis non erat ad curiam deuoluta & contra mētem & uoluntatem constituentis procederetur cum tali procuratore cuius voluntas seruāda est.de procu.c.quærelam.c.constitutus.cum ibi not.per Inno.eo.ti.si quem. li.vj &de accu.c.venitēs.Et si cū dicto procuratore.procederetur nihil valeret processus.tum quia non habuit potestatem in causis non deuolutis procedendi tū quia excederet fines mandati.de rescrip.ex parte decani.de procura.in præsentia.&.c.ex insinuatione.Hoc verum nisi esset constitutus ad causas etiam deuoluendas quia tunc si postea causa in cu.per appellationem legitimam deuolueretur siue per commissionem de speciali mandato papæ introduceretur cum tali procuratore ulterius in causa rite& debite bene procederetur quia iam apparet de mente constituentis quod tam in causis deuoluēdis quā deuolutis voluit talem esse procuratorē.qui etiā ad futuras causas bene posset constitui.ff.de procu.l.iij.&.iiij.de procu.non iniuste.& ibi not.quam quidem conclusionē videlicet primam putauit do. Egi. veram si causa committeretur cum potestate citandi ad partes quia tunc apparet de certa scientia papæ videlicet quod ipse vult oēs causas huiusmodi fore in curia terminandas & per consequens quod causa eo ipso ad cur.suam deuoluat. Secus vero credebat si simplicitˀ licet de spāli mandato

* Procuratore add.ifra in an. de rescrip.xiij. &vide egi.476 cum seq.de dolo.& contu.in an.& no.6.

Contrarium tenuit rot. vt refert Io.in commen.reg.fol.v. a tergo.

causa commissa esset dicendo de mandato domini nostri papæ audiat talis & iusticiã faciat omissa potestate citãdi ad partes. ratio sua fuit ista quia tunc cũ papa non dat auditori potestatem citandi partem inuitam ad ueniendum ad litigandum de partibus coram eo apparet ꝙ non est de certa scientia & de mente ipsius quod causa statim ad curiam suam deuoluatur quod non præsumitur nisi hoc exprimatur. arg. not per Io. mo. in. c. in generali. de reg. iu. lib. vj ad quid ergo refert se dicta signatura certe ad casum quo causa alias reperiretur legitime ad curiam. deuoluta. uel si pars reperiretur in curia præsens. sed præsentia dicti procurator. limitati non sufficeret qa talis ꝑcurator. nõ reperit hoc casu cãm deuolutã nec etiã deuoluere potest quia hoc esset cõtra mentẽ suæ limitationis. & sic nil ageret per iura superius alleg. Nec obstant prædictis quod causa deuoluitur per intimationem factam iuxta formam dictæ cle. causam electionis. de elec. quia illud uerum est de deuolutis quæ uim citationis important & tunc ius citat & per consequens causam ad curiam deuoluit ut. c. statuimus. de ele. li. vj. Nos enim loquimur de eo quod solum uerbum sonat uidelicet audiat si est legitime deuoluta & si dicatur per uerba quæ sequuntur datur auditori potestas citandi uidelicet iustitiam faciat in cur. si reperiat partem præsentem uel per contumaciam absentem sed non potest dici contumax nisi uno de tribus modis notatis in. c. quoniam frequenter. ut lit. non contest. & xi. q. iij. certum ergo potest etiam esse quod cã sit in curia de iuris necessitate terminãda. & quod nihilominus citatio seu intimatio sit ad partes facienda ut in. c. sæpe. & c. cordi. de appel. libro. vj.

2 ¶Sed pone quod procurator † constituatur ante appellationem intimatam uel commissionem de speciali mandato ut supra factã in omnibus & singulis causis motis uel mouendis ad cur. Ro. legitime deuolutam fuit permaxime altercatum. utrum cum tali procuratore possit in cã postea legitime deuoluta ꝓcedi. Et uidebatur aliquibus dominis quod non. quia uerbum deuolutum respicit duntaxat tempus præsens & non futurum ut sic referatur ad causas tunc motas legitime deuolutas & non ad causas mouendas. nisi addatur & deuoluendas ad iu

3 ra cõmunia. de rescript. c. si & c. ad hæc. Alii domini † & maior pars dixerunt & unanimiter concluserunt ꝙ uerbum deuolutum referatur nedum ad motas sed ad mouendas. licet postea deuolutas. Pro quo alleg not. Inno. in. c. dilecti. de excep. ubi ponit uersum uidelicet. ꝑsens confusum præsentis non tenet usum. immo sæpe nedum refertur ad præsentia sed etiam respicit præterita & futura. Et hoc maxime. procedit si talis procurator dedit articulos & produxit iura domini sui per hoc uidelicet mittendo sibi informationem & iura uiderur tacite ratificare acta habita cũ tali procuratore sic limitato quæ ratificatio sufficit. prout le. & no. per Inno. in. c. ex parte decani. de rescrip. quam conclusionem crederem indubitanter ueram si in dicto procuratorio essent persona & causa super qua nunc lis uertitur expresse alias re uera dubitarem de conclusione antedicta.

4 ¶Additio. Pone constituo te procuratorem † ad lites meas seu causas. an uidearis constitutus ad lites futuras. Guil. de cuno in. l. item ad litem. ff. de procu. dicit quod aut ego qui te procuratorem constitui habebam lites præsentes aut nullas lites præsentes habebam. Primo casu non uideor te constituere ad futuras. Secũdo casu sic ut constitutio aliquid operetur ideo procuratorem constituens debet exprimere ad lites de præsenti agendas & de futuro cõtingẽtes. ar. l. si ita. ff. de aur. & arg le. ff. de fun. instru. l. fundus.

Decisio. II. alias. 21.

Summarium.

Si dominus in secunda instantia sine protestatione alium procuratorem constituat primum qui litem fuerat contestatus reuocasse censetur.

Epithome.

1. Sententia lata procuratore per constitutionem alterius reuocato est nulla.

2 Appellationem prosequi an teneatur procurator sicut tenetur appellare.

3 Certificatio an sit necessario facienda aduersario de reuocatione & quando.

4 Citatio domini procuratore non citato an sit efficax ut nullo eorum comparente sententia ualida ferri possit.

SI dominus * principalis in secunda instantia aliũ constituat procuratorem quã in prima sine protestatione quod citra reuocationem aliorum hoc facit. primum licet ipse in prima instantia fuerit litem contesta- *Add. ad hanc deci. infra eo. di. in an. 25.

1 tus censetur reuocasse. ita quod sententia † lata cum primo procuratore reuocato. In secũda instantia est nulla. si reuocatio ad ipsum uel ad iudicem peruenerit. de procura. c. ex insinuatione. c. in nostra. & c. mandato. de rescript. c. ex parte decani. Ratio quia licet causa principalis & causa appellationis est eadem causa tamen sunt diuersæ instantiæ prout le. & not. de testi. c. ueniens. & de fi. instru. c. cum Io. sicq; prima instãtia est finita quo ad

2 primum procuratorem † qui licet teneatur a sentẽtia cõtra dominum suum lata appellare tamen non tenetur appellationem prosequi nisi uelit prout le. & not. de procu. non iniuste. Et sic forte immo sine forte. si nollet prædictus procurator causam appellationis prosequi opus esset nouo procuratore tunc & non est quærendum de reuocatione expressa uel tacita quia finita prima instantia per sententiã & appellationis interpositionem ab ea per procuratorem illius instantiæ functus est officio suo. per not. in dicto. c. non iniuste. & per doct. in. c. petitio. eo ti. & Hoc uerum nisi esset datus ad prosequendum appellationem * tunc enim si procuratorium sine protestatione recepit tenetur prosequi ar. eorum quæ le. & not. in cle. j. de procu. & tunc procedit dubium superius tactũ & decisum. ¶Sed quid si in prima instantia lite per ipsum ꝓcuratorem contest. fieret reuocatio antedicta & deueniret reuocatio sine noui procuratoris constitutione huiusmodi ad iudicem & ad ipsius procuratorem. Certe puto idem nisi reuocationi fuerit contradictum. & hoc siue loquamur de expressa reuocatione. per. c. ij. de procu. li. vj. propter uerbum nolente. ibi positum a contrario siue de tacita quæ fit alium constituendo procuratorem uel causæ suæ tractandæ adessendo. ut in. c. si quem. eodẽ. tit. & lib. & ibi not. * Prosequendi add. infra deci. 147. co. ti.

3 ¶Additio immo uidetur quod requiratur † certificatio aduersarij quando ipse certificatus fuit de mandato procuratoris alias eius certificatio non requiritur. ut no. in. c. mandato. de procu. super isto ar. qui dubius est. sic dicas quod in iudicialibus. certificato aduersario de procuratoris mandato nunquam reuocatio ualet ad præiudiciũ aduersarij nisi eodem modo certificetur de reuocatione ipse uel iudex. si uero non est certificatus de mãdato semper ualet reuocatio solo procuratore certificato ita intelligitur quod not. in dicto. c. mandato & ita not. etiam gl. in. c. j. de procu. lib. vj. ¶In extraiudicialibus dic quod si agitur cum certa persona ut quia certificatur aliquis cum quo uult contrahere ut se cum cõtrahat & quod cõstituat procuratorem ad contrahendum tunc non ualet reuocatio nisi certificetur de reuocatiõe ille cum quo cõtrahere debebat l. si fideiussor. § j. ff. manda. Si uero actus geritur non cum certa sed cum incerta persona ut quia mando procuratori ut contrahat non dico cũ quo tunc ualet reuocatio. licet non transeat in noticiam contrahentis & imputet sibi qui cum procuratore contrahit si non exquirat an mandatum sit reuocatum agere tamen poterit contra procuratorem. arg l. iii. § falsus ff. de furt. & ar. l. si procuratori falso. ff. de condi. ob. causam & l. falsus. C. de furt. Forma autem fiendæ reuocationis est ut si est generalis institutio debeat generaliter & publice fieri reuocatio. l. si pupillus. § proscribere. ff. de instito. Secus si sit specialis procurator quia tunc requiritur specialis reuocatio. secundum Mar. Syli. & Ioann. and. Et ideo si recte inspicis non est differentia inter actus iudiciales & extraiudiciales. sed solum an actus geratur cum certa ꝑsona uel non quæ sit certificata uel nõ de mãdato sed illa potest esse differentia quæ communiter fit a gl. & procedit quia cõiter contingit tales actus iudiciales fieri cũ certa

certa persona. Extraiudiciales uero cum incerta. secundum dominum Anto. in. c. ex parte. hic allegat. Et uide per Io. de ligna. in clemen. j. de renunc.

¶ Alia additio subaudi cum causa alias non eo contradicente. ut in. c. quamuis. de procu. lib. vj. Sed licet sine causa reuocari non possit, potest tamen adesse causæ suæ sicut potest omnis cuius interest. ut. l. si suspecta. ff. de in offi. testamen. Proderit autem ista assistentia quia poterit testes & instrumenta producere & alia allegare ut ibi. Et per Inno. in. c. cum super. de re. iudi. Et aduerte quod adesse causæ eo casu quo reuocare non potest: tex. in dicto. c. quamuis. reliquit in arbitrio domini. Inuitus ergo non compellitur nisi ex causa. ut. l. si actor malit. ff. de procu. l. si C. eo. Ex quo † infert alibi Bar. quod si citaretur dominus & non procurator ad aliquem actum. puta ad uidendum iurare testes uel publicari uel ad audiendã sententiam. si dominus non compareat uel procurator sententia nulla erit quia talis citatio non arctauit dominum debuit enim citari procurator quia erit dominus instantiæ. & ita tenuit disputando. do. Lamb. de rãpo. ut refert Bar. in. l. furioso. ff. de re. iudi. Bal. in. l. procuratoribus C. de procu. & per do. Pet. de perusio in. c. ij. de testi. Isto ergo casu posset esse utilis subtilitas legistarum dum disputãt in cuius persona sint concipienda uerba sententiæ Canonistæ enim tenẽt nihil referre de elec. c. quærelã. nam immo multum posset referre si conciperentur in illum qui non erat dominus instantiæ nec in ea citatus tenebatur necessario comparere. de quo plene per Bar. in dicta. l. furioso.

4

Decisio. III. alias. 107.

SI in causa beneficiali tres uel quatuor procuratores constituantur simul & nõ in solidum & cum uno ex illis, aliis se non oppon̄, procedatur in causa, ualebit processus, illamq; iudex cum quo processit uidetur elegisse iuxta formam. c. si duo §. sane. de procu. lib. vj.

Decisio. IIII. alias. 121.

Summarium.

Per secũdam procuratoris substitutionem primus substitutus reuocatus esse censetur.

SI procurator semel unum substituat & iterato alium postea simpliciter & sine reuocatione primi substituat primum reuocare censetur etiam si in prima substitutione protestatus fuerit expresse quod propter aliqua cõparationem &c quia aliud est comparere & aliud est reuocare uel substituere. diuersæ enim speciei sunt & sic faciendo unum non censetur facere reliquum Pro qua opi. alle. l. in ratione si quis eum. ff. de procu. &. c. non iniuste. eo ti. & not. Ioan. an. & Archi. in. c. si duo. in princ. & c. licet. libro. sexto.

Decisio. V. alias. 122.

Summarium.

Substitutus qui litem contestatus est alium substituere potest quia dominus litis factus est.

Add. ad hanc dec. infra. e. tit. in an. de. 28. & infra. eo. de. 8.

PRocurator substitutus qui litẽ est contest potest alium substituere non uigore mandati sed quia dominus factus est litis. ar. c. j. de procu. &. c. is qui. cũ ibi not. lib. vj.

Summarium.

Procurator ante litis contestationem constitutus aliũ substituere non potest.

¶ Additio Sed quid de eo qui nõ est lit. contest sed postea intercessit & ad aliquem actum processit an alium substituere potuit. Pe. & Cy. tenent quod sic. in. l. nihil. de procura. Contrarium dicit Archi. in. c. j hic alle. scilicet. quod ante lit. contest. constitutus alium substituere non potest nisi hoc habeat in mandatis. Opinio Pet. est uerior quia efficitur dominus litis quod apparet. quia sententia fertur in eum quæ non posset ferri si non esset dominus litis ut. l. j. C. de sen. & interlo. o. iudi. secundum Bal. in dicta. l. nihil.

Decisio. VI. alias. 142.

Summarium.

Coniuncta persona in causa beneficiali ad agendum non admittitur sine mandato. licet in temporalibus admittatur cum cautione de rato.

IN causa beneficiali coniuncta persona non admittatur sine mandato ad agendum & cum cautione de rato. nec ad eius instantiam decernẽda est citatio quia huiusmodi spiritualia æstimationem siue interesse nõ capiunt. i. q. j. quã pio. de ele. c. quærelam. no. Ber. & Inn in. c. coram. in prin. de offi. dele. de cau. poss. & propri. cum olim. cum si. de pac. c. cũ pridem ibi tamen uidetur text. in contrarium qui loquitur in causa beneficiali. Facit etiã text. cum sua glo. in contrarium. de const. cum. M. in prophana tamen est secus. ut. le. & not. in. c. j. de procu. & de rescrip. c. nonnulli. &. c. ex parte. & per Innoc. in dicto. c. quærelã. quæ iura loquuntur in proximitate siue de cõiunctione carnali. quæ proximitas nihil in causis spiritualibus operatur. de iudi. c. si annũ li. vj. Et uideas pro hac conclusione not. per Ar. de rescrip. c. statutum. super uerbo. eius capitulũ. lib. vj & de præbend. c. si tibi absenti. in glo per hoc in fi. eod. lib. per eundem etiam facit not. pro dicta conclusione per Ber. in. c. ij. de postulan. in glos. ij. per Pau. de conces. præben. c. cum ei quem. in cle & per Spe. ti. de coniuncta persona. §. i. uer. Item quid est causa spiritualis. qui alle. not. de regula. quia nos.

¶ Additio. Nota quod in causis prophanis coniuncta persona admittitur pro coniuncta sine mandato regulariter. Fallit in casibus requirentibus speciale mandatum tex. uidetur in. c. qui generaliter. de pcu. li vj. nisi coniuncta persona proprium prætenderet interesse. ut. l. patri pro filio. ff. de mino. & sic ubi requiritur speciale mandatum hominis non sufficit generale mandatum legis. nam coniuncta persona potest agere pro coniuncta uigore generalis mandati sibi a lege concessi & tamen non agit in casibus in quibus requiritur speciale mandatum hominis. ut ibi not. quod not. in Contrarium facit. c. nonnulli. de rescrip. dic ut ibi not. Coniuncta tamen persona nõ est procurator. ideo licet posset agere pro coniucta. ut. l. sed & hæc. ff. de procu. tamen factum suum nõ præiudicat domino nisi mandet uel ratum habeat. ut. l. iij. ff. iudi. sol. et l. j. C. quibus. res iudi. non nocet.

Decisio. VII. alias. 145.

Summarium.

Procurator non potest ante acceptationem mandati substituere.

Epithome.

1 Procurator recipit potestatem executiuã sui officij a tempore præsentationis & receptionis mandati non prius.
2 Iudex non habet exercitium iurisdictionis ante præsentationem rescripti.
3 Gesta per procuratorem an ualeant antequam præsentet mandatum procuratorium.

SI procurator ad certam causam cõstitutus cum mãdato substituendi generaliter in omnibus & singulis causis in quibus procurator existit constitutus substituat talis substitutus ad huiusmodi certam & expressam causam prosequendam non admittitur nisi doceat dictum procuratorẽ subst tuentem onus procurationis ante huiusmodi substitutionem acceptasse quia ante acceptationem procurator non censetur. ar. a contrario cle. j. de procu. cum ibi not. C. eo. l. inuitus & no. per Archi. de proc. c. is qui. lib. vj. q remittit ad no. per Cõpost. de elec. statuimus. in glo. quæritur quis procurator. per Guil. in Spe. eo. ti. §. j. uer. quid si procurator.

Add. ad hanc infra. in an. de. 19. eo. ti.

1 ¶ Additio. Concluditur ergo ꝙ procura.† recipit potestatem executiuam sui officij a tẽpore præsentationis & receptionis mandati & non ante. et si aliquid facit ante receptas literas mandati non ualet. quia non est procurator actu nec dominus ratũ habere tenetur nisi quod ipse fecit tanquam procurator. sed ante literas susceptas non est procurator ut dixi. igitur. &c. Hoc tenet Bar. in quodam suo consilio. quod incipit. an procurator constitutus in absentia & cætera qui alleg. d. c. is qui in cle. j. in glo. super. uersi. receptis. quod not. Composte. in. d. c. j. & spe. in loco hic alleg Probat etiam ratione tali. nam mãdatum inducit contractum mandati ergo requiritur consensus ipsius sed consentire non uidetur ante receptionẽ mandati uelut ignorans suæ potestatis fundamentum. pro hoc facit etiã in simili quia procuratoriũ & rescriptũ delegationis sunt multum similia. ut not. infra eo. ti. deci. xxxj. quæ sic incipit. item fuit dubitatum an procurator
2 generalis. & cætera. Sed illud quod facit iudex † ante præsentationem literarum est nullũ. eo quod iurisdictionis exercicium non habet ante præsentatum sibi rescriptum ut in. c. super eo. el. ij. de app. & de rescript. c. pastoralis. igitur eodem modo quod facit procurator cuius organa sunt suspensa usque ad receptionem literarum & aperturam earum. pro quo facit quod habetur per Bal. in. l. falsus. C. de fur. Contrarium seruat rota. scilicet ꝙ
3 actus gesti † per procuratorem antequam recipiat procuratorium ualent. & sufficit quod illud ante sententiam in iudicio producatur.

Decisio. VIII. alias. 146.

Sumarium.

Substitutus ab eo qui habuit mandatum a domino cẽsetur ab eodem domino constitutus. & ideo post lit. contest. potest alium substituere.

Add. ad hanc supra. e. de. 5. & infra. eo. tit. in an. dec. 28.

SVbstitutus per constitutum ad hoc speciale mandatum habentem censetur a domino constitutus. ff. quod cuiusque uniuersi. l. item eorum. §. si decuriones. ar. de sen. ex. c. mulieres secundum Ar. qui hoc not. de procu. c. j. super. uer. potestas li. vj. Hinc est quod substitutus huiusmodi li. per eum contest. potest ulterius substituere quia factus est dominus litis. ut in. d. c. j. & cap. si duo. j. Respon. in si. li. vj. C. eo. ti. procur. l. nulla pro hoc ultimo faciunt no per Ar. & Ioa. an. in nouel. in. c. is qui. de procu. li. vj ubi tenẽt quod substituens substitutum a se qui li. est contest. non reuocauit. nisi eo casu quo reuocaret dominus constitutum a se.

Decisio. VIIII. alias. 147.

Summarium.

Procurator qui simpliciter mandatum acceptauit adagendum defendendum appellandum & appellationẽ prosequendum compellitur prosequi appellationem ꝑ eum interpositam si mandatum ad hoc extendatur.

SI procurator constitutus ad agendum & defendendum appellandum & appellationem prosequẽdum onus procurationis acceptauerit & appellat tenetur & compelletur appellationem prosequi. Licet de contrario uidelicet quod non uelit eam prosequi protestetur. per clem. j. de procu. antedictam. non ob c. non iniuste. de procur quia ibi loquitur de procurator. constituto duntaxat ad agendum & defendendum & non appellandum nec appellationem prosequẽdum. talis enim in casu. c. non iniuste. licet teneatur appellare non astringitur prosequi. secus uero si contineatur in mandato per eũ acceptato quia tunc ad omnia in eo contenta tenetur ꝑ dictam clemen.

Decisio. X. alias. 151.

Summarium.

Gesta per procuratorem domini in causa criminali personaliter citati ualent.

Infra. eodem. titu. de. 15.

SI citatus personaliter comparet per procuratorem & cum illo procedatur in causa etiam criminaliter intentata usque ad conclusionem inclusiue ualet & tenet processus per not. in. c. j. de iudi. lib. sexto. super. uer. criminaliter. tum etiam quia quilibet potest renunciare iuri siue priuilegio sibi concesso de consti. c. cum accessissent. de regula. c. ad apostolicam. Tum etiam quia de facili redditur de extraordinario ordine ad ordinariũ de uer. sig c. sæpe in clemen. Et potest ferri sententia absolutoria pro absente. per l. quamuis indubitati. C. ad. l. iul. de adulte. ubi de hoc per. Iacob. de are. per dominum Nicol. Aureli ante. episcopum. non ob. quod ibi not. Franc. Accur. & Cyn. post Ioann. and. in nouel. in dicto. cap. de iudi. uidelicet quod ista exceptio opponi potest in quali bet parte litis quia illud intelligo uerum regulariter. Fallit in casu ubi iam esset in causa conclusum & sententia absolutoria pro absente ferenda. Ar. tamen in. c. qui generaliter. de procu. lib. sexto. dicit quod si in causa criminali admittatur procurator tenet quod fit cum eo.

Decisio. XI. alias. 161.

Summarium.

Procurator in prima instantia substitutus non potest ꝑ collegam procuratorem in secunda instantia reuocari.

SI duo procuratores constituantur in solidum cum clausula quod non sit melior conditio occupantis & cum potestate substituendi & reuocandi substitutos. & cætera. Si unus eorum primo substituat & substitutus ille in prima instantia procedat licet secundus in collega primi procuratoris substituentis in secunda instantia alium substituat & ille in secunda instantia procedat tamen per huiusmodi substitutionem secundi. primus substitutus in prima instantia non censetur reuocatus. ita quod ille primus substitutus potest ꝓcedere in tertia instantia quia sicut secundus substituens non potuit suum collegam reuocare ita nec eius substitutum. ar. eorum quæ le. & not. in. c. si duo. de procu. li. vj.

Decisio. XII. alias. 162.

Summarium.

Procuratorium autẽtico sigillo munitum etiam absq; notarii & testium subscriptione ualet ad causas.

VAlet procuratorium ad causas solo sigillo episcopi uel alterius prælati sigillatum sine subscriptione notarii uel testium dummodo sigillum sit recognitum uel probatum. secus si negatũ fuerit. hoc no. Hosti. in. c. j. de procu. & facit optime cle. j. de procu. eo. ti. & ibi per Ioan. an. Pau. & Guil. qui alleg. duos tex. Pro uidetur casus. ff. de procu. si ꝓcurator. de censi c. sopite. facit. c. cum dilectus. de reli. do. de transac. c. cõtingit. &. c. significauit. de appel. a contrario. quia si ille actor habuisset uerum & autenticum sigillum capituli ad causas fuisset admissus. sed quia ostendit duntaxat sigillum ad citationes & causas ideo fuit repulsus secundum glo. ibidem speculat. tamen dicit quod sigillum ad causas non facit fidem in aliis. ti. de instru. edi. §. postremo. uer. item quod non est sigillatum. eodem. ti. de cita. § nam de. uer. literis igitur. Quod uero dicatur sigillum autẽticum uide Spe. de procu. § ratione autem formæ uer. item quod non est sigillo. eo. ti. de proba. §. fi. uer. x. uide Archi. qui alle. dictum Hosti. de procu. c. ij. libr. vj. & ibi per Ioann. an. in nouel.

Decisio. XIII. alias. 171.

Summarium.

A procurator constitutus cõtra. B. mortuo. B. non est amplius procurator ita quod tertius ueniens post ipsius mortẽ pro suo nouo interesse cũ eo procedere non poterit

Epitho.

Epithome.

1 Personis mutatis in causa beneficiali mutata censetur & causa.

2 Mandata procuratoris non extēduntur nisi ad personas uel causas in illis expressas.

1 SI.A.constituat † procuratorem contra.B.in causa beneficiali & in medio litis moriatur.B.& post ipsius mortem ueniat.C.ad causam pro suo nouo interesse resumendo causam in statum in quo.B.quondā dimisit iuxta formam.c.si hii.cōtra quos ī si.ut lit.pen.li.vj.non ualebit processus habitus inter ꝓcuratores.a.et.c.quia mortuo b.extincta fuit lis quod ad eū quæ non trāsit in singularem successorem prout le.& not. per Inno.de iudi.c.quia uero & de arbi.c.ex parte.& qa mutatæ sunt personæ mutata est & causa.de testi.c. ueniens.&.c.cum in tua.de re iudi.c.cum super.&.c.fin. Præterea

2 mandata † procurationis sunt stricti iuris.& ideo non extenduntur nisi ad causas & personas in ipsis expressas: de procu.c.qui ad agendum.lib.vj.& clemē.non potest.eo.ti.Non ob.quod aliqui uoluerunt dicere quod sicut hæres nouus uel uniuersalis successor potest litem a suo prædecessore inchoatā ꝓsequi.C.de acquiren.pos.l.ulti.& ff.eo.ti.l pompo.§.cum quis.ita & clerici seu beneficiati qui succedunt in onere & honore & uniuerso iure p̄lato defuncto.de of.dele.c.quoniam abbas.de resti.spo.c.in literis.& ibi per Inn.respondit Inno in.d.c.quia uero.& fatetur hanc instantiam ueram si defunctus egit & litē instaurauit nomine ecclesiæ beneficii uel prælaturæ prout ponit ibidē exēpla.Secus si nomine ꝓprio qa tūc est personalis actio quæ nō transfertur de persona in psonā secundū eum Et quia non habet locū successio in ecclesiasticis hæreditatibus sed opus est noua collatione ut ibi not.in.d.c.si hii cōtra quos.per Io.mo.faciunt not.in.c.significauit de rescrip.

Infra eo.39.

Decisio. XIIII. alias.184.

Summarium.

Procurator cū potestate substituēdi & reuocandi.&c.substituēs & transferens totaliter suam potestatem in aliū protestansq; quod de cætero nolit in causa se intromittere nihilominus quando uoluerit re integra potest onus procurationis reassumere.

SI procurator habens madatum substituendi & reuocandi ac etiam reassumendi toties quoties sibi uidebitur expedire licet substituendo totaliter trāsferat potestatem suam in alium & protestetur quodammodo in causa huiusmodi non uelit se intromittere.nihilominus postea etiam re integra quandocunque uoluerit onus ꝓcurationis in se reassumere & ulterius in causa procedere poterit propter formam mandati antedictam.pro quo alleg.ea quæ leg & not.in.c.licet.de procu.lib.vj.per quam reassumptionem uidetur suum substitutum reuocare sicut dominus ut in.c.si quem.de procu.lib.vj.potest tamen si substitutus post huiusmodi tacitam reuocationem procedat acta per eum ratificare.secus uero si expresse eum reuocasset & inhibuisset ne procederet.pro hoc alle.not.in.c.ex parte decani.de rescript.

Decisio. XV. alias.201.

Summarium.

Accusatus de crimine detentus in carceribus per procuratorem se defendere potest.

Add.ad hanc deci.x supra.c.titu.

LIcet in causa crimiali nō possit interuenire procurator ex parte rei ut in l.penul.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.& de accu.c. ueniens.&.c.licet.tamen si reus accusatus uel accusandus de crimine detineatur in carcere potest procuratorem constituere ad defendendum se nam prædicta regula habet locum in reo siue accusato libero.secus in capto & constricto cui non est deneganda legitima defensio quæ non negaretur etiam & diabolo si esset in iudicio.de except.c.cum inter. quæ si per iudicem denegaretur ab huiusmodi denegatione:licite posset appellari.de appell.c.ut debitus.&.c.dilecto.Pro qua conclusione uide not.in.dicto.§.ad crimen.immo posset iuridice sustineri & dici quod talis posset & deberet a quolibet defendi etiā sine mandato.per.l.seruū quoq;.§.publi.ff.de procura.&.xxv.q.v.alias.v.q.iij.c.reos.

Decisio. XVI. alias.203.

Summarium.

Vxor clerici cōniugati potest constituere procuratorē ad agendum & defendendum pro suo marito in carceribus detento.

VXor prætensi clerici coniugati detenti in carceribus potest procuratorem ad agendum & defendendum pro dicto suo marito detento constituere.tum quia coniuncta persona est. tum quia etiam uidetur suā prosequi iniuriam.Pro prima ratione faciunt ea quæ le.& not.in.c.nonnulli.per Innoc.& Hosti.&.c.ex parte decani.de rescript.ff.de procu.l.sed & hæ ꝑsonæ.Pro secunda ratione facit.c.de cætero.de testi.de accu.c.cum.P.& ea quæ not.ij.q.vij.in summa per Hosti.& per Io.

Decisio. XVII. alias.154.

Summarium.

Procurator potest opponere crimina licet non exprimātur in mandato.

PRocurator habens sufficiens mandatum ad agendum uel defendendum ac etiam crimina uel defectus in personam & formam opponendi. licet etiā crimina uel defectus in procuratorio non exprimantur potest nihilominus crimina certa & defectus quoscunq; opponere & de illis excipere.nam licet huiusmodi expressio criminum & defectuū requiratur in procuratorio ad appellandum ab alicuius electio.prouisio. uel postulatione facta uel fienda ut in.c. procur.de elect.lib.vj.tamen hoc non requiritur in procuratorio ad agendum & defendendum.prout not.Ioan.an.& Pau.in clem.non potest de procu.qui alleg.dictum Compost in.c.j.de elect.libr.vj.& ibi etiam per Pe.de camp.& Ar.& Spe.in ti.de procura.§.j.uer.sed nunquid sufficit.

Decisio. XVIII. alias.256.

Summarium.

Si constituens procuratores ad iudicia & negocia alios ad iudicia tantum constituat reuocando omnes alios constitutos solum ad iudicia intelligitur reuocare.

SI quis constituat plures procuratores certos & insolidum ad negocia& iudicia in uno procuratorio & post modum constituat alios ad iudicia tantum cū reuocatione omnium procuratorum suorum alias sub quacunque forma uerborum per ipsum constitutorū procuratores ad iudicia alias per eū constitutos uidetur dūtaxat reuocasse.& non alios ad negocia.Ratio quia duo & diuersa uidentur esse mandata . & licet unum sit reuocatum tamen stat reliquum & clausulæ huinsmodi generales sunt ciuiliter intelligendæ.ut.l.fi.§.cui dulcia ff.de vi.tri.& ole.lega.præsertim si apparet per aliquem actum dicti reuocantis alios procuratores ad negocia constitutos noluisse reuocasse prout ponebatur in facto.puta quia unus de electis procuratoribus ad negocia constitutus post huiusmodi reuocationem beneficium aliquod uacans nomine domini sui acceptauit. quam quidem acceptationem idem dominus ratam & gratam habuit fecitque sibi de illo beneficio prouideri & se in possessionem induci & per aliqua tempora illud beneficiū sic acceptatum tenuit & possedit.per quos actus expresse apparet quod ipsum reuocari noluit.ergo.&c.ar.eorū quæ le.& not.in.c.licet.de procu.li.vj.

Decisio. XVIIII. alias.240.

Summarium.

Procurator articulos per eum datos etiam per iuramē tum de stilo palatii reuocare potest ēt nō docto de errore.

Add. infra.de confes.2.

PRocurator articulos datos per eum etiam per iuramentum tanquam datos per errorem etiam nō docto de errore potest reuocare de usu stilo & obseruantia palatij.licet de iure esset contrarium forte obseruandum prout le.& not.de confes.in.c.fi.& ibi per Inno.quem quidem stilum dicebant aliqui domini indifferenter esse obseruandum in causis beneficialibus & matrimonialibus in quibus uertitur animæ periculum nec potest haberi recursus cōtra procuratores qui non sunt semper bene instructi. & ideo semper & frequenter dant & ponunt contraria propter nouas informationes eis missas uel datas pclientulos suos quæ postea reuocant & amittitur eorum reuocatio saltem cum iuramento super errore ut sciatur ueritas. ¶ In causis uero prophanis idem nisi si articuli fuerunt dati per iuramentum tunc enim secundum aliquos dominos nunquam admitteretur procur.ad reuocationem errorū uel ad dandum de materia contraria propter not.in.c.cum in pos[...]nibus.de confess.li.vj.

Decisio. XX. alias.281.

Summarium.

Dominus appellando a diffinitiua reuocat procuratorem primæ instantiæ quamuis habeat mandatum ad appellandum & appellationem psequendum.

Epithome.

1 Procurator postquam est dominus litis an tacite uel expresse sine causa posit reuocari.
2 Testamentum secundum rumpit primum.

Infra deci.22. eo.ti.

SI contra pcuratorem constitutum ad certam causam etiam cum mandato appellandi & appellationem psequendi & qui est lite.contest.feratur sententia diffinitiua a qua non ipse sed dominus appellauit & causam appellationis commiti obtinuit alteri auditori coram quo libellū dedit aliosq; procuratores simpliciter & sine protestatione ad eandem causam constituit. qui dum onus procurationis recipere recusassent primus procurator ulterius in hac secunda instantia pcessit usq; ad conclusionem inclusiue.dubitatur utrum ualuerit pcessus in secunda instantia habitus cum huiusmodi pcuratore. Aliqui uolentes sustinere processum dicebant quod
1 sic.nam † ipse per lite.contest. in prima instantia factus erat dominus litis & totius causæ.& sic nec tacite nec expresse sine causa poterat reuocari inuitus. de procur.c.j. ij.lib.vj cum ibi not.Præterea licet dominus appellauerit p huiusmodi appellationem suum procuratorem non reuocauit immo potius factum suum approbauit per.l. iij.§.falsus.ff.rē. rat.hab.&.ff.de iudi.licet. & not.de re iudi.c.j. Item multum ponderauerunt domini hoc dicentes quod secunda constitutio pcuratoris non habuit effectum propter contradictionem eorundem. ergo perindee est ac si nunquam fuisset fact a.de elect.c.si electio.li.vj de transla.c.inter corporalia. Alij & maior pars de quorum numero ego fui tenuerunt contrarium non ponderādo appellationem sed comparitionem & alios actus præsertim substantiales quos exercuit & fecit in secunda instantia dominus principalis in propria persona uidelicet impetrando cōmissionem dando libellum sine ptestatione p quos actus non est dubium siue ante siue post litem contest.tacite pcuratorem reuocare.ut in.c.siquem de procur.li vj.Præterea dando secundum,primum uidetur & censetur reuocare.de procur. non iniuste.cum ibi not.etiam si secundus procurator noluerit acceptare mandatum secundum Ioann.an in c.si duo.in.j.glo.de pcura.lib.vj.qui alle.§.posteriora.insti.quibus mo.test.in
2 fi.ubi dicitur quod secund' uin † testamentū rumpit primum licet in secundo testamēto aliquis hæres nō sit vel esse noluerit.de quo etiam remittit Ioan.an.ubi supra ad Spec.ti.de pcur.§.ratione autem formæ.uer.sed cum dato secundo. Item tenet Archi.in.c.licet.de pcu.qui alle. ff.de adi.le.l.& transferam &.l.legatum.§.pater.Ioann. an.in nouel.in.d.c.si duo.super pdicta glo.alle.p contrario.ff.quando lib.ab.ap.disce.l.si id quod.ubi remittit et ad not.in.§. præterea. institu. qui.mo.tol.ob. in glo. sed quæ & ad not per eum post Dy.in regu.non præstat.de reg.iur.li.vj. ¶ Ad illud quod dicebatur per alios dominos de lite.contest.per quam factus erat dominus litis respondetur quod licet factus sit quis dominus litis per lit. contest.hoc est illius instantiæ.tamen non est factus dominus causæ.ergo finita instantia per sententiam ammodo cessat potestas acquisita per lite.contestationem Cessat ergo potestas data ad appellandum & ad appellationem prosequēdum propter appellationem interpositam per dominum & prosecutionem eiusdem.ar.c.siquem. superius alleg.

Decisio. XXI. alias.290.

Summarium.

Possesio iuris canonicalis uel pbendæ per specialem procuratorē acquiritur nō per negociorum gestorem nisi dominus ratum habuerit infra tempus iufra quod potuisset possesionem nancisci.

Epithome.

1 Mandatum speciale an requiratur ad capiendam possesionem beneficii.
2 Possesio corporalis potest p quēcunque recipi etiam per excommunicatum.

1 AD recipiendum † possesionem iuris canonicalis uel præbendæ requiritur speciale mandatum ff. de acqui.pos.l.iij.& facit pro hoc not.in.c.accedens.de præben.ubi dicit glo.in fi.quod dominium uel possesio non acquiritur per negociorum gestorem.ff.de nego gest.l.si ego.hoc uerum nisi dominus ratum habeat ut ibi not.in dicta.l.j.§.per procuratorem.quæ quidem ratihabitio debet fieri infra idem tempus infra quod prædicti actus deberent expedrri per dominum alias post lapsum illud tempus nil ualeret ratihabitio.ff.rem rat.habē. l penul.Pro hoc ultimo dicto uide Io.modo.in.c.quam sit.de elect.lib.vj.in.§.cæterum.super.uer.petere.in ultima quæstione.Contra tamen prædictam conclusionem uidetur facere glosella Ioan.an.in cle.i.ut lib.pen.super.
2 uer.collato ibi.sed ubi amicus Ego crederem salua † correctione possesionem corporalem beneficii quæ est facti posse recipi per communem amicum siue consanguineū sine speciali mandato.quia potest dari & capi per excōmunicatum de præben.c. pro illorum. in fin. Et sic potest intelligi glosa Ioan.an.in clem.superius alleg.Secus uero de possesione quæ multū haberet iuris siue per quā dominiū beneficii uel canonicatus daretur quæ sine speciali mandato non acquiruntur.ut in primis iur. pro quo ultimo dicto faciunt quædam not.per Ioan.an.in nouel. de præb.c.si tibi absenti.super gl.iii.lib.vj.& per Archi. super uer.collationem.

Decisio. XXII. alias.298.

Summarium.

Per generalem constitutionem procuratoris ad omnes causas nō reuocatur procurator prius ad certam causam specialiter deputatus.

Add.ad hanc supra eo.ti.de 10.

SI quis constituat procuratorem ad certam causam specialiter prosequendum & subsequenter constituat alios generaliter ad omnes & singulas causas motas& mouendas prosequendum.primum reuocare non censetur per regulam generi per speciem.de reg.iu.li.vi. de rescrip.c.i.& de præben.c.dudum eo.lib. Et faciunt not. per Hosti in.c.in nostra.de procu.& per Io.an.in.c.non iniuste.e.ti.in nouel.

Decisio.

Decisio. XXIII. alias.303.

Summarium.

Procurator qui ad substituendum dumtaxat onus recipit & substituit cum clausula donec &c. mortuo uel recedente substituto tenetur notario causæ satisfacere si principalis non sit præsens in curia.

Licet procurator constitutus ad causam recipiat onus dumtaxat ad substituendum & substituat si substitutus decedat uel recedat: nihilominus prædictus procurator substituens tenetur satisfacere notariis illius causæ de salario eorum si pars principalis nõ sit in curia: quæ si fuerit præsens ad satisfaciendum compellatur. Ratio. quia semel recipiendo onus procurationis ad omnia tenetur quæ incumbunt & sine quibus lis expediri non potuit. de procur. c. accedens. & c. constitutus. ut li. non contest. c. i. de procu. c. i. in cle. alias enim possent fieri fraudes multæ & prorogationes litium quibus est occurrendum. de do. & contu. c. finem. de offi. ordi. c. ut litigantes. li. vi. de rest. spo. c. frequens. cum similibus. & etiam notarii in salariis eis debitis possent defraudari quod esse non debet. dignus est enim operarius mercede * sua. de præscrip. cum ex offi. de præben. c. cum secundum apostolum. de magis. c. super Specu. cum multis similibus.

*Sua mercede Est aũt merces id qđ recõpensatur ꝑ retributione alicuius opis ideo reddere mercedẽ est actus iustitiæ sicut reddere præcium rei emptæ secundum beatum tho. i. ii. quæst. xiiii. articu. i.

Decisio. XXIIII. alias. 314.

Summarium.

Ad allegandum causas absentiæ uel excusationem ꝓ personaliter citato admittatur etiam generalis ꝓcurator.

Procurator constitutus in causa criminali pro citato personaliter ad agendum & defendendum potest causas rationabiles absentiæ & impedimentorum quare uenire non potuit personaliter allegare licet ad excusandum seu excusationes proponendũ non fuerit expresse & specialiter constitutus. Pro quo uidetur textus expressus & rotundus de accu. c. ueniens. ubi papa uoluit procuratorem archiepiscopi Pragen. in causa criminali per eum destinatum admittere. sed tamen ei concessit audientiam ut si possent ipsum aliqualiter a personali comparitione excusaret. facit etiã c. exposuit. de dila. ubi procurator constitutus ad agendum & defendendum proposuit & allegauit causas absentiæ pro Burdegalen. archiepiscopo ꝙ quilibet procurator etiam simpliciter constitutus facere potest & debet secundum glo. ibidem. quæ rationem ponit ibidem. quia procurator tenetur exceptiones omnes domino competentes proponere. alias imputabitur ei. ff. de excep. l. omnes. & ff. de fideius. l. ex persona. Alia etiam ratio potest assignari. quia publicæ utilitatis est absentem a quocunque defendi & quemlibet uerba pro reo facietem. audiri ff. de procu. l. seruum quoque. §. publicæ. xxiij. quæst. v. alias. v. quæst. iij. reos.

Decisio. XXV. alias. 318.

Summarium.

Si procurator habens ad substituendum mandatum sufficiens substituat. & substitutus onus acceptando litem contestetur in causa? & procedat quamuis substituẽs ad compulsionem iudicis aliquid faciat dummodo in causa ulterius non procedat: non uidetur substitutus propterea reuocatus.

Si procurator habens mandatum substituendi substituat & ille substitutus onus procurationis suscipiendo litem contestatur & in causa procedat licet substituens postea in processu causæ compulsus per iudicem ut articulis aduersarii respondeat uel aliquem aliũ actum faciat per hoc non censetur suum substitutum reuocasse dummodo postea non ipse sed solus substitutus in causa procedat. Ratio. quia forte tanquam legalior persona & melius instructa ad id compellebatur. quia nõ uoluntarius sed compulsus hoc fecit. Secus uero si uoluntarie & substituto consentiente respondisset. Et sic intelliguntur ea quæ le. & no. in. c. siquem. in fi. de procura. li. vi. ea enim quæ compulsi & metu excommunicationis facimus nobis imputari non debent. ar. not. in. c. cum dilecti. quod metus causa.

Decisio. XXVI. alias. 373.

Summarium.

Mandatum habens substituendi si post litem contestatam substituat an substituto decedente uel recedente teneatur litem prosequi.

Fuit dubitatum utrum habens mandatum substituendi si post lit. contest. per eum factam alium substituat cum clausula donec &c. & ille substitutus in causa procedat & moriatur uel recedat prædictus substituens possit compelli inuitus ad prosequendũ causam ulterius usque in finem. Et uidebatur ꝙ nõ. quia est officium uoluntarium uile & onerosum. & ideo nemo compellitur inuitus ad suscipiendum huiusmodi officiũ C. de procura. l. inuitus. & eo. ti. non iniuste. cum ibi not. quæ sunt uera ab initio antequam onus procurationis susceptit. sed postquam suscepit semel maxime lit. contest. tenetur dominum defendere & causam ulterius prosequi etiam inuitus. ut in. c. i. & is qui & c. si duo. & c. licet de procura. li. vi. facit optime clem. i. eo. ti. facit in simili. nam licet procurator qui litem est contestatus teneatur appellare a diffinitiua: tamen non tenetur eam prosequi. ut in dicto. c. non iniuste. hoc uerum nisi constitutus fuerit etiam ad appellationem prosequendum & mandatũ huiusmodi suscepit. tunc enim ad huiusmodi appellationem prosequendum compellitur. ut le. & not. infra de appel. Deci. 7. sic est in proposito. ergo. & pro hac parte fuit conclusum per omnes dominos.

Decisio. XXVII. alias. 375.

Summarium.

Quamuis in contrahendo matrimonium carnale uel spirituale exigatur speciale mandatum. tamen sufficit utrobiq; ad iudicia mandatum generale.

Epithome.

1 Mandatum spiciale an ad agendum in causa beneficiali sit necessarium.

2 Mandatum speciale an sit in causis beneficialibus necessarium.

3 Laicus an possit eẽ procurator in causa beneficiali in iudicio agitanda.

Fuit dubitatum utrum ad agendum & defendendũ in causa beneficiali requiratur speciale mandatum? nam quidam procurator habens mandatum generale: puta in omnibus & singulis causis motis & mouendis domino suo per quascunq; personas procesit in quadã causa beneficiali & reportauit sententiam contra se. dubitatur an sententia ualeret? Videbatur aliquibus ꝙ non ualeret nec teneret sententia lata cum dicto procuratore quia sicut in matrimonio carnali requiritur speciale mandatum nedum ad contrahendum sed etiam ad agendũ & defendendum. ut de procur. c. accedens & c. fi. eo. ti. li. vi. & ibi not. per Io. an. & etiam in. c. qui ad agendum. eo. ti. in glo. ultima. in nouella. ergo & matrimonio spirituali. quia multum sunt similia & de uno arguitur ad aliud. de transla. c. inter corporalia. ¶ ꝙ autem requiratur speciale mandatum in matrimonio spirituali contrahendo uidetur textus. de electio. capitu fin. §. penulti. libro. vj. & eodem. ti. c. quia propter. & de præben. c. accedens. cum ibi not. & quod etiam ad agendum † requiratur speciale mandatum facit tex. c. procurator. de elec. li. vj. Præterea sub generali clausula non ueniunt maiora licet similia ut. in. c. qui ad agendum. iuncta clemen. non

2

potest.eo.ti.facit decre.sedes de rescriptis nam causæ beneficiales reputantur magnæ & periculosæ.& ideo in illis multa specialia statuuntur.de elec.c.quã sit.c.quãuis.&.c.ut circa.li.vi.de procura.si duo.§.si.eo.li.de appel.oblatæ.in fi.&.c.ut debitus.in fi.ergo.&c. ¶ Prædictis argumentis non obstantibus fuit decisum contrarium. nam non reperitur in iure cautum ꝙ huiusmodi causæ beneficiales requirant speciale mandatum quo ad agendũ in iudicio.nec inter casus speciales requirentes speciale mandatũ.qui numerantur per Io.an.in dicto.c.qui ad agendum & in Spec.ti.de procur.§ i.uer.Item opponitur ꝙ licet habeat generalem.iste casus ibi non numeratur.ergo &c.Præterea causa beneficialis causa est.& qa prædictus procurator fuit constitutus in omnibus & singulis causis motis & mouendis,& hæc poterat comprehendi sub illa.ergo.c.de causa pos.& propri causa bene
3 ficiali.in clem. ¶ Præterea laicus † potest esse procurator in iudicio in causa beneficiali ad agendum.ut in.c.i.de procurat.licet non ad eligendum.ut in.c.fi.de elec.li.vi.de quo omnia contraria loquuntur & sic non obstant.Idem fuit postea determinatum per omnes etiã in causa matrimoniali ad agendum per eadem motiua & per.c.accedens.de procura.

Decisio. XXVIII. alias.376.

Summarium.

Add.ad hanc Dec.cass.dec.16.super reg.

Dispositio Clementinæ si.de pro.procedit in procuratore abbatis translati ad aliud monasterium,& sic locum habet non solum in morte naturali sed etiam in ciuili ex identitate rationis.

* Clementina Hæc clementina dicit ꝙ procurator constitutus ablato uel alio quocũque rectore ecclesiæ reuocatur morte constituẽtis ẽt quo ad negocia iã incepta: etiam in causis in quibus est lis iam contestata.

Fvit dubitatum utrum * clem.si.de procura.haberet locum in procuratore abbatis translati ad aliud monasterium. Et uidebatur ꝙ non.quia nunquã mors ciuilis equiparatur morti naturali nisi in casibus a iure expressis prout leg.& not.in.c.susceptum.de rescrip.li.vi.& in c.si episcopus a paganis.de supplen.negli.prælat.e.li.Fuit determinatum & conclusum contrarium per omnes propter identitatem rationis tum etiã quia satis est ibidem in tex.expressum.pro ut ibidem tenet & dicit Genze. dicens clem.etiam locum habere in ciuiliter mortuo puta in renunciante,deposito,aut translato propter rationes antedictas.

Decisio. XXIX. alias.377.

Summarium.

Processus procuratoris abbatis translati & sic reuocati.ut supra decisi.præceden. ualidatur per ratificationẽ noui abbatis cum distinctione hic posita.

Ex hoc insurrexit aliud dubium Supposito ꝙ procurator dicti abbatis translati cuius potestas propter translationem huiusmodi cessauit & expirauit ulterius processerit in causa ad multos actus quos quidem actus & omnia acta & agitata per illum procuratorem nouus abbas ratificauit & rata ac grata habuit. fuit dubitatum utrum per huiusmodi ratihabitionem uoluerit seu ualidatus fuerit processus habitus cum dicto procuratore post translationem dicti domini sui abbatis. Et uidebatur ꝙ non propter regulam quod nomine meo nõ est gestum ratum haberi non possum.de sent.ex.c.cum quis.li.vi.& de reg.iur.c ratum quis e.li.at hic procurator non egit nomine istius sed alterius.ergo. Distinguebatur aut abbas primus translatus agit nomine proprio aut nomine monasterii.In primo casu standum erit regulæ. In secundo casu non habet locum regula quia sicut uniuersalis successor succedit in iure lit.& causa.ut not.Inno de rescri in.c.significauit.& de iudi.c.quia uita & prælatus qui succedit in onere & honore.de of.deleg.c.quoniam abbas de solu.c si de quorundam.etiam si propriũ nomen primi abbatis in procuratorio & libello fuisset expressum puta Ioannes abbas talis monasterii adhuc successor poterat litem inchoatam a prædecessore suo prosequi.Pro quo alle.unam singularem not.Inno.in.c.gratum.de offi.deleg.& sic omnia acta habita per dictum procuratorem nomine monasterii potuit rata & grata habere per regulam ratihabitionem.de reg.iur.li.vi.& per not.in.c.ex parte decani.de rescrip.per Inno.

Decisio. XXX. alias.386.

Summarium.

Substituens cum clausula donec uices suas ad se duxerit reuocandas habens mandatum reuocandi si post substitutionem procedat ualet processus.& procedendo ipsum substitutum uidetur reuocare.

SI procurator habens mandatum substituendi substituat & committat uices suas alteri præsenti & in se onus procurationis suscipienti cum clausula tamen donec eas ad se duxerit reuocandas si post huiusmodi substitutionem & onerum assumptionem non cum substituto sed cum substituente in causa procedatur.dubitatur utrum ualuerit & tenuerit huiusmodi processus Et uidebatur ꝙ non.quia ex quo alter onus procurationis suscepit uidebatur negocium inchoasse & occupasse.& sic alter substituens de illo negocio se intromittere non potuit neque debuit nisi in casibus exceptis in.c.quãuis.&.c.si duo.de procu.li.vi.facit.c.cum plures.in ratione sui de offi.deleg.eo.li.quod dictum forte posset procedere si prædictus substitutus post susceptionem oneris aliquem actum iudicialem in causa fecisset,sed quia hoc non fecit nec se unquam de huiusmodi causa intromisit sed semper continuatum fuit cum substituente qui primo occupauerat & processerat in causa,dixerunt & decreuerunt omnes domini ualuisse & ualere processum habitum cum dicto substituente quia non commisit uices suas in totum,tum etiam quia procedendo tacite uidetur ipsum reuocasse.ar.pro primo decre.quamuis.&.c.si delegatus.de offi.dele.li.vi de procura.c.is qui.e.li Pro secundo facit.c.siquem.e.li.& ti.in ratione sui.

Decisio.XXXI.alias.395.

Summarium.

Generalis procurator & non specialis consequitur inducias ad dominum consulendum super causa de quo non potuit uerisimiliter informari.

Epithome.

1 Dispositio.c.dilectus.de procura.an locum habeat in procuratore generaliter ad iudicia constituto.
2 Procurator generalis in aliqua causa de nouo citatus an petat inducias ad dominum consulendum.

Fvit dubitatum † utrum.c.dilectus.de procuratoribus haberet locum in procuratore generaliter constituto ad iudicia.puta ad agendum & defendendum in omnibus & singulis causis motis & mouendis &c.uidelicet an talis procurator possit petere in curia dare sibi inducias ad consulendum dominum in partibus.Et uidebatur ꝙ non.quia ut uidetur.c.dilectus.loquitur in negociorum gestore constituto ad negocia & non ad iudicia.inter quos de iure magna est differentia.ut de procur.c.i.li.vi. * Breuiter distinguebatur.aut præ dictus procurator erat sic generaliter constitutus antequam causa ad quam nunc citatur fuerat commissa contra dominum suum aut post.Si ante tunc omnes domini dicebant habere locum.c.dilectus.pari ratione.pro quo etiam alleg.c.proposuit.de dila.quod modicum facit propositum iudicio meo.si uero post causam commissam præsertim de speciali mandato & citatio decreta fuerat constitutus sic generaliter & cum eodem procuratorio ad curiam missus est citatus ad dicendum contra commissionem contra quam nihil dixit sed ulterius
2 ad aliquos actus processit & tandem inducias † ad consulendum dominum petiit.prout hæc omnia ponebantur in facto tunc dicebant omnes domini indicias denegandas.tum quia uidebatur maliciose & causa differendi nego-

* ¶ c.i.li.vi.§.procurator ubi est una differentia inter pc.& negociorũ gestorẽ.Aliã differẽtiã habes in.c.q̃ li.liter i.e.ti.& li.& de negociorũ gestore uirũ de aliqua singularia p perrauenate i suo alphabeto au reo.uer.negociorum gest.

di negocium facere tum quia præsumptio erat contra eum ꝙ sufficienter per dominos suos qui eum post causam commissam miserant instruxerant. quod si non fecerunt imputent sibi de iura.calū.c.in pertractandis ut lit. non contest.c.1.de do.& contu.c.prout.

Decisio. XXXII. alias.413.

Summarium.

Mandatorū procuratorū & iudicis delegati licet parificentur. tamen mandatum procuratoris de sui natura ad causas nondum exortas extenditur iudicis autem nō in iudice.

Epithome.

1 Mandata procurunt & iudicum sunt multum similia.
2 Obligatio generalis uel mandatum generale an semper includat futura.

FVit dubitatum utrum procurator generaliter constitutus per aliquem in omnibus & singulis causis contra quascunq; personas & corā quibuscūque iudicibus posset & deberet admitti ad causas aliquas tunc nundum sed postea exortas. Et uidebatur aliquibus dominis ꝙ huiusmodi mandatum non extenderetur ad futuras sed dumtaxat ad præsentes causas tunc exortas. ratio & motiuum istorum dominorum fuit. quia mandata huiusmodi procuratoria & mandata iudicum siue rescripta sunt multum * similia. ff. de iur.om.iudi. c.& quia sed rescripta nō extenduntur ad futuras causas ut in.c.eam te.& .c. significauit. &.c.fi. de rescrip. Pro hac opinione uidetur facere dictum Spec.ti.de procu.§. i.uer.sed pone capitulum. cuius dictum sane intellige. quia hoc operabatur uerbum præsentis tempis. puta cōstituitur quis ad causas seu ad causam quæ uertitur inter.a &.b.sed ubi nil tale ex primitur per quod posfit apparere de intentione constituentis an uoluerit ipsum constituere ad præterita præsentia & futura maxime si constituēs est reus ne maneat indefensus fuit determinatum & conclusum contrarium per maiorem partem dominorum & hoc per.l.fi.C.quæ res pig.ob.poss.&. ff.de pign. 2 l.& quæ nondum.ubi dicitur ꝙ in obligatione † generali tam præsentia quam futura bona; comprehenduntur. indefinita enim locutio æquipollet uniuersali xix.di.c.i.de priuile.c.quia circa.de elect.c.ut circa li.vi.ubi de hoc Brocardo.& sic fuit obtentum secundum Specu.ti.de procura.§.ii.uer.sed quid si procuratorium est generale. Pro hac conclusione facit illa auctoritas. supra alleg. p Inno.in.c.dilecti.de excep.quia præsens confusum præsentis non tenet usum.ubi tamen hostien.dicit mandatum datum alicui iudici ad citandum omnes qui se opponunt tali super electione sua uel alio facto intelligendum est de his qui se opposuerunt ante datam literarum & non post Cuius contrarium ibi uidetur sentire Inno. nec obstant illa iura pro contrario alleg. uidelicet.l.& quia &c.quia licet sint in aliquibus similia tamen non in omnibus.& præsertim in casu nostro claudicat prædicta similitudo.nam licet prohibitum sit per legem rescriptū non extendi ad futuras causas ut in dicto.c.fi.de rescriptis.&.c.significauit.tamen hoc non reperitur prohibitum in procuratore: immo permissum uidelicet ꝙ posfit constitui ad futuras causas & ad generales & speciales ut.ff.de procur.l.i.ii.iii.&.iiii.& le.& not.in.c.non iniuste.de procura.& per Spec.ti.de procura.§.i.uer. constituitur autem procurator. Ratio diuersitatis potest assignari.quia in impetratione rescriptorum sæpe circumuenitur concedens & surrepticie ut plurimum impetrantur.icciro adeo stricte intelliguntur. de rescrip.c. sedes ex tenore.&.c.super literis.cum multis similibus.sed nō sic in mandato procura.quod fit a constituente & nemine impetrante.& ideo in fauorem ipsius constituentis latius est interpræ tandum quam rescriptum licet parificentur in multis.ut de procu. c.non potest.in cle.& in multis similibus.

*Multum similia. De hac similitudine: uel cōparatione procuratoris & iudicis mandati uide p do.abba.in. c. cū olim de offi.deleg. Ad de Fely in.c. relatūde of.de le. ubi uidebis & differētias inter mādatum iudicis & procur ubi elegāter & ampli. loquitur.

Decisio. XXXIII. alias.414.

Summarium.

Morte procuratoris substitutio ex speciali mandato substituentis etiam re integra non expirat. secus si ab eo ut a domino litis facta foret.

Epithome.

1 Substitutio ex speciali mandato substituentis facta an re integra morte procuratoris expiret.
2 Substitutio mandatum habentis dicitur a domino ministerio substituentis facta.

1 SI aliquis † cōstitutus procurator in diuersis causis & a diuersis personis cum mandato substituendi existens in extremis substituat unum in omnibus p dictis causis ad agendum & defendendum cum clausula Donec &c.& moriatur re integra antequam huiusmodi substitutus acceptet onus procurationis. fuit dubitatum & quæsitum utrum talis substitutus posset prosequi causas per dictum defunctum occupatas & inchoatas? Et causa dubitandi fuit eadem quæ supra in proxima conclusione in prin. ponitur uidelicet quia mandata iudicis delegati & procuratoris multum sunt similia. sed si iudex delegatus committet uices suas alicui cum prædicta clausula & moriatur re integra antequam subdelegatus uti cœperit iurisdictione expirat huiusmodi commissio morte deleg.ut in.c.si delegatus.de of.dele.li.vi.ergo uidetur idem in mandato procura.cum dicta clausula substituti Sed hoc motiuo non obstan.fuit determinatū 2 contrarium.nam hæc substitutio † est quædam constitutio & censetur a domino facta ministerio tamen substituentis uigore specialis mandati sibi super hoc facti. & quia dominus adhuc uixit ut ponebatur in facto.ergo acceptare & uti potuit potestate sibi nomine domini facta. Secus uero si prædictus procurator nullam habuisset substituendi potestatem a domino sed a lege puta quia post litem per eum contest. substituisset. tunc enim ipso mortuo re integra mandatum substituti extinctum fuisset.& in hoc habet similitudinem cum iudice delegato habente potestatem a lege subdelegandi.de offi.dele.c.quamuis &.c.pastoralis.

Decisio. XXXIIII. alias.415.

Summarium.

Procurator qui sententiam obtinuit non potest prius per eum dicta etiam in suum fauorem impugnare.

SI secundus in data ex expectatiuis in aliqua ecclesia agat ut procurator nomine primi expectantis siue præcedentis ipsum in data super præbenda p eū acceptata contra ordinaria auctoritate prouisum & possessorem dantem de surreptione gratiæ primi expectantis & obtineat sententiam diffinitiuam pro primo impetrante.fuit dubitatum utrum prædictus procurator posset agere in secunda instantia contra illum pro quo sententiam obtinuit & dare eosdem obiectus datos per ordinarium in prima instantia ad annullandam gratiam ipsius primi impetrantis & acceptantis. & uidebatur prima facie quasi omnibus dominis ꝙ non tum per regulam quod semel approbo amplius reprobare nō possum. viij.quæst ii.c.dilectissimi.de æta.& quali.c.accepimus. & ibi multæ concor.tum etiam quia indecens est ꝙ illū nunc impugnet quem defendit uel defendere tenetur. de na.ex.li.uen c.uno. tum etiam quia fuit procurator suus in causa ipsum tangente.icciro repelli debet postea ab agendo contra eum quia iuri suo renunciare uidetur.de transac c.ex literis.ff.ex qui. cau.ma.l, necnon.§. fi.& le.se.ff.de rei uen l.inter officium.quæ lex inducebatur ad utranq; partem.tum etiam si sciuit in prima instantia præcedente.se in data nullum ius habere & per consequens ius sibi competere.ergo prædicta sententia si etiā non fuisset procurator in causa sibi præiudicasset per.l. sæpe.ff.de re iud.&.c.quamuis.co.ti.Facit pro hac par-

te.c.ex ore.de his quæ fi.a maio.par.ca.cum iur.alle.de
tacite renunciante. Quibus iuribus & motiuis non ob-
stan.fuit determinatum & sententiatum post publicas re
lationes contrarium.quia non clare constabat nec con-
stare poterat ꝙ procurator primi expectantis & in prima
instantia agentis sciuerit illum cuius causam duxit ius
non habere immo ex quo ordinarius defecit in probatio-
ne obiectiuum potius debebat præsumere ipsos obiectus
calumniosos quam ueros & sic ipsum bonum ius habuis
se ar.c statuimus.de elec.li.vj.de iur.calum.c.i.&.ii.er-
go. Præterea in facto alieno tolerabilis est ignorãtia quæ
semper præsumitur maxime quando agitur de damno ui
tando nisi probetur scientia de re.iur.præsumitur.li.vi.
cum concor.ibidem multis.at in casu nostro uerisimiliter
potuit ius sibi competere ignorare. tum propter priorita
tem datæ.tum propter calumniosos obiectus.ergo in nul
lo prædicta sententia sibi præiudicauit.maxime quia iu-
rauit nouiter probationes dictorum obiectiuum.uidelicet
nullitatem gratiæ primi ipsum in data præcedentis. ad
eius noticiam peruenisse.quod uidetur ipsum exscusare a
calũnia.de except.c.pastoralis.de elec.c.ut circa li.vj.
de.iura.calum.per totum.quæ omnia concederem & fa
terer de plano quo ad sententiam latam inter primum
ipsum in data præcedentem.& ordinarie prouisum pos-
sessorem ꝙ sibi ignoranti ius competere non præiudica-
uit.sed ego dicebam ipsum ex alio capite repellendum.
uidelicet pro eo ꝙ erat procurator suus in prima instantia
& iustificando tunc gratiam clientuli sui & impugnan-
do materiam obiectiuã cõtra gratiã tunc datã & sic nũc
gratiam quam primo approbauit non potuit nunc repro
bare & materiam obiectiuam quam primo impugnaue-
rat non poterat modo iustificare tanquam contrarius &
turpitudinem suam allegando ar.iurium prædictorum.
℃ Pro contraria parte inductorum in principio & facit.c.
cum super.de concess.præben. Pro hoc etiã faciunt not.
in.c.inter dilectos.de fi.instru.super uer. præiudicet. per
Innocen.& Hostien.& Io.an.in.c.suborta.& in.c.cum
super.de re iudi.per eosdem.& ar.vii.quæst.i.c.quam pe
riculosum.super prima glo.ad materiam pro & contra.
uide Dy.super prima regula iuris in quæstione de illo
qui recipit præbendam suam a quodam prælato suo cu-
ius titulum uolebat postea impugnare.sed aliqui domini
uolentes eum excusare de officio procurationis antedi-
cto & aliis supradictis p me alle.dicebant ipsum in assum
ptione officii procurationis & aliis minime deliquisse
immo reputabant hoc sibi ad magnam prudẽtiam . nam
si gratia acceptatio & prouisio prædicti eum præceden-
tis in data ualuissent ipse procurator alias in data secun-
dus factus esset primus.sicq; multum intererat prædictã
suam gratiam & omnia inde secuta iustificare .& omnes
obiectus impugnare ut fieret primus immediate post ip-
sum.immo secũdum prædictos dominos ex quo uidebat
ipsum in data priorem prudentissime faciebat ꝙ se non
opponebat sed ab impugnatione desistebat statim iuxta
consilium doctorum & præsertim Io.an.in. c. cum in
multis. de rescript.in fi.li.vi. quas excusationes reuera
reputabant iuridicas & bonas si dictus procurator non ui
disset prædictos articulos obiectiuos: illosq; minime im-
pugnasset & statim ab officio procurationis cessasset &
diligenter indagasset utrum fuissent prædicti obiectus ue
ri & probabiles.quod tamen post primam sententiam fe
cit se dicto clientulo suo opponendo illosq; ueros & pro
babiles asserendo immo eos ꝓbauit & sententiam pro
se non obstan.allegationibus meis reportauit.

Decisio. XXXV. alias.420.

Summarium.

Coniuncta persona debet admitti ad defensionem ab
sentis citati per edictum ut si per inquisitionem &c.bene
ficio priuetur & talis coniuncta persona sic ut præfertur
admissa etiam post litem contest.substituere non potuit.

Epithome.

1 Procurator siue deffensor an interuenire possit pro reo
contra quem inquiritur ad effectum priuationis.
2 Absentem a quocunque deffendi posse publicæ utilita-
tis existit.
3 Defensor etiam post litem contestatam an alium substi-
tuere possit.

1 SI committatur † auditori ꝙ inquirat contra. A. ipso
uocato per edictum in curia super certo crimine pro
pter quod si reperiatur illud commisisse mandatur
priuari beneficio.fuit dubitatum utrum defensor sine mã
dato maxime coniuncta persona posset interuenire & de
beret admitti ad defensionem ipsius absentis.Et uideba-
tur aliquibus ꝙ non.quia cum defensor sine mandato te-
neatur cauere de iudicato soluendo prout not.spe.ti.de
senten.ex co.in prin.quæ cautio in casu nostro cum ipse
non sit soluendo locum habere non potest.i.quæst.i. quã
1 pio.de symo.c.quærelam.de pac.c cum pridem.cum si.
immo nec coniuncta persona in huiusmodi spiritualibus
causis quæ æstimationem siue interesse non recipiunt si-
ne mandato non admittitur prout le.& not.per Inno.in
c.coram.de of.dele.in.prin . & de cau poss.& propri.c.
cum olim.circa finem præterea cum hic defensor si suc-
cumberet non posset condemnari.i.priuari nec executio
contra eum fieri.ergo uidetur nullo modo audiendus.
Fuit determinatum quasi per omnes contrarium. Ratio.
cum hic non agatur criminaliter ad directam pœnam ꝓ
crimine infligendam sed potius * ciuiliter.in quo casu si
cut procurator posset interuenire pro actore agendo.ut
de procur.c.tuæ.de accu.c.super his.&.c.ueniens. &.c.
inquisitioni.ubi uide de hoc Io.an.super glo.ii.sic & de-
2 fensor pro reo ipsum defendendo.quia † publicæ utilita
tis est absentem a quocunque defendi.iii.quæst.v.c. reos
ff.de procur.l.seruum quoque.§ publicæ &.l.nõ solum.
§.si.Præterea cum hic agatur de quæstione status merito
defensor admittitur de testi.cum olim & no. Inno.in.c.
causamq; qui fi.si.le.ubi ipse in glo.sua magna in fi.uide
tur determinare hanc quæstionem dicens in inquisitione
admittendum defensorem quem recitat Spe & idem te-
net in ti.de sen.§.i.in fi.nihil dicit uel all posset tamen al
legari pro dicta eorum conclusione.c.ueritatis.de dol.
& conta.ubi glo.ordi.super uer.nec omnis hoc uidetur
tenere.Facit etiam pro hac opinione.c.cum.i.&.ii.de re
iudi.& not.per Io.an.in nouel.in.c.qualiter.& quando
§ debet de accu.super uer.illi ubi dicit Io an.post Host.
procuratorem admittendum in causa inquisitionis de
crimine non impediente ordinis executionem.secus uero
si impediret ordinis executionem post peractam pœniten
tiã.ut in dicto.c.inquisitionis.quia sicut tũc nõ posset in-
teruenire procurator:multo minus defensor.& licet non
habeat locum cautio de iudicato soluendo in hoc casu
præstabit tamen aliam uidelicet ratihabitionem obliga
bit etiam se ad impendia litis & interesse prout etiam de
ducit Inno.in dicto.c.causamq;.qui fi.sint le.ubi etiam
ponit modum sententiandi contra hunc defensorem &
melius in Spe.ti.de sen.pro.la.§ ut autem uer.si autem
agit.Ad maiorem tamen certitudinem & ualiditatem
processus fuit conclusum ꝙ auditor dictum defensorem
cum dictis cautionibus & obligationibus admitteret &
audiret & nihilominus per audientiam semper contra
absentem ipsum ad singulos actus citando procederet.&
sic fuit obtentum & factum ℃ Sed utrum prædictus de
3 fensor † posset substituere alium loco sui in casu prædi-
cto etiam fuit dubitatum in quo dubio fuerunt argumen
ta facta pro & contra.quæ facit & ponit Spe ti.de ꝓcu.
§.i.uer.sed nunquid defensor qui cauit &c.ubi Spec ui-
detur finaliter declinare in partem affirmatiuam ꝙ sic.
etiam ante litem contest.cum prædictus defensor post sa
tisdationem sit factus dominus lit.alleg.ff.de procu.l.ti
cius.tum etiam quia sententia si contra eum feratur est
mandanda executioni in bonis suis & non domini.per.l.
plautius.ff.de procur &.l.si quis cum procura.nomine.
& dicit sic sententiatum licet multi sapientes secundũ
ipsum dixerunt contrarium.cuius dictum posset procede
re in mere ciuilibus & causis prophanis.secus in crimina
libus mistis & beneficialibus uel aliis spiritualibus.Ra-
tio.nam cum in illis non habeat locum prædicta cautio
non potest fieri in bonis defensoris sententiæ executio.er-
go cessat Spe.ratio. Et ideo fuit conclusum ꝙ non admit
teretur substitutus in casu supradicto.

* ℃ Potius ciuiliter. Adde ꝙ procurator potest consti-tui in cã criminali: qñ criminalis cã incidit cũ ciuili.ut hic p do de sãcto gemi. in. c. ex antiquos. liiii. dist. in.il.colũ. in uersi. nota primo. Et per do.Fely. in.c. meminimus. de accusa. x. co.v. nu. xvii. fo. e. secundũ impræssionem lugdun.

Decisio. XXXVI. alias.426.

Summarium.

Absolutio ab excommunicatione non potest peti per non habentem speciale mandatum quamuis generalis procurator uel coniuncta persona posit petere excommunicationis sententiam pronunciari nullam.

Epithome.

1 Procuratore decani & capituli pro omnibus clericis ecclesiæ constitutus an posit singulariter uel pro singulis specialiter procurare.
2 Absolutio ab excommunicatione an & quo casu procurari & peti posit per non habentem speciale mandatum.
3 Excommunicationis sententia secū trahit suam executionem: nec per appellationem suspenditur.

*℄ Si decanus. Ad hanc decisionē adde Bal. in add. Spe. titu. de procur. in uersi. procuratorē. Cy. & Ang. in. l. si quis mihi bona. §. sed utrū ff. de acq. hære. & in Spec. de pc. §. i. uer. tē opponitur.

SI decanus * canonici & capitulum alicuius ecclesiæ collegiatæ pro se omnibus beneficiatis eiusdem ecclesiæ constituant procuratorem contra eorum episcopū super in debita & excessiua exactione charitatiui subsidii ad agendum & defendendum &c. & præsertim ad petendum absolutionem ab excommunicationis sententia tam simpliciter quam ad cautelam. dubitabatur utrū prædictus procurator posset agere. & defendere & absolutionem petere prædictam præsertim ad cautelam nomine prædictorum beneficiatorum singulariter & specialiter in litera excommunicationis episcopi nominatorum Et fuit breuiter conclusum per omnes ꝙ non. nam licet prælatus posset agere & defendere & procuratorem constituere pro membris & subditis suis. ut le. & not. in. c. cū deputati. de iudi. & in. c. olim. de resti. spo. per Inno. & in clem. i. de Rescrip. facit tex. in. c. auditur. de præscrip. tū etiam quia de prædictis beneficiatis non constitit ꝙ essent subditi dictorum canonicorum & capituli. ergo &c. Præterea licet canonicus non excommunicatus posit pro canonico suo petere beneficium absolutionis ab excommunicationis sententia etiam sine mandato prout deducit Inno. in. c. romana. de sen. ex. li. vi. tum quia isti beneficiati non sunt de collegio uel capitulo nec confratres: prædicta no. Inno. non uendicant sibi locum quæ forte non procederet in absolutione petenda ad cautelā quæ est ualde extraordinaria & multum præiudicialis. quia in ea non recipitur iuramentum nec cautio præstatur nec satisfactio impenditur. & ideo cum maiori difficultate datur quam simplex absolutio prout le. & not. in c. solet & in. c. uenerabilibus. de sent. ex. li. vi.

Decisio. XXXVII. alias.482.

Epithome.

1 Absolutoria potest etiam in causa criminali ferri pro absēte nec ualet oppositio contra procuratorem.
2 Procurator admittitur in omni casu quo potest sententia contra absentem.
3 Procurator quare non posit in criminalibus interueniri.

SI clericus contra laicum intentauit crimen sacrilegii criminaliter & cum admissus fuerit laicus per procuratorem ad causam usque ad cōclusionem inclusiue uenitq; sententia absolutoria ferenda pro laico. nō potest ad impediendum sententiam uel processum procuratoris annullandum opponi contra procuratorem ex eo ꝙ non posit procurator in causa huiusmodi admitti. primo ꝙ non ad impediendum sententiam propter. l. quāuis indubitati. C. ad. l. iuli. de adult. ubi dicitur ꝙ sententia
1 † absolutoria potest ferri in crimine pro absente & contra præsentem ergo & in personam procuratoris fortiori ratione. facit pro hoc. quia communis opinio habet ꝙ in causis in quibus potest sententia ferri contra absentem potest procurator admitti per. l. seruum quoque. §. publicæ. ff. de procur. ergo idem si pro absente. quia iura sunt magis extensiua in fauorem absentiū q̄ in eorum lesionē
3 ut. l. absenti. ff. de pœnis. Præterea quia cessat ratio qua-
2 re procurator † non potest in criminalibus interuenire. ut. l. penul. §. ad crimen. ff. de publicis iudi. uidelicet ꝙ sententia esset delusoria quia non posset absens puniri. &c. quæ ratio hic cessat. Hanc conclusionem tenet Ia. de Are. in. l. quamuis indubitati. C. ad. l. iul. de adult. & per hoc non ob. quod ibi not. per Accur. & Cy. post eum uidelicet ꝙ ista exceptio opponi potest in qualibet parte litis. quod confirmat Io. an. de iudi. c. i. li. vi. in nouel. qa istud intelligit uerum regulariter fallit in casu ubi iam esset in causa conclusum & sententia absolutoria ferenda esset pro absente. Io. de lig. respondit ad rationes. Ac Frā. & Old. in. c. licet. de accusa. Secundo dixi ꝙ dicta oppositio præcedentem processum non annullat. & sic in glo. l. quamuis alle. & Ber. & Io. mo. Archi. & Io. an in dicto c. i. de iudi li. vi. quæ habet ꝙ exceptio ista est dilatoria. & ita determinat Io. an ibidem in nouel. ℄ Item dicta conclusio probatur quia non omne crimen sacrilegii requirit pœnam maiorem. & tamen in his solis criminibus dictam pœnam maiorem requirendo habet locum prohibitio. §. ad crimen. secundum communem glos. & doct. opinionē. l. seruū quoq; §. publicæ. §. ad crim. &. l. i. secūdū Io. an. ff. quando causæ appellationū per alium exerceri possunt. & per Bar. & Cy. C. de accu. l. reos. &. de iniūre. l. fi. licet Io. mo. de pœnis. & Io. anto. prædictus in dictis. l. Bar. in dicto. §. ad crimen. ubi plenissimæ per eū de iure uidetur contrarium esse uerius maxime per. l. fi. C. de iniur. coniuncta. l. fi. ff eo. ti. & per. §. ad crimen quæ loquitur indeterminate & . §. sed & ea recipiendo uerbum inclusiue ne ibi frustra idem uerbum ponatur. dominus Io. de lign. ubi supra dicit melius fore dicendum & decidendum ꝙ si ex parte accusati interueniat procurator ꝙ non ualet processus. sed ex parte accusatoris tunc ualet ut bene uidetur probare. l. fi. C. de iureiur. quia dicit nedum illustres priuilegiatos ut in causis iniuriarum per procuratorem se defendant. sed ultra dicit ꝙ nullus alius potest se defendere in causis huiusmodi per procuratorem seu admitti. debet enim hoc restringi ad unicam causam. l. unica. C. de famo. hoc esset diuinare. & si uis scire qualem solutionem colligit Guil. de cuno. ad illam. l. & qualiter pulchre soluatur dicta. l. qui publicæ. uide Bar. in dicto. §. ad crimen. ad. l. absentem. respondit dominus Io. & Inno. ꝙ ista lex loquitur de procuratore quādo est notum iudici uidelicet in delicto contumaciæ: ut ibi patet. & in tali cessat intentio legis. l. absentem & habet locum. l. quamuis. ff. ad. l. iul de adult. & iste est unus casus in quo punitur absens. l. i. ff. si quis ius. di. non ob nam ut loquitur de pœna delicti iudici ignoti quod notum fieri non potest nisi parte præsente. Tertius autem casus in quibus damnatur absens uide per Bar. in. d. §. ad crimen. & præmissa intellige in casu in quo pœna est corpori uel personæ infligenda. alias secus secundum prædicta. quia tunc iuris ratio cessaret. In contraria opinione cōiores sunt uidelicet Ia. de Are. Guil. de cu. & Ia. de But. ideo est securior. Per præmissa potest uideri quid si sententia ferenda esset condemnatoria distinguendo secundum gl. & doct. ut supra dictum est.

Decisio. XXXVIII. alias.454.

Summarium.

Dominus tacite uel expresse potest factum sui procuratoris ratificare & idem poterit procurator dominus litis effectus. procur. tamen cum potestate substituendi cōstitutus substituendo simpliciter non ratificat nisi expresse antea gesta per suum substitutum.

Epithome.

1 Procurator ad litem habens mandatum substituendi sciens alium non expresse substitutum prosequi an si postea eundem expresse substituat uideatur ratificare acta antea per eum habita.
2 Substitutus per procuratorem mandatum habentem cēsetur a domino constitutus.

1 FVit dubitatum utrum procurator † ad causam habens mandatum a domino substituendi sciēs Titium ab eo non expresse substitutum agere &

prosequi causam tanquam suum substitutum & postea substituendo eũ ad eandem causam ulterius prosequendam uideatur omnia acta antea per ipsum habita & acti tata ratificasse. Et uidebatur aliquibus ꝙ sic. per. l. sæpe. ff. de re. iudic. &. c. quamuis. eo. ti: cum simili. & per no. Inno. in. c. ex parte decani. de rescrip. &. c. in præsentia. de procu. quæ omnia loquuntur in ratificatione domini principalis tacita uel expressa ergo idem in procuratore qui loco domini habetur. de proc. c. i. &. c. fi. li. vi. Quod dictum omnes domini dicebant procedere & ueritatem continere in procuratore iuris uidelicet qui est factus dominus litis. qui sicut dominus posset ratificare tacite & expresse gesta & acta per falsum procuratorem nomine tamen suo. ita & hic procurator qui nedum loco domini sed uerus dominus litis post li. conte. efficitur. Hinc est ꝙ sine speciali mandato domini substituere potest. Item alius constitutus a domino non posset ut in. d. c. i. li. vi. in hoc uero constituto & uero domino habente speciale mãdatum substituendi. dixerunt domini posse procedere & per eum fieri ratificationem expressam propter mandatũ substituendi & clausulas alias generales in procuratorio positioni consuetas sed tacitam non nisi post li. contest. per eum ar. reg. iur. ratihabit. li. vi. omnia enim quæ per dictum procuratorem fiunt expresse & in mandato suo continentur a domino facta censentur non sic in tacita quæ non habet in mandatis & sic secundum omnes do-
2 minos prædicta ratificatio † expressa censetur facta a domino ac si ipsum substituisset. nam omnis per procuratorem substitutus censetur a domino constitutus. iuxta not. in. c. is qui. &. c. fi. duo. de procu. li vi.

Decisio. XXXIX. alias. 455.

Summarium.

Dominus ratificat gesta seu facta falsi procuratoris si eis utatur sed tutius est si expresse ratificet.

PEr prædictam conclusionem ego postea formaueram aliud dubium uidelicet si Titius asserens se procuratorem. Gay. nomine ipsius & ipso præsente & tacente a quadam diffinitiua sententia contra ipsum Gaiũ lata appellet & iudex deferat. utrum ualeat huiusmodi appellatio in tantum ꝙ per eum suspẽsa sit illius sententiæ executio. & breuiter propter not. p Inno in. d. c. ex parte decani. &. c. in præsentia. de rescri. supra in conclusione proxima alle. fuit conclusum per omnes dominos dictam appellationem ualuisse & suspẽdisse executionem sententiæ. maxime quia Gaius prædictam causam appellationis postea met est prosecutus & eam alteri auditori committi obtinuit. per quæ satis de ratihabitione constitit quæ retro trahitur & mandato cõparatur. de sen. ex. cum quis. de reg. iu. ratihabitio li. vi. Mihi tamen uidebatur tutius ꝙ ad tollendum omne dubium & ne postea fieret super hoc disputatio in cancellaria. & ne posset impediri executio post tertiam sentẽtiam ꝙ dictus Gaius principalis expresse dictum actum gestũ per Titium falsum procuratorem suum expresse ratificet quod & factum est coram me qui habui causam.

Decisio. XXXX. alias 456.

Summarium.

Procuratorium concernens certas personas ad alias non extenditur nisi clausulæ generales subsistãt. & ideo ueniens ad causam pro suo interesse habet dominũ principalem ad causam uocare seu facere uocari.

SI causa committatur inter. A. &. B &. C. reum & possessorem in curia præsen. & seruatis seruandis citra tamen conclusionem C. de curia recedat & certum procuratorem ad agendum & defendendum. &c. in dicta causa constituat & post hoc. D. superueniens pro suo interesse petat procedi ad ulteriora in causa ad faciẽdum finem de suo interesse producit statim omnia iura sua & facit citari procuratorem dicti C. ad dicendum cõtra qui excipiendo proposuit se non habere mandatum

Add. deci. supra eo. 13.

cõtra D. sed cõtra. A. &. B. Ex hoc themate insurgũt tria dubia. Primum utrum in uim primæ commissionis obtẽtæ per. A. &. B. contra. C. possit procedi. cum D. nouiter superueniente contra. C. & si dicatur ꝙ sic utrum omnes termini de stilo palacii seruari consueti sint seruandi uel reiterandi inter dictum. C. &. D. uel sit admittendus dumtaxat in statu in quo causam inuenit. Tertium utrũ procurator dicti. C. bene excipiat ita ꝙ sit idem. C. de nouo citandus ad hanc causam pendentem inter ipsum. D. &. C. Ad primum dicebant aliqui domini & maior pars ꝙ attento ꝙ esset causa in curia semel commissa inter dictos primos tres. & super uno & eodem beneficio quæ commissiones cões sunt omnibus uolentibus uenire ad causam. iuxta not. Inno. in. c. ex conquæstione. de resti. spo. in uim primæ commissionis posit procedi etiam inter istum. D. &. C. superuenientem pro suo interesse pro quo alle. una no. Innoc. pulcherrima. in. c. ueniens el. i. de spon. quam not. Inno. ego. credebam uerã & posse intelligi in illo superueniente de nouo ad causam non contra primum reum & possessorem sed contra actorem uel pro actore illis assistendo non agendo contra quem intellectum siue opinionem meam fuerunt all. duæ decre. in contrarium uidelicet ueniens. de test. &. c. cum super. de re iudi. facit cle. constitutionem. de elec. & not. in decre. dispendia. §. reus quoque. de rescrip. li. vi. quas decret. ego inducebam pro me & not. in. c. p. er. g. &. c. cum olim. de offi. dele. & prædicto. §. reus. qui loquitur in personalibus & non realibus actionibus & loquuntur in reo & non in actore. Et ideo fuit conclusum & consultum per omnes tutius esse nouam commisionem cũ potestate citandi dictum. C. reum per dictum. D. obtinere quia domini non reputabant mandatum procuratoris C. contra. A. &. B. sufficiens contra. D. & sic cessat tertiũ dubium. & etiam secundum quia tunc expeditur causa inter. A &. B. &. C. &. D. poterit pro suo interesse a sententia diffinitiua si feratur pro. A. &. B appellari, & causam appellationis prosequi contra. A. & B. iuxta. c. cũ super. & ea quæ ibi not. per Inno. superius alle. sed si sic cõtingeret pulcherrimum dubium restaret de modo procedendi & sententiandi contra dictos. A. &. B si dictum. D. ad se probaret beneficium de quo agitur pertinere. sed supposito ꝙ in uim primæ commissionis & cum procuratore. C. uel per audientiam contra eum posset & deberet procedi ad instantiam illius quomodo & qualiter sit procedendum uidelicet. utrum incipiendus sit processus a capite. uel ille. D. sit admittẽdus in eo statu in quo causam inuenit. in quo domini erant uarij. aliqui tenentes primum aliqui secundum. Primi uero asserentes de nouo inchoandum processum. Mouebantur quia mutatis personis. &c. c. cum in tua. &. c. ueniens. de testi. nouis enim morbis. &c. de iur. ca. cæterum. tum etiam forte propter obiectus dandos per dictum. C. reum & possessorem contra dictum. D. superuenientem de nouo a quibus totaliter excluderetur si terminus ad ponendum & articulandum non daretur. & propter hoc fuit determinatum & conclusum per omnes ꝙ assignaretur utrique parti terminus competens ad ponendum & articulandum ad dicendum contra articulos & dicendum contra producta Et quamquam opinio istorum dominorum sit æquã tamen ego credo secundam opi. magis iuridicam per iura antiqua & noua uidelicet. d. c. ueniens de test. ut lit. pen. c. si hii contra quos. & cle. i. eo. ti. cum ibi not. & per Inno. in. c. quia uero de iudi. & in. c. dilecti. de excep.

DE HIS QVAE VI METVSVE CAVSA FIVNT.

Summarium.

Spoliato non expedit ꝙ ablata sibi statim in libello specificet quia probata uiolentia stabitur eius iuramento de rebus ablatis & ualore earum.

Decisio. I. alias. 157.

LIbellans in interdicto unde ui & petẽs bona mobilia & imobilia sibi p uiolentiã ablata resti. nõ tenetur ille statim ante lit. cõtest. specificare dũmodo deducat uiolentiam quæ probata

probata sufficit res ablatas probare per iuramentũ. quod me.cau.c.si.&.no.de.pdictis in.c.cũ dilectus.de or.co.& de resti.spo.grauis.&.c.cũ ad sedem.& ibi not.per Inno.

Decisio. II. alias.299.

Summarium.

In delatione iuramenti secundum formam.c. super eo.ꝙ metus causa non est necessaria partis citatio.

Licet quo ad taxationem rerum ablatarum per iudicem faciendam pars contra quam ipsa taxatio debet fieri sit citanda.tamen quo ad deferendum iuramentum iuxta formam.c.super eo.quod me.cau.& l.si quando.C.unde ui Domini dixerunt partis uocatio nẽ non esse necessariam.licet tutius sit ꝙ fiat. Nam ex quo iuramentum prædictum est necessarium & de necessitate iuris deferendum in odium uiolenti uel dolosi.ut no. in dictis iuribus partis nõn interest siue uocetur.siue non pro hoc alleg.l.quemadmodum.ff de iureiur.ꝑ casu.secus de iuramento in litem uel decisorio actori deferendum uel reo.iuxta formam.c.si.de iureiuran. tunc enim requiritur partis uocatio quia illorum interest & dicere poterit quælibet pars sibi fore deferendum.& quia etiam una pars poterit alteri referre ut ibi.

DE RESTI. IN INTEGRVM.

Summarium.

Aduersus tres sententias conformes non est restitutio cõcedẽda nisi iudici prius cõstiterit de iniustitia earũdẽ.

Decisio. I. alias.2.

ADVERSVS treis diffinitiuas sententias conformes non est danda restitutio in integrũ nisi prius constet auditori de iniustitia sentẽtiarum uel aliqua earũdem.quia alias non cẽsetur lesio sine qua non datur restitutio immo antequam audiatur uolens intentare iudiciũ restitutorium aduersus treis sentẽtias.siue interlocutorias siue diffinitiuas.primo opus est ꝙ summarie de noua cã doceat propter quam sit uerisimile ipsum fore lesum.ut.ff.de mino.l.minor cũ sua glo.faciunt not.ꝑ hac cõclusione ꝑ Inn.in.c.audit.&.c.cũ ex literis.de rest.in integ.

Decisio. II. alias.165.

Summarium.

Quo ad petendum restitutionem in integrum aduersus treis sententias & probationes omissas quadriennium a die ultimæ sententiæ computatur.

Latis tribus diffinitiuis sententijs si petitur restitutio in integrum aduersus eas & ad probationes etiã in prima instantia omissas computabitur quadriẽnium datum ad restitutionem petendam a die sententiæ ultimæ & non primæ nec a termino peremptorio ad probandũ asignato in prima instantia quia nec ꝑ lapsum hmõi peremptorij termini erat cõpleta lesio in probando.nã in secunda & etiã in tertia instantia non proposita ꝑponã & non ꝑbata ꝑbabo.ꝑ.l.ꝑ hanc.C.de tẽp.app.de fi.instru.cũ lo.ꝑ primã ẽt sententiã non est effectualiter pars lesa dũmõ ab ea fuerit appellatũ q̃ appellatio oẽm ipsius effectũ suspẽdit.de iureiu.c.ueniẽtes ergo & lesionem si qua fuerit.ultima.n.sententia q̃ finẽ liti imponit est q̃ ledit & succedit loco primæ.ergo ab illo tpe incipit currere primo quadrienniũ datũ ad restitutionẽ petendã. non obdictũ Inn.& Host.in.c.corã de resti.in int.& ar.in.c.ij.co.ti.Io.an.& Pau.in cle.unica qui oẽs dicũt & tenẽt ꝙ non a die sententiæ latæ sed a fine termini perẽptorij cõputabitur dictũ quadrienniũ qñ petitur restitutio aduersus ꝑbationes omissas quia dictũ Inno.& aliorũ intelligitur de sententia interlocutoria sup asignatione dicti termini pẽrẽptorij prolata ut notat Pau.in.d.cle.sed non loquitur de diffinitiua sententia postea secuta ꝑ quã effectualiter fuisset inducta lesio si non fuisset appellatione suspensa. sed quia fuit ab eo appellatũ status eius illesus & integer debeat remanere medio tpe.ut in.l.una.§.integer.ff.nil in noua.app.pen.&.ff.de pœnis.l.ij §.i.ar.no.in.c. pastoralis de app. Præterea secũdũ Inno & alios doc.dicta opi. cessat qñ petitur restitutio nedũ aduersus lapsum termini sed ẽt aduersus sententiã postea subsecutã sic & in ꝑposito.ergo &c Et si utiq; quis ueller ꝑdictã opi.ꝑdictorum doc.sustinere oporteret eũ facere ꝙ ꝑ lapsum perẽptorij ultimæ instantiæ qñ nil aliud pars posset ꝑducere tunc primo esset lesio & inciperet currere quadrienniũ si nulla sequeretur sententia.Si uero sequeretur sententia illa est q̃ ledit ut supra dixi.quia usq; ad conclusionẽ in cã & ẽt post secundũ æquitatẽ rotæ ẽt in cã ꝑphana possunt instrumenta & literæ ꝑduci nõ ob.lapsu termini ad ꝑducendũ omnia ꝑfixi.ergo nec ꝑ lapsum termini nec ꝑ conclusionẽ sed sententiã cõpleta est lesio ab illo igitur tpe cõputabitur quadrienniũ restitutionis in integrũ. Consilium tamen dictorum dñorũ est sanum & tutum ꝙ nedũ aduersus probationes omissas sed etiam aduersus sententias petatur restitutio & tunc cessat omnis dubitatio.

Decisio. III. alias.9.

Summarium.

In petitione restitutionsi in integrum ꝑꝑ lapsum fatalium non est necessaria litis contestatio.

Epitome.

1 Litis contestatio an in petitione restitutionis in integrum propter lapsum fatalium sit necessaria.

2 Litis cõtestatio an in iudicis officij imploratione ꝑcedat.

3 Litis contestatio an in causa reductionis ad arbitrium boni uiri sit necessaria.

4 Restitutione in integrum petita si aduersarius non compareat proceditur ad diffinitiuam: si autem compareat necessaria est contestatio: Procedi non potest ad diffinitiuam absque litis contestatione.

1 SI petatur † restitutio in integrũ propter lapsum fatalium non est necessaria litis contestatio. Ratio quia non principaliter sed incidenter petitur.de offi.iud.c.ii.hoc no.Inn.in.c.suscitatis.de rest.in integ.Sed quid si alias super restitutione officiũ iudicis principaliter intentetur uidetur casus ꝙ sit lit.contestatio. necessaria.d.c.ii.Fallit secundũ Bar.ibidẽ in casu iti autẽ.si oẽs C.si minor se ab hæredita.abstinet.uidelicet si minor petat se solum restitui aduersus factum suum & contra personam incertam. de qua materia satis diffuse pertractat Cy.& Butri.qui ponunt pro regula in omni officio non requiri lit.contestationem nisi minor petat aduersus certam personam se restitui ut aliquid sibi detur uel fiat. ideo si expulsus de societate petit se reduci non requiritur li.contest. secundum Iac.de Butri. Odofre. in tract.suo de offi.iudi.tenet cum Ber.Spec.titu.de resti in integ §.ii.in fi.distinguit cum contra certam personam agitur. Aut sit absens per contumaciam & tunc non requiritur li.contest.per l in causæ.§.in causa cognita.ff.de minor per.d.auten.si omnes. Aut nulla partium est absens per contumaciam & tunc est necessaria li. contest.in.d.c.ii.de offi.iudi.supra allegato audiui semel in Bononia per dominum Richardum de saliceto maximum legistam in materia prædicta distingui sic.

2 Aut imploratur † officium iudicis duntaxat rescindens etiam principaliter ut quia petitur sententia contra minorem indefensum ferri uel contra maiorem absentem lata rescindi.ut de procur.c.q̃relam.de re.iudi.c.ũ Bertoldus.de maio.& ob.c.inter quatuor de consti.ecclesia sanctæ Mariæ. & tunc non est necessaria lit. contest. Aut imploratur principaliter officium iudicis nedum rescindens sed rescisorium. utputa quia nedum petitur rescindi sententia sed etiã adiudicari tunc est necessaria lit. contesta.& sic intellexit secundã partẽ.c.ii.de offic.iud. pro qua distinctione faciunt no.in simili per Inno.in.c. ex literis.super uer. præsentibus de rest.in integ.&c.

¶ Additio in causa romanæ reductionis ad arbitrium boni uiri quæ corã me pendebat. Fuit inter dominos meos
3 dubitatum an lis † esset contestanda ita ꝙ ea omissa sententia iudicis reducentis sit nulla. circa quod consilia dominorum fuerunt uaria & diuersa. Nam quidam dixerunt ꝙ cum officium iudicis in dicta causa principaliter imploretur ꝙ lis omnino erit contestanda. ut in. c. fi. de offi. iudi. ¶ Alij dixerunt contrarium scilicet ꝙ non principaliter sed incidẽter fuit iudicis officium imploratum ideo contestatio non erat necessaria. ut in dicto. c. fi. & in hac opinione ego fui. Nam officium iudicis tunc dicitur incidenter implorari quando petitur aliquid non propter se sed propter aliud. uel quando lite pendente illud imperatur. uel si petitur propter se tamen ratione rei postea habendæ petitur. ex qua petitione petens nihil cõsequitur nec sibi aliquid iuris acquirit in re. ita notabiliter dicit Inno. in dicto. c. fi. sed in casu executores testamenti se sentientes grauatos de parua quantitate æstimationis rei pro executione testamenti: iudicis officiũ implorarunt ut æstimatio dictæ rei facta per arbitrum seu arbitratorem ad iustum pretium reduceretur & ita reductũ fuit ex qua reductione nihil noui iuris consecuti sunt executores. igitur incidenter fuit dictum officium imploratum & sic contestatio non fuit necessaria & posito sine p̃iudicio quod fuisset principaliter imploratum considerato ꝙ petens nil sibi dari uel fieri petit. sed solum ut remoueatur obstaculum sine cuius remotione sibi contra absentem per missionem in possessionem ex primo & secundo decreto consuli. non potest. adhuc dico ꝙ non est necessaria litis contesta. ita tenet Pe. Cy. Butri. & Bar. in autẽ. si omnes hic allegata. Et ideo si lata sententia cõtra ecclesiam uel minorem nondum executioni mandata aduersus quam tanquam leso & lesus peteret se restitui quia eis non posset contra actorem absentem consuli per missionem in possessionẽ bonorum ipsius actoris certe in dicta causa procederetur lite non contesta. ut. l. in causa §. causa cognita. ff. de mino. & per docto. in dicta autẽ. si oẽs. & in autẽ. qui semel. C. quõ & quando. per Spe. ti. de resti. in integ. §. 1. uer. fi. & per Io. an. in dicto. c. fi. cum ergo dictis executoribus contra dictam dominam agentẽ & absentem consuli non potuisset per misionẽ in possessionẽ cum tantũ peterent sententiam arbitratoris reduci ad æquitatẽ & iustitiam pretij. merito cõtestatio nõ fuit necessaria & sine ea potuit ad sententiam procedi. & ita puto de iure salua sententia meliori. dominus aũt Bal. in
4 dicta autẽ. si omnes. in quarta quæstione dicit † ꝙ petita restitutione in integrum si aduersarius non comparet proceditur ad diffinitiuam sententiam. sed si comparet semper est necessaria contestatio. Ego credo ꝙ aut aduersarius comparet & clarũ est ꝙ contestatio requiritur. aut non comparet & tunc si potest aliter consuli minori quã per diffinitiuã. & tunc lite non contestata non procedit sed si aliter consuli non potest ut in casu d. auten. uel quãdo minor petit restitutionẽ aduersus sententiam nondum executioni mandatam tunc semper lite non contestata p̃ceditur quod bene no. Et adde pulchrã limitationẽ Bal. quæ habetur in repertorio in uerbo restitutio. §. v. nec distinguit ipse an petatur aliquid dari uel fieri. pro hac opi. Spe. facit glo. in c. per uenerabilẽ. qui fil. sint legit. & l. fi. § illud. C. de tempo. appe. ubi in causa appellationis similis distinctio fit an pars sit præsens uel absens sed delato suæ reuerentiæ ipse uidetur minus bene intelligere hæc uerba an partes sint præsentes uel non quia nemini dubium est ꝙ in causa appellationis citari debeat absentes qui si non uenerint sunt contumaces & procedetur ad diffinitiuam contra eos lite non contestata. etiam si aliquid petatur dari uel fieri a parte in negocio principali licet in appellatione petatur solum pronunciari sententiam iniquam & bene appellatum & male iudicatum ut l. eos. C. de app. & si compareant tunc præsentes dicuntur. ut in dicta autẽ. si omnes. & tunc litem contestantur tam in causa appellationis quã restitutionis: sed hoc est plus ꝙ eis etiam non comparentibus in causa appellationis proceditur ad diffinitiuam etiam si aliquid petatur dari uel fieri a parte sed in causa principali si petatur ali-
5 quid dari uel fieri ad diffinitiuã † non proceditur lite nõ contesta. sed ad alia iuris remedia. & isto respectu est speciale in causa appellationis. sed ubi non petitur aliquid dari uel fieri tunc ad diffinitiuam proceditur absq; litis contestatione quia per alia iuris remedia actori non prouidetur. Et de hoc est casus in dicta auten. si omnes. & hæc ubi restitutio petitur per uiam principalis petitionis. sed ubi peteretur incidẽter super occursis in iudicio non est dubiũ ꝙ litis contestatio non est necessaria quia super ea non proceditur ordinarie. & debet expediri ita ꝙ principalis causa terminetur infra sua tempora ut cum petitur restitutio aduersus lapsum termini secundum Bar. de saliceto in dicta autẽ. si omnes. pro quo uide deci. 3. infra de lit. contesta.

Decisio. IIII. alias. 44.

Summarium.

In causa restitutionis ad appellandum non est litis contestatio necessaria.

SI in restitutione concedenda ad appellandum nõ est necessaria litis contestatio quia in hijs & aliis præambulis sicut in probando infamiam contra illum contra quem concedenda est citatio personalis uel facienda est inquisitio non est seruandus iuris ordo. ar. eorum quæ leg. & not. in. c. qualiter & quando. & c. cum oporteat. & c. inquisitionis de accusa.

Decisio. V. alias. 77.

Summarium.

Petens se restitui ad appellandum debet docere aliquid de suo iure ultra probationem impedimentorum.

NOn sufficit petere restitutionem ad appellandum a sententia diffinitiua quæ alias transiuit in rem iudicatam etiam uigore specialis commissionis in qua allegabat impedimenta illa duntaxat probare nisi aliqualiter doceat de suo interesse & lesione. quia posset esse ꝙ nullum ius in beneficio haberet sed ut fructus perciperet causa prorogandi negocium uellet appellare frustratorie & sic non esset audiendus. ii. quæst. vi. non solet. de elec. cum inter. & c. statuimus. li. vi. de accu. sup hijs. & ibi per Inno. de appel. quorum interest. facit etiam ad hoc not. per Inno. in. c. coram. in fi. & c. tum ex literis. de resti. in integ.

Decisio. VI. alias. 435.

Summarium.

Petens restitutionem in integrum aduersus tres sententias latas pro possessore non tenetur cauere secundum formam. c. suscitata. de resti. in integ.

Epithome.

1 Victor obtinet expensas processus & sententiæ nulla præstita cautione.
Dispositio. c. suscitata. de rest. in integrum non procedit in petitione expensarum ad quas petens fuit condẽnatus.
2 Cautio quo casu & quare requiratur in petitione expensarum in iudicio factarum.

FVit dubitatũ utrũ cautio de qua loquitur. c. suscitata de resti. in integ. habeat locũ qñ petũtur ex-
1 pensæ † litis in qbus fuit cõdẽnatus petens restitutionẽ aduersus tres sentẽtias absolutorias p̃ possessore latas & nulla alia executio petitur. Et uidebatur ꝙ sic. quia petens executionẽ alicuius sententiæ cõtra quã petit restitutio in integrũ tenet cauere idonee hmõi restitutionẽ peteriti ante executionẽ sententiæ de uniuersis restituendis q̃ pcepit occasione hmõi sentẽtiæ. ut in casu ꝑposito p̃dictas expensas pciperet rõne sentẽtiarũ p̃ ipso latarũ ergo. quia p̃dictæ expẽsæ nõ soluũtur rõne iudicati. Sed rõne temerariæ uexatiõis ut in. c. calũniã de pœn. & in. c. fi. de dol. & cõtu. cũ ibi not. fuit determinatũ cõtrariũ p̃ oẽs dños tũ ẽt qa p̃dicta cautio habet locũ in sñia adiudicatoria lata p̃ agẽte sup aliqua re quã non ipse sed aduersarius ante possedit & tpe executionis posidet, si igitur debet possessionem dimittere dignũ & iustum est ut sibi

caueatur

caueatur in casum & euentum quo restituatur aduersus sententiam ꝙ ille nouus possessor restituat uniuersa. secus uero ubi lata est sententia absolutoria pro possessore qui semper possedit rem de qua agitur & cuius, possessione & commodo possessionis etiam lit. penden. priuari non debuit. ut in. c. i. & . ij. ut lit. pen. ergo. Praeterea praestatio
2 dictae cautionis † non habet locum nisi quando petens executionem est suspectus de dilapidatione uel paupertate ita ꝙ si poneretur in possessionem & alter obtineret restitutionem non haberet facultatem restituendi percepta & forte per ipsum consumpta. Secus uero ubi esset soluendo & cessaret praedicta suspitio secundum Inno. quae quidem suspitiones nec fuerunt allegatae nec propositae in casu nostro ergo. &c. Praeterea dixerunt domini sub dubio tamen ꝙ praedicta cautio deberet peti recipi & praestari coram executore sententiarum & non coram auditore dato in causa restitutionis qui non habet exequi sententiam sed duntaxat cognoscere utrum restitutio sit danda aduersus eam. quod crederem uerum in uoluntaria cautione. secus in necessaria per quam impediretur processus si non praestaretur tunc enim de isto praeambulo posset cognoscere. per. l. oratio. ff. de spon. &. c. praeterea. &. c. ex literis. de offi. dele.

Decisio. VII. alias. 191.

Summarium.

Litis cõtestatio in causa restitutionis in integrum principaliter intentata praecludit uiam cognitionis praeambulae de lesione.

PEr litis cõtestationẽ factã in causa restitutionis in integrũ principaliter intentata praeclusa est uia cognitionis praeambulae de lesione seu iniusticia sententiarum aduersus quas petitur restitutio. de qua loquitur Inno. in. c. cum ex literis. &. c. auditis de resti. in integ. quia illa est quaedam dilatio quae cessat post. lit. contest. de re iudi. inter monasterium.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

Summarium.

Cessio actionis motae per patrem in filium clericum emancipatum contra laicum ualet.

Epithome.

1 Cessio facta p patrẽ filio in potestate cõstitutũ nõ ualet.
2 Cessio praesumitur ex tribus simulata.
3 Cessio de qua non constat nisi per confessionem debitoris an sit ualida.

Decisio. I. alias. 177.



CESSIO facta per patrem in filium clericũ emancipatũ contra laicum ualet & tenet quia si non deberet ualere hoc esset uno de tribus modis aut quia in patria † potestate cõstitutus & sic uideretur donare sibi ipsi quod est absurdũ. ff. de cõtrahẽ.
1 empt. l. ii. & quia tunc non esset differentia inter donantẽ. & recipientẽ. de iu. patro. p nostros. de insti. c. si. quae ratio cessat p emancipationẽ. aut quia in clericũ tanquã in potentiorẽ q̃ ratio cessat p̃supposito facto ꝙ laicus cõtra quẽ fiebat cessio erat potentior clerico. puta quia dux uel comes. Praeterea potioritas haec siue maioritas clerici in hoc casu tunc ꝓcedit qñ clericus cessionarius haberet potestatẽ siue superioritatẽ iurisdictionalẽ sup laicũ contra quẽ fit sibi cessio prout no. Inno. & Host. de alie. mut. iud. cau. fac. c. ii. Praeterea Host. in sum. in ti. de alie. mu. iud. §. si. reputat quẽlibet laicũ potentiorẽ clerico ex eo quia terribilior. ij. quaest. vij. alicui. &. c. multis eiusdẽ causae & quaestionis. & de immu. eccle. c. clericis laicos. li. vi. aut pp fraudẽ & p̃sumptã simulationẽ q̃ cessat pp coniunctionẽ sanguinis de p̃sump. cũ in iuuẽtute literas. ut no. Inno. & Host. ubi supra & si dicatur ꝙ forte non ualet ex eo quia facta est ut laicus trahatur ad forũ ecclesiasticũ contra. c. ii. de alie. mu. iudi. respondeo ꝙ hoc non põt dici quia p̃supponitur in facto ꝙ dictus filius clericus obtinuit rescrip. siue cõmissionẽ cõtra laicũ ante quãcunq; cessionẽ sibi factã per patrẽ & fecerat eũ citari. p̃terea ratio fraudis p̃dicti. c. ij. cessaret qñ clericus cessionarius uel laicus cedẽs non auderẽt nec possent p̃dictũ laicũ corã suo iudice laico conuenire facit in rõne. c. statutum. de rescrip. § cum uero. li. vj.

2 ¶ Additio. Cessio † p̃sumitur simulata ex tribus. Primo ex paruitate p̃cij quia tũc in eo ꝙ excedit p̃ciũ p̃sumitur simulata. Secundo ex defectu tituli cessionis & tunc in totum p̃sumitur simulata. ut quia nullus titulus positus est in instrumẽto. Tertio quando est pro parte uendita & pro parte donata. ¶ Quaero quando cessio sit uere simulata glo. in. l. i. C. de acti. & obli. Respondet quãdo omne cõmodũ et incõmodũ uere spectat ad cedentẽ. licet ex serie & forma cessionis uideatur spectare ad cessionariũ. ut. C. plus uale. quod agitur. per totũ. Pone ꝙ notarius dixit in instrumento cessionis ꝙ Titius cessit actiones p centũ aureis non aliter specificato titulo in instrumẽto. an tũc cessio uicietur. Aliqui dicunt ꝙ requiritur ꝙ expresse titulus exprimatur. ut not. in. l. per diuersas. &. l. ab anastasio. C. man. Bar. tenet ꝙ sufficit tacitus. quia titulus nil aliud est q̃ causa ut. l. iij. §. ex plurimis. ff. de acqui. poss. unde si notarius diceret talis cessit pro centũ satis appareret de cã pp praeciũ adiectũ de centũ per quod demõstrat ꝙ causa emptionis cessio facta fuit. l. i. C. de praed. curio. li. x. Spe. in ti. de cessi. actio. & Jo. an. post eum in addi. tenet ꝙ nõ sufficit tacitus nisi exprimatur in principio instrumenti quia nõ sufficit p̃sumptio ubi requiritur expressio. Bal. stat. cũ Bart. & putat cessionẽ tenere. pro quo adducit glo. no. ad haec in. l. apud celsum. §. si cũ legitima. ff. de doli excep. & est glo parua & uide glo. in. l. i. C. ne liceat poten. Itẽ p̃sumitur simulata cessio si facta est clerico a laico cõtra laicũ. maxime in regione in qua cõsueuerũt fieri tales cessiones in fraudẽ. Et ꝙ talis cessio praesumitur simulata. probat tex. in. c. ex parte. de alie. iudi. mu. cau. fac. ibi dum dicit. extat odiose quod ex fonte cupiditatis uidetur procedere secundum Pet. & Abb. in d. c. ex parte. in distinctionibus suis.

3 ¶ Deinde quaero utrum cessio † debiti de quo non cõstat nisi p cõfessionẽ debitoris ualeat. & uidetur ꝙ nõ quia debet apparere realiter de debito & numerata pecunia nõ p solã cõfessionẽ debitoris ut est tex. in. l. ab anastasio. p̃all. in uerbo. re ipsa. & ista est cõis sententia doc. uidelicet Ia. de bell. & Ia. but. Ia. de are. Ray. & Bar. q ita cõsuluerũt ut refert Bart. & Bal. in. d. l. p diuersas. licet ipse ibi non sequatur eos qñ appareret cõfessio de p̃cio aequiualenti. secus si nõ esset p̃ciũ equiualens secũdũ eũ quia tunc essent duae suspitiones. sed ego pro nunc nõ recederẽ a cõi opi. doct. tã illustriũ q cõsuluerunt ut dixi superius. Itẽ q̃ro an cessio actionũ facta ex causa donationis adiecta cã pro meritis & seruitijs impẽsis ualeat meritis & seruicijs p cessionarium nõ probatis & uidetur ꝙ nõ quia cessante cã non debet tenere cessio. l. sub p̃textu C. de sacr. san. ec. l. si quasi. ff. de pigno. act. Itẽ & fortius quia donatio q̃ est cã cessionis nõ est simplex & mera ut in. d. l. i. in fi. ẽ. n. facta ob cãm puta pp seruitia. ergo. &c. In cõtrariũ facit quia in p̃all. li. i. reprobatur cessio p quã possit p̃sumi ꝙ cessionatius sit redẽptor litis quia id qđ dat ob cessionẽ nõ aequiualet actioni sed in themate nostro nihil ẽ datũ ob hãc cessionẽ nec seruicia ob hãc cãm facta. ex quo sequitur ꝙ litis redẽptor nõ põt p̃sumi & sic cessat regula. d. l. i. Secũdo quia ista uerba p meritis & seruitijs nõ faciũt desinere esse donationẽ ut not. in. l. donatione C. de collat. nã & simplices donationes q̃ fiũt non cõiũctis p̃sonis fiũt uel ut amicitia captẽt uel pp merita p̃terita. ergo licet exprimatur donatio nõ uitiatur qa uerba ad maiorẽ corroborationẽ exprimũtur & sic nõ debẽt operari cõtrariũ ut. C. de iura. calũ. lib. ij. ad fi immo potius contractum iustificare. ut. ff. de dona. l. aquilius. & ita teneo, licet Bar. aliter sentiat.

Decisio. II. alias.179.

Summarium.

Actiones reales cedi possunt per non possidentem.

Epithome.

1 Dominium an transeat in cessionarium per solam cessionem.
2 Cessionarius an possit in tẽtare rei uendicationem ex iure sibi cesso.
3 Cessionarius an utili uel directa actione agere ualeat.

ACtiones reales cedi possunt etiam per non possidẽtem de hoc allega pro casu.l.certi.C.de hære.uel. acti.uend.cum ibi not.sed nunquid † ꝑ
1 huiusmodi cessionem transit dominium in cessionarium
domini dubitabant.& Spec.in ti.de ces.acti. §.i.uer. item
quid si mihi cedis.tenet ꝙ non.quia potior uidetur cessio
facta actionis quam rei.ff.de iu.do.l.si spõsalibus.§.i.ꝓ
terea nemo dat quod non habet.i. quæst. vij. dayber
tum.de iurepa.c.ꝙ autem.sed cedens huiusmodi actio
nem nullum dominium habuit in re ꝙ non transit sine
traditione ut in l.iu traditionibus.C.de pac.ff.de acqui.
pos.l.quemadmodum.&.l.qui uniuersas.ergo non plus
iuris potuit in alium transferre quam ipse habuit.de do
na.inter uir.& ux.c. nuper. Io.an.in addi.Spec.ubi su
pra dicit ꝙ doct.non dubitabant quin ex cessione rei,uẽ
ditionis transeat dominium ut nota.in.l.plane. ff.famil.
2 her. ¶ Sed utrum cessionarius † possit agere & inten
tare rei uendicationem ex iure sibi cesso dicit fore dubiũ.
& uidentur innuere ꝙ sic contra possidentem rem ces
sam contra non possidentem uend.alle.distinc.glo.l. fi.
C.de hære.uel actio.uidelicet an cedat competentem &
nil agit.an competituram & ualet & illam intentabit qñ
alius inciperet possidere.& sic cedenti & cessionario cõ
petit tunc actio dicit subsequenter ꝙ quidã Abbas Gal
liæ.in regula pro possessore.de regu iur.li.vi.reddit ratio
nem quare translato dominio transit actio in rem & non
econtra.quia dominium est causa uenditionis ipsius rei.
ff.de rei.uen l.in rem actio sed rei uendicatio non est cau
sa dominij sed procedit ex dominio.absurdum autem es
set ꝙ principale sequeretur accessorium.alle de uul. &
pupil.substi l.ex pupillari.& qui.mo.pig.uel. hipo.sol.l.
lucius & cuius contrarium est iuridicum & regulare.eo.
ti c.accessorium. li.vi.cum concor.subsequenter ibidem
dominus Io.an.dicit dominum suum in legibus disputas
se hanc quæstionem uidelicet an habens rei uendicatio
nem cessam a domino contra possessorem bene petat rẽ
iure dominij & facit ad dubium tactum in relationibus
per dominum Robertum circa materiam prædictam ui
delicet utrum cessionarius cui cessæ sunt actiones reales
agendo ꝓ rebus sibi cessis iure dominij uel quasi uideaẽ
intentare utilẽ uel directã actionẽ.in qõe uero ꝓposita ꝑ
do.Io.an.ubi supra dicit dñm suũ in legibus in sua dispu
tatione post Dy.tenuisse huiusmodi cessionariũ posse ꝓ
ponere directã rei uendicationẽ nomine cedentis . & nisi
utatur iure cedentis succũbet in directa obtinebit aũt si
intentat utilẽ nomine suo cũ prædicta.l.fi.C.de hær.uel
acti uen.id permittat.dicens ergo rẽ ad se pertinere iure
dominij uerã cãm.allegat.loquendo de utili. subdit ꝙ si
non exprimat in libello an proponat directam nomine ce
dentis an utilẽ nomine proprio ponderabuntur uerba li
belli.& si in eo innititur iuri actoris ut supra dictũ est.
dicetur intentare directã nomine cedentis.si uero suo iu
ri innititur & suo dominio quia dicit rẽ ad se spectare iu
re dominij tunc uidetur utilẽ nominẽ suo ꝓposuisse ut sic
ex narratione libelli id recipiatur.ex quo sequi possit con
dẽnatio.ff de eden l.i.nec uerba libelli debent esse sup
flua si possunt aliquid operari.C.de præci.imp.offer.l.fi.
nec ob.uerbum simpliciter positũ quia intelligitur de di
recto ff si ager uec.pet.l.i.§.i. & not.ff.de euic.l.minor.
§.i quia illud procedit in illo qui suo dominio tantũ põt
uti.sed is põt uti suo & alterius dominio simpliciter aũt
ꝓponendo intelligitur de suo.& dicit ꝙ quæstio dominij
sui incipit.ego q habeo.&c.& ꝑ ista intelligas ne decipia
ris dictũ Spec.positũ in ti de procu.§ sequitur uidere.&
uer.sed nunquid agens.uidelicet ꝙ cessionarius simpli
citer agendo uidetur intentare directam.alleg.ff.de pet.
hære.l.nec ullã.§ itẽ sciens.&.ff.de reli. & sump.fu.l.ii.
& dictã.l.plane.ff.famil.her.Ber.Ioã.an.&.Io.mo.in.c.
abbate sane.dicunt etiã in dubio si quis dicat se Domi
3 niũ habere intelligitur de directo.qñ † aũt is cui cessio fa
cta est agit utili uel directa remittit Spe.ubi supra ad Ho.
in sum.ti.de cessio.sub.ti.de alleg.mu.iudi.§.fi.ubi dicit
Hosti.in prin.ꝙ in cessionibus trãseunt actiones directæ.
& ideo cessionarius põt illas intentare nomine suo.sed si
actiones emãtur cõpetunt utiles.In fine uero dicit ꝙ si ce
dens habebit directã cessionarius ẽt ꝓponat directã si uti
lẽ ꝓponat utilẽ.&c & hoc dictũ allegaui in cõsilijs ma
ior pars ẽt legistarũ.s.Dy.Guil.de cu.Ia.de beluiso quos
Bart.recitat & cũ eis concor.in.l.si nullũ.alias si mater.§.
eadẽ.ff.de excep.rei iudi.tenent & dicunt expresse ꝙ ap
pellatione dominij in libello expresse continetur & uenit
utile dominiũ.& probant ꝑ.d.§.eadẽ.ibi nã in qualicũq;
&c.& ꝑ.l.sed & si pignori.§ Itẽ si numerus.ff.de iureiu.
& ꝑ.l.quibus diebus.§.dñs.ff de cõdi.inde.&.l. stipula
tio ista.§.huius.de uer.obli.de quo ꝑ Ci. inst.de acti.§.al
le.& ꝑ Ia.de beluiso.in autẽ.de litigiosis.glo.uero.in.d.§.
eadẽ.& Pe.de bellapertica tenent cõtrariũ prout ẽt ibi
recitat Bar.& all.pro se.l.si cũ argentũ.§ si fundũ.ff. de
excep.rei iudi.& quia uerbũ dominij intelligitur de dire
cto ut in.l.i.§.qui in ꝑpetuũ.ff.si ager uect.ad quã rñdẽt
ut supra.ꝑ hac parte alleg.ẽt dñs Egidius notã dñi Iac.
de Butr.in.l.emptor C.de hære.uel acti.uen.&.l.qui sti
pẽdia.C.de proc.ubi secundũ eũ tenet & dicit expresse
ꝙ nunꝗ̃ quis cẽsetur uelle agere actione cessa nisi de ces
sione faciat mẽtionẽ.& plures alias rõnes idẽ dñs Egidi.
pro hac parte induxit.sed finaliter cũ alijs dñis & ꝑser
tim cũ Bar.remãsit.Sed ut quidã domini dixerunt cedẽs
in casu nostro nõ potuit proponere directã nec utilẽ. dire
ctã non.quis cedẽs rẽ nunꝗ̃ possidebat & sic dñm nũꝗ̃
habebat.utilẽ nõ.quia cessionarius nunꝗ̃ tenuit nec pos
sedit.publicianã nõ quia ut ꝓtẽditur in facto ex iniusto titu
lo cedẽs & cessionarius dominiũ ꝓtendebant.& quia ces
sionarius & ẽt cedens nunꝗ̃ possidebant.Et sic quia usu
capere nõ poterãt sic nec publicianã intẽtare.Ad hoc re
spõdebãt quia ꝑdictus cessionarius petebat bona sibi ces
sa iure dominij.uel quasi.& petebat eã meliori mõ & for
ma quibus de iure poterat & debebat.& quia ẽt oẽs actio
nes reales & ꝑsonales ẽt cõpetentes cedenti dedit & ces
sit ac transtulit in cessionariũ meliori mõ & forma.&c.ꝙ
ueniebat omnis modus siue actio utilis huic cessionario:
sub dicto uerbo uel quasi.nã utilis ẽt cedi põt.ut not. Spe
cu.ti.de.ces.bon.§.i.uer.sed nũquid is cui cõpetit. uerba
enim rescripti sæpe impropriantur in libello siue mõ po
stea agendi.ut not.Inno.in.c.episcopi.de re.ecclesiæ.nõ
alie Intentsã etiam directam & probans in utili bene ob
tinebit.ar.eorum quæ leg.& not.in.c. examinata. de iu
di.Bro quo etiam facit dictum Specu.titu. de sententia.
§ qualiter uer.quid si lis. Dixit etiam dominus Nicola.
quod licet ius ex quo oritur publiciana quasi dominium
appelletur.ut.§.aliæ.superius allega.tamen non per hoc
sequitur quin ius competens cessionario quasi domi
nium ualeat appellari.& si non quasi dominium dire
ctum tamen quasi dominium utile per not.Cy.in.l.fi.C.
de hære.uel acti.uendi. post.Pet.de belui.uerbum enim
quasi notat improprietatem ueritati contrariam similitu
dinariam.ff.solu.mat.l.si cum dotem.in fine. modo qui
actionem habet ad rem quasi rem habere dicitur ut.l.
qui actione.ff.de regul.iur. sed cessionarius iste habet
actionem ad habendum hoc dominium.nec de iure. ca
nonico est curandum de nomine actionis.dummodo ex
forma libelli & alijs actitatis in causa possit constare de
intentione agentis . de iudi.c.dilecti . Et in hoc domini
finaliter remanserunt quod reciperetur id quod magis
utile foret & expediret pro intentione agentis quæ ma
gis debet considerari quam uerba.de uer signi. præterea.
&.cap.intelligentia.uerba enim libelli in fauorem libel
lantis latam recipiunt interpraetationem.ut.l. solent.ff.
de iudic.&.l inter stipulantem . §. stichus. ff. de uerbo.
oblig.

DE

DE IVDICIIS.

Summarium.

Curator datus ad litem pupilli non tenetur facere inuentarium.

Decisio. I. alias.45.

CVrator datus ad litem pupillo non tenetur facere inuentarium per rationes quas ponit Spec.titu.de actore ab uniuersitate uel curatore deputato.§.i.uer.puberes.

Decisio. II. alias.46.

Summarium.

Dispositio.c.si annum de iudi.li.vi.procedit.In causa decimarum competentium laico ex priuilegio, decimæ possunt præscribi non ius decimandi.

CAp.si annũ.de iudi.li.vi.habet.locũ in laico maiore quatuordecim annis defendente. decimas sibi ut ꝑtenditur ex preuilegio apostolico debitas & ante Lateranen.concilium in feudum concessas propter uerba textus ibi & aliis causis spiritualibus & dependentibus ab eisdem.Sed nulli dubium quin decimæ sunt spirituales.& dependẽtia.sunt fructus decimarũ.ut not.Io. mo. ibidem expresse.qui bene possunt cadere in laicum & etiã præscribi.licet ius decimandi non.ut not. de præscr. causamq;.& de deci. quãuis per.B.& sic fuit determinatum post relationes meas in causa Dertusen.

Decisio. III. alias.50.

Summarium.

Fit computatio annorum domini a natiuitate non a circuncisione.

A Natiuitate domini.&c.ab ipso die Natiuitatis Iesu Christi & non a die circumcisionis est cõputãdus & inchoãdus in Romana curia annus.

Decisio. IIII. alias.108.

Summarium.

Annus ab incarnatione domini post mensem martij. incipit secundum cursum.Franciæ & Angliæ.

SEcundum cursum Angliæ & Franciæ annus incarnationis dominicæ:non incipit post annum natiuitatis sicut secundum cursum roman curiæ.sed post mensem martij concurrunt sub eodem numero tam annus a natiuitate præcedens quam annus incarnationis subsequens.

Decisio. V. alias.129.

Summarium.

In absentia procuratoris etiam causa recreationis & ad breue tempus per audientiam proceditur & ualet processus.

IN absentia procuratoris causarum transeuntium ad anagniam uel alium locum non existentem de suburbiis cur.Ro.etiam si papa ibidem cum dominis cardinalibus resideat procedi poterit per audientiam facta fide de absentia antedicta. Idem uoluerunt domini obseruare in testibus affuturis illuc transeuntibus recepto & præstito prius per eos iuramento ꝙ ea de causa non recedant & in breui non sunt reuersuri ne copia probationum pereat & cursus causarum impediatur quia probationes non sunt angustandæ ut lite non contesta,c. quoniam.de testi.c.albericus.&.c. significauit.

Decisio. VI. alias.175.

Summarium.

Commissio impetrata per filiumfamilias in patria potestate constitutum quia non est nisi quædam distributio ualet.

Epithome.

1 Commissio impetrata per excommunicatum & per quẽcunque inhabilem ualet.

2 Prohibitio patris facta filio de non agendo siue in iudicio procedendo non dicitur habere perpetuam causam prohibitionis.

3 Exceptio excommunicationis an in audientia contradictarũ admittatur contra impetrantem.

COmmissio impetrata in cu. per filiumfamilias in patria potestate constitutum sine consensu patris & in causa prophana ualet maxime si ille filius ante li.contest.emancipetur & emancipatus de consensu patris in bonis in quibus patri non quæritur usufructus agat per illud generale quia non refert perquem præces imperatori offerantur.C.de preci.impe of.l uniuersi.Præterea quia huiusmodi impetratio
1 † in cur. non est nisi quædam distributio. hinc est ꝙ ualet commissio impetrata per excommunicatum per non habentem mãdatum & per quencunq; etiam inhabilem ita ꝙ c ipso iure.&.c.nonnulli.de rescrip.non uendicant sibi locum in curia.immo secundũ aliquos dominos filiusfamilias non est inhabilis de per se ratione patriæ potestatis ad impetrandum.quia nõ est simpliciter prohibitus impetrare uel agere immo reperio ꝙ in omnibus pro alio & per se in casibus in quibus sibi competit ius agendi agere potest & in iudicio cõparere immo& in oĩbus casibus cõuenitur ut. l.filiusfamilias §.sed & ipse.ff.de pro.&.ff.de acti.& obl. l.si filius in secundo respon. de procura. c.non iniuste. &.c.qui generaliter.li.vi.nec mirũ.quia cõtrahit & quasi cõtrahit inomnibus ut.l.tã ex cõtractibus.ff.de iudi.& in iudiciis quasi contrahimus. ut l.iij §. idem scribit.ff. de
2 pecu.& de iudi.c.si.sed licet prohibeatur † agere siue in iudicio comparere sine consensu patris.ut in.l.cum non solum.§.necessitatẽ.C.de bo.quæ libe tamen huiusmodi prohibitio non habet perpetuam causam prohibitionis. quia superueniente consensu ualebit iudicium cũ eo agitatum.& in multis casibus ualet sine cõsensu patris ut.in c.si annum.de iud.li.vi quod quidem iudiciũ incipit ꝑ litis contestationẽ quæ est exordium litis de offi.deleg. super quæstionũ & quia ante litem contestatã quis non censetur agere sed agere uelle.ut.l.amplius rẽ rat. haber. ff.& ideo datur inducia deliberatoriæ.an quis uelit cedere uel cõtendere.de procu.dilectus.de dilat.c.i.&.ii. qst. iij.c. offeratur.& quia rescripti impetratio non est actus iudicialis sed extraiudicialis. ut not. Inno.in.c.quoniam de probat.& probat.c.nonnulli &.c.si.de rescrip.quia bene ualent agitata per filiumfamilias. sicut not. Iaco.de Butr.de procuratore constituto a minore & iudicio habito cum illo quod sit ualidum ipso iure in.l.non eo minus.ff.de minor.Facit pro præmissis quia non reperitur ius inhabilitans & edictũ non est de permissorjis:sed potius prohibitorijs. ergo intelligitur esse permissum.ff.ex qui.cau.ma.l.i.de spon.c cum apud.quid enim scitur dum commissio per filiumfamilias impetratur qualiter agetur an ex Castrensi uel quasi ? an ex consensu uel sine ? & hoc est fortius argumentum quia sufficit quod interueniat iste consensus.ergo non requiritur quod ante impetrationem commissionis præcedat.nec.ob. c.nõnulli de rescript.quia hic pro alio non impetrat sed pro seipso.

Infra de appel lat.de.60.&16

¶ Ex quo inferebatur alia conclusio quod si filiusfamilias ante emancipationem ad agendum in certa causa in qua nondum ius agendi habere poterat procuratorem constituerit & postea emancipatus fuerit & ius agendi & consensum patris obtinuerit quod processus habitus cum tali procuratore est ualidus & bonus per eadem motiua.

Additio. Compos. in.cap.nonnulli. hic allega. quod
3 curia † practicat quod in audientia contradictarum non admittitur excommunicationis exceptio contra impetrantem nisi probetur per literas & opponatur per

illum contra quem impetratur. Etiam si pro eo lata esset sententia excommunicationis. non admittatur opposita nisi timeat præiudicium literarum aliquod in futurum. Quo casu sufficit præstare cautionem de non utendo literis contra eum.

Decisio. VII. alias. 178.

Summarium.

Emancipatio facta de clerico per patrem coram iudice laico qui est iudex patris ualet.

Epithome.

1 Emācipatio est actus patris & non filij.
2 Emancipatio uocatur præmium siue donum.
3 Iudex laicus debet adiri in casu quo laicus donat uel alienat uel se clerico obligat & econuerso.
4 Delegatus papæ potest dare curatorem in causa quæ coram eo uertitur.

* Emācipatio add. Egi. deci. De foro. cōp. dec. 6.

EMancipatio * facta de clerico per patrem coram iudice laico & ipso auctorizante est ualida. & licet lex dicat ꝙ emancipatio debeat fieri per iudicem competentem. C. de emanci. l. i. Iudex competens in hoc casu censetur iudex ipsius patris agen-
1 tis & emancipantis. quæ quidem emancipatio† est actus ipsius patris & non filij ut in dicta. l. i. ergo est solennizandus a iudice patris & nō a iudice filij. Facit qa ius patriæ potestatis est a ptāte seculari & non ecclesiastica introductum. ut insti. de patria po. in princi. & quia actus huiusmodi ex sola uoluntate patris procedit pro qua explenda siue auctorizanda adhibet iudicem suum proprium & non filij: sicut dicitur insimili de alienatione siue unione fienda alicuius ecclesiæ siue rei ecclesiasticæ alicui ꝑlato subiectæ alteri ecclesiæ uel personæ extra ciuitatem uel diœcesim rei alienandæ siue ecclesiæ uniendæ constituta qui huiusmodi alienationē seu unionē auctorizabit ille utique sub cuius potestate & iurisdictione res alienandæ uel uniendæ consistunt. prout le. & not. de re. ecc. cle. non alie. c. dudum. li. vi. & in clem. c. si una eo. ti. & melius. xvij. quæst. iij. in uenditionibus. in glo. sic in proposito iudex illius uolentis liberare filium suum de patria potestate huic liberationi auctoritatem præstabit. nec ob illud generale ꝙ actor debet sequi forum rei. de fo. compe. c. cum sit. quia illud procedit in contentiosis & quando iudicium redditur in initium. secus in uoluntarijs & extraiudicialibus actibus ut hic. Pro quo facit optime dictum. Inno. de renunc. ꝙ in dubijs ꝙ ille recipit renunciationem beneficij a uolente renunciare qui posset ipsum inuitum destituere. sed ubi filius posset petere per iudicē patrem compelli ad emancipandum in casibus apud iudicem patris agendum foret. ut. l. iuris ordinem. C. de iur. om. iud. & de fo. competen. c. si clericus laicū. ergo. ec. si dicas econtra ꝙ posset apud iudicem filij in casibus dic utrunq; posse per no. Cy. in. l. si pdiū. C. de prædi. minor. quæ optime facit ad hanc conclusionē. c. nec ob. c. si. annū de iudic. ubi qñ agitur per minorem. xiiij. annis. iudex ecclesiasticus dabit curatorem ad litem & non secularis quia hoc euenit nedum ratione personæ sed etiā rei ecclesiasticæ superqua laicus nullam habet dispositionem. de consti. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de re. eccle. non alie. c. fi. Præterea ibi etiam filius sine consensu patris & etiam in patria potestate constitus agere potest. ad quid ergo haberetur recursus ad iudicē patris cum sine eo iudiciū siue actus expleri possit secus autem in proposito casu. ergo. nec ob. c. si iudex. de sen. exc. ubi iudex ecclesiasticus cognoscit an captus uel detentus ꝑ iudicem laicum sit clericus uel ne? quia hoc euenit rōne possessionis clericatus in qua captus clericus reperitur licet negetur. uel qa hæc est cā mere ecclesiastica uidelicet cognoscere de clericatu: sicut cognoscere de legitimatione filiorū cuius cognitio dūtaxat spectat ad iudicem ecclesiasticū & non secularē. de or. cogni. c. tuā. qui fil. sint le. c. causam. & c. lator. Præterea exceptio clericorū tēdit ad libertatē eorū. de fo. cōpe. c. nullus. sed huiusmodi emancipatio non derogat huic libertati si corā laico fiat immo etiam auget. ergo.

℃ Additio. Vbi de patria potestate loquitur et sic de iu-
2 re patris † quod habet in filium adimendo & in ipsum filium præmiū conferendo. emancipatio. n. uocatur pmiū siue donum. l. ij. l. cum oportet. §. cum aut. C. de bo. quæ li. & l. penul. C. de bo. ma. iudex enim illius qui confert præmium non qui eū suscipit uidetur adeundus sup auctoritate præstanda & maxime in hoc casu in quo canones nō multū curāt de patria potestate & de suis effectib.
℃ Alia Additio. Hic uero de uinculo seu nexu patriæ potestatis dirimendo tractatur & sic de iure personæ clerici quo ad statum temporalem. non spiritualem.
℃ Alia additio. Ex hac decisione & allegatis in ea potest decidi quæstio quæ coram me incidentēr mota fuit in
3 causa Pragen. uidelicet ꝙ si laicus † uult donare clerico ultra summam quingentorum aureorum. & idem si laicus minor uult alienare clerico uel se ei solenniter obligare ꝙ iudex ipsius laici non clerici in prædictis casibus erit adeundus super insinuatione uel auctoritate præstanda & econuerso si clericus uellet laico sic donare alienare uel se obligare ꝙ iudex ipsius clerici super insinuatione uel auctoritate debebit adiri. quia agenti actum istis casibus non recipienti auctoritas impertitur. Et ex prædictis etiam quæritur si clericus minor tanquam actor litigat coram iudice seculari: an dictus iudex poterit sibi donare curatorem ad lites uel dari debet per episcopū suū. Oldra. quæst. li. vi. & Spec. in ti. de curatore tenet ꝙ quilibet etiam iudex delegatus dare pōt. & refert quod Ia. de Are. dicit ꝙ debet dari a iudice illius loci ubi causa uertitur. ut. l. i. C. ubi pe. tu. Pro hoc facit. l. si longius. ff. de iudi. In contrarium facit. C. de admit. tu. l. fi. §. i. ubi dicitur recurrendum esse ad iudicem competentem. s. ad eum coram quo lis uertitur. Pro hoc facit. c. fi. de iud. li. vi. ubi dicit speciale in delegato papæ ut dare possit curatorem in causa quæ coram eo uertitur. Oldra. ibi distinguit. quia aut loquitur in procuratore generali. & cū ille uideatur datus ad omnes causas ut. l. qui habet. §. fi. ff. de tutelis. Dico ꝙ debet dari a suo iudice & habebit effectū datio ad quo lites quæ agitarentur etiā extra territorium iudicis qui dedit eum ad similitudinem tutoris qui datus a suo iudice administrat bona ubicunq; sita. ut not. de excu. tu. l. propter litem. §. licet. Aut loquimur de curatore dato ad unam litem tantum & tunc debet dari ab illo ubi causa tractatur: dum tamen sit casus talis cui competat de iure sicut consueuit dici in prorogatione in. l. i. C. de iur. om. iud. Pro hoc adducit præall. c. si annum. in prin. ubi dicit de suo loquitur simpliciter ad lites. ubi dicit de dato ad illam causam tantum. & uide quod no. Inno. in. c. petitio. de procur. et an in bonis patrimonialibus in clericis pupillis habeat locum tractatus tutelarum & laicus possit esse eius tutor testamentarius legitimus uel datiuus cogita: dubium facit quia tutela est potestas in capite libero & datur principaliter personæ sed non uidetur permissa datio de laicis & personis ecclesiasticis nec in bonis ipsorum quæ gaudent eodem priuilegio cum bonis ecclesiarum. ut. c. decernimus. de iudi. & de vi. & hon. cle. c. fi. nec clerici uidentur cogendi suscipere tutelas nisi tantum legitimas si noluerint ut not. in auten. præsbiteros. C. de epi. & cleri. & lxxvj. di. peruenit & uide quod not. Bal. in. l. generaliter. circa fi. C. de epis. & cleri.

Decisio. VIII. alias. 221.

Summarium.

Monialis & præsertim canonica regularis potest agere & defendere habentem administrationem & procuratorem constituere pro suis administrationibus.

MOniales & præsertim canonicæ regulares habētes aliqua officia seu administrationes in monasterio siue extra distincta possunt agere & defendere ac procuratorem constituere pro suis officiis & administrationibus ac iuribus & rebus earundem sicut dicitur & leg. de quocunque religioso. de Rescript. edoceri. & c. i. in cle. eod. titu. per Guil. de mon. laud. Pro hoc facit not. per Inno. in. c. cum dilecta. de Rescript. in prin. ubi dicit ꝙ moniales possunt agere per procuratorē in causa

in causa electionis nomine suo & eodem modo si de crimine ageretur quem recitando Archi. idem tenet in.c.ij. in fin. de iudi. libro sexto.

Decisio. IX. alias.222.

Summarium.

Senes videlicet octogenarij valetudinarij & adeo debiles quod equitare non possunt a personali comparitione excusantur ad quam tenentur senes robusti & valentes laborare.

SEnes videlicet octogenarij valetudinarij & adeo debiles quod non valent equitare a personali comparitione excusantur ar. not. in. c. quærelam. de procura. vt li. non contest. c. qm̃ frequēter. &. iiij. q. q. iij ver. item si quis se iniuriam. per Ioan. an. &. v. q. iij. si ægrotās per eundem & Arch. & Hosti. in sum. de test. rog. §. j. ver. excipiūtur. Senes vero & robusti ac potentes ad laborandum non excusantur. quia hæc duo coniunctim requiruntur quod sint senes & valetudinarij qui etiam a veniendo ad iudicium causa perhibendi testimonium excusantur pro quorum testimonio erit mittendum ad eos. de testi. c. si quis testium.

Decisio. X. alias.305.

Summarium.

Monachus contra suum abbatem potest agere pro alimentis in futurum sibi præstandis sed non pro subtractis.

MOnachus professus contra suum abbatem pro alimentis sibi subtractis agere non potest per regulam Dolo petit &c. sed pro sibi ministrandis in futurum bene potest agere. prout le. & not. de accu. c. ex parte. & faciunt pro primo dicto no. per Io. mo. in. ca. cordi. de appel. lib. vj. super. uer. impens. in fi. glo.

Decisio. XI. alias.334.

Summarium.

Pro defensa monasterij vel abbatis sui etiam sine mandato monachus agere ptest & etiam pro cōfirmatione electionis prædicti sui abbatis.

MOnachus potest agere sine mandato * pro suo abbate ad instantiam principis vt prætendebatur in facto per episcopum priuato & capto ac incarcerato vt liberetur a carceribus vel restituatur ad regimē abbatiæ Ratio. nam si agere potest pro electione abbatis confirmanda. de rescriptis. c. cum dilecta. de consuetu. c. cum dilectus. de re iudi. c. ad proband. multo fortius pro iam confirmato & iniuste priuato restituendo. ar. de accu. c. ad petitionem. Præterea si quilibet clericus potest & debet etiam alijs clericis contradicentibus bona ecclesiæ male alienata reposcere. vt de re. ecclesiæ non alie. si quis præsbiterorum. &. c. hoc consultissimo. lib. vj. multo fortius personam alienatā & a prælatura remotā. xij. q. ij præcipimus. de pœ. & remiss. ca. cum infirmitas. hæc autem actio tēdit ad vtilitatem monasterii immo ad defensam pro qua quilibit de ecclesia admittitur sine mādato. de testi. c. cum olim. & ibi per Inno. &. xxxj. di. Nicena. in fi. per Archi. Pro qua conclusione faciunt optime no. per Inno. de re iudi. c. cum I, &, A, verumtamen tutius esset quod prædictus monachus de licentia episcopi ageret etiam in casu antedicto secundum Inno. ibidē.

*Sine mandato Monachus potest agere in iudicio sine licentia abbatis quando est in studio de consensu abbatis causa studendi vide glo. & Bart. in. l. si lō gius. §. si filius in fi. ff. de iudi. vide in. ca. ex parte tua đ accu. & in. ca. ij. ne cle. vel mo. li. vj. bal. ī au. habita. vj. co. ne si lum. C. pro pa.

Decisio. XII. alias.335.

Summarium.

Monachus agens pro defensa monasterij vel abbatis seu pro confirmatione electionis ipsius debet habere expensas per auditorem taxandas secundum qualitatē p̄sonæ valorem monasterij & æstimationem causæ.

EX hoc etiam inferebatur alia cōclusio ꝙ ex quo p̄dictus monachus prosequitur vtilitatem monasterii agendo præmissa super hoc aliquali summaria causæ cognitione ꝙ debet habere alimenta & expensas litis a monasterio quas & quæ auditor æstimabit secundum qualitatem personæ & valorem bonorum ac redditum monasterii ar. iurium vulgarium. de accu. ex parte &. c. olim. in fi. de elec. c. vt prætecitæ. &. c. cum non deceat. lib. vj.

Decisio. XIII. alias.388.

Summarium.

Dominus potest agere pro oppressionibus turbationibus & in inrijs subditorum tendentibus in perniciem suæ iurisdictionis: non tamen pro commodis eorum priuatis.

PRæpositus seu quiuis alius dominus habēs subditos vel colonos proprios potest agere contra episcopum talia exactionantem seu vel spoliantem turbañ aut molestañ eosdem actione iniuriarum & pro suo interesse. hoc verū dicebant domini dummodo præmissa fierent in odium & iniuriam prædicti præpositi. secus vero si in odium subditi vel coloni secundum Innoc. & Hosti. in. c. dilectis. de appel. & hoc idem not. per Ioann. an. in. c. auctoritate. de priui. in glo. fi. li. vj. Faciunt etiam pro hac conclusione not. per Arc. & Ioann. an. in nouel. de re iudi. c. ad apostolicæ. & per Guil. de mon. laud. & Gie. de reli & vene. sanc. in. c. j. in princ. in cle. & in Spe. ti. de appel. §. j. & §. quis posit. in fin. ¶Ex quo insurrexit aliud dubium videlicet vtrum idem præpositus vel dominus posset agere in iudicio pro rebus ablatis eisdē suis subditis vel colonis vel damno eis illato emendande. Et breuiter fuit determinatum quod non per not. dictorum doc. vbi supra quorū ratio est ista. quia domini non interest nec est legitimus procurator subditi Præterea si hoc dominus posset suo iure petere. ergo & eadem ratione pactum facere de non petendo. quia cuilibet licitum est renūciare iuri suo. vij. q. j. quam periculosum. de regula. c. ad apostolicam. & hoc esset absonū dicere quod dictus dominus posset renunciare ius subditi. ergo.

Infra eodem. in an. j.

Decisio. XIIII. alias.433.

Summarium.

In decimis siue petantur de iure siue de consuetudine per personas ecclesiasticas a personis ecclesiasticis semper habet locum clem. dispendiosam. de iudi. secus si agatur inter laicos.

Epithome.

1 Dispositio cle. dispendiosam procedit solum inter ecclesiasticos.

2 Decimæ debentur de iure cōmuni & Diuino clericis.

FVit dubitatum vtrum si agatur inter præpositum alicuius ecclesiæ cathedralis quæ de consuetudine legitime præscripta a tanto tempore cuius initij memoria &c. & episcopum eiusdem ecclesiæ qui tam de iure communi quam de consue. vt supra prætendunt ad se decimas prædiales & reales certarum possessionum agrorum villarum sitarum in diœce. eiusdem episcopi ad
1 se pertinere haberet locum clem. † dispendiosam. de iudi. & dubium facit diuersitas opinionū doct. in eadē clem. nam & Ioan. an. & Pau. videntur tenere expresse quod sic. Zenz. & Guil. de mon. lau. tenent contrarium in decimis: quæ non de iure cōmuni vel Diuino sed iure consuetudinario debentur. at in casu nostro vterqȝ prætendit decimas ad se pertinere. ergo &c. Præterea tex. clem. prædictæ loquitur de decimis ad quarum præstationem quis potest compelli per censuram ecclesiasticam monitione præmissa & sic videtur tantū locum habere cum agitur contra debitores decimarum. at in casu nostro agitur contra duos competitores super iure percipiendi a tertio & non ab alterutro. ergo &c. Breuiter oēs domini dixerunt opinionem glo. ordi. præstantiorē & semper sic fuisse ob

seruatum in rota.& hoc ea ratione nam non est dubium
2 quin decimæ † ecclesiasticæ & spirituales debentur cleri cis de iure cōmuni & diuino vt in.xvj q.vij omnes deci/mæ:&.ca.reuertimini.vj.q.j.& quasi per totam illā quæstionem.& de deci.c.tua nobis.&.c.a nobis.& quasi per totum.Sed quibus clericis debētur super hoc iura diuersimode statuerunt.vt in dicta causa & quæstione in dicto ti.de deci.sed constat quod ad decimas tanquam ad spirituales vna ecclesia præscribit contra aliam ita quod vni ecclesiæ ex consuetudine lōginqua legitime præscripta debentur & non alteri.vt expresse probatur de præscrip.c.de quarta.& de deci.c.ij.li.vj.ergo qualitercunq; agatur de iure percipiendi decimas ecclesiasticas alias de iure communi debitas clericis semper habet locū cle. prædicta secus vero si ageretur inter laicos etiam de decimis ecclesiasticis.ad quarum præstationem nullus posset per cen.ecclesiasticam compelli & propter hoc fuit illud expressum in dicta clem.& sic fuit obtentum & conclusum.

Decisio. XV. alias.464.

Summarium.

Iudex domicilij originis delicti & rei de qua agitur citare potest suos subditos extra territorium existentes.& talis citacio aliquando personam afficit: aliquando bona tantum secundum distinctionem hic positam.

SI quæritur vtrum iudex posit citare subditum extra territorium existentem: Distingues.aut loquitur de iudice generali vt domicilii vel originis.& tunc aut subditus latitat.aut nō primo modo citatio arctat eū vt si infra territorium latitaret.hoc tenet Innoc.supra de rapt.c.j.Secundo casu tenet citatio vt afficiat bona dum modo fiat ad domum vel ecclesiam.patet de cle. nō resi. ex tunc.cum concor.non autem personam.vt supra de consti.c.ij.li.vj.cum concor. Aut de iudice singulari vel rei de qua est quæstio vel contractus vel delicti.Primo casu citatio non tenet vt arctet personaliter citatum sed vt contra eum procedatur super re illa vt lite.non contesta. quoniam.§.in alijs.& de do.& contu.c.prout. Secundo casu etiam non tenet nisi in hoc quod procedatur secundum formam.c.romana.§.contrahentes.de fo.compe.li. vj.Tertio casu distingue aut crimen est graue.& etiam citatio citatum non arctat.sed habet locum remissio per. .§.si quis vero in auten vt nulli iudici.vt hic. Aut est leue.& etiam nec tenet citatio nec habet locum remissio ꝑpter.§.si fiet.ergo citatio per iudicem vbi moratur ad requisitionem iudicis delicti & arctabatur personaliter ita quod sententia in eū postea lata tenet.facit supra de priuile.c.j.li.vj.de hoc.iij.q.vj.c.j & per Innoc.& Hosti.de fo.compe.licet.de consti.c.j.li.vj.&c.

Decisio. XVI. alias.476.

Summarium.

Auditor cui est commissum quod decernat citationē personalem si reppererit diffamatū de contentis.in commissione non recipiet probationes de bona fama.nec admittet procuratorem allegantem causas absentiæ suæ sine speciali mandato.

AVditor cui est cōmissum quod si reperiat aliquos de contentis.in commissione sibi directa publice diffamatos decernat contra eos citationem personalem & quod sub huiusmodi infamia testes recipiat non obstante.hoc absq; alio mandato speciali etiam ad instantiam procuratoris huiusmodi citandorum generaliter deputati ad causas potest recipere testes super bona fama ratio duplex est.quia ista est extraiudicialis informatio.ideo hanc receptionem facere potest vt supra.Secunda ratio.quia natura huiusmodi causæ personam procuratoris non admittit.& fuerat ante decisum per tres concordes interlocutorias vt dicebat dominus Valhardus auditor.Item tenent domini quod si talis procurator vellet allegare causas absentiæ non admitteretur.non obstante.l.serui quoque.§.publice.ff.de procurato.intelligitur de procuratore habente speciale mādatum ad huiusmodi excusationes seu causas absentiæ proponendum & ꝓcuratore post citationem destinato ad hoc specialiter.qa post executionem huiusmodi & eius reportationem sunt talia alleganda.quia exceptio actionem præsupponit cū sit eius exclusio.ff.de excep.l.ii.de hoc solet semper specialis commissio impetrari.

Decisio. XVII.alias.477.

Summarium.

Processus factus per executorem sententiæ contra intrusum licet de intrusione non cognouerit valet.

SI executor eidem p,datus contra a,vigore dictarum literarum narrantium a,fuisse tam lite pendente quā post sententiam intrusum nō facta inquisitione de veritate dictorum narratorum procesit monendo eum sub pœnis excommunicationis ipso facto latis quod a. possessione infra sex dies desisteret.& propter hoc fuit appellatum & causa appellationis commissa auditori processus huiusmodi non potuerat repugnari ex eo quod causarum cognitionem non præmisit:dummodo tamen eorum auditori postea de veritate constet.summitur.fundamentū ex not.Inno.de præsump.dudum.& Pau.in clemē j.de offi.dele.& not.Pau.de conces.præben.cum ei quem.in clem.Mouit etiam dominos quia vbi executor habet recipere præcēs cognitionis in aliquo casu non venit ex natura executionis sed potius a natura exceptionis oppositæ per partem.vt patet ex lectura.i.noua.ff.de re iudi.l. admonet.§.si super rebus & in.c.de cætero.& in.c.cum super.de re iudi.per Inno.Itē mouit.quia assignatio termini sex dierum habebat cognitionem tacitam licet non expressam.si non veniret in termino allegaturus rationes & causas quare non debet fieri executio contra eum.sicut enim veniret infra terminum ad opponendum.ita & venire potuit ad allegandum causas in contrariū si quas habebat de do.& contu.cum dilecti.

DE LIBELLI OBLATIONE.

Summarium.

Libellus & articuli in actione iniuriarum etiam ciuiliter intentata debent taliter specificari quod pars per illā certificari & testes desuper deponere posint.

Decisio. I. alias.39.

IN actione iniuriarum* licet agatur ciuiliter:tamen requiritur specificatio talis in libellis & articulis ꝙ pars posit certificari & testes deponere sed non tanta quanta in obiectibus ꝙ sunt plus odiosi. Pro hoc dicto alle.tex.in c.tuæ.de procur.& not.Innoc.in.c. accipimus.de purga.ca. faciunt etiam notata de specificatione criminum contra testes.quæ licet probentur:tamen pœna ordinaria nō puniuntur.vt in.c cum dilectus ordi.cog.de dicta specificatione notatur in.c.ex parte.ade.de testi.& co.ti.c.præsentium.li.vj.& ibi de hoc.

Infra. de accus.j.
* Iniuriarum attende ad cō si.Soci.146.n. 12.14. primo vol.& in cons. 109. num.2.in tertio vol.Ias. in.l.edita.C.de eden.

Decisio. II.alias.272.

Summarium.

Libello oblato in causa criminali etiam ciuiliter concludenti citatus personaliter si comparet rñdere tenetur.

LIcet contra personaliter citatū detur libellus concludens ciuiliter in criminali: nihilominus tali libello sic citatus si comparet tenetur respondere.& si non comparet potest excommunicari.Ratio.quia nedum

dum propter pœnam ordinariam sibi pro crimine infligendam vel causam in qua non poterit interuenire procurator quis personaliter citatur. sed etiam propter enormitatem criminis & scādali ex hoc exorti in partibus & ad terrorem illorum aliorum ne similia perpetrentur. & quia forte non potest ita plene constare nec probari per testes de facto sicut per suam responsionem & confessionem: idcirco ad respondendum prædicto libello debuit personaliter venire iuxta mandatum papæ. ex multis enim & diuersis causis citationes personales conceduntur. de iudic. c. j. in fi. li. vj & eo. ti. c. j. in clem. & quandocunq; & ex quacunq; causa quis personaliter citatur non sufficit mittere procuratorem. de maio. & obe c. fi. de do. & contu c. dilecti. de dila. c. exposuit. & ibi per Ber.

Decisio. III. alias. 325.

Summarium.

Libellus in quo aliquis dicit rem suam fuisse licet non dicat nunc suam esse procedit.

Epithome.

1 Præsumptio an possit libellum validare.
2 Verborum extensio non habet locum in cōfessionibus.

1 SI in libello † narrē fundum ad me pertinuisse & pertinere consueuisse petens illum mihi ad iudicari valet huiusmodi libellus licet in narratione illius non dixerim & pertinere &c. ratio. quia sufficit quod libellus procedat ex præsumptionibus. vt in. l. eius. §. lucius. ff. de his quæ in frau. cre. not. Innoc. in. c. ij. de libel. obla. nec ob. quædam no. Ci. alle. in contrarium. in. l. edita. C. de edē. in iij. q. & glo. ac dictum Bar. ff. de confes. l. certum. qa illa intelliguntur vbi in libello petuntur quæ significant abnegationem hic vero secus quia petit præsentem adiu
2 dicationem nec ob. glo. in. l. certum. quia loquitur † in cofessione quæ non respicit verborum extensionem. quia præiudicaret confitenti quod non est verisimile procedere ex eius mente. sed nos loquimur in libello qui capit extensionem & latam interpretationem in fauorem libellātis. vt. l. solemus. ff. de iudi. & l. inter stipulantem. §. stichum ff. de ver. obli. & de cau. poss. & proprie. c. cū ecclesia. nec ob. l. ex si adulterii. §. idem pollioni. vbi non sufficit error existens etiam notorius nisi allegetur. Facit. c. accedens. vt li. non contest. quia allegari videtur quia tales & similes præsumptiones ex quibus oritur in libello vel exceptionibus exprimuntur per dictum. §. Lucius. vt no. Bar. in. d. §. idem pollioni.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Summarium.

In cā appellationis interpositæ a diffinitiua vna parte præsente nō est necessaria litis cōtestatio. secus si vtraq;.

Epithome.

1 Litis contestatio in causa appellationis interpositæ a diffinitiua an & quādo sit necessaria.
2 Litis contestatio an semper sit in causis necessaria.
3 Receptio testium lite non contestata super libello partis producentis an sit valida.
4 Litis contestatio non fit quando a diffinitiua sententia appellatur.

Decisio. I. alias. 8.

1 EVit dubitatum vtrum in causa † appellationis *interpositæ a diffinitiua esset necessaria litis contesta. Et videbatur quod nō. quia nō est necessarius libellus secundum Inno. in. c. cum contingat. de of. deleg. super quo debet fieri lit. contest. vt. iij. q. iij. offeratur. & de lit. contesta. c. vno. de electi. c. dudū. si igitur non detur libellus. ergo nec erit litis contestatio necessaria. Præterea aut lis est cōtesta. in principali causa aut non. si non: est nulla sententia quia caret fundamento. vt lit. non contest. in rubro & nigro. ergo ab ea nō est necessarium appellari. de re iudi. c. j. si vero lis fuerit contestata in principali causa hoc videtur sufficere in causa appellationis. qa licet sint diuersæ instantiæ tamen eadem causa est de fide instru. c. cū Ioannes de iur. calum. c. ij. li. vj. vbi Archi. tenet libellū necessarium & per consequens litis contestationem necessariam in causa appellationis remittit ad Spe. ti. de libel. concep. §. nunc dicendum. ver. sed nunquid in causa appellationis. vbi dicit Spec. dominum cle. iiij. ita mandasse seruari auditoribus. Hosti. etiam in summa ti. de appella. §. quis sit effectus dicit vbi appellatur a diffinitiua datur libellus parti nisi sit contumax. quia tunc procedi tur lite. non contest. vt in. c. per tuas. de appella. Per quā decre. dicebant & concludebant omnes domini quod si vna pars vocatur. per iudicem ad respondendum libello & lit. contest. super eo & per contumaciā se absentat posse procedi lit. non contestata dummodo semel in causa fuerit contestata & hoc siue præsens fuerit in curia siue absens. quia eadem est ratio vtrobique. & sic intelligitur not. Inno. in dicto. cap. cum contingat & probatur C. de temp. app. l. fi. § illud. aut pars non est absens per contu. & tunc siue sit in curia siue extra procedi non potest lite non contest. & sic procedet contrarius intellectus. c. interposita. in fi. & Ar. & Spe. vbi supra Simile quod not. spe. de of. iud. quo imploratur restitutio in integrum de resti. in inte. §. ij. in fi. Et facit quod tres sunt instantiæ & non causæ ad materiam. vide not. in. c. raynaldus. de testa. p Ber. & Ioā. an. in nouel. dominus Io. in dicto. c. per tuas.
2 volebat distinguere † sicut distinxit Guil. in. c. prout. de do. & contu. & in. c. sæpe. de appel. quia aut liquet aut liquere potest de causa statim pro tunc proceditur lite. nō contestata & alias non teneas distinctionem superius positam quæ tutior est. ¶ Ex quo insurrexit aliud dubiū: si a sententia absolutionis lata pro reo in causa iniuriarū per vtranque partem appellatur & in causa appellationis per ambas partes datur libelli appellatorij puta vnaquæque partium quæ habuit sententiam pro se in prima instātia petat eam confirmari aliam infirmari & in termino assignato vtrique ad respondendum libello hinc inde & li. contest. super eisdem ambæ partes lite cōtestata super libello duntaxat confirmatorio & non super alio & pars illa super cuius libello non fuit lis contest. producat testes super articulis ex materia libelli sui descendentibus probantibus clare intentionem suam ita quod sententia veniebat ferenda pro ipso: dubitaui ego qui habui causam in
3 secunda instantia vtrum † valeret receptio testium prædictorum ad effectum sentētiæ ferendæ pro ipso. Et videbatur mihi quod non. quia lite. non contestata super libello partis illos produxerat per rubrum & nigrum vt lit. nō contest. per totum tum etiam per superius in supra proxima conclusione dicta & allegata. Fuit determinatum & conclusum per omnes dominos meos contrariū. quia fuit lis contest. in prima instantia legitime tunc super libello dato tunc per istum qui tunc propter defectum probationis succubuit, & nunc quia legitime intentionem suam probauit debet obtinere. tum etiam quia libelli erant contradictorij & ambo appellatorij ita quod secundum aliquos hoc solum videbatur sufficere pro lit. cōtestata Pro quo fuit allegatum. c. oblatæ. in fi. de appel. & quod no. Inno. in. c. ex insinuatione. de procura. circa finem. tum etiam quia ex quo fuit assignatus terminus vtrique parti ad respondendum libello hinc inde & lit. contestandum super illo si vna pars omisit litem contestari vel non petijt imputet sibi & poterat procedi lit. non contest. in eius contu. per c. per tuas. de appel. & C. de temp. app. l. vlt. quæ ratio summe mihi placuisset & placeret si testes fuissent producti contra omittentem lit. contestationem et pro illo qui fuit lit. contestatus. sed totum econtra fuit factum. ergo videbatur quod totus processus nihil valuerit habitus coram me. Verūtamen propter dicta motiua dominorum & concordiam & consilia ego tuli sententiam infirmatoriam primo ex nouiter actitatis coram me nihil eidem adiudicando condēnationem tamen expensarū omittendo, a qua sententia iterum per vtranque partem fuit appellatum & per me delatum & in tertia instantia lite. contest. sententia confirmata & suppleta.

* Appellationis adde. deci. 7. infra eo. ti.

4 ¶ Additio Tu dic melius ꝙ quando a diffinitiua † sentẽtia appellatur in causa appellationis non fit lit. contestatio etiam vtraq; parte præsente. Ratio est. quia in tali cã articulus de iustitia apellationis non est separatus a negocio principali. & ideo sufficit litis contestatio facta in cã principali coram iudice qui de principali cognouit. Vbi non appellatur ab interlocutoria tunc bene fit lit. contestatio super articulo appellationis aut super grauamine & libellus offertur secundum Gof. in. d. c. per tuas. & idẽ tenet Ioan. an. in. c. raynaldus. de testa. plus etiam dicit. d. Pe. de Perusio. in. c. interposita. de appella. quod etiam lite non contest. super appellationis articulo nec etiã super principali potest in causa appellationis ad sententiã procedi. & si iustificata fuerit appellatio ab interlocutoria non poterit super principali ad sententiam procedi nisi super eo sit facta contestatio. & ita intelligitur secundum eum. d. c. per tuas. Quid si agatur causa nullitatis sententiæ an possit eo modo procedi quo proceditur in causa appellationis? Dic quod sic vt in. c. in nostra. in gl. fi. de procur. facit quod no. Abb. in. c. cãm. de rescriptis.

Decisio. II. alias. 12.

Summarium.

Si pars rea negat narrata in libello prout narrantur vera esse & petita prout petuntur fieri non debere lit. contestata censetur absq; eo ꝙ dicat animo litem contestãdi.

Epithome.

1 Litis contestatio quibus verbis fit.
2 Respondens narratis in libello videtur litem contestari licet non intendat.
3 Narratio an & quo casu pro petitione vel contestatione habeatur.
4 Contestatio dicitur ab animo rei dependere.

1 SI pars rea respondendo libello † negat narrata prout narrantur & dicat petita fieri non debere si non addat & dicat animo lit. conte. fuit dubitatum vtrũ per huiusmodi responsionem fuerit lis contest. Et breuiter sine ar. fuit determinatum & conclusum quod sic per. l. rem nõ nouam. C. de iudi. et per. l. ij. C. de iur. cal. §. patroni. de li. conte. c. vnico de elec. dudum. el. ij. & not. per Spe. ti. de lit. conte. §. j. ver quod si proponuntur. vbi hãc quæstionem pertractando eam sic decidit, immo interdum sufficit respondere narratis in libello licet non petitioni. prout le. & no. in. c. vnico. de lit. contest. in nouel. ꝑ Ioa. an. nec iuuaret protestatio facta in contrarium. vide licet quod per huiusmodi responsionem non intenderet litem contenstari prout le. & no. in. ca. sollicitudinem de appel. nec mirum quia prædicta iura loquuntur simpliciter & talem animi expressionem non requirunt. facit qa præsumitur quod quis verbo non exprimat quod in mente non cogitauit. ff. de sup. le. l. in ambiguo. de reg. iur. in. obscuris lib. vj. alioquin simili ratione in contractibus in vltimis voluntatibus priuilegijs & rescrip. non valeret ꝙ fieret nisi adderetur huiusmodi animi expressio quod esset absurdum. Pro qua conclusione faciunt ea quæ le. & no. in. c. intelligentia. & c. præterea. de ver. sig.

¶ Additio. in quo petitio continetur si autem in libello fieret sola narratio absq; petitione & conclusione tunc ꝑ responsionem nõ intelligeretur contestatio facta fallit in papa coram quo sola narratio facta & responsio ad eam secuta induceret cõtestationem quia eius præsentia supplet omnem defectum. quod est notãdum secundum do. in. c. vnico. de lit. conte.

Alia additio. Hoc verum quando iudex & aduersarius dissentiunt ꝓtestationi. si autem cõsentirent tacite vel expresse tunc fit contestatio. quia contestatio dependet ab animo rei. vt in auten. de exhi. reis. §. illud quo animo caret qui sic protestatur & ab ipsa protestatione recedere non videtur per expressionem verborum habentium inducere contestationem quia protestatio in principio litis facta videtur in quolibet actu iudicij repetita dummodo actus sequens fiat in continenti. secus si ex interuallo secundum quod no. in regula in generali & regula exceptionem. de re. iur. li. vj. Et ex hac ratione cõcluditur quod etiam si iudex & aduersarius non consentiunt protestationi contestatio impeditur per dictam protestationem. cuius contrarium visus sum voluisse. supra in principio huius apostillæ.

¶ Alia additio. Ista ratio posset in contrarium retorqueri scilicet quod non est verisimile quod quis mente gerat aliud quam id quod verbis expresit quia verba sunt notæ earũ quæ sunt in animo passionum. de spõ. c. ex literis. & c. intelligentia. & c. præterea. de ver. signi.

Decisio. III. alias. 54.

Summarium.

Litis contestatio non est necessaria cum agitur ad declarandum quem incidisse canonem latæ sententiæ per iniectionem manuum in clericum.

SI petatur quis per ordinarium declarari incidisse canonem Si quis suadente. xvij. q. iij. quia percusit clericum ad finem quod denunciaretur publice excommunicatus & euitaretur a christifidelibus non requiritur litis contestatio quia licet ordinarius qui est executor canonis debeat parte vocata & cum causæ cognitione summarie procedere & de hoc inquirere vt le. & no. de cen. præsenti. de pœnis. c. j. super. ver. cõmode. & in. c. se sup ver. constiterit. per Ioa. an. & Pau. tum quia hic nihil petitur adiudicari vel auferri. tum etiam quia petitur executio sententiæ iam latæ per canonem. tum etiam quia propter periculum animæ. s. communionis. tum etiã quia vbi proceditur summarie nulla requiritur li. cõtestatio Pro quo alle. no. per Inno. in. c. fi. de offi. iudi. & in. c. ad nostram. de iureiur. & in. c. sacro de sen. exc. & no. in. ca. quoniam frequenter. §. in alijs. vt li. non contesta. & c. tuæ. per Ber. Spe. tamen tenet contrarium quod etiam in summaria cognitione requiritur li. contesta. ti. de offi. iudi. §. fi. ver. sed quæritur.

Decisio. IIII. alias. 88.

Summarium.

Litis contestationi & alijs substantialibus iudicij partes nequeunt renunciare litis contestatio est exordiũ & substantiale iudicij.

IN causa in qua seruandus est ordo iuris & li. cotestatio necessaria partes huic ordini substantiali & li. contestationi renunciare non potuerunt. quia li. contestatio est exordium & substantiale iudicij & non solum in fauorem iuris priuati puta partium sed etiam iuris publici & iudicis introductum cui partes renunciare nõ possunt de fo. cõpe. c. si diligenti. de sen. ex. c. cõtingit. de fer. c. fi. ar. no. ij. q. j. in primis. & in sum. per Io. & per Ber. in. ca. de causis. in glo. ij. de offi. dele. & per Ioan. an. de re iudi. c. fi. li. vj. & in clem. sæpe. de verbo. sign. in glo. penul. per. eundem vbi remittit ad Spec. facit a contrario sensu de iura. calum. c. j. lib. vj.

Decisio. V. alias. 340.

Summarium.

Si ex actis notorie constat de nullitate sententiæ vel processus tunc iudex vocatis partibus absq; obseruatione alicuius ordinis reuocabit sententiam. si vero resultat probabile dubium aut extra acta nullitas allegetur tunc ordo iudiciarius si principaliter agatur seruabitur. secus si incidenter.

Epithome.

1 Litis contestatio non est necessaria vbi de nullitate processus vel sentẽtiæ agitur si ex actis cõstet error & iniqtas. Nullitatẽ sentẽtiæ allegans qualiter habeat ꝓcedere.
2 Ordinem iudiciarium in notoriis obseruare vanum & superfluum est.

Sententia

3 Sententia quo ordine tanquam nulla rescindi petatur.

Add. requiratur litis conte. Super hac an causa nullitatis sentẽtiæ requiratur litis contestatio vide Bal. i add. spe. de litis cõtest. versi. ij. & ibi per spe. i. §. pe. quidam de causa & ibi Io. an. in additio. plene. Et in addit. spe. de sen. ver. causa nullitatis per old. consi. xij. & Egi. deci. 22. de iudi.

FVit dubitatum vtrum quando agitur de nullitate
1 † sententiæ vel processus requiratur litis contesta
tio & alius ordo iuris. Et respondebatur per omnes
distinguendo. aut de huiusmodi nullitate poterit notorie
constare ex actis: aut non. In primo casu non est necessa-
ria aliqua li. contestatio nec libelli oblatio. immo si dare-
tur libellus nihilominus si iudici possit constare ex actis
sententiam primi iudicis nullam: super huiusmodi nulli
tate statim vocata tamen parte ad audiendum sententiã
poterit se expedire & pronunciare. Pro quo alleg. tex. c.
cum ad sedem de resti. spo. & cle. pastoralis. de re iudi. &
c. olim de iureiur. & vnam notam Inno. in. c. cum inter.
de consue. circa fi. vbi dicit quod quandocunque est con
tentio. de iure an statutum sit nullum vel validum de iu
re nullus ordo requiritur. hoc verum quando ex ipso sta
tuto potest deprehendi nullitas si propter defectum ali-
quem extrinsecum & aliunde prouenientem huiusmodi
nullitas proueniret. quando vero, notorie resultat nulli-
tas sententiæ ex actis nil pars habet facere sed dicere cũ
hodie notorie cõstet vobis de nullitate sententiæ contra
me latæ hodie agatur & pronuncietur. ff. vt in pos. legat.
2 l. si is a quo in notorijs † enim ordinem seruare est ordinẽ
non seruare. de iur. iuran. cap. ad nostram. In contrarium
vero facit quia sentẽtia super nullitate processus lata vim
diffinitiuæ habet vt no. Inno. in. c. auditis de proc. & Io.
an. in c. fi. de app. in clem. j. super. ver. repulsione. in fine.
ad quam non deuenitur nisi ordine iur. seruato. de elect.
c. dudum. de lit. contest. c. vno. de resti. spo. c. conqueren
te de maio. & obe. c. inter quatuor. & c. solitæ & C. de li.
contest. l. vna. ff. rem rat. ha. l. amplius. ergo & cætera. Re
spondert potest hoc procedere posse seruatis tamẽ distin-
ctionibus statim dicendũ quod est dubium de nullitate
ipsius processus. secus vero si notoriæ cõstet ipsum pces
sum seu sententiam fuisse & esse nullum ex actis quæ
sunt publica de proba. c. quoniam contra. sicut dicimus
in simili quando sententia est a non suo iudice notorie la
ta. vel licet a suo iudice sit prolata tamẽ si contineat into
lerabilem errorem sine difficultate & ordine est relaxan
da de iudi. c. at si clerici de rescrip. c. ab excommunicato
de sen. ex. c. per tuas. & c. solet. & c. venerabilibus. lib. vj.
immo Inno. dicit alibi & Ioan. an. post eum in nouel. qđ
quandocunque error vel iniquitas recolligi poterit ex
actis retractabitur sententia ac si error fuisset in sententia
expressus. hoc no. de re iudi. c. cum Bertoldus & per Ar.
de sen. ex. c. romana. in fi. lib. vj. & per Pau. in. d. clem. pa
storalis. de re iudi. ¶ In secundo vero casu videlicet quã
do non ex actis resultat nullitas allegata sed aliunde &
requirit aliam indaginem & aliqualem probationem tũc
iterum potest distingui. aut principaliter intentatur nul-
litas aut incidenter. Primo casu requiritur li. contestatio
& ordo iuris secundum Inno. qui hoc no. de offi. iudic. c.
ij. qui allegat tria iura. de procu. in præsentia. de offi. dele.
c. cum contingat. ff. de fer. l. j. Aut incidenter: tunc non.
sicut le. & no. p Inn. de resti. in inte. c. suscitata. & vide in
conclusione. supra de resti. in integ. dec. iij. At in casu no
stro principaliter agebatur de nullitate sententiæ & daba
tur super hoc libellus. ergo. Oldra. vero in quæstionibus
suis. q. xij. videtur dicere & tenere quod si in cã appella-
3 tionis † a diffinitiua sententia agatur de nullitate ipsius
sententiæ tunc non est necessaria li. contestatio quia, pars
ipsius appellationis est vt no. per Inno. c. dilecto. de app.
& sicut in causa appellationis non est necessaria li. conte
statio per. c. per tuas. de appel. quod tamẽ intellige iuxta
conclusionem superius per me positam ita nec super hu
iusmodi nullitate requiritur li. contestatio immo secundũ
ipsum maiori ratione non est necessaria li. contestatio in
causa nullitatis quam appellationis. quia in causa nulli-
tatis semper arguitur iniquitas iudicantis & absq; eo qđ
tangitur iusticia partis. & sic videtur maiori ratione pos-
se procedi li. non contestata quam in causa appellatio-
nis in qua sæpe de iniquitate partis agitur. vt de app. c. in
terposita. § sane. immo secundum eum est tanta connexi
tas inter appellationem & nullitatem quod solum appel
latio etiam cognitionem nullitatis deuoluit. vt. ff. fa. her.
l. quædam mulier. & no. Inno. in dicto. c. dilecto. & hoc
etiam videtur innuere Oldra. in dicta quæstione in fi. dũ
dicit. tunc non est necessaria lit. contestatio in causa nulli
tatis quando is qui sententiam nullam dicit promptam
fidem offert de nullitate ipsius sententiæ. vt. C. quãdo p
uo. non est necesse. l. j. de resti spo. c. literas multo fortius
si refert se ad acta quæ sunt publica & notoria tam iudi-
ci quam partibus vt prædixi. ergo & c. hoc etiam videtur
tenere secundum legistas expresse Bar. in. l. conquereba-
tur. ff. de re. iudi. per. l. theopompus. Spe. videt distingue
re breuiter & multum confuse. aut nullitas opponitur in
modum exceptionis ad impediendum executionem sen
tentiæ & tunc non est dandus libellus nec li. contestatio
est necessaria immo nisi probatio sit in promptu execu-
tio non impeditur. per. l. j. superius alle. C. quando prouo.
non est necess. alias enim non esset litium finis. C. de trã-
sac. l. frater. ad hoc. ff. ad exhibeu. l. iij. C. vt in pos. le. l. is
a quo. aut agitur & petitur absolutio de facto vel restitui
instrumenta tunc requiritur libelli oblatio & li. contesta
tio secundum eum hoc vltimum non intelligo. hæc no.
ipse Spe. ti. de libel. concep. §. nunc dicendum. ver. quid
si sententia. remittendo ad no. per eum ti. de li. contest. §.
fi. ver. quid de causa. vbi ponit & tenet primum membrũ
distinctionis nil tangendo de secundo vbi est maior diffi
cultas. Dic melius per eum ti. de sen. ex. §. iuxta. ver. sicut
si causa. De nouo audiui semel dominum Richar. de sali
ceto distinguentem sic. Aut imploratur duntaxat officiũ
iudicis rescindens etiam principaliter vt quia, petitur sen
tentia contra minorem vel maiorem absentem lata rescin
di de re. iudi. c. cum bertoldus. de procu. c. quærelam. de
ma. & obe. c. inter quatuor. de consti. ca. ecclesia sanctæ
Mariæ. & tunc non est necessaria li. contestatio nec ordo
iuris. Aut non imploratur principaliter officium iudicis
nedum rescindens sed rescisorium vt puta quia nedum
petitur rescindi sententia: sed etiam res adiudicari tunc
non est necessaria litis contestatio & alius ordo iuris. &
sic intellexit aliam partem. c. ij. de of. iudi. pro qua distin
ctione faciunt no. Inno. in simili de resti. in integ. c. cũ ex
literis super verbo præsentibus.

Decisio. VI. alias. 354.

Summarium.

Per responsionem rei negantis partem libelli actoris etiam absentis & partem eiusdem libelli confitentis fit li. contest. quoniam actor in sua proposita intentione semper persistere præsumitur.

SI dato libello per actorem compellitur reus ad respondendum libello & reus respondeat confitendo partem & partem negando. licet tempore huiusmodi respõsionis rei actor nihil dixerit vel etiam præsens non fuerit. Dicebant domini omnes litis contestationem fore factam ex vtraque parte quæ fit per narrationem & petionem in iure ex parte actoris propositam & responsionem rei secutam. vt in. c. vnico. de li. contest. de elec. c. dudum. de do. & contu. c. prout At in casu proposito datus erat libellus pro parte actoris in quo continebatur narratio facti & petitio in quibus ipse semper persistebat, atque fiebat directa rñsio per reũ confitẽdo et negãdo ꝙ sufficit per iura antedicta ergo & c. dubium enim facit quia li. cõtestatio nihil aliud est quam simul testatio siue mentis declaratio volentium litigare. ergo videbatur quod simul et eodem tempore deberent concurrere petitio actoris & rei responsio. vt in l. consensu. ff. de act. & obli. ad quod respondebatur quod dato libello actoris semper constare videtur de animo suo litigandi maxime instando vt reus compelleretur ad respondendum. & sic persistẽdo in sua petitione haberet animum litigandi quod sufficit. respondendo huic animo suæ petitioni statim fuit litis contestatio facta etiam simultanee propter concurrentiam animorum. & per hoc fuit saluatus vnus magnus processus habitus in partibus in quadam causa Hispalen. mihi commissa super quarta debita parrochiali sacerdoti de legatis quibusdam religiosis non mendicantibus.

Decisio. VII. alias. 467.

Epitome.

1 Litis contestatio an & quo casu sit in instãtia necessaria.
2 Litis contestatio an sit super articulo grauaminis necessaria.
3 Omissio articuli grauaminis coram iudice ad quem an annullet processum.

1 AVditor † in secunda instantia non tenetur conte
stari litem nisi velit. quod intellige si altera pars
est absens per contumaciam & altera non. hoc
tenent Spe.& Archi.de iuram.calum.c.ij.lib.vj Hoc bre
uiter ponit tex.in.l.fin.§.illud.C.de tempo.appel.&.c.p
tuas.de appel quia in hoc quod ponũt ius speciale in ca
su contumaciæ videtur innuere contrarium.vt.l.j.in fin.
ff.ad muni.& ergo non procedunt no.per Inno.de offi.
dele.c.cum contingat:vide Ioa.an.super hoc de testa.c.
raynaldus.in nouel.Contumactã intelligo etiã si pars cõ
tumax sit in curia præsens quia tunc apprehendi põt &
est vere contumax & per consequens ex contumacia ma
gis priuilegiata.l.& post edictũ.§.fin.ff.de iudi.quia hoc
est priuilegium appellantis vt.d.c.tuas.ergo non est aufe
rendum nec restringendum de reg.iu:indultum.ff.de cõ
sti.pri.l.iij.quid si appellatur ab interlocutoria.dic aut q̃
2 ris.an super articulo † grauaminis sit necessaria li.conte
statio & dic quod non.quia in vna instantia vna li.con
testatio est sufficiens.&ita mandauit auditoribus cle.iiij.
&recitat Spe.& Archi.in.d.c.ij.de iura.ca.in glo j.& p
batur de appellatione interposita in ratione sui.aut quæ
3 ris vtrum † coram iudice appellationis ominisso atticulo
grauiminis.iuxta.c.cordi.de appel.li.vj.vel expedito iu
xta.c.vt debitus.de appel.& procedendo super negocio
principali. An tunc coram illo iudice necessaria sit litis
contestatio.& tunc dic. Aut fuerat coram illo primo lis le
gitime contestata.aut non.Primo casu non est necessaria
litis contestatio.Secundo casu sic ratio est quia vna li.cõ
testatio in causa semper est necessaria vbi seruatur ordo
iuris.extra.vt li.non contest.per totum & non plures.qa
hoc non reperitur in iure cautũ Item iudex appellatio
nis q succedit primo iudici debuit facere ea quæ habuit
primus.vt l.mino.ff.de iudi.&.d.c.interposita.modo pri
mus,litis contestationem si nõ fecit faciat secundus.alias
non.ergo idem de isto.

DE IVRAMEN. CALVM.

Summarium.

Procurator in romana curia non solum in animam domini sed etiam in suam de calumnia iurare tenetur.etiã si principalis iurauerit.

Epitome.

1 Procurator an iurare teneatur de calumnia postquã dominus iurauit.
2 Procurator an possit iurare in animam domini sui & mandatum de hoc faciendo an sit validum.
3 Cõsuetudo romanæ curiæ quod procurator iuret in animam suam & constituẽtis admittenda est quia approbata.in.c.ij.de iuramen.calum.lib.vj.
4 Iuramentum datur tactis scripturis,& quare.

Decisio. I. alias.37.

1 QVidam procurator in ro
ma.†curia in causa be
neficiali appellauit a
me eo quod ipsum com
pellebam ad iurandum
de calumnia nedum in
animam domini sui sed
etiã propriã.cui appella
tioni tãquam friuolæ de
consilio dominorũ meo
rum non detuli commi
nando sibi pœnam.ca.
fi.de iura.ca.quam pœ
nam dicebant omnes domini etiam locum habere in pro
curatore nolente iurare in animam suam propriã sed dũ
taxat in animã domini sui.de quo tamen bene & fortiter
dubitabã quia pœnæ tenere debẽt suos auctores de hijs
quæ fi.a ma.par.c.quæsiuit.sed quicquid fuerit prædi
ctus procurator videns motiua dominorum & etiam do.
finaliter nedum in animam domini sui sed etiam propriã
iurauit et præstitit calumniæ iuramentũ.& rationem hu
ius ponit Io.an.& Io.mo.in.c.ii.de iura.ca. libr.vj super
verbo ab ipsius.nam licet dominus principalis iurasset,p
curator nihilominus iurare tenetur quia ipse calumniari
posset sicut dominus ipse etiam vt sciat dominum suum
habere malam causam & velle deierare ipse deierare nõ
debet immo inquacunq; parte litis quæ perueniat ad ip
sam partem suam malam & iniquam causam fouere de
bet desistere & vlterius eã nõ psequi.iuxta cõsti.Io.xxij.
& Benedicti.xii.ex Grego.xj.quam conclusionem tenet
expresse Accur.Ia.Pe.& Cy.in auten.&si principales.in
vlti.q.in fi.de iura.ca.C.& faciunt no.& in.c.in pertra
ctandis.eo.ti.& de elec.c.procurator.li.vj.& in.c.præsen
tiũ.de testi.co.li.& per Hostien.in sum.e.ti.§.ij.circa finẽ.
2 ¶ Additio.Pone quod ego constitui procuratorem † ad
respondendũ et iurandum de veritate in animam mei do
mini an sit sufficiens mandatum.& videtur quod sic qa
tacite videtur inesse quod iuret veritatẽ.ergo eius expres
sio non viciat.C.de fideius.l.non recte.Contrarium est ve
rum quia hæc forma mandati ponit aduersarium in diffi
cultate probationis:nam semper mandans posset dicere.
dico quod procurator non respondit verum & per hoc es
set deterior conditio aduersarii quam si ipse per se respõ
deret.& ad hoc habes glo.no.in.c.j.de procu.in cle.& fa
cit ad hoc no.ff.de iudi.l.solẽnis.in ratione sui.l.alias.§.
fi.&.l.seq.debet ergo esse tale mandatum quod possit re
spondere quicquid vult in præiudicium domini sui sicut
& ipse dominus posset:vt.l.non solum.& ibi no.ff.de p
cur.ita no.bal.in.l.si procurator.ff.de con.inde.
¶ Alia addi.& in.c.fi.de iu.ca.per Ho.& Io.an in verb.
3 sindicum vbi dicit † quod procurator iurat in animã cõ
stituentis de veritate dicenda & etiam de consuetudine
romanæ curiæ in animam suam quæ est approbata in.c.
ij.de iura.ca.lib.vj.& cũ bona conscientia potest respõ
dere ea quæ scit vel ab alijs in quorum animas iurauit in
tellexit vera esse de testi.c.præsentium.lib.vj.Cy non pla
cet quod dominus per procuratorem iuret quia procura
tor habet capere initium illorum quæ agit in personã pro
priam.l.inter stipulantem.§.j.ff.de ver.obli.l.quæcunq;
ff.de act.& obli.Item alia ratione mouetur quia iuramẽ
4 tum debet præstari tactis scripturis vt præsentia euan
geliorum terreatur quod nõ esset si dominus esset absens
vnde vel est concedendum quod in animam domini ab
sentis nõ iuretur.vel si dicatur ꝙ per aliũ iurare possit in
telligatur.s.per ministrũ & nunciũ qui concipiat verba in
personam domini.ff.de consti.pecu.l.cum qui.& ita ipse
dicit in.l.ij.in penultima quæstione quæ incipit vltimo.
C.de iu.calum.dic ꝙ potest iurari in personã domini.&
in eius animã vt in.c.fi.de procu.li.vj.no.in.c.fi.de iura.
calũ.& in.c.ij.& fi.e.ti.li.vj.& Bar.exigit ꝙ habeat spãle
mãdatũ ad iurandũ in animam domini.vt.l.si quis mihi
bona.§.iussum.ff.de acqui.here.

Decisio. II. alias.40.

Summarium.

Procurator in romana cu. non solũ in animã domini sed etiam in animã suã de calumnia iurare tenetur.

PRocurator in Ro.cu non solũ in animam domini sed etiã in animã ipsius tenetur pstare iuramentũ de calũnia.alioquin habebit locũ.c.fi.de iur.cal.& licet dominus principalis iurauerit nihilominus tñ pcurator iurare tenetur qa&ipse calũniare posset sicut dominus put le.&no.in.c.appellationibus.sup verbo ab ipsis de iura.colũ.li.vj faciunt etiã no.in simili per do.in.c.præsentiũ.de testi.li.vj & in auten.principales.eodem ti.in glo.& vide no.in.c in pertractãdis.eo.ti & faciunt no.in.c.procurator.de elect.lib.vj.& per Hosti.in summa eo.ti §.ij.circa finem.

DE DILATIONIBVS.

Summarium.

Terminorum seruandorum seu reiterandorum tempus vtile dicitur & non continuum.

Decisio. I. alias. 135.

SI mandetur auditori quod repetat omnes terminos non debite seruatos infra octo dies illi sunt vtiles & non continui ita quod in octo diebus repetens veniet & sunt termini repetendi antedicti. pro hoc possunt induci iura allega. per docto. de tempore vtili & continuo. de concessio. præben. cap. quia diuersitatem. & ii. quæst. vj. an anteriorum. per Ioa. & de concessio. præbend. cap. j. in clemen. & per Ioan. an. & Pau. in clemen. j. de resti. in integ.

Decisio. II. alias. 360.

Summarium.

Tempus bimestre vel trimestre datum ad testes producendum & recipiendum non currit pendente partium compromisso.

Epitome.

1 Tempus probationis indultum partibus an compromisso pendente currat.

2 Iudicis consensus an requiratur in prorogatione temporis ad probandum partibus communiter dati.

1 FVit dubitatum vtrum cursus † illorum duorum mensium siue plurium datorum in remisione facta alicui iudici pro testibus producendis & recipiendis. de quibus in capi. licet de proba. & cap. præsentium. de testi. libr. vj. impediatur per compromissum factum per partem ita quod si per compromissum medio tempore factum non fuerit terminatum negocium utrum iudices antedicti post lapsa tempora supradicta possint procedere ad vlteriora & testes recipere. In quo domini erant varij. Aliqui quod non quia hoc tempus videtur appositum decisioni & non iurisdictioni. ergo non videtur prorogabile. arg. nota. in. cap. de causis. de offic. dele. quod cap. videtur facere pro vera opinione videlicet quod consensu partium prædictum tempus posset prorogari. quod crederem
3 verum de consensu iudicis † qui in huiusmodi prorogatione temporis est necessarius. secundum Innocen. & Hosti. ibidem. at hic in casu nostro non ponitur consensum iudicis interuenisse. ergo. & cætera. Præterea pro parte in contraria sci licet affirmatiua. allega. clemen. quamdiu de appella. & authen. si tamen. C. de tempo. appella. in quibus apparet quod per compromissum vel alias de consensu partium expresso impeditur cursus temporis fatalium dati a iure vel ab homine ad prosecutionem appellationis. sic etiam videretur in proposito quod etiam per compromissum hoc factum de communi consensu partium impediatur cursus dictorum trium mensium assignatorum ad testes recipiendos. quod crederem verum si remisio esset communis si vero non esset communis sed vnius partis duntaxat crederem illam partem per huiusmodi compromissum a productione huiusmodi testium non excusari. ar. no. in. dicta clemen. per Pau. de termino. x. dierum dato ad appellandum cuius cursum compromissum seu communis consensus partium non intendit. ratio quia ilud tempus tantum datur vni parti ad suspendendum sententiam vel grauaminis effectum sed tempus prosecutionis appellationis datur vtrique parti. & ideo communis consensus facit cursum eius dormire secundum eum. Fuit tamen conclusum finaliter per omnes dominos attento quod legitime impedito tempora iuris vel hominis non currant de præscrip. c. j. & c. illud. de concessio. præbend. capi. quia diuersitatis. de electio. capitu. si electio libro sexto. de appella. sicut in fin. in clemen. quod per dictum compromissum impediatur cursus dictorum trium mensium & sic obtentum & pronunciatum.

DE FERIIS.

Summarium.

Tempore feriarum ob necessitatem hominum potest decerni citatio & decreta exequi etiam per edictum.

Epitome.

1 Citatio decerni potest die feriata pro die non feriata.

2 Executio citationis tam in personam quam in domum potest fieri die feriata.

3 Excommunicari nemo debet nisi personaliter monitus & citatus.

Decisio. I. alias. 367.

1 SI committatur † causa tempore feriarum ob necessitatem hominum introductarum cum potestate citandi per edictum in curia seu extra dubitatum fuit vtrum in hiis ferijs poterat decerni huiusmodi citatio & exequi in valuis maioris ecclesiæ vbi tunc est curia. De primo videlicet de citatione decernenda licet fuerit & sit magna altercatio do. in. c. fina. de fer. & ibi per Innocen. & Ioann. andr. in nouel. plene. Tamen conclusio est hæc modernorum docto. quod licet citatio facta die non feriato ad diem feriatum non valeat tamen citatio decreta die feriata ad non feriatam bene tenet & valet. ratio quia non est actus iudicialis sed potest fieri extra iudicium & in domo & sine quocunque iudiciali strepitu & vocatione partis idcirco cessat ratio. cap. j. & vlt. de fer. cessante igitur causa cessat & effectus. de appella. capit. cum cessante. cum si. licet Io. & Ar. in. c. placita. xv. quæst. iiij. vbi de hac materia dicant quod decretum de citando non potest fieri die feriato. vt. C. de ferijs. l. fin. sed executio bene pro quorum dicto faciunt no. in simili per Io. mo. de fo. compe. capitu. romana. §. contrahen. libro sexto. quorum docto. dicta intelligo quando decretum de citado. debet fieri & fit cum causæ cognitione & iudice pro tribunali sedente. talis enim actus siue strepitus iudicialis non potest fieri die feriato sed sine causæ cognitione. & extra iudicium bene potest fieri quocunque tempore de quo etiam in Specu. titu. de cita. §. j. ver. item excipiunt. de fo. compe. capitu. j. in clemen. super.
2 ver. festinus. per Ioann. an. de executione † vero citationis siue ad personam siue ad domum non est dubium quin fieri poterit die feriato. * quia est facti & non fit per iudicem nec cum causæ cognitione sed per nuntium vel per literas de appellatio capitu. cum parati. & de offic. delega. capitu. pruden. & capitu. cum contingat. & ibi per Bernar. quæ tamen executio prædictæ citationis per edictum cum debebat legi exequi & publicari in audientia contradictarum literarum apostolicarum quæ non est tempore feriarum Idcirco omnes domini me solo excepto dicebant & concludebant quod huiusmodi executio facta in valuis maioris ecclesiæ siue cathedralis in anania. nec tenuit nec valuit. nec etiam citatum sic constituit contumacem quod propter eius contumaciam excommunicari potuerit. Motiuum eorum fuit quia huiusmodi citationes per edictum sunt exorbitantes a iure communi. & ideo stricte tenendæ in suis terminis & formis. de regu. iu. quæ a iur. libro sexto at forma & modus citandi per edictum est traditus scriptus in iure. puta quod debeat fieri in audientia literarum apostolicarum & nihilominus in palatio apostolico & in valuis maioris ecclesiæ illius loci. vt

Citatio decerni potest die feriata pro die non feriata.

*Adde Bar in l. j §. nuntiatio in. iiij. col. ff de ope. no. nun. in uersic. quærit.

in clemen .j.de iudi. quorum si aliquid deficiat totum ruit.i.quæst.j.detrahe.de clerico.non bap.capi. veniens cum simi ergo. Præterea ratio quare huiusmodi citationes per edictum sint in prædicta audientia literarum exequendæ & publicandæ quia præsumitur quilibet habere procuratorem per quem poterit ad noticiam citati peruenire huiusmodi citatio, qui quidem procuratores tempore feriarum possunt & habent licentiam eundi & uagandi quocunque uoluerint.ergo.&cætera esset igitur ualde graue quem sic haberi & reputari contumacem quod excommunicari possit qui uerisimiliter se citatum ignorauerit. excommunicari † enim nemo debet nisi personaliter monitus & citatus.ut no. Innocen.in.c.fina.de eo qui mit.in posses. Mihi tamen cum correctione dictorum dominorum melius sentientium uidebatur contrarium Ratio mea fuit.nam attenta forma indictionis feriarum omnis actus qui tempore feriato potuit & debuit fieri per auditorem sacri palatij in audientia contradictarum ille potuit & debuit fieri in ualuis maioris ecclesiæ, quæ ecclesia succedit loco prædicto audientiæ ut patet per formã. at hic actus citationis executionis potuit fieri & debuit in ualuis maioris ecclesiæ succedentis loco audientiæ. surrogatum enim in loco alterius eodem iure censeri debet.ut li.penden.c.ecclesia sanctæ Mariæ cum si. Præterea prout ponebatur in facto prædicta etiam citatio fuit executa in ualuis palatij causarum & in partibus in duobus locis ergo non est uerisimile quod ad eius noticiam non potuit peruenire.xvj distin.quod dictis.de postu.præla.c.j.facit optime clemen.causam electionis.de elect. Et hanc conclusionem crederem ueram.uidelicet istum reputari legitime citatum & contumacem ita quod in eius absentia posset procedi in causa ut sic licet præsumptiue sit contumax puniatur in processu non tamen ꝙ posset excommunicari quoniã debet præcedere monitio & citatio personalis secundum Innocen.ut supra & facit.c.xj.q.iij.nemo.&.c.certum.de sen. excom. cap.sacro. ueruntamen Ioann.and.in clemen.j de iudi.superius alleg.super.uer. personaliter.dicit quod ille processus qui fieri posset contra personaliter citatum posset contra hunc citatum per edictum.sed personaliter citatus & non comparens potest excommunicari.ergo & istæ.quod crederem uerum si prædicta citatio esset lecta in audientia contradictarũ quia tunc esset magis uerisimile ad ipsius peruenisse noticiam quam si facta foret in ualuis ecclesiarum quas proh dolor pauci hodie uisitant præsertim procuratores Ro. cur.qui citius & omni die de mane currunt ad tabernas quam ad ecclesias.sufficiat ergo quod puniatur in processu & non procedatur ad excommunicationem & sic fuit factum. faciunt no.in clemen.causam electionis.de elect.in glo penul.per Ioan.and.in clem.ante. de do.& contu.per eundem.

DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Summarium.

Ad petitorium suspensum etiam coram iudice appellationis rediri potest.si cã appellationis,& negocij principalis sit tantũ sibi commissa.

Decisio. I. alias.231.

INtentato petitorio & possessorio coram iudice si petitorium postea suspẽdatur in solo possessorio procedatur & pñucietur & appelletur & appellationi deferatur & causa appellationis & negocij principalis alteri auditori committatur tam corã illo quam coram alio primo iudice ptes possunt si uoluerint redire ad petitorium & procedere in eodem. Si uero una pars uellet coram primo procedere in petitorio.alia in possessorio corã secundo.non est audienda propter priuilegium spoliationis. de or.cog c.fi. & ne continentia causæ diuidatur.C.de iudi.l.nulli.& de cau. pos.& ꝑpri.c j.&.ij.& de seque.pos.& fruc.c.j Hæc uera si causa appellationis & negocij principalis sit secundo iudici cõmissa si uero tantum causa appellationis tũc non posset de causa petitorij cognoscere sine speciali cõmissione nec etiam primus donec causa possessionis fuerit terminata ꝑp priuilegiũ & ne causæ continẽtia.&c.

Decisio. II. alias.140.

Summarium.

Tempore feriarum & uacationũ potest suspendi petitorium antea non suspensum.

TEmpore feriarum siue uacationum potest suspẽdi petitorium a suspendente antea inchoatum & procedi in solo possessorio quia hoc est quasi quoddam præambulum siue pars ipsius possessorij priuilegiati in quo potest attenta forma indictionis uacationũ procedi.ff.de spo.l.oratio. Item quia hæc suspẽsio in nullo tãgit processum petitorij.immo tendit ad ipsius exclusionem.ergo.nil enim habent cõe.&c.ff.de acquirẽ.pos. l.naturaliter.§.nihil. Mihi semper uidebatur contrariũ uidelicet quod non haberet locum suspensio tempore feriatum quia concessio papæ scilicet quod posit procedi illo tempore in causis possessorijs posset intelligi de possessorijs tunc inchoatis immo hæc habet forma indictionis uacationum.& sic non procedit dicta conclusio.immo forma bene habet de inchoandis.quod intelligo principaliter.secus per modum suspensionis.

Decisio. III. alias.149.

Summarium.

Veniens ad causam pro interesse potest agere petitorio non obstante suspensione si non est spolians.

SI inter Titium & Seium actum sit possessorio durante Caius ueniens ad causam pro suo interesse potest agere petitorio.nec obstat sibi exceptio de litis pendentia dicti possessorij dummodo ipse non fuerit spolians mandans.&cætera.quia huiusmodi priuilegiũ possessorij est inductum in odium spoliantis uel mandatis.&cætera.de or.cog.capi.fin.de resti.spo.capi.cum ad sedem.de causa possess.cle.unica.& quia pœnæ debent tenere suos authores.de censi.c.j.de hijs quæ fi.a ma.par.c.quæsitum. cum igitur iste non deliquit.ergo.plenius inuenies hanc quæstionem superius disputatam.

Decisio. IIII. ulias.189.

Summarium.

Sufficit agenti possessorio ad petitorium colorandum docere se institutum.licet de præsentatione non constet.

SVfficit præsentato a laico alicui episcopo ad aliquam ecclesiam & instituto per eum si agat possessorio quo ad colorandum petitorium docere de huiusmodi institutione licet non doceat de præsentatione quæ modicum iuris confert de offic.lega.cap.dilectus.& quia sola confirmatio superioris licet cassetur & electio tuetur possessorem & omnia facta per eum.prout leg.& no.per Innocen & Hosti.de elect.nihil est.& de resti.spo.in literis. per eosdem . & capitu.quia cunctis de concessio.præben.libro sexto.

Decisio. V. alias.205.

Summarium.

In causa appellationis prophana appellans uel appellatus non potest suspendere petitorium utriusque partis quia illud est speciale in causa beneficiali.per cl.de cau. possess.quæ in aliis causis quã beneficialibus non uendicat sibi locum.

Epito.

Epitome.

1 Clemen. unica de causa posses. & proprie non habet locum in causa appellationis prophana.
2 Agens possessorio an posit illud suspendere & transire ad petitorium.

1 IN causa appellationis † prophana nõ habet locum clemen. unica. de cau. posses. uidelicet quod appellãs & appellatus posit suspendere petitorium utriusque partis. quia hoc est speciale in causa beneficiali ut ibi no. in j. glo. per Ioann. andr. & Pau. post princi. in uer. quid de appellante in alia causa. ubi uidetur distinguere. tamẽ finaliter uidetur in dicta conclusione remanere. petitoriũ tamen a se intentatum potest suspendere in secunda instantia sicut in prima uigore capit. pastoralis. de cau. possessio. quod generaliter loquitur. & quia licet sit finita prima instantia adhuc durat causa & iudex secundæ instãtiæ succedit primo coram quo id licuisset. ergo & coram isto. Hoc uerum nisi utrunque per appellationem uel alio modo sit ad curiam deuolutum secus uero si unum illorũ duntaxat. secundum Pau. ubi supra & uide Innocen. super dicto. cap pastoralis. super uerbo pendente. Sed quid
2 dices in casu *conuerso agens † possessorio uult illud suspendere & trãsire ad petitorium an posit. uidetur quod non a contrario tex. d. clemen. quia si illud est speciale ꝙ posit actor tam in causa principali quam appellationis petitorium suspendere & transire ad possessorium in odium spoliantis. tamen in casu conuerso ubi cessat fauor spolij dicta suspensio non licebit. Contrarium uidetur nota. in c. pastoralis. iiij. glo. de caus. pos. sed potest illi glo. responderi quod illa non dicit rediri ad petitorium suspenso possessorio. sed dicit quod rediri potest ad petitorium de possessorio inchoato subaudi & ei prius renunciato. Sed si uis tenere opinionem illius glosæ quod possessorium posit suspendi subaudi etiam in causa appellationis. & hoc addit illa clemẽ. j. de nouo de quo per Pau. ibi super uerbo aduersario. in fine. Pro prima parte facit quod suspenso possessorio inuita parte petitorium intentare non posit. Et ratio diuersitatis est. quia possessorium est priuilegiatum per dictum. c. pastoralis. & ideo propter ipsum intentandum petitorium suspendi potest quod priuilegium petitorio non est concessum. & sic non poterit possessorium suspendi ut postea petitorium intentetur. pro quo uide in cap. ij. de li. ob. in glo. fina. Contrarium tamẽ concluditur in. deci. viij. & x. infra eodem titu. Sed dubitatur eo casu quo de possessorio reditur ad petitorium an fiat condemnatio expen. Hosti. in summa de cau. possessio tenet quod sic. in. §. an quæstio. possessionis uer. sed si prius dic ut ibi.

*Agens possessorio an posit transire ad petitorium.

Decisio. VI. alias. 250.

Summarium.

Suspendens petitorium cum protestatione quod ab illo non intendit recedere nisi exprimat dando postea libellum super utroque uidetur a dicta suspensione recessisse.

SI suspendens petitorium utriusque partis postea dedit libellum concludentem in petitorio & possessorio a prædicta suspensione uidetur recedere. Licet tempore suspensionis protestatus fuerit quod ab huiusmodi suspensione non intendit recedere nisi hoc exprimeret. satis enim hoc expresit quando petitorium postea intentauit quod sibi licuit. de causa posses. & proprie. capitu. pastoralis Præterea per actum contrarium a protestatione receditur. prout leg. & not. in capitu. cum. M. de constit. & de appella. capitu. sollicitudinem. ergo & cætera. Sed est magnum dubium utrum suspendens semel petitoriũ illudq; reassumens posit iterato illud petitorium suspendere infra deci. 8.

Decisio. VII. alias. 283.

Summarium.

Si pronuncietur suspensionem petitorii locum non habere & ob hoc appelletur & iudex deferat & postea in possessorio procedat processus est nullus.

SI quis suspendit petitorium utriusque partis procedendo in solo possessorio & pronuncietur ex aliqua causa suspensionem huiusmodi locum non habere et appellatur ab huiusmodi pronunciatione & auditor deferat. & nihilominus postea in petitorio procedat processus est nullus. quia per delationem desinebat esse iudex in tota causa de appella. capitu. cum appellationibus friuolis. libro sexto & sic processus ruit tanquam a non suo iudice factus. de iudi. capitu. at si clerici. cum simili. de hac conclusione bene dubitabam. nec in ea consentiebam simpliciter quia possessio & proprietas nil habent commune. ut in. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquiren. pos. licet igitur expedierit possessorium sic pronunciãdo & etiam deferendo. & quo ad hoc desierit esse iudex. tamẽ adhuc nihilominus remansit iudex in petitorio quod etiam sibi fuit commissum & adhuc restabat expediendum. arg. iurium. capitu. j. & ij. capitu. cum dilectus. de cau. possessio. & proprie. de testi. c. significauerunt. de iudi. c. si. cum similibus.

Decisio. VIII. alias. 382.

Summarium.

Pluribus uicibus potest spoliatus in eodem iudicio petitorium in causa beneficiali suspendere quamuis in alia causa non priuilegiata post litis contesta. super proprietate spoliationis actio uel exceptio intentari non posit.

Epitome.

1 Petitorium an posit pluries in eadem causa suspendi.
2 Priuilegium an unico actu contrario perdatur.

FVit dubitatum utrum quis pluries posset suspendere petitorium in una & eadem instantia ante cõclusionẽ. puta aliquis in principio causæ siue litis suspendit petitorium postea in medio litis reuocat huiusmodi suspensionem & procedit in petitorio. ante uero conclusionem iterum suspendit petitorium. an hoc sit licitum. & uidebatur quod non. quia non licet sic uariare cum discrimine alterius. de regu. iur. mutari. libro sexto & de renunc. capitu. cum illusio. in clemen. Præterea cum hoc sit priuilegium agentis quod posit suspendere petitorium ante conclusionem & usus est hoc priuilegio semel. tamen per actum contrarium uidetur rece-
2 dere & renunciare priuilegio † unico enim actu cõtrario perditur priuilegium * de constitu. capitu. cum accessisset. de præbend. capitu. pro illorum. Fuit decisum & determinatum contrarium per omnes dominos. nam hoc priuilegium suspensionis petito. concessum est in odium spoliantis ut in clemen. unica. de cau. possessio. & propri. durante enim hac causa debet durare & priuilegiũ hoc est antequam purgata sit huiusmodi uiolentia & spoliatio per restitutionem semper durabit hoc priuilegium intantum quod nedum in prima uel secunda instantia. sed in tertia potest suspendi petitorium ante tamen conclusionem ultimæ instantiæ quæ est conclusio totius causæ de fideinstrumen. capitu. cum Ioannes nec obstat contrarium de uariatione quia humanitas iustæ pœnitudinis nemini est auferenda. ij. quæstio. v. si quis libellos. de appella. capitu. cum cessante. & capitu. interposita. ff. de inoffic. testa. l. papinianus. §. meminisse. de accusa. capitu. licet. ff de iuris. omni iudi. l. si conuenerit. quod perditur priuilegium unico actu contrario. non obstat quia uerum est si ille actus habetet siue habuisset suũ effectum. puta si iste suspendens primo petitorium & postea re assumens, obtinuisset sententiam in petitorio &

*Add. priuilegium. uide Fel. in. c. cũ accessissent de cõst. uers. septimo limita.

vellet tunc iterum suspendere petitorium istud non liceret. quia hic petitorium traheret ad se possessorium. de cau. possess. & propri. c. cum dilectus. de testi. c. significauerunt. pro prima tamen opi. videtur facere quædam no. Pau. in cle. vnica. de cau. pos. in glo. penult.

Decisio. [redacted] I X. alias. 396.

Summarium.

Per simplicem commissionem agi potest petitorio & possessorio nisi tantum eorum alterū sit commissum.

Epitome.

1 Actio petitoria & possessoria an virtute simplicis cōmissionis obtētæ super occupatione & spoliatione rei ad impetrantem pertinentis possit intentari.
2 Verbum pertinere in commissione positū quid operetur.
3 Rescripta sunt stricti iuris, nec extenduntur ad casus in eis non expressos.

SI committatur auditori causa quæ vertitur inter Titium & Seium de & super spoliatione occupatione & detentatione alicuius castri vel terrarum quod vel quas dicit impetrans in commissione ad se pertinuisse & pertinere. Dubitatur † vtrum vigore huiusmodi commissionis actor possit agere petitorio & possessorio. & videbatur aliquibus dominis & præsertim mihi quod duntaxat posset procedi in possessorio quod principaliter esset cōmissum & nullo modo super proprietate quæ nihil habet commune cum possessione. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil omnes domini me excepto dicebant & tenebant contrarium & hoc propter verbum pertinere positum in commissione quod est latissimū. ff. de verbo. signi. l. verbum pertinere. de fin. instru. cap. inter dilectos. & ibi no. super. ver. procura. ad quod respondebam
2 quod † hoc verbum pertinere in commissione esset positum in vim causæ siue per modum accessorij & non principaliter. & licet proprietas interdum immo quasi semper ad se trahat possessorium & illi præualeat vt de cau. possess. & proprie. cap. j. & ij. & c. cum dilectus. & forte iudex propterea datus super proprietate posset cognoscere de possessione secundum Ioan. & vin. in c. j. de sequest. tamen id non procedit in casu conuerso quia nusquam reperitur quod possessio trahat ad se proprietatem vt no. in dictis iuribus & in. ca. pastoralis. eodem titu. Præterea dixerunt prædicti domini quod licet committeretur simpliciter causa possessionis absque dictione limitatiua tantum vel duntaxat. nihilominus posset agi de proprietate. secus vero si limitatiue committeretur. pro quo allega. no. in dicto. cap. ij. & cap. pastoralis. de cau. po. & proprie. & no. in. cap. j. de sequestra. quas glo. credo verissimas quo ad dictum secundum videlicet quando cum limitatione causa posse. vel proprietatis cōmittitur quia
3 rescripta † sunt stricti iuris & non extenduntur nisi ad causas expresse. de offic. delega. p, & g, de rescript. capitu. fina. & capitu. causamque. cum ibi not. Sed quo ad primum dictum credo semper salua correctione glo. non ita intelligendas nec sic loquuntur si recte inspiciantur. nam quādo simpliciter & indiffinite aliqua committitur causa iudici inter Titium & Seyum super tali re tunc potest agi petitorio & possessorio & hoc fateor de plano qa indefinita æquipollet vniuersali. de priuileg. ca. quia. de elect. vt circa. lib. vj. vbi de hoc vno tamen commisso aliud non veniet nisi per modum reconuentionis. secundū Ioan. & vin. in cap. j. de sequestra. præmissa tamen protestatione qui alleg. authen. consequenter. C. quomodo & quando iudex de mut. peti. cap. j. & ij. de ordi. cogni. ca. ij. finito tamen negocio commisso super non commisso neutra partium potest agere nisi ex noua commissione de resti. spo. c. audita. de offic. delega. c. cum olim. & cap. cū contingat. Allegabant etiam prædicti domini pro dicta conclusione vnum dictum. c. Innocē. in cap. episcopi. de re. eccle. non alie. videlicet quod vigore rescripti ea quæ de bonis potest agi petitorio & possessorio quod dictum videtur multum facere pro ipsis in casu proposito. ad quod respondebam quod verba ista posita in dicto rescripto sapiunt & sapere possunt tam petitorium quam possessor. Et ideo in dubio potius debemus interpretari quod rescriptum valeat quam pereat. de verb. signi. c. abbate cū similibus.

Decisio. X. alias. 417.

Summarium.

Actor qui suspenso petitorio in causa beneficiali obtinuit sententiam & sequestrum in possessorio poterit coram iudice ad quem suus aduersarius appellauit etiam eo inuito reassumere petitorium dummodo sibi sit commissum.

Epitome.

1 Spoliatus habens primam sententiam an possit in secunda instantia parte contradicente ad petitorium redire.
2 Inductum in fauorem non debet in odium retorqueri.
3 Benificium intrans auctoritate propria dicitur per fenestram intrare: auctoritate autem iudicis intrans per ianuam intrat.

1 SI pro spoliato suspenso petitorio † in prima instātia feratur sententia in possessorio & per spoliatorē ab eo appelletur. Fuit dubitatū & satis inter partes altercatum. vtrum in secunda instantia prædictus spoliatus habens sententiam restitutoriam pro se posset inuita parte aduersa immo expresse contradicente redire ad petitorium reassumendo illud in statu in quo dimisit. & videbatur aliquibus dominis quod non. nisi primo in cā possessorii esset terminata per alias duas sententias. tum propter priuilegium interdicti quod non admittit proprietatem in contrarium. de ordin. cogni. capitu. fina. de resti. spo. capitu. in literis. tum propter sequestrum factū de fructibus occasione primæ sententiæ. iuxta formam clem. vnicæ. de sequestr. possess. & fruc. quod secundum aliquos reuocaretur & cessaret si dicta sententia in possessorio lata infirmaretur in secunda instantia quod nō crederem nisi illa infirmatoria per alias duas confirmaretur. & tunc per illam victoriam finalem fructus sequestrati & reconditi illi victoriam prædictam obtinenti bene traderentur vt in dicta. clemen. Licet aliqui domini forte non improbabiliter intellexerunt eandem clemen. de finali victoria quo ad fructuum sequestratorum restitutionem in petitorio factam sed sanior intellectus est quod intelligatur de vtroque prout innuunt verba clemen. In dubio vero principali superius tacto fuit conclusum per omnes quod dictus suspendens poterat redire ad petitorium inuito aduersario qui vlterius poterit prosequi possessorium & instare pro infirmatione primæ sententiæ quæ tamen sibi modicum valebit. nisi quo ad expens. si alter in petitorio obtinebit quod trahit ad se possessorium de caus. pos. & proprie capitu. cum dilectus nec spoliatoris est cōtradicere in hoc casu cum spoliatus nō curet ab ipso possessionem & fructus recuperare quos ante ingressum ad petitorium recuperasset si prosequendo possessorium tres sententias pro se obtinuisset. vt in capitu. pisanis. de resti. spo. de ordi. cogni. capitu. cum dilectus. cum enim hoc priuilegium sit introductum a iure in fauorem spoliati & odium spoliantis. vt in capitu. fina. de ordi. cogni. de cau. pos. & proprie. capitu. pastoralis. & clemen. vnica eodem titu. & tali fauori renunciare potuit de regularib. capitu,
2 ad apostolicam. quod † enim ob fauorem alicuius statutum est in eius lesionem retorqueri non debet de regu. iu. quod ob gratiā. libro. sexto & C. de leg. l. quod fauori. & quia ipsius aduersarij non interest resistere audiri non debet. ij. quæstio. vj. non solent. de elec. ca. cum inter. R. & de appella. capi. qua fronte. de offic. delega. capitu. cum contingat. de accu. capitu. super hijs cum similibus.

¶ Sed pone retento eodem themate quod prima sententia lata in possessorio transiuisset in rem iudicatam & ille pro quo lata fuit sine executore intrasset possessionem beneficii fructus percipiendo ex eodem. Fuit dubitatum vtrum primus possessor expulsus modo quo supra posset prædicta petere reuocari per modum attentati. & videbatur aliquibus dominis & maiori parti quod sic. propter

propter litis pendentiam in petitorio. qua pendente nihil debet innouari vt li. penden. in rubro & in nigro. tum etiam quia propria auctoritate intrauit possessionem contra iuris dispositionem. ergo merito etiam in petitorio debet succumbere. per. l. si quis in tantam. C. vnde vi & per. c. placuit. xvj. q. vj. & de præben c. eum qui lib. vj & per no. per Innoc. in cap. cum olim. super ver. portatorium. de priuile. quæ tamen no. Innoc. posset induci pro contraria parte quam credo veram vt statim subijciam. vbi dum dicit nisi partibus præsentibus. &cætera & ibi immo plus videtur. &cætera per quam glos. & rationem quam statim dicam. credo prædictum spoliatum modo præmisso non posse agere super attentatis sed bene interdicto siue conditione ex prædictis legibus & canonibus. ratio nam licet posset dici aliquid attentatum circa beneficij possessionem. tamen nihil est attentatum circa proprietatem & sic attentando nec ius nec iudicem quo ad proprietatem offendit. quæ ad se trahit possessionem si in petitorio obtineat. de cau. pos. & propri. ca. cum dilectus. sicque nullum præiudicium fit parti in petitorio. & sic nõ ob. edictum vt lit. penden. quod locum habet quando lite pendente aliquid in præiudicium partis attentatur. vt no. Innocen. super rubrica. vt lite. penden. & melius in. cap. ex parte. s. c. personæ. de rescrip. nõ ob. si dicatur immo magnum præiudicium fit huic parti expulsæ a possessione quæ multa habet commoda de præscript. ci ad aures. de concess. præben. c. cum nostris. quod fateor verum si sibi iniuriatur circa possessionem pro qua sibi competunt alia auxilia iuris de quibus supra sed hoc habet remedia ordinaria ergo non curet de hac via extraordinaria. ff. de mino. l. in causæ. nihil enim habet cõmune proprietas & possessio. ff. de acqui. posses. l. naturaliter. §. nihil. cum igitur terminatum sit possessorium per sententiam partibus præsentibus quæ transiuit in rem iudicatã forte non multum peccauit si intrauit possessionem de facto per suum aduersarium occupatam sine executore. absque tamen violentia nec propterea forte incurret pœnam c. eum qui. de præben. lib. vj. nec teneretur ad restitutionem rei quam propter auctoritatẽ rei iudicatæ tenere potest secundum Innocen. in dicto. c. cum olim. qui allega. l. verum. ff. de condi. indebi pro quo facit etiam no. per Bern. & Ioan. an. in. c. vigilanti. de præscrip. Præterea si propter litis pendentiam in petitorio haberet locum prædictorum attentatorum reuocatio sequeretur absurdum quod pendente petitorio & ante eius finem nunquã possit fieri plena executio sententiarum etiam trium latarum in possessorio. quæ tamẽ ante ingressum petitorij plene sunt executioni mãdandæ. de iudi. c. finali de testi. c. significauerunt. de ordi. cogni cap. ij. & cap. fina de resti. spol. c. pisanis cum multis similibus. Ad quod dominus Nicolaus qui hoc dubium posuit in consilijs. Respondebat quod prædicta iura loquuntur de executione fienda per iudicem vel eius auctoritate. quæ si sic fieret non posset dici aliquid attentatum. nam quod iure fit iuste fit de elec. c. cum ecclesia Vulterana. de restitu. spol. c. audita. &. c. cum olim. de regu. iur. c. factum legitime. libro. vj. & sic dicebant non ꝓcedere ar. ab absurdo. at in casu nostro
3 hic habens † sententiam pro se non intrauit per hostium &cætera puta auctoritate iudicis sed aliunde puta propria auctoritate. ergo tamquam fur & latro est puniendus de iurepatro. c. relatum. de insti. cap. ex frequẽtibus rem ꝙ & ius suum merito perdere debet per iura superius allegata videlicet per. cap. Placuit. & cap. eum qui. quæ iura intelligo quando quis per violentiam absque sententia sine titulo canonico se intrusit vel intrudi permittit in beneficio. at in casu nostro sententiam pro se habuit quæ in rem transiuit iudicatam & sine violentia. vt ponebatur in facto possessionem apprehendit & forte vacuam. quid ergo hic male fecit nisi quod sine executore intrauit. Agat igitur hic spoliatus contra prædictum suum spoliatorem. vel interdicto vnde vi secundum aliquos. vel ad interesse secundum alios prout no. Innocen. in dicto. cap. cum olim. & curat lis in petitorio cui nullum in prædicto casu factum est præiudicium suo marte. & sic fuit obtentum & sententia tum hoc est in petitorio processum & non fuit auditus prædictus spoliatus.

VT LITE PENDENTE.

Summarium.

Si iudex in Sententia reuocatoria attẽtatorum ommisit condemnationem expẽsarum an id postea facere poterit.

Epitome.

1 Expensarum condemnationẽ an iudex ex interuallo facere poterit.
2 Appellatio a diffinitiua iustificatur ex nouiter productis secus in appellatione ab interlocutoria.
3 Mandatum iudicis habet vim diffinitiuæ: & tenet etiam sine causæ expressione.
4 Appellari non potest a sententia certis diebus elapsis itẽ nec a condemnatione expensarum.

Decisio. I. alias. 13.

SI iudex reuocet quædam attentata ante omnia li. pendente. & tunc non condemnet in expensis.
1 † dubitatur vtrũ postea posset huiusmodi condemnationem expensarum facere? Et videbatur quod non. quia vim diffinitiuæ habet & sic eodem die huiusmodi condemnatio esset facienda per. l. Paulus de re iudi. & per ca. concertationi. de appella. libro sexto tum etiam quia quo ad hunc articulum functus est officio suo. vt in cap. in literis. de offic. delega quod capitu. vendicat sibi locum in diffinitiua. ed hæc sententia siue pronuntiatio licet diffinitiuæ vim habet quoad quædam puta quo ad effectũ clemen. appellanti de appella. tamen ad præmissa effectum censetur habere interlocutoriæ & diffinitiuæ. tum quia per eum non deciditur negocium principale. tum etiam quia simpliciter sine ordine solemni ex puro & mero officio iudicis proceditur super huiusmodi attentatis. prout no. Innocen. de rescrip. ex parte. de maio. & obe. dilecti. & de except. dilecti. & per Ioann. andr. de appella. non solum. libro sexto vbi dicit expresse quod est interlocutoria. & intelligas semper quo ad præmissum effectũ & quod ad effectum. cap. cordi. de appella. secus quo ad effectum clemen. appellanti. quæ non habet locum in interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus. vt in casu nostro & in articulo desertionis & absolutionis ab instantia iudicij & huiusmodi. quia nimis graue præiudicium tales sententiæ parant. nec ob. cap. cordi quia locum sibi vẽdicat in huiusmodi causis. quia facilius est parti inserere causam grauaminis & appellationem in scriptis vt in cap. cordi. quam subito infra duos vel tres terminos in vna septimana forte seruatos, probationes super dictis articulis coram iudice adducere. & intelligo prædictam conclusionem in principio positam si huiusmodi interlocutoria in rem transit iudicatam. nam tunc huiusmodi condemnatio expen. non est nisi quædam prædictæ interlocutoriæ executio & non noua sententia secundum Innocen. in capitu. sæpe. de appella. Nec potest secundum eum ab huiusmodi condemnatione expens. appellari. quia hoc tempus condemnationis trahitur ad tempus sententiæ. Pro qua opinione Innocen. fa. not. per Io. mo. in capitu. licet. super verbo conualescat. circa medium. & in capitu. his qui. in vltima glos. circa fin. de sent. excommu. libro sexto. ¶ Hic superuenerunt duo noui domini Auditores videlicet dominus Petrus Gasconis legum & Franciscus de laude vtriusque iuris doctores.

¶ Alia additio. scilicet, vt possit iustificari ab appellante, vel impugnari ab appellato ex nouis allegationibus, vel probationibus. vt sic sit par & ra-

tio appellandi in ista sicut indiffinitiua. ergo par ratio
probandi. & sic non allegatum allegabo & non proba-
2 tum probabo. vt. l. per hanc. in fi. C. de tempo. ap. † & no.
in. c. fraternitatis. de testi Sed quæritur quæ est ratio q̄d
appellatio a diffinitiua iustificatur ex nouiter productis
& non ab intelocutoria. Dic quod appellatio ab interlo-
cutoria licet aliquando tolleretur, tamen semper est odio
sa. quia derogat ordinariæ iurisdictioni. sed appellatio a
diffinitiua est fauorabilis ideo magis iuuanda per qualcũ
que probationes. Et ista est ratio clemen. appellanti. secũ
dum Bal. in. l. eos. §. si quid autem. C. de app. ¶ Item ap-
pellatio ab interlocutoria habet oculos retro. ff. de mino.
l. ait prætor. §. permittitur. sed appellatio a diffinitiua ha
bet oculos in supremum finem secũdum eum. Item cau
sæ non intentatæ in appellatione ab interlocutoria rema
nent in iurisdictione iudicis a quo. l. generaliter. §. si iudex.
C. de iureiuran. & hoc verum in allegationibus quæ con
sistunt in facto. sed allegationes quæ consistunt in iure
scripto non oportet exprimere in libello. l. ornamentorũ
ff. de auro & argento. lega. Vnum tamen scias quod si iu-
dex allegantem non curauit audire nõ probatum adhuc
poterit probare. l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de mino. Et
ratio huius est quia per iudicem stetit quo minus proba-
tio facta fuerit. de appel. interposita. & ideo non est parti
aliquid imputandum.
¶ Alia additio. scilicet vt ea appelletur in scriptis & cum
expressione causæ. & ita tenet vna decisio in antiqs quæ
3 incipit. Item no. quod sententia lata. Contrarium † tenet
Abb. & Ioann. an. in. c. peruenit. el. ij. de appella. vbi di-
cunt quod sicut appellatio tenet a diffinitiua sine expres
sione causæ ita tenet a mandato iudicis quod habet vim
diffinitiuæ quod est notatu dignũ. Idem tenet Bal. in. l.
mino. C. de his quibus vt indig & facit quod no. in. l. ait
prætor. §. permittitur ff. de mino. & vim diffinitiuæ dici-
tur habere quando lite penden. vel post appellationem
est aliquid attentatum circa possessionem rei de qua agi
tur quo casu sententia lata super reuocatione talium at-
tentatorum habet vim diffinitiuæ. quia sapit naturam ve
ri possessorij. Sed si attentatum fuit circa personam & nõ
circa rem super qua lis pendebat: tunc sententia reuoca-
toria attentatorum videtur esse interlocutoria: & non dif
finitiua. Et videtur ita sentire decisio. cxiij. alias de re iu-
di. deci. ij. infra.
¶ Alia additio. Hoc dictum non capio quod condemna-
4 tio † expensarum sit executio primæ sententiæ cum in ea
nulla de expensis mentio facta fuit. sed si fuisset facta cõ
demnatio expensarum & non taxatio, tunc dicta taxatio
posset fieri etiam post decem dies. quia est executio pri-
mæ sententiæ in qua fuit facta condemnatio sed non ta-
xatio. & ab illa appellari non potest propter dictam ratio
nem. & ita intelligo Inno. in. c. sæpe. hic allegato. & in. c.
si. quod metus causa.
¶ Alia addittio. Sed a sententia elapsis. x. diebus non po
test appellari. ergo nec a condemnatione expensarũ quæ
est executio primæ sententiæ. ita sensit glo. in simili. in. l.
si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod metus cã
& ita intellige istam appostillam.

Decisio. II. alias. 55.

Summarium.

Ad instantiam illius de cuius nõ iure clare constat at
tentata lite pendente non veniunt reuocanda, concor. de
cisi. supraproxima.

AD instantiam illius de cuius non iure clare con-
stat non veniunt attentata lite penden. reuocan-
da sicut dicimus in interdicto vnde vi iuxta no.
per Inno. in. c. constituit. de fil. pres. c. significasti. de di-
uor. & quia sua non interest hoc petere. de elect. c. cum in
ter canonicos. ij. q. vj. non solent. de testi. c. veniens. el. ij.
præsertim si reuocatio huiusmodi attentatorum tendat
ad restitutionem possessionis adeptæ li. pendente ne per
hoc detur viciosus ingressus huic notorie ius nõ habenti.
ar. c. eum qui. de eo qui mit. in poss. lib. vj. & hoc videtur
Oldra. tenuisse in quæstionibus suis.

¶ Additio. Item ex quo notorie constat de non iure suo:
apparet eum velle committere peccatum mortale. quia
si fieret sibi restitutio possessionis prout ipse petit percipe
ret fructus ratione dictæ possessionis quos sine peccato p
cipere non posset ex quo titulus & canonica institutio si-
bi deficit. imo si illos pcepisset restituere teneret. vt no gl.
in. c. cum super de causa poss. no. in. c. dilecto. de præbẽ.
& in. c. cum dilectus. de iur. patr. & vbi constat quem no
torie esse paratum ad peccandum: potest iudex illi præci
pere & inhibere ne peccet tex. est cum glos. fin. c. ad au-
dientiam. & in. c. ex literis. de spon.

Decisio. III. alias. 56.

Summarium.

Si lite pendente in palatio apostolico super beneficio
reus possessionem transferat in alium per viam permuta
tionis vel alio modo reuocabitur per modũ attentati.

SI lite pendente in palatio super beneficio ecclesiasti
co reus & possessor transferat beneficium in alium p
mutando vel alio modo & moriatur, huiusmodi per
mutatio reuocabitur per modum attentati etiam contra
illum superstitem tamen eo vocato. arg. no. per Innoc. de
consti. c. cum. M. & de appella. c. cum teneamur per Ho
sti. & in. c. licet. de præben. li vj.
Additio. Pone quod peto præbendam a capitulo & ca-
pitulum li. pedeñ. alteri confert: vel peto electionem meã
confirmari ad ecclesiã. superior li. pendeñ. alteri confert
an teneat collatio Respondeo si peto rem corporalem
vel incorporalem vt mihi debitam non vt meam & reus
li. penden. alienat tenet alienatio. Idem si petatur con-
firmatio electionis etiam si ante electionem fuerit appel-
latum quia licet appellatum quia licet appellatio de
uoluat causam appellationis. non tamen deuoluit po-
testatem conferendi. & si dicatur cassari debet quod
fit pendente appellatione verum est de his quæ spe-
ctant ad iudicem vel causæ processum. vt si recipian-
tur testes vel feratur sententia quæ cassatur probata le
gitima appellatione. de testi. cap. ex parte. collatio ve-
ro non pertinet ad processum. non obstat de arbi. cap.
ex parte. quia ibi prima electio impedit secundam non
autem litispendentia, per quod apparet quod si epi-
scopus petit aliquem a beneficio remoueri tenet collatio
quam facit li. pendente. vbi autem quis dicit præbendã
suam tunc lite pendente inhibetur alienatio, per conuen
tum non autem per tertium. quia vicium litigiosi non af-
ficit nisi partem non autem tertium. hodie dic vt in. ca.
j. & ij. vt lite penden. ¶ Quid si contra possessorem be-
neficij feratur sententia a qua appellet an poterit interim
priuari possessione beneficij. Respondeo quod non quia
datio possessionis est de processu. de præben. licet episco-
pus. lib. vj. qui inhibetur lite penden. secundum dominũ
Pe. de Perusio in. c. cum. M. de consti. in fi.

Decisio. IIII. alias. 57.

Summarium.

Attentata lite penden. vsque ad conclusionem causæ
exclusiue possunt peti reuocari.

ATtentata li. penden. possunt peti reuocari vsque
ad conclusionẽ in causa exclusiue. quia in qua-
cunque parte litis talia ex officio & ante omnia
sunt reuocanda propter contemptum iudicis & partis
iuxta no. in. c. non solum. de appella. libro. vj & plenius
per Io. mo. in. cap. cupientes de electio. eodem. li. super.
ver. gratia. Conclusio enim præcludit viam reuocationis
attentatorum sicut suspensio petitorij. de cau. poss. &
proprie. c. pastoralis.
¶ Additio. Nota quod remissio super attentatis non da
tur ad partes. sed datur terminus ad probandum in cu-
ria. & ita seruat audientia.

Decisio. V. alias.64.

Summarium.

Surrogatus in litem & in ius quod competebat defuncto censetur ad possessionem etiam surrogatus licet expresse in surrogatione de eo mentio non sit facta.

SVrrogatus in litem & in ius quod quomodolibet cōpetebat defuncto si in aliqua parte gratiæ fit mentio de possessione defuncti ad possessionem etiam censetur surrogatus licet expresse id in gratia non exprimatur. nam licet possessio quærenda sit facti tamen ipsa appræhensa & quæsita, est iuris.ut leg & not.in.c.cum in nostris.de concess.præben.facit in simili quod not. Io.mo. in.c.i.de consti.li.vj de consuetudine elicita & elicienda. Si uero in nulla parte gratiæ de possessione fiat mentio tunc secundum aliquos ad possessionem non censetur surrogatus.per.l.cum hæredes.ff.de acqui.poss.& pea quæ le.ff.so.ma.l.si constante.§.si uero. Alij tamen & maior pars dominorum dixerunt contrarium propter uerba id innuentia in illis surrogationibus poni consueta puta in & ad omne ius quod tali quomodolibet competebat seu competere poterat tempore obitus sui. & q̄ admittatur ad prosecutionem iuris litis & causæ in eo statu in quo defunctus deberet admitti.

Decisio. VI. alias.75.

Summarium.

Attentata per actorem post commissionem per eum impetratam ueniunt reuocanda.& sic cle.ii.ut lit. pend. fortius in actore quam in reo locum habet.

QVod dicitur in clem.ii.ut li.penden.fortiori ratione procedit in actore aliquid post citationē decretam licet non executam attentante quam in reo.quia ipse certus est de commissione impetrata & citatione decreta.ergo amplius certiorari non debet. de rescrip.c.ab excommunicato.de reg.iur.c.cum qui.li.vi. & maior contumacia est actoris quam rei.de do.& cōtu. causamq;.&.c.actor.li.vi. Pro quo faciunt iur. alleg. per Io.an.& Pau.in.d.cle.super uer.citatio.

Decisio. VII. alias.81.

Summarium.

Attentata per procuratorem de cuius mandato non constat non nocent domino.

QVod ad reuocationem attentatorum lite pēdē. uel post appellationem non sufficit dicere uel probare per testes q̄ uiderint per talem procuratorem meum talia attentari nisi constet de procuratorio & mādato domini.quia dolus procuratoīs &c.nec uidetur dominus sibi mandasse nisi licita iuxta not.in.c.i.ut lit.non contest.

Decisio. VIII. alias.144.

Summarium.

In causa beneficiali mortuo reo potest ad ulteriora p̄cedi per audientiam contradictarum contra omnes ad effectum adiudicationis fiendæ actori maxime propter fructus sequestratos.

IN causa beneficiali mortuo reo & possessore ad instantiam actoris potest procedi per audientiam contra omnes quorum interest ad ulteriora ad effectum adiudicationis fiendæ actori & forte propter fructus antea sequestratos obtinendos. nam qui finalem obtinet uictoriam illos consequitur iuxta formam clem.unice.de sequest.poss.& fruc.sæpe enim quæritur de iure defuncti ut sciatur de iure superstitis. ad hoc.ii.quæst.i.in primis.& licet appareat defuncto amplius non deberi: non propter hoc sequitur superstiti uiuenti deberi.ad hoc de Rescriptis.c.olim.hæc enim & alia leguntur & not.ut li.pendē.c.i.super uer.defuncti.per Io.an.in lectura&nouel.lib.vi.

Decisio. IX. alias.279.

Summarium.

In Ro.cu.citatio per nuncium inducit litispendentiam.sed extra curiam habet locum clem.ii.ut lit. penden.

CLem.ii.ut lit.penden.non habet locum in roman. curia in eo quod ibi statuitur talia in citatione exprimenda per quæ plene posset instrui pars citata. nā in loco ubi p̄sentes sunt iudex & partes & pars rea citatur per nuncium uel cursorem ad dicendum contra commissionem potest leuiter si uult recipere & habere copiam commissionis & ex contentis in eadem se instruere ad cuius instantiam & super quo commissio est impetrata & causa commissa.imputet ergo sibi si copiam non recipit. Præterea:cle.loquitur quando citatio fit per scripturam secus uero si per nuncium.cuius tamen contrarium Io.an.innuit in dicta clē.in glo.ultima in fine. Sed quicquid sit omnibus dominis uidebatur sufficere in curia citationem factam per cursorem & ad partem citatam legitime peruenisse & per eam litem pend.quo ad attentata etiam postea reuocanda.

Decisio. X. alias.411.

Summarium.

Si lite pendente reus & possessor moriatur & actor possessionem recipiat & tertius surrogatur reuocabitur possessio per uiam attentati.

Epitome.

1 Rescriptum personale non transit ad alias personas q̄ in eis expressas.
2 Possessionem beneficij apprehendens propria auct. perdit ius quod in beneficio habuit.
3 Lis nunquam finitur nisi per sententiam.
4 Ius prædecessoris transit in successorem.

SI lite pēdente* in cur.romana: & possessore extra curiam defuncto statim actor possessionem beneficii litigiosi apprehendat & postea alter in ius & litem dicti defuncti per papam mandatur surrogari.& iste surrogandus antequam surrogetur petat attentata per dictum actorem quo ad possessionem & fructuum restitutionem reuocari: dubitabatur & quærebatur de duobus uidelicet utrum per obitum dicti rei & possessoris lis fuerit finita & extincta? Et si non: utrum prædictus surrogandus posset huiusmodi attentata petere reuocari? In
1 primo dubio uidebatur q̄ esset extincta.quia rescripta† p̄sonalia nec transeunt ad alias personas quam in eis contentas.de offi.deleg.c.P.&.G.&.c. cum olim.ergo uno istorum mortuo extinctum uidetur rescriptum.de rescri. significauit.insti.mandati.§.ratione.&.ff.co.ti.c.inter causas.in princ.quod est uerum re integra.& sic loquuntur prædicta iura.secus uero si lis fuerit inchoata ante mortem ut in casu nostro.quia tunc potest superstes uel eius cuius interest prosequi litem.ut li.pen.c.i.in clem.§.si uero alter.ubi glo.uidetur innuere q̄ si nullus prædictorū litem prosequeretur ipsam tunc finitam esse & non pendere.quæ glo.uidetur multum facere pro hac parte.nam hic actor superstes capiendo possessionem uoluit litem ulterius prosequi.ergo sumus in casu glo.antedictæ. faciunt etiam pro hac parte not.per Spec.ti.de offi.del.§. restat.uer.item finitur mortuo impetratore.& no.per Inno.in.c.ex parte.de arbi. Quibus non obstan.fuit decisum & conclusum contrarium.& hoc per.c. si hi contra quos.ut lit. pen.li.vi. Contra quam constitutionem & eius prohibitionē hic actor possessionem beneficii litigiosi apprehendit. & sic nil egit propter decretum ibidem

* Pendente ad de.deci.iii an de rest.spo.18. & co.ti.5.

appositũ.nisi uellemus illam constitutionẽ intelligere stricte in præsentatione collatione siue electione alteri quã petitori facienda & non in possessionis apprehensione quæ ibi non prohibetur nec irritatur quæ est pœnalis & non uidetur extendenda.de ele.c.statutum.li.vi.cum si. Quibus non obstan. adhuc credo actorem peccasse in apprehensione huiusmodi possessionis.quam aut apprehendit propria auctoritate aut auctoritate apostolica uel
2 ordinaria.Si propria † non potuit. immo ius perdidit qd in beneficio habuit per.c.eum qui.de præben.li.vi. Si auctoritate apostolica puta per executorem qui ante.litem motam forte de huiusmodi beneficio sibi prouidit.sed possessionem non tradidit.quia per alium auctoritate ordinaria inductum occupata fuit.quo mortuo ipsum in possessionem uacuam induxit quod uidetur sibi licuisse de iure.de præben.c.pro illorum.&.c.de multa.cum ibi not.&.c.licet.eo.ti.li.vi.a contrario sensu. & ꝙ not. per Inno.in.c.ex parte de arbit.superius allegat.Sed dic ꝙ non potuit.quia per commissionem factam in curia ligatæ fuerunt sibi manus immo ablata fuit sibi totaliter potestas se plus intromittendi de huiusmodi negocio.ar.c.ut nostrum.de appell. de rescriptis. c.cæterum.de elec.quamuis.&.c.si eo tempore &.c.si postquam.li.vi.de of.deleg.pastoralis.Si auctoritate ordinaria illud plus haberet de colore iur.tamen uidetur dicendum idem pro
3 pter litispendentiam † adhuc in curia quæ nunquam finitur nisi per sententiam secundum rotam & cui prohibetur antecedens puta collatio præsentatio siue electio ut in.c.ii.ut lit.penden li.vi. ergo & consequens uidelicet institutio & in possessionem inductio.ar.c. qualiter.& c.quisquis.de elec.nec ponebatur in facto ꝙ dictus actor apprehenderit possessionem auctoritate ordinaria sed apostolica.puta per suum executorem.ergo cessat hæc ultima dubitatio & stat prima quæ fuit decisa. uidelicet adhuc litem pendere.& hoc etiam probatur per bullam illius surrogandi in qua papa narrando litem adhuc pendere mandauit eum ad huiusmodi lit. prosecutionem admitti in eo statu in quo dictus possessor si uiueret posset & deberet admitti.sed si ipse uiueret:posset agere super huiusmodi attentatis & possessorem petere amoueri a possessione sic lite penden.apprehensa ergo & iste in locum
4 eius surrogatus Nam † qui in locum alterius surrogatur eodem iure uti potest & debet.ut lit.penden.ecclesia sanctæ Mariæ.cum si.& successor eodem iure quo & prædecessor.de solut.c.i.& per hoc uidebatur responsum ad secundum.uidelicet quod iste surrogandus posset ante omnia petere reuocari huiusmodi attentata. de quo tamen multi domini dubitabant. quia contra hunc nihil fuit attentatum.ergo non uidebatur audiendus tanquam illius cuius non interest quia possessionem istius beneficij non habebat.ii.quæst.vi. non solent.de elect cum inter canonicos.de accu.c.super his.cum si. ¶ Præterea licet mandatum fuerit de surrogando quo ad proprietatem: non tamen quo ad possessionem quæ est facti & nihil habet commune cum proprietate.ff.de acquir.pos.l. naturaliter.§.nihil. Aliquibus dominis uidebatur ꝙ sua multum interesset saltem ꝙ iste actor introducens se lit.pen. a possessione amoueretur & sibi de fructibus non responderetur.ut si uinceret iste surrogatus rem id est beneficiũ uacuum cum fructibus reperiret.arg. eorum quæ le.& not.per Inno.de testi.c.ueniens.& de re iudi.c.cũ super Fuit igitur consultum & conclusum sic ꝙ iste tertius ante omnia ad litis prosecutionem admitteretur & postea implorato officio iudicis in cuius contemptum possessionem beneficii litigiosi coram eo prædictus actor apprehendit:ab huiusmodi possessione amoueretur ex puro & mero officio suo & non ad instantiam dicti surrogati. inter quem & prædictum actorem sic a possessione amotum ulterius lis transeat suo marte super proprietate super qua lata sententia pro aliqua partium earundem mandabitur etiam executioni quo ad possessionem. de cau.poss.& propriæ.c.cum dilectus.Interim tamen manebit possessio uacua & non tradetur prædicto surrogato.quia sua gratia ad possessionem principaliter ut dictũ est se non extendit & sic fuit obtentum si uero non actor sed quidam alius puta Titius per ordinarium sic lite pendente intruderetur siue in possessionem induceretur prædicti beneficij litigiosi sit tertius puta Seius per papam in ius litem & possessionem rei & possessoris defuncti surrogari mandaretur.& ille peteret intrusionem & inductionem reuocari per modum attentati ipsumq; intrusum amoueri & se in possessionem induci.fuit postea in quibusdam alijs consilijs dubitatum utrum esset audiẽdus. & erat conclusum ꝙ non. Tum quia nunquam fuerat lis inter istos duos nisi modo.tum quia potuit esse ꝙ defunctus nullum sed superstes bonum ius seu titulum habuisset seu haberet.& ideo ante huiusmodi discussionem maxime superstite contradicente nihil dixerunt domini fore innouandum.uerumtamen dixerunt hunc surrogandum bene posse agere interdicto adipiscendæ possessionis quæ non est danda sine titulo.arg. eorum quæ le.& not.c.de cau.poss.c.ii.&.c.pasto. per Innoc.& de testi.spo.in literis.&.c.ex parte.per eundem.Superstes uero bene potest agere super attentatis lit.penden.contra intrusum petẽdo ipsum a possessione amoueri. immo.petere etiam posse cassandam & pronunciari nullam per.c.si hi contra quos.superius allegato.

Decisio. XI. alias.440.

Epitome.

1 Surrogatus in locum actoris defuncti an possit continuare litem cum procuratore rei superstitis.

2 Actore defuncto lis non est respectu eorum quorum interest extincta uel inchoanda.

3 Procurator rei superstitis actore defuncto an possit uel debeat litem continuare cum procuratore surrogati in locum defuncti.

1 SI agẽs † petitorio super certo beneficio lite pendente moriatur.& quidam alter in omni iure & ad omne ius quod eidem defuncto competebat ac litis & causæ huiusmodi prosecutionem per papam surrogetur.Fuit dubitatum utrum cum procuratore rei superstitis posset ulterius iste surrogatus litem continuare & in causa ad ulteriora procedere sine noua citatione eiusdẽ rei uel saltem intimatione huiusmodi surrogationis sibi faciendam?Et uidebatur aliquibus dominis ꝙ non. quia huiusmodi surrogatio est noua prouisio quam reus & possessor uerisimiliter ignorare potest ipsamq; de surreptione impugnare poterit ergo merito erit ad minus sibi intimandum & terminus sibi præfigendus infra quem si uelit poterit ipsam in aliquo impugnare ꝙ ueniat uel mittat.ar.c.si.de elec.li.vi.Præterea uidebatur ꝙ potestas procuratoris rei data contra defunctum non extenderet se ad ipsius surrogatum.quia huiusmodi procuratoria sunt stricti iuris & non extensibilia de persona ad personam ut dicimus in iudice delegato.de offi.deleg p.&.g. & in c.cum olim.de procura. qui generaliter melius in.c. qui ad agendum.li.vi.iuncta clem.non potest.eo.ti.at.hic est mutata persona.ergo uidetur causa mutata.ut.c.ueniens &.c.cum in tua.de testi.de re iudic.c.cum super.&.c si. Fuit conclusum per maiorem partem dominorum de
2 quorum numero ego tunc eram contrarium.Nam † non est dubiũ ꝙ eadem lis & causa adhuc pẽdet & durat cũ superstite contra quem etiam omnes admittuntur quorũ interest.ut in.c.ij ut lit.pen.li.vj.& in clem.i.eo.ti.ita ꝙ si alicuius interest uoles uenire ad causam siue litem in statu in quo eam inueniet prosequi poterit & debebit ut in prædictis iure.per quæ reprobatur opinio Inn.in.c. quia uero de iudi.ar.etiam regulæ is qui in ius alterius li.vj. Pro quo etiam facit forma literarum in quibus surrogatus mandatur admitti ad prosecutionem & defensionem litis & causæ in eo statu in quo si defunctus uiueret deberet admitti.sed si defunctus uiueret admitteretur.ergo & iste in locum eius surrogatus argu.iurium prædictorum facit etiam.c.ecclesia sanctæ Mariæ.ut li.pẽ. quod
3 alij † tenentes contrarium intellexerunt uerum . uidelicet hunc surrogatum admittendum contra superstitem principalem sed non ipsius procuratorem contra mortuum substitutũ.non ob ꝙ procuratorium non uidetur extendi nisi ad personas in eo expressas quod fateor nisi ab ipso uel sub ipso comprehensas. at in casu nostro attento ꝙ eadem causa ad quã constitutus est durat.attento etiam ꝙ ius & papa ad prosecutionem illius causæ

surrogatum

surrogatum admisit & admitti uoluit in locum defuncti. bene hæc persona sub uerbis procuratorij potuit comprehendi ipseq; poterit gratiã istius surrogati sicut dominus impugnare. Ad uitandum igitur circuitum & ne lites fiant immortales: dixerunt maior pars dominorum non domino sed procuratori causæ prædictæ & nondum finitæ huiusmodi intimationem fore faciendã & terminum ad opponendum & dicendum contra gratiam satis longum statui ut bene posset consulere dominum suum si petat statuendum iuxta formam. c. dilectus. de procur. Si uero id non peteret nec aliquid contra huiusmodi surrogationem diceret: auditor poterit ad ulteriora procedere sine alia intimatione procedendo tam per audientiam ꝙ cum dicto procuratore e. superstitis. & hoc est tutius.

Decisio. XIII. alias 469.

Epitome.

1 Impetratio beneficij nulla de decreto citationis & eius executione facta mentione an sit ualida.

2 Impetratio beneficij non uacantis inualida est.

*add. ad hanc de. gl. c. d. Car. in Cle. ij. ut lit. pend. in. ij. q.

SVpposito* ꝙ causa sit commissa ad instantiam abbatis & conuentus monasterij cõtra Io. super parrochiali ecclesia quam monasterium possedit tanquam unitam per. xij. annos proxime præteritos & ratione dictæ unionis ad se & Ioannes ratione collationis ad se pertinere prætendunt decretaq; citatione ad instantiam monasterij contra Io. & executa per cursorem in curia Io. eadem die qua dictus cursor eum citauerat ad dicendum contra commissionem tenore commissionis eidem Io. nõ explanato per cursorem. & non apparet quale præcessit 1 †an citatio uel impetratio. impetrauit dictam ecclesiam tanquam iure deuoluto non faciens mentionem de commissione decreto & executione citationis ꝙ ualet huiusmodi impetratio hoc est ꝙ non est surreptitia occasione præmissorum. non obstan. c. causamq; de testi. quia ut ibi not. Hosti. non intelligitur illud. c. nisi de impetratione fienda in præiudicium partis super eo de quo hic litiga-2 tur. modo hic stamus †quia si beneficium est unitum non uacat. & si non uacabat non ualet impetratio. de conces. præben. c. i. non obstan. c. ij. ut lite pen. in clem. tamen ꝙ præcessisset executio exequens probare tenetur per no. in glo. de rescript. c. fi. in cle. & Cy. post Ia. ff. de proba. l. eã te. ff. de nego. l. eum qui. per glo. tamen quia citatio non habuit plenam certitudinem causæ &c. ut in dicta cle. si tamen præcessisset plena citatio forte secus propter præiudicium li pen. de quo. ff. de rerum di. l. sit &c.

Decisio. XIIII. alias 488.

Summarium.

Si papa mandat Dionysium si homicidium commisisse constiterit beneficio priuari & illud mihi conferri. & lite super hoc pen. D. moriatur an expectantes possint hoc acceptare.

Epitome.

1 Beneficium an dicatur per mortem ciuilem uacare. Casus in gratia missus censetur denegatus.

2 Re circa quam uersatur conditio expirante expirat & ipsa conditio.

3 Homicidium prædecessoris post mortem ipsius probatũ an nocere debeat successori.

Vide feli. in c. in nra. n. 102. de rescrip. Th. fasto. dub. 46.

TItius erat expectans auctoritate domini nostri papæ moderni ad collationem certi collatoris in certa dioec. ad beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura. Deinde. B. asseruit papæ ꝙ quidã Dionysius obtinens unum beneficium curatum ad dicti collatoris collationem pertinens commiserat homicidium & supplicauit papæ ꝙ committeret in partibus alicui ꝙ si sibi constaret dictum Dionysium dictum homicidium commisisse priuaretur dicto beneficio & dicto. B. conferret. & papa mãdat certo iudici ꝙ si uocatis dicto Dionysio & alijs qui forent euocandi constaret de præmissis: dictum. D. dicto beneficio priuaret & conferret dicto B. & antequam prædictus iudex procederet in dicto negocio dictus. D. moritur extra cu. roman. & dictus T. expectans dictum beneficium acceptauit per obitum dicti. D. uacans uigore gratiæ & sibi de eo obtinuit prouideri. Deinde facta mentione de istis de nouo impetrat a papa sibi ꝓuideri de dicto beneficio dummodo alicui non sit in eo specialiter ius quæsitum Nũc circa præsentem causam quæritur de duobus. Primo cui prædictorum huiusmodi beneficium debeatur: an neutri? Secundo an post obitũ dicti. D. possit inquiri & cognosci de huiusmodi crimine. & in casu quo constaret de homicidio huiusmodi dicto. B. prouideri possit per dictum iudicem? Nam beneficiũ 1 †huiusmodi certũ est ꝙ uacat per mortem naturalem & non per priuationem seu mortem ciuilẽ. ergo deberet dicto expectanti & non illi qui per priuationem impetrauit ut. c. susceptum. de rescrip. lib. vj. nam casus omissus intelligitur denegatus. quia mors ciuilis & naturalis sunt diuersæ. Nam mors ciuilis æquiparatur naturali ut patet. xvj. q. j. placuit in prin. & c. si episcopus. de supplen. neg. præla. li. vj. solum in casibus in iure expressis. & maxime quando mors ciuilis habet eundem effectum cum morte naturali. Tum etiam quia non est secuta priuatio ergo deficit causa. Tum etiam quia expectans potuit dictum beneficium acceptare. nam per dictum mandatum de prouidendo papa dictum beneficium non extraxit de dicta gratia expectatiua ex quo non uacauit per priuationem & tunc uenitur ad illud ꝙ species extracta de suo genere amplius non includitur sub ipso c. dudum. de ꝓ. ben. li. vj. per Io. mo. &c. Præterea licet secundum regulas cancellariæ fœ. re. domini Vrbani papæ quinti per dominum nostrum papam confirmatus quando papa apponit manum ad beneficium uacans. tunc si illa dispositio ex aliqua causa non ualeat uel effectũ sortiri nõ possit. ab illa die papa intendit dictum beneficium reseruare. sed secus hic ubi apponit manum ad beneficium uacaturum. s. per priuationem ut supra tactum est. ergo dictũ beneficium non est affectum. ergo expectans illud potuit acceptare. nec ex tali gratia in beneficio non uacante insurgit aliqua reseruatio. nec ꝙ dictum beneficium sit ex eã affectum. quia dicta regula loquitur in uacan. beneficio. quæ cum sit restrictiua non trahitur ad beneficium non uacans ut in casu nostro. ergo expectans si sua gratia alias sit canonica & beneficium siue præbenda alias cadat sub gratia sua potest illam impetrare & sibi de ea facere prouideri. Aliud est præterea apponere manum pure aliud conditionaliter. hoc prægnans uidetur & be-2 ne congruit. quia †expirante re circa quam uersatur conditio expirat ipsa conditio. ut not. doc. in. c. uerum. de cõdi. appo. maxime &c. Præterea non dicemus gratiam huiusmodi expirare etiam re integra per obitum tamẽ illius qui priuari debuisset si repertum fuisset ipsum homicidiũ commisisse. sicut nec expirasset huiusmodi per obitum concedentis ipsam gratiam. de offi. dele. c. si super. ergo durat nisi dicamus eam carere iuris effectu propter causam nõ secutam. s. priuationem ut dicamus illud Quicquid est causa causæ est causa causati. &c. ¶ Sed quæro 3 †an post obitum dicti mortui poterit idem mortuus ꝓnũciari homicidium commisisse & per consequens priuandus & priuari huiusmodi beneficio. Et puto ꝙ non. quia mortuus non est in rerum natura. ergo priuari non potest. quia non entium non sunt causæ nec etiam differentiæ. & maxime quia priuatio ꝓsupponit habitum. prout not. glos. in. c. ad dissoluendũ de despon. impube. & maxime quia crimina morte extinguuntur. ut. c. accusatus. in. §. penult. de hære. li. vj. pro hac bene facit glo. notabilis. sup. uer. mortuos. in. c. a nobis ij. de sen. exc. cum iuribus alle. in ipsa. & de hoc. xxiiij. q. ij in summa. Facit etiam quod no. Archi. in dicto. c. accusatus. ad fi. Vlt. glo. dat pro regula ꝙ delicta & honores cum capite ambulant alle. l. i. ij. responso. ff. si ex iur. cõmuni agantur. et l. si pater tuus. ff. si pendente appellatione mors interueniat Ad dicta iura quæ dicunt ꝙ inquirendũ est de crimine post mortem propter bona. ut. l. item si uerberatum. §. i. ff. de rei uen. & ij. q. i. c. in primis prout not. in. c. i. ut lite pen. li. vi. sup uerbo electi. alias clerici per Io. mo. in glo. respondetur ꝙ locum habent quando dubium erat an mortuus habuit

sus uel no. sed secus hic. quia non obstan. ꝙ diu cõmise-
rit homicidium habuit ius in beneficio, nam non fuit pri
uatus ipso iure de hoc uide post omnes in c. de quarta
de præscrip x. col. uer. faciunt postremo prædicta sed pri
uandus. & sic per eius mortem uacat beneficium. & ideo
ius est quæsitũ expectanti. non obstat. c. si hi cõtra quos.
nam nõ loquitur in casu nostro. nã ibi agitur ut quis a be
neficio amoueatur ex alteri de eo prouideatur tũc morte
accusati finitur lis. sed ubi quis petit aliquẽ de beneficio
priuari seu amoueri quod asserit ad se pertinere & dicit
se ius habere in eodẽ. tunc si moriatur accusatus habet
locũ. c. si hi contra. ut ibi not. super gl ult. nec etiã ex isto
mandato hoc beneficium erit reseruatũ. quia mandatum
est conditionale quod nullum habuit effectum in natura
.l. eadem die. ff. de uerb. oblig. & ratio iur. in c. fin. Super
hoc dicunt quidam ꝙ hmõi beneficium nec debetur ex-
pectãti uigore gratiæ expectatiuæ propter manus apposi-
tionẽ papæ nec illi cui mandabatur ꝓuideri in euentũ in
quẽ constaret de dicto homicidio cum beneficium hmõi
non uacauerit ut supra dixi per priuationem sed ꝑ mor-
tem naturalem. sed debebitur expectanti uigore ultimæ
gratiæ per quã papa sibi mandauit prouideri de dicto be
neficio. Alij distinguunt sic. Aut enim dictus priuandus
re integra mortuus est extra cur. romanã. & tũc uera sunt
quæ supra dicuntur. s. ꝙ beneficium hmõi debeatur ex-
pectanti. aut enim re non integra est mortuus. & tũc sub-
distinguitur. quia aut lis super hmõi beneficio pendebat
in curia roman. aut extra cur. romanam. Si primo casu di
cunt ꝙ licet expectans potuit dictũ beneficium accepta
re: non tamẽ potuit de eo sibi facere prouideri. ut. c. si hi
contra quos. ut lit. pen. li. vi. Secũdo casu potuit accepta-
re & sibi facere de dicto beneficio prouideri. Tertio uidetũ
ꝙ dicta expectatiua litera concessa dũmodo alteri in be-
neficio non fuerit ius quæsitũ non debeat concedi. quia
aut diceremus expectatiuo dicto competere ius in dicto
beneficio uigore dictæ gratiæ expectatiuæ quod indubie
credo ut supra. congrue est allegatũ. & tunc superflua est
gratia ista ultima per quã mandatur sibi prouideri de be-
neficio ꝓdicto dũmodo in eo nõ sit alicui specialiter ius
quæsitum & tunc litera non est concedenda ut dixi Aut
non debebatur sibi ius uigore gratiæ expectatiuæ tunc li
teræ istius ultimæ gratiæ sibi non dantur nisi dicant in eo
ex quo casu dubitat acceptationem & prouisionem fa-
ctas uigore expectatiuæ non ualere. De facto est ille ca-
sus qui mihi apparet notabilis.

DE RESTITVTIONE SPO-LIATORVM.

Summarium.

Possessor beneficij eius titulo & etiã pensionis eidẽ be
neficio debitæ plenarie non probato potest agere nomi-
ne dicti beneficij conditione. c. quæ relam. de elec. ad pen
sionem subtractam. quamuis ipse agens in percipiẽdi pos
sessione non fuerit.

Epitome.

1 Beneficij possessor quomodo agere posit ad pensionem diu prædecessori suo solutam.
2 Possidens beneficium ecclesiasticum an habeat probare titulum possessorium.
3 Possidens recenter non præsumitur bonæfidei possessor sed habet titulum ostendere.
4 Possessio beneficij ecclesiastici an sola confirmatione quæratur.
5 Ecclesia nunquam moritur quia est in anima uiuentis.

Decisio. I. alias. 4.

1 POssessor † beneficij potest agere nomine bene
ficij siue cõdictione ex decr. querelã de elec.
pro annua pensione diu suis prædecessoribus
soluta & postmodũ subtracta licet ipse nun-
quam fuerit in possessione percipiendi ean-
dem iuxta no. per Innocen. in c. in literis. de resti. spo. ubi
no. in fin. pen. glos. & in c. cum super. de causa poss. tenet
idem in prælato qui nondum adeptus est possessionẽ di-
gnitatis dũmodo ex confirmatione uel alias haberet bo-
num ius & titulum in prædicta dignitate. Ratio quia nõ
ipse qui non possidet sed ecclesia quæ possidet agere ui-
detur. & sic nõ nomine suo sed nomine ecclesiæ agere ui
detur. & ꝑ hoc soluitur lex cum hæredes. ff. de acqu. pos.
cuius dictũ intellige in casu quo alius non possideat. quia
cum effectus possessionis cõsistat in perceptione fructuũ.
ff. de acq. re. do. l. in bonæfidei. si uellet non possessor fru-
ctus percipere possessorem sine dubio spoliaret quod nõ
licet ꝑ l. extat. ff. quod me. cau. & C. unde ui siquis in tã-
tam. xvj. q. j. placuit. de test. spo. c. olim. & c. Item cũ qs.
de præben. eũ qui. & c. licet li. vj. Sed utrum prædictus
agens possessorio ex decre. querelam. teneatur plene uel
semiplene docere de suo titulo ad restitutionem pensio-
nis subtractæ consequenter fuit dubitatum & uidebatur
ꝙ non per. l. cogi. C. de peti hære. & per. c. in literis. de re
2 sti spo. Per hoc distinguebatur sic. quia aut agens † pos-
sessorio modo quo supra possidet aut non possidet si nõ
possidet tunc oportet ꝙ titulum probet. ut not. Innocen.
in. c. transmissam. de elec. & dico. plene. quia actor est &
non habet pro se præsumptionem quæ ipsum ab onere
probandi releuaret. l. actor C. de probat. de eden. qui ac-
cusare C. ut ecclesiastica benefi. c. ut nostrum de iureiur.
c. fi. nec mirum. quia interest illorum contra quos agitur.
quia soluendo non liberantur secundum Inn. de quo ta-
men per eum plenius in. c. nihil est. de ele. Si possidet aut
est recens eius possessio & tunc idem ut Inno. not. de cõ-
cess. præben. quia cunct. in glo. cum plures. uer. nec ob-
3 stat. ratio est. quia † ex tali recenti possessione non præsu-
mitur bona fides nec iustus titulus probat. Inno. de resti.
in integ. c. ij. in glo. per monachos ad finem. Idem si lõgo
tempore possedit in casu quo alia præsumptio fiat cõtra
eum ut puta quia competitorem habet & litem super be
neficio patitur. ut not. Inn. in. d. c. quia cunctis alioquin
sufficeret probare possessionẽ & cõmunem reputationẽ
secundum In. c. transmissa. & c. quia cũctis. Pro hoc etiã
facit per eundẽ Inn. de eo qui fur. ord. re. c. innotuit. nec
oportet tunc probare titulum per. l. cog. §. possessor. C. de
peti. hære. & l. si §. penul. eo. ti. & sic intelligitur lex illa. fa
teor tamẽ ꝙ in casibus in quibus doceri oporteat de titu-
lo non requiritur ita arcta probatio sicut si ad id principa
liter ageretur iuxta ea quæ de notorio notauit Innoc. de
uer. sig. c. ueniens. lib. vj. etiam de præsum. c. illud.
¶ Additio. Conditio competit quando non est prouisum
per ius de iure & modo agendi. ut not. in. l. i. ff. de condi.
ex lege. & in. c. sæpe. de resti. spo. uel agetur utili interdi-
cto non directo quod non competit pro iuribus incorpo-
ralibus. l. i. & ij. ff. de ui. & ui. ar. uel potest agi officio iudi
cis quod loco actionis succedit ut in. c. ij. de offi. iudi.
4 ¶ Alia additio. Et sola † enim confirmatione prælatus ha
bet ius & administrandi & agendi tam petitorio q̃ posses
sorio. Sed contra istud opponitur & uidetur ꝙ confirma
tus administrare non possit nec possessorio agere nisi fue
rit in possessionem inductus quia si ex confirmatione do-
minium acquiratur non tamen possessio. l. cum hæredes
. ff. de acqui. poss. ubi tex. dicit ꝙ licet in hæredem trans-
eat dominium adita hæreditate possessio tamen non tran
sit nisi naturaliter fuerit apprehensa. hoc idem probat
tex. in. c. in præsentia. de probat. ibi dum dicit bonis eius
inuaserant & c. Respondeo ad primum ꝙ possessorio no-
mine ecclesiæ agi potest ut dicit ista decisio quia mortuo
prælato uacat possessio prælaturæ sed non possessio bo-
norũ ecclesiæ quam siquis occupat œconomus ecclesiæ
uel successor potest agere nomine ecclesiæ pro illa recu
peranda interdicto unde ui non tamen crimine expilatæ
hæreditatis uel interdicto adipiscendæ. Et est ratio qua-
5 re potest agere quia † ecclesia est in anima uiuentis quæ
nunquam moritur. ar. in aut. quomodo op. episcopos. in
fi. & not. in. l. & quia. ff. de iu. om. iud. dissimilisq; est ec-
clesia hæreditati iacenti, quia hæreditas non est in ani-
ma uiuentis. ff. de fideiu. l. mortuo. ff. stipula. ser. l. usufru
ctus est l. i §. sceuola ff. siquis test. lib. & ff. de min. l. etiã
qui nondum. secundum Innoc. in. c. cum super de causa
pos. nomine autem proprio agere non posset ut in con-
trario.
¶ Alia additio. Subaudi in prælato existente in prælatu
ra mala fide & intellige hoc uerum ꝙ non liberantur
soluentes

solventes eidem nisi cum ipso prælato contraxissent quo casu bene liberarentur solventes eidem sic intelligitur .l. si urbana. ff de cond. inde. & ex hoc no ꝙ per solutionem factam putativo prælato non liberantur solventes, quando obligatio descendit ex contractu veri prælati, sed quando obligatio descendit ex contractu prælati putativi tunc solventes falso prælato bene liberantur. secundum Bal. in.d.l.si urbana. quod bene nota.

¶ Alia additio. Unde quæritur quando quis cogatur dicere titulum suæ possessionis. Circa quod breviter sic concludo ꝙ si possidenti resistat ius commune: tunc compellitur dicere titulum suæ possessionis etiam si solo possessorio agat ut quia laicus possidens decimas dicit se spoliatum. nam non debet restitui nisi titulum probet cum ius commune faciat contra eum ut in.c.causamque. de præscript. & per Inn. in.c. constitutus de filijs pres. & in.c.ex insinuatione. de procura. Idem si possidenti non resistit ius commune sed possessio non potest haberi sine titulo ut in beneficialibus. Idem si possessio potest haberi sine titulo quibus casibus ad petitionem partis non compellitur dicere titulum suæ possessionis ut in.d.l.cogi. sed ad petitionem iudicis contra eum ex suo officio inquirentis bene cogitur ostendere titulum. ut in.c.ordinarij. de offi. or.li.vj.& not. in regula prima. li.vj. quod est verum nisi tacite vel expresse visus sit iudex in eum consensisse ar.c. ex ore. de his quæ fi.a ma.par.ca. quo casu superior contra eum inquirere poterit sed tunc arctabitur ad probandum. non canonicam institutionem. ut no. per Io. an. in. c.licet hely. de simo. & per glo in.d.regula prima. & per Arch. in.d.c.ordinarij in verbo exhibere. circa medium. in versi. quod verum intelligo indistincte. & per Inno.in. d.c.ex insinuatione. quod singulariter nota. & add. ꝙ habetur in consi. D. fe de perus. posito in lib. consi. cooperto corio rubeo fol. 415.

Decisio. II. alias 13.

Summarium.

Petenti revocari attentata lite pend. sufficit probare se in possessione fuisse tempore motæ litis & spoliatum fuisse.

Epitome.

1 Attentata revocari petens quid probare debeat.
2 Possessione titulata cessante in beneficialibus non habet locum possessorium.
3 Interdictum unde vi in quo differat a remedio prodito in materia attentatorum.
4 Notorius iuris defectus petentis revocationem attentatorum ipsorum revocationem impedit.

1 FUit dubitatum utrum † petenti se restitui ad suam possessionem per viam attentati quia dicit se lite pend. spoliatum sufficeret probare se possedisse tempore litis inchoatæ & ea pendente spoliatum fuisse. licet aliter possessionem suam non coleret. Et videbatur ꝙ non propter no. Arch in c.cum qui. de eo qui mit. in poss. li.vj. & Inn.in.c.ex parte. de rest. spo. & per eundem de fil. presb.c. constitutus. & per Io an. in cle. unica de cau pos. quia omnia iura & not. doc. loquuntur & procedunt quando agitur possessorio directe & principaliter per interdictum unde vi. tunc enim non dabitur restitutio beneficij ad possessionem sine colorato titulo ne detur vitiosus ingressus ut in. d.c. cum qui. superius all. Tum etiam quia beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione possideri non potest de insti. c. ex frequentibus. & de reg. iu.c.i. li. vi. ar. simile optimum. ff. de interdic. l.ij. §. quædam &. ff de aqua quot. & æst. l.i. §. permittitur & de rest spo c.ad decimas. li. vi. Secus vero quando petitur restitutio per viam attentatorum quia illa petitur incidenter. tum quia nullo iuris ordine servato in hoc casu proceditur immo iudex ex puro & mero officio suo illa in pristinum statum revocabit & sic non iure actionis sed potius ex officio iudicantis in huiusmodi negocio erit procedendum, & est ratio quia plus offenditur iudex cuius officium contemnitur quam pars, immo lex offenditur prohibens ne lit. pen. aliquid innovetur. prout apparet in rubro & nigro. ut lit. pen. Merito igitur contra ipsum proceditur gravius qui ius iudicemque & partem eludit quam partem tantum ar. c. cordi. in fin. lib. vi. & propter hoc est interdictum attentatorum plus quam unde vi. interdictum privilegiatum prout no In. pulchre in c. dilecte. de maio. & obe. & de app bonæ. per eundem & in.c. cum teneamur. eo ti. per Hosti & Io. mo. in.c cupientes. de elec super. vers. a gratia. & per eundem in.c. non solum. in gl. fi de appel. li. vi & in cle ii. ut lit. pen. per Io mo. Sed si constaret clare & notorie de non iur. petentis revocationem huiusmodi attentari. crederem talem tunc non audiendum & ita vidi servari in palatio Ratio est quia eo ipso ꝙ constat de non iure suo eo ipso constat ꝙ non interest petentis revocari attentata ꝙ attentata revocentur. modo istud est regulare ꝙ in iudicijs illi quorum non interest non audiuntur. ij. q vj. non solent. de elec. c. cum inter canonicos. de accu. c. super hijs. cum si. daretur ergo occasio peccato mortali & ita locum haberet ratio Innono. & posita in.c. significasti. de divor. c. iij. &. c constitutus. de fil. pres. vide infra conclusionem lij. sub literis. ar. quod intelligas verum quando pars petijt revocari attentata. Secus vero si iudex propter contemptum sui iuris sive legis ex puro & mero officio suo pro voto illa vellet revocare in pœnam attentantis & contemnentis sive offendentis ius & iudicem ꝙ posset sed per hoc non restitueretur possessio illi de cuius non iure constaret. sed providendum esset tertio per haberem potestatem. ar. no. ut supra in proxima conclusione. faciunt ea quæ le. & not. in.c. cum. M. de consti per Inno. & de accu c. ad petitionem. & de divor. c. porro. hanc conclusionem videtur etiam tenuisse dominus Oldra. in quæstionibus suis.

2 ¶ Additio. Cessante † ergo possessione titulata non habet locum possessorium in beneficialibus simile videmus quando petitur restitutio liberi hominis quæ denegatur nisi titulus probetur quia tali possessioni sine titulo ius resistit & ideo non datur possessorium nisi titulus ostendatur. sic & in matrimonio carnali non detur possessorium nisi probetur titulus matrimonij. c. ex parte. c. ex transmissa. de resti spo. Sunt enim hæc possessoria mistæ naturæ in quibus absque titulo non concluditur possessio nec datur in eis possessorium ut in simili not. in. l. ij. §. quædam. ff. de interdic.

3 & in hoc † differt interdictum unde vi a remedio prodito in materia attentatorum in qua non requiritur probatio tituli etiam colorati sed sufficit probare solum statum & hic est mirabilis effectus & differentia materiæ attentatorum ab interdicto unde vi.

¶ Alia differentia ponitur in c. ex parte. de rescript. per Inno. ubi dicit ꝙ cum omnia restitui debeant in pristinum statum retractabuntur in materia attentatorum sententiæ censuræ quæ alias valerent licet essent iniustæ. Tertia differentia est quia prosequenti viam attentatorum non obstabit excommunicationis exceptio quæ alias obstaret agenti possessorio recuperandæ. ut in.c. cum inter. c. significaverunt de except. c. pia. eo. ti libro vj. Quarta differentia est quia quando agitur per viam attentatorum sufficit quædam summaria informatio & mero & puro iudicis officio. ut in.c. cupientes. super. ver. gratia. de elec. lib. vj. per Io. mo. & melius in glo. fi. d.c. non solum de appel. si vero ageretur possessorio tunc oportet litem contestari & ordinario iure procedi. Et nota ꝙ quando aliquid revocatur per officium iudicis lite pendente oportet ꝙ præcedat diligens causæ cognitio ut not. in Spe. de appel. §. pen. ver. sed quæro. & nota bene supradictos mirabiles effectus & differentias materiæ attentatorum ab interdicto unde vi.

4 ¶ Alia additio. Notorius † ergo defectus iuris petentis revocationem attentatorum impedit revocationem ipsorum plene per Io. mo. in dicto. c. cupientes. & infra de proba. deci. 7.

Decisio. III. alias 16.

Summarium.

Papalis reservatio obstat agenti possessorio ex vi decreti titulum & possessionem inficientis.

Epitome.

1 Agenti possessorio super beneficio obstat papalis reservatio ut restitutio impediatur.
Papalis reservatio obstat agenti possessorio ex vi decreti titulum & possessionem inficientis.
2 Materia reservationis defensiva est in possessorio.
3 Agenti interdicto etiam principaliter vel suspenso petitorio semper obstat papalis reservatio.
4 Habens & occupans duo beneficia incompatibilia an si uno illorum spolietur veniat restituendus.

5 Sententia iuris nõ minus efficaciæ est q̃ sententia homi-
nis: agenti etiam possessorio obstat utraque.
6 Sententia lata super beneficio an executione non facta
tollat possessionem.

Inf. in an. 475 de ca. poss. & propri. nota ꝙ agenti. Infra in an. ij. co. ti. i. nota ꝙ ubi fallit si fuisset spoliatus lite penden. ro. in an. de. 56. nota ubi aliqs de ca posse & propr. 12. egl. 536.

SI contra agentẽ possessorio producatur papalis reser-
uatio: †fuit dubitatum utrũ obstaret agenti & denegã-
da esset restitutio. & uidetur ꝙ nõ p iura uulg. quia a-
genti interdicto non potest obijci proprietatis quæstio in.
c. in literis. de rest. spo. nec potest reconuenire nisi de illa
spoliatione. de ordi. cog. c. fi. at prædicta reseruatio cõcer-
nit mere petitoriũ siue proprietatem. ergo. Fuit decisum
& conclusum per omnes dominos contrarium. Ratio qa
decretum papæ in reseruationibus appositum nedum af
ficit & inficit titulum sed etiam possessionem. ar. eo. quæ
le. & not. de appel. c. ut nostrum. de elec. c. si eo tempore.
li. vj. facit enim decretum papæ ꝙ possessio contra reser-
uationes obtẽta est meri facti & caret omni effectu & ad-
miniculo iuris sine quo in beneficialibus possessio non ꝓ
cedit & est inualida prout le. & not. per Inno. de rest. spo.
c. ex parte. de eo qui mit. in possess. c. uno. li. vj per Archi.
& in cle. unica. de cau. pos. per Io. an. & quia in prædi-
cta reseruatione constat clare & notorie de non iure agen
tis interdicto nec potest nec potuit apud ipsum esse illa
possessio quæ requiritur in hoc interdicto. ut in. c. consul-
tationibus. de offi. dele. Merito igitur denegabitur sibi re-
stitutio. ar. c. accepta. de resti spo. & c. decimas eo. ti. lib.
vj Pro quo etiam faciunt not. optime per Inno. de diuor.
c. significasti de fil. presbyte. c. constitutus. de resti. spo. c.
in literis. in fine. Et sic dicebant domini in palatio semꝑ
obtentum dum tamen ille agens possessorio non initatur
etiam reseruationi. sed ueniat etiam & collatione inferio-
ris a papa non habentis specialem potestatem conferen-
di huiusmodi beneficia reseruata uel ex collatione etiam
executoris deputati a papa in forma communi uel spe-
ciali quia alias cessaret ratio antedicta secundum eos.
Mihi autem in primo casu uidebatur distinguendum.
utrum agatur principaliter possessorio tantum uel petito
rio & possessorio simul ab initio & suspendatur postea pe
titorium & in utroque casu si producatur reseruatio ui-
delicet. post suspensionem huiusmodi uel quando actum
est tantum possessorio ꝙ tunc nõ procederet prædicta cõ
clusio. mouebar quia ex quo huiusmodi reseruatio tangit
petitorium quod nihil habet commune cum possessorio.
ff. de acquir. poss. l. naturaliter. §. nihil. de illo igitur suspẽ
so uel principaliter intentato iudex non potest cognosce
re nec pronunciare. quia de qua re. &c. de cau. pos. c. cũ
super. Tum etiam quia per suspensionem huiusmodi pe
titorij est suspensa eius tota iurisdictio quo ad illud: iccir
co nullam potuit super hoc probationẽ recipere. de cau.
posse. c. pastoralis. quod si faceret nil ageret de iudi. c. at
si clerici. Præterea si tempore suspensionis huiusmodi nõ
fuit producta reseruatio. ergo adhuc non constabat clare
& notorie de iure suspendentis. ergo procedunt rationes
Inno. superius allegatæ & per eum positæ in. c. significa-
sti. c. constitutus & c. in literis. post uero suspensionẽ pe-
titorij pars non potuit obijcere nec producere nec iudex
recipere prout superius deductum est. ergo. &c. Secus ue-
ro si ante suspensionem eo tempore quo de utroque age-
batur produceret quia tunc super utroque reus se defen-
dere poterat sicut fuit factum in. c. cum ecclesia. &. c. cũ
super. de cau. poss. tunc enim crederem prædictam con-
clusionem uerissimam & alias non quam quidem meã
distinctionem dicebant domini mei posse procedere & lo
cum sibi uendicare in quocunque obiectu non notorie in
ficiente possessionem sed duntaxat proprietatẽ & requi-
rentem aliquam discussionem. Secus uero in obiectu spe
cialis uel generalis reseruatiõis de qua statim sine aliqua-
li discusſione potest notorie & clare constare de non iure
agentis quæ bene obstat agenti possessorio in. c. in literis.
de resti. spo. quod crederem uerum quando hæc notorie
tas non iure agentis insurgeret ex confessione uel proba-
tione uel productis agentis & non rei defendentis. & sic
dicebam intelligenda not. Inno. in. c. constitutus. & c. si-
gnificasti. superius allegati ubi reputabam & reputo tex.
tamen pro huiusmodi intellectu. pro quo etiam optime
facit. c. ad decimas. de resti. spol. Secus uero secundum
me si insurgeret huiusmodi notorietas & productis post
suspensionem petitorij intelligo ipsius rei quia etiam ex-
cipiendo de crimine uel proprietate uel nõ canonicæ in-
stitutionis non audiatur. ut in. c. in literis & in c. item cum
quis. de resti. spo Cui intellectui uidentur obstare aliqua
uerba per Inno. posita in. c. constitutus superius alleg. ui-
delicet si constaret per confessionem uel probationes ad-
missas de non iure ipsius petentis restitutionem ꝙ non est
facienda restitutio ergo nedum per confessionem partis
immo etiam per probationes potest constare de non iure
ipsius actoris. probationes enim in iure legitime receptæ
bene inducunt notorietatem. de uer. sig. c. cum olim. &
ibi per Inn. Ad quam obiectionem potest responderi ꝙ
Inn. loquit de probationibus legitime admissis puta an-
te suspensionem petitorij uel factis per agentem & sic sal
uatur. restat adhuc intellectus meus. nec obstat ꝙ mate-
2 ria †reseruationis est defensiua in possessorio sicut renun-
ciatio spontanea & multæ aliæ defensiuæ quæ bene sunt
admittendæ in possessorio. de quibus per glo. in. c. i. ut li.
non contest. & in. c. ex quæstione. de resti. spo. ergo admis
sibiles sunt Ad quod respondeo dupliciter ut prius uideli
cet ꝙ sunt admittendæ per iudicem competentem. at hic
in casu nostro non est iudex competens ut superius pro-
batum est. ergo &c. Præterea fateor instantiam de exce-
ptionibus insurgentibus ex facto agentis & in iure expres
sis. ut in. c. accepta. in. c. significasti. de diuort. constitutus
& in. c. ad decimas. superius alleg. Secus uero de exce-
ptionibus insurgentibus ex facto alterius puta non cano-
nicæ institutionis uel beneficij reseruationis. quam reser-
uationem quæ ut plurimum fit occulte potuit uerisimili-
ter ignorare. ut in. c. si beneficia. de præben. li. vj. Quam
saluo iudicio meliori. dicerem non obstare agenti interdi
cto. nisi in casu antedicto nec unquam reperi in iure cau
tum ꝙ reseruatiuus posset propria auctoritate possessionẽ
beneficij per alium detenti apprehendere & detentorem
eijcere quantumcunque notorie ius non habẽtem qui si-
ne ordine iuris non est remouendus. de præben. c. licet. ij.
li. vj. facit optime quod not. Inno. de priui. c. cum olim.
per Arch. ut li. pen. c. ij li. vj. facit optime quod notat In
no. in c. ueniens. de fil. præs. super uer. amoto. Ex quo in-
fero ꝙ si reseruatiuus apprehendens possessionem bene-
ficij per alium occupati etiam iniuste cadit in pœnam.
c. eum qui. de præben. li. vj. non obstan. prædictis meis
motiuis semper uidi seruari prædictam conclusionẽ ui-
3 delicet ꝙ agenti †interdicto etiam principaliter uel etiam
suspenso petitorio semper obstabit & admissa fuit papa-
lis reseruatio & impedita restitutio. dico de speciali. de
generali raro uidi & de illa magis dubitarẽ nisi esset no-
toria & cum decreto facta sicut in. c. licet. de præben. li.
vj. de qua si constaret crederẽ idem. Secus uero de alijs
generalibus reseruationibus beneficiorum. puta capella-
norum collectorum subcollectorum. &c. Nam cum de
illis posset esse dubium utrum essent & fuissent tales. &
sic beneficia eorum reseruata dicerẽ illã non obstare agẽ-
ti interdicto. ar. not. per Innoc. in dicto. c. constitutus. &
per Arch. viij. q j. c. j. super uerbo facti. &c.
¶ Additio. uide decisionẽm. ccxcj in antiquis quæ inci-
pit. Item nota ꝙ ubi de beneficiato & limita ut ibi.
¶ Alia additio. Item in possessione beneficij litigiosi q̃ si
est tradita per ordinarium nullo iuris adminiculo iuua-
tur propter decretum appositum in. c. ij. ut lit. penden. li.
vj. unde non dicitur possidere ille cui talis possessio tra-
dita est. & ideo seruat Rota ꝙ talis possessor beneficij li-
tigiosi debet ammoueri a detentione seu possessione ip-
sius de facto & perinde tractari ac si esset beneficium re-
seruatum.
¶ Alia additio eo ꝙ sine peccato talis possessio teneri
non posset nec debet parari agenti uitiosus ingressus. c.
ex frequentibus. de instit. & c. j de eo qui mit. in pos.
4 ¶ Alia additio. Pone ꝙ aliquis tenuit duo beneficia †in-
compatibilia ultra tempus statutum in extrauaganti
execrabilis. & uno illorum sit spoliatus an debeat re-
stitui: dic ꝙ non. quia cum appareat quod de iure
communi talia beneficia teneri non possint non est resti-
tutio facienda nec articulus admittendus super restitu-
tione. & licet quis per dispensationem posit talia benefi
cia tenere tamen cum illud sit ex accidenti & gratia spe
ciali in dubio attendi non debet. l. vi. §. finali ff. de an. le-
ga. & l. sed & si per prætorem. §. fina. ff. ex quib. caus. ma.

Infra in anti. quis. ut lit. pe. de n. 1.

In an. co. ti. de. i.

Pro

Pro quo facit.l.si cui uinũ.ff.de uino triti.le.ubi testatur ꝙ legando uinũ uidetur legare uinum quod ex uinea naturaliter nascitur non quod fit accidentaliter ex tritico uel aliqua alia materia quamuis contra hoc uideatur facere.c.referente.de præben cass.de resti.spoli.i.& spe.de peti.poss. Ex prædictis patet quod sicut per sententiam

5 † hominis impeditur restitutio ut quia agenti possessorio obstat hominis sententia. vij quæst i. præsentium. & de cau.posse.& proprie c.cum dilectus sic & sententia iuris obstabit eidem agenti quæ non est minoris efficaciæ q̃ sententia hominis.quod est uerum quando probatum est aliquem sententiam iuris incurrisse.ut notat Inno.in.c. testimonium.de testib.& in.c.i.de testi.cogen. ℭ Sed in hoc est differentia inter sẽtẽtiam iuris & hominis. quia sententia iuris expectat probationes post se per quas declaretur aliquem incidisse in eam. Et ideo super hoc causæ cognitio adhibetur alias sic dicit Io.mona.ex sola maiori propositione concluderetur ut ipse notat in.c. statuimus.de senten.excommu.li.vj. Sententia autem hominis non expectat probationes post se quia ipsæ eam præcedunt & ideo cum sententia iuris quantum ad nos pendeat ex probandis.licet in se non pendeat non impedit restitutionem spoliati. Sententia autem hominis cum ex probandis non pendeat sed iuste appareat ex probatis impedit restitutionem: quam iam probata non probanda impediunt.de diuor.c.significasti.& per Inno.in dicto.c.cõstitutus.de fil.pres. & hoc modo debet intelligi quod no. iij.quæst.i.in summa secundum Oldra.consilio.ccxxvij. Sed opponitur contra prædicta & uidetur ꝙ indistincte sententia super proprietate & titulo beneficij tollat & abdicet etiam possessionem sicut & renunciatio ipsius de resti.spo.c.sollicite. Vnde sicut exceptio renunciationis obstaret agenti possessorio ut not.secundum Inno.in.c. super hoc.de renunci.sic & sentententia super beneficio lata ut in casu constitutionis execrabilis. Ad hoc respon

6 detur dupliciter. Primo quia non est uerum † ꝙ sententia lata super beneficio tollat possessionem executione non facta quia sententia est actus iuris ciuilis: possessio autem facti est.res autem facti iure ciuili infirmari non possunt.ff.de acquir.pos.l.i.§.si uir.& ff ex qui.cau. ma.l.deniqꝫ nec obstat æquiparatio sententiæ & renuntiationis quia non est uera.nam sententia, non præsupponit animum eius contra quem fertur.immo fertur in inuitũ. ff.de uer.obli.l.inter stipulantem.§.i.& de pecu l.etiam summa cum ratione Renunciatio autem præsupponit animum renunciantis.ff.de edil.edic.l. quæritur.§.fi.C. de iureiur.l.si quis iusiurandum &.vij.quæst.i.quam periculosum. Iure autem innitentes animo & consensui & eos qui in inuitos exercerentur quantum ad eorum efficaciam & operationem ueilociorem constat differentiam esse ut colligi potest ex coniunctione duarum legum.s.l.legis.i.C.de pigno.&.l.non est mirum. Et huius differentiæ ratio non potest esse.quia qui renunciat beneficio per actum renunciationis uidetur habere rem pro derelicta sic & possessionẽ amittit.ut.ff.de acquir.pos.l.si quis vj. §.differentia.quod non est in priuato per sententiam secundum Oldra.ubi supra.

Decisio. IIII. alias.24.

Summarium.

Si constat de iniusta occupatione beneficij fit condemnatio in fructibus perceptis a tempore occupationis.licet tempus occupationis non sit deductum nec fructuũ perceptorum ualor probatus.

Epitome.

1 Detentor beneficij an debeat in fructibus tempore occupationis per eum perceptis condemnari.

2 Detentor malæfidei tenetur fructus tempore iniustæ detentionis perceptos restituere.

Possessor malæfidei non facit fructus suos.

1 FVit dubitatum utrum detentor † siue occupator beneficij de facto posset & deberet condemnari in fructibus a tempore occupationis huiusmodi per ipsum perceptis Dubium facit quia poterit esse quod detentor etiam iniuste ab initio habuit bonam fidem & colorem detinendi.& tales dicuntur bonæ fidei possessores qui non nisi a tempore motæ litis ueniunt in fructibus condemnandi quia tunc incipiunt habere malam fidem & non faciunt fructus suos. prout le & not.in.c. grauis de resti.spo &.c.in literis.per Inno.eo.ti.quod est uerissimum.& seruatur in pall. quando non constat de mala fide distinguendo tamen de fructibus extantibus uel cõsumptis in bonæ fidei possessoribus prout distinguitur in c.grauis.per docto.& in.l.certum.C.de rei uendi Et uide Bart.ff.de usucapi.l.iiij.& melius per specu ti.de fruct. & interesse.§.i.uer.ut supra. Sed ut ponebatur in facto in

2 casu nostro constabat † de mala fide detinentis. puta quia ab initio scienter possessionem beneficij recepit iniuste propter quod indubitanter teneretur ad restitutionẽ fructuum perceptorum nedum ante litis cõtesta.sed post ut in.l.conquerebatur.C.unde vj.& in dicta.l. certum. &.l.dominium.eodem ti.ff.de peti hære.l.sed si ante. & sic ueniet a tempore occupationis iniuste in fructibus perceptis condemnandus.licet nondum sit probatum tempus occupationis nec quantitas seu ualor fructuum quæ omnia coram executore probabuntur.licet aliqui domini de hoc ultimo dubitabant. quia sententia debet esse certa & clara ut.§.curate.insti.de acti.ac in casu nostro sententia uidetur incerta.ergo, Ad quod respondebatur per maiorem partem dominorum in hanc conclusionem declinantium illud nequaquam obstare.quia in accessorijs potest ferri talis generalis sententia postea per executorem.tempore executionis per eum fiendæ declaranda, iuxta not.per Inno.in.c.tanta de exces.præla.& de resti. spol.c.cum ad sedem.tutius tamen esset si fieri posset ꝙ tam de tempore quam de ualore iudex se informaret ut sic certam & claram sententiam ferre posset.quæ tamen ualent in genere & ut supra dictum est condemnaret per not.Inno.in supradictis.

Decisio. V. alias 25.

Summarium.

Occupator beneficij lite. penden. tenetur ad fructus perceptos & etiam qui percipi potuerunt ac si de uiolentia constaret.

Epitome.

1 Attentans lite pendente propter dolum & malam fidem in fructibus est condemnandus.

2 Ingrediens possessionem lite pendente ius iudicem & partem offendit.

1 EX quibus inferebatur & eliciebatur alia conclusio uidelicet ꝙ attentans † aliquid lite penden. in sententia ferenda super reuocatione huiusmodi attentatorum potest & debet in fructibus perceptis condemnari.propter dolum & malam fidem suam per iura & rationes in proxima conclusione posita ℭ Sed quid de fructibus qui percipi potuerunt. Nunquid ueniet etiam talis attentans condemnandus. uidebatur ꝙ non.quia non est uiolentus qui duntaxat in huiusmodi fructibus ueniet condemnandus.ut in dicto. c.grauis.&.c.conquerente.de resti.spol.& de offi.dele.c. cum causa.ubi tamen glo.supplet etiam de illis qui percipi potuerunt talis attentans scienter in præiudicium litis potest & debet condemnari quia dolus temerarius & male fidei censetur.& ideo merito uiolento comparatur per l conquerebatur.& l.dominium.supra in alia conclusione alleg. ℭ Et si dicatur?quare isto casu & non in alio casu supra proximæ conclusionis fit condemnatio in fructibus qui percipi potuerunt.potest respõderi quia

2 ille non tantum peccauit sicut iste. Ille † enim offendit ius & partem.sed iste offendit ius iudicem & partem ingrediendo possessionem forte lite pendente merito in eũ iura magis debent insurgere qui ius iudicem & partem eludit.de app.cordi.in fi.li.vj. Præterea in casu supra proximæ conclusionis fuit duntaxat possessor sed non uiolentus nec dolosus nec temerarius.talis enim tenetur restituere fructus duntaxat perceptos siue ante siue post

litem contest.ut in.l.si fundus. C.de re.uendi.at in casu nostro fuit malæ fidei dolosus temerarius & contemptor iuris & iudicis & incidit in uicium litigiosi.propter quæ omnia simul iuncta merito uiolento comparatur qui tenetur restituere perceptos & eos qui percipi potuerunt p ueteres possessores per iura superius alleg.& not.in dicto c.grauis & uide per Specu.pro hoc in ti.de fructi. & interesse.§.i.uer.ut supra dicta.posset tamen prædictus attentans aliquem colorem dubij probabilem habuisse qui ipsum ab illis qui percipi potuerunt excusaret.licet non a perceptis.iuxta no.in glo.per dictam.l. dominium. & per Cy.in dicta.l.certum.facit pro hoc optime.c.ex insinuatione. de procu.ubi sententia nulliter lata excusauit illum pro quo lata erat a condemnatione fructuum qui percipi potuerunt.licet non perceptorum.Et sic fuit conclusum & obtentum per omnes.

Decisio. VI. alias 80.

Summarium.

Monacho habenti prioratum perpetuum competit interdictum etiam perpetuum contra suum prælatum. secus de claustrali.

Infra. eo.ti.in an.l.i.

MOnacho habenti prioratum perpetuum competit interdictum etiam directum contra suum prælatum.Secus uero de manuali seu claustrali. de sta.mo.c.cum ad monasterium.§.tali.de elec.c. cum inter.R.& ibi not.per Inno. & qui.cle.uel uo.c.fin.per eundem & Hosti.de offic. ar.c.præsenti. in fin.magnæ glo. per Archi.libro.vj.de suplē.negli. præla.c.quia regulares: super uersi.cum oportuerit. per Genze. & Guil.in.c.cum singula: de præbend. libro.vi. per Io.an. in nouel.

Decisio. VII. alias.116.

Summarium.

Causæ nullitatis & restitutionis in integrum possunt simul intentari sed interdictum unde.ui.& conditio. l.ij. C.de rescinde.uen.propter repugnantiam simul non cōcurrunt.

LIcet causa nullitatis & restitutio in integrum simul possint intentari & proponi iuxta not.per Inn. in.c.ex literis.de resti.in integ.tamen interdictum unde ui.& condictio ex lege.l.ii.C de rescin.uend.&.c.cū dilecti. de empt.& uen.tanquam materiæ repugnantes non possunt concurrere. Ratio. nam eo ipso quod quis petit contractum rescindi quia deceptus ultra dimidiam &c.præsupponit contractum ab inicio ualidum. uel saltem talem qui dat coloratum titulum possidendi. ergo bona fide possedit & bonæ fidei possessor non spoliat. ergo ar.de rest.spo.c.olim.&.c.grauis.&.c.sæpe.&.c.cum ad sedem.

Decisio. VIII. alias 117.

Summarium.

Testimonium de auditu aliquando ualet ut in possessorio a parte possidente rem spoliatam & alijs casibus his enumeratis.

IN possessorio sufficit testimonium de auditu a parte quæ tenet & possidet rem spoliatam de qua agitur. ar.nota.in cle ii.de testi.facit.c. quam sit.de excess. præla.all.etiam not per Inno.de elec.per inquisitionem. & de iudi.at si clerici.

¶ Additio.nota casum quo ualet testimonium de auditu.Item ualet ubi tale testimonium non est alteri præiudiciale.ut not. Inno.in.c.i.de confe.eccle.uel al.in prin. Vel potes latius concludere circa hoc quod testimonium de auditu regulariter non ualet.Fallit in casu.c ij.de confue.Item fallit in re antiqua quando agitur de probando quod memoria non existit in contrarium. ff.de proba.l.si arbiter & in.l.iij.§.labeo.ff.de aqua plu.ar. Item fallit quando agitur de probanda consanguinitate. de testi c.quotiens.&.c.licet ex quadam nam istis casibus testimonium de auditu ualet. Testimonium autem de auditu proprio in re per auditum capescibili & in corporali & in confessione quæ non uidetur ualet testimonium de auditu posito quod non uiderit dum tamen habeat uoces notas.ut no.in.d.§.labeo In re uero capescibili uisu & corporali quæ potest uideri testimonium debet esse de uisu non auditu hæc materia ponitur per Inno.in.c. cum causam.de testi.per Cy. & Bal.in.l.testium.C.de testi.

Decisio. IX. alias.150.

Summarium.

Si posidens nomine meo eijciatur de possesione tamen ego non debeo restitui quia interdictum unde ui mihi non competit nisi probem quod huiusmodi possesionem aliquo modo ratam habuerim.

LIcet amicus meus recipiat possesionem beneficij mei & teneat posideat & fructus percipiat nomine meo.si expellatur de possesione & spolietur mihi non competit interdictum unde ui contra spoliantem nisi doceam quod de mandato meo possesionem recepit.uel quod huiusmodi receptionem nomine meo factam ratam & gratam habuerim. & fructus seu pensionem mihi soluerit. & sic intelligitur regula is posidet cuius nomine posidetur.de resti.spo.c.cum uenisset. de prescrip.c.si diligenti.

Decisio. X. alias.156.

Summarium.

Interdictum unde vi.habet locum quo ad condēnationem fructuum cum personæ uiolentia infertur & res inuadantur.alias secus.

NOn sufficit probare quo ad condemnationem fructuum faciendam a tempore spoliationis ꝙ spolians fregerit hostia & similia fecerit nisi facta fuerit uiolentia personæ spoliatæ uel eius familiæ existenti in domo.quia poterit esse ꝙ domus erat uacua. & sic non censetur facta uiolentia.iuxta no.c.cum ad sedem. super uer. interdictum unde vi.de resti.spo.& in Spec. titu.de peti. & poss.§.i. circa fin.uersi.item nota.

Decisio. XI. alias.259.

Summarium.

Qui continuat suam possesionem non dicitur spoliare.

Epitome.

1 Petitorium utriusque partis suspendi potest in beneficialibus: sed non in causis prophanis.
2 Exceptio spoliationis non habet locum in continuatione possesionis: uel in præscriptione tanti temporis cuius contrarii memoria non existit.

1 SI rector † alicuius parrochiæ agat possessorio pro decimis certarum terrarum.infra parrochiam suā consistentium quibus dicit se per aliquos religiosos spoliatum a.x.annis citra & religiosi ad conclusionem possessorij dicant & dent in articulis quomodo ipsi per centum annos & citra & ultra & per tantum tempus cuius contrarij &c. aliquarum prædictarum decimarum fuerunt in possesione percipiendi & aliquarum retinendi & præstatione aliquarum liberi & immunes & per dicta tempora in possesione huiusmodi libertatis. Dicebāt omnes domini hanc materiā bonā & admisibilem

ad

ad exclusionem possessorij per rectorem intentati. nam licet prædictis religiosis prima facie resistat ius cõe & assistat rectori. & sic uidetur ꝙ non nisi constaret de legitimo eorum titulo ipsi non essent audiendi. per. c. ad decimas. de resti. spo. li. vi. quod nihil facit ad casum propositum. quia loquitur in actore & non in reo se defendente per legitimam præscriptionem & temporis continuationem. Per quorum primum tollitur ius percipiendi per rectorẽ. de præscrip. c. de quarta. eo. ti. c. i. li. vi. Per secũdum sua decennalis possessio. nam duo eandem rem & eodem tẽpore insolidum possidere non possunt. de proba c. licet. & ibi de uerbo & circa. quod denotat continuationem & sufficit hoc exprimere licet non addatur continue ut ibi. ❡ Si igitur probent præscriptionem pro titulo & continuationem possessionis per centum annos citra & ultra restat conclusio ꝙ non potest prætendi per rectorem spoliatio. qui enim suam possessionem continuat non spoliat de rest. spo. c. olim. i & c. cum uenisset. cum multis si.

Decisio XII. alias 275.

Summarium.

Petens se restitui ad præbendam quid probare habeat & quomodo eius possessio debeat apprehendi. & acquiratur.

PEtenti se restitui ad præbendam seu possessionẽ præbendæ & distinctæ quia dicit se spoliatum * non sufficit sibi probare stallum in choro & locũ in capitulo assignatum. uel sibi possessionem traditam ꝑ funes campanarum uel cornu altaris quia hæc sunt potius iura canonicalia quã ꝑbendæ. de præben. c. relatum. c. dilectus. & c. dilecto. de renunc. c. cum inter. Nec etiã sufficeret ad restitutionem obtinendam ꝙ mandatum esset per capitulum uel alium distributori uel colonis uel reddituarijs. prædicto præbendato de fructibus & redditibus illius præbendæ responderi. nisi probet ipsos reddituarios paruisse & sibi de redditibus illius aliquid soluisse. uel se in possessionem mansi uel fundi spectatur ad præbendam inductum fuisse & ipsum animo possidendi possessionem fundi seu mansi ingressum fuisse apprehẽdisse & uisum fuisse. Corpore enim & animo acquiritur possessio. ff. de acqui poss. l i. § quibus. Hoc uerum nisi consuetudo esset ecclesiæ: quod prædicto uel alio modo acquireretur possessio quæ bene ualeret si probaretur. tamen si negaretur probare tenetur. de consue. c. ij. secundum Inno. qui hoc not in. c. in literis. de resti spo. & ibi plene quomodo acquiritur possessio iuris canonicalis præbendalis & electionis. uel nisi esset aliquis certus locus deputatus præbendario talis præbendæ. per cuius installationem siue inductionem bene acquir tur possessio secundum Inno. ubi supra & not. de præben. c. eum qui. & c. licet. ij. li. vi. per Archi.

* Add. & licet spoliatus ante omnia sit restituendus hoc tamen fallit si ꝑ restitutionẽ spoliati timeẽ orin scandalũ ut habetur per D. Fely. in. ij de ꝑscrip. in. ij. col. uer. vj. propter scandalum & adde glo. in. c. ad peticionem in uer. restituendus. de accu. & Pau. de Cast. in consi. 313. inci. ad confirmationem eorum & Car. in Cle. i. de cau poss. & ꝑpie in. ix. oppo.

Decisio XIII. alias 264.

Summarium.

Agens possessorio ad præbendam non tenetur probare fundum ex cuius possessione dicit se appræhendisse possessionem ad præbendam spectasse.

SEd ex prædicta conclusione insurrexit aliud dubium. utrum agens possessorio ad præbendam teneatur probare mansum seu fundum quem dicit spectare ad præbendã cuius possessionem apprehendiderat spectasse & spectare ad suam præbendam Fuit respõsum & conclusum ꝙ non maxime si id per partem aduersam non negaretur. quia illud sapit petitorium. uidelicet probare dominium quod ad hoc locũ nõ habet per. d. c. in literis de ordi. cogni. c. si. ut eccle. Bene c. ut nostrum Tũ etiam quia tanta & tam uehemens præsumptio est pro possidente & appræhendente auctoritate superioris possessionem ꝙ non admittitur probatio in contrarium. uel saltem transferetur probatio in negantem propter hmõi tam uehementem præsumptionem. de præsum. c literas. & c. si. ut eccle. bene. c. ut nostrum. Nimis enim grauaretur agens interdicto cum huiusmodi probatione qui non tenet probare nisi duo uidelicet se spoliatum & se possedisse rem de qua agitur. de offi. deleg. c. consultationibus. ergo.

Decisio XIIII. alias 277.

Summarium.

Præbendatus petens se restitui ad unam rem præbendalem debet restitui non solum ad illam qua spoliatus fuit sed etiam ad omnes alias res maxime continuas.

EX præmissis dubitatur fortius utrum una re præbendali apprehensa & spoliata poterit & debet fieri restitutio ad omnes alias res & iura tanquam per præbendarium agentem possessorio apprehensa seu possessa. uidetur ꝙ sic. Qui enim est in possessione partis. in possessione totius esse censetur. ff. de seruitu. l. una est uia. & qui minimam partem fundi possidet. &c. ff. de acquir. poss. l. possideri. Et qui aurem tetigit totum tetigisse uidetur. de pœni. di. i. c. uulgaris Quæ ar. uide ꝑ Ber de ꝑscrip. c. auditur. super uer. interruptiones & in. c. cũ Bertoldus. de re iudi. super uer. quodam iuris. ❡ Sed non est ita sed Ber. ibidem. quod intelligans uerum in rebus uel iuribus. diuisibilib. & sepatis in indiuisibilibus & cõtiguis procedunt dicta iura & argumenta. Sed quantum ad ꝑpositum Inno. & Host in dicto. c. in literis contrarij sunt Hosti. enim dicit possessionem iuris canonicalis uel præbendalis non extendi ad aliã nisi apprehensa & possessa & per consequens nullam fieri restitutionem. nisi quo ad possessa & capta. Inno. tenet ibi contrarium. & etiam in. c. ex parte eo. ti. Nam si canonicus utatur aliquo iure canonicali intendens per hoc acquirere possessionem aliorum iurium. scientibus & consentientibus his ad quos spectat sufficit quo ad restitutionem consequendam omnium iurium canonicalium. Et hanc tenuerunt quasi omnes domini. & procedit de rigore iuris secundum Di. in. c. i. de re. iur li. vj & Inno. hoc idem alibi uidetur sentire uidelicet ꝙ quandocunq; quis nanciscitur possessionem alicuius rei quam de iure communi possidere & tenere potest totum possidere uidetur. in dicto c. auditis de præscrip & de excep. cum uenerabilis. in glo. penu. facit tex. de resti. spo. c. cum uenisset non ob dictum Inno. in. c. in præsentia post prin. de proba. quod loquitur in adipiscẽda possessione non autem recuperanda quæ est plus priuilegiata. de ordi. cogni. c. ij &. c. fi. de restit. spo. per totum.

Decisio. XV. alias. 319.

Summarium.

Sententia pro spoliato lata super possessorio antequã procedatur in petitorio est plene executioni mandanda. secus si sit lata pro spoliante.

LIcet spoliato agenti interdicto unde ui restituto ad suum beneficium debeat ante satisfieri de fructibus perceptis & expensis. in quibus spolians extitit condemnatus. alias in petitorio non debet audiri prout leg. & nota. in. c. pisanis de restit. spo. & in. c. significauit de testi Tamen id non procedit in casu conuerso secundum omnes uidelicet quando sententia absolutoria fertur in possessorio pro possidente & spoliatore ut prætendebatur & contra spoliatum in expensis condemnatum. de quibus si uelit spoliatus inchoare uel reassumere petitorium antea per eum suspensum. non tenetur ante huiusmodi inchoationem uel reassumptionem satisfacere possidenti qui uigore executoriæ suæ super dicta sententia factæ. petit & recuperat illas si uelit quod ante ingressum petitorij debet plene & integraliter restitui. & nihilominus in petitorio procedat. Ratio diuersitatis inter primumum & secundum casum est quia hoc est, priuilegium spoliati quia ipse ante ingressum petitorij debet plene & integraliter restitui & hoc in odium spoliantis ut de ordi. cog. c. ij. & fi. & in iuri. antedictis. Sed hoc in alio casu non reperitur

in iure cautum & ibi ceſſat odium ergo idem non erit dicendum,ar.ne ſe.uac.c.j.cum ſimilibus.

Deciſio. XVI. alias. 393.

Summarium.

Suſpendenti petitorium in ſecunda inſtantia non obſtant producta in prima inſtantia per quæ de nō iure ſuo conſtare uidetur.

Epitome.

1 Reſtitutio eſt deneganda quando conſtat de non iure agentis.

2 Petitorio ſuſpenſo omnia illud concernentia & eius acceſſoria ſuſpenſa eſſe uidentur.

3 Agenti interdicto recuperandæ an teneatur titulum ſaltem coloratum probare.

4 Agenti interdicto an obſtet pactum de non agendo uel petendo.

SI.a.conferatur certum beneficium puta archipresbyteratus uacans per obitum titij & idem.a. eundem archipresbyteratum poſtea antequam tamen poſſesſionem habeat reſignet in manibus ordinarij ſui ex cauſa pmutationis faciendæ cum.b.pro alio beneficio. & admiſſa huiuſmodi reſignatione ſub ſequenter iterato & de nouo eidem.a.conferatur idem archipresbyteratus tanquā uacans adhuc per obitum titij uigore cuius collationis ſcilicet ultimæ aſſecutus eſt poſſesſionem pacificā eiuſdem archipresbyteratus. Poſt hæc omnia prouidetur dicto.B. de eodem archipresbyteratu uacante per liberā reſignationem prædicti .a. factam ex cauſa permutationis uigore cuius prouiſionis idem. b. expulit & ſpoliauit per uim & uiolentiam dictum.a.poſſesſione ſua qui propterea eundem . b traxit in cauſam agendo primo petitorio & poſſeſſorio.& quia.b.poſſeſſor uiolentus ſententiā abſolutionis pro ſe reportauit.idem. a. ad ſedem apoſtolicā appellauit & in ſecunda inſtantia ſuſpendit petitorium utriuſque partis procedendo in ſolo poſſeſſorio in quo obtinuit duas ſententias diffinitiuas. de quarum infirmatione in tertia inſtantia agebatur & dubitabatur propter q̄dam inſtrumenta producta in prima inſtantia per. B ſpoliatorem cōtra ipſum. A.agentē tunc petitorio & poſſeſſorio uidelicet de prima collatione.ſibi facta.& de reſignatione ex cauſa pmutationis poſtea ſubſecutionis quæ nō fuerunt negata p ipſum.nec acceptū contra illa. put ponebatur in facto.utrū per illa pducta intantum eſſet titulus illius. A.diſcoloratus & cōſtaret de nō iure ſuo ꝙ non ueniret reſtituēdus.Et prædictæ duæ ſententiæ deberent infirmari. In quo dubio domini erāt uarij & diuiſi quaſi per mediū. Aliqui dicebant denegando reſtitutionem & infirmandas duas pdictas ſententias. moti ex dicto Inn.

1 in.c.cōſtitutus.de fil.preſ.dicentis ꝙ quando cōſtat † per cōfesſionem uel pbationes admiſſas de nō iure agentis in poſſeſſorio tunc denegāda eſt reſtitutio.all. c. ſignificaſti. de diuor.facit optime.c.ad decimas.de reſti.ſpo. li.vj. p quo dicto faciūt etiam not.per In.in.c.in literis.in fi. e.ti. At in caſu pposito cōſtat clare per inſtrumenta ſupradicta iudicialiter pducta &nō negata de reſignatione facta p. A.ante ſuam ſpoliationem.ergo nō erit reſtituendus.ut in.c.accepto.de reſt.ſpo.& in.c.cū ueniſſet.de inſti.& de renun.c.ſup hoc.per quos tex.clare pbatur ꝙ agenti interdicto obſtat ſpōtaneæ renūciationis exceptio.ergo.&c ¶ Alij domini de quorū numero ego erā tenebamus contrarium defendendo dictas ſententias reſtitutorias latas pro. A. p nō modice auctoritatis uiros qui eas ſine certis & ueris motiuis non tulerunt.& ut dicebā . Credo dictos dominos meos motos . qa prædicta inſtrumenta pdictæ primæ collationis & reſignationis fuerunt pducta quādo agebatur petitorio & poſſeſſorio.& forte non reproducta in ſecūda inſtantia . Et ſuppoſito ꝙ eſſent reproducta in ſecūda inſtantia tunc diſtinguendū dicebam.aut ante ſuſpenſionē petitorij aut poſt. Si poſt dicebā illa nō obſtare

2 exquo ſapiebāt petitorium ꝙ erat ſuſpēſum.† & ſic iudex nō poterat ea recipere:nec ſcd̄m ea iudicare qa poteſtas ſua ſuſpenſa erat quo ad petitoriū & omnia illud cōcernentia & eius acceſſoria.de cau.poſ.& pprie.c. paſtoralis.& cle.una.eo.ti. Aut ante ſuſpenſionē erant reproducta.& tunc aut erant negata.aut nō. Si negata per quam negationē efficiebatur res dubia.tunc nō obſtabant reſtitutioni ſecundū Inn.in.c.cōſtitutus.Si uero non erant negata nec exceptū contra illa adhuc idem uidetur per.fin. c.ſignificauerunt de teſt.Nā non dicitur liquide conſtare de petitorio niſi poſt concluſionē.ut ibi no.Guil.& etiam Inno.at hic fuit ſuſpenſio facta ante concluſionē . ergo. Nec obſtat ꝙ fuerūt producta in prima inſtantia & concluſum & non negatum.quia a concluſione ſiue ſentētia fuit appellatum quæ appellatio ſuſpendit effectū ipſius ſententiæ concluſionis & omnium productorū in prima inſtantia.ergo non obſtant in ſecunda niſi reproducantꝰ. de iureiur.c.uenientes.de fi.inſtr.cū Io C. de temp. ap.l. per hanc.& hunc intellectū poſuit & dixit Nicolaus de

3 Crem dicens † etiā non reperire legem uel canonē imponentem onus probādi titulum uel colorē tituli agenti interdicto recuperandæ multominus ſi reintegrādæ ut expreſſe probatur in.c.in literis.in fin.quia predo.&c. Qui tex.tamen loquitur in beneficialib.niſi in caſu.c. ad decimas.de reſt.ſpo li.vj. Sed ratio illius decr.fuit duplex.Tū quia conſtabat de iure proprietatis ſpoliatoris notoriæ p confesſionē agentis & ſpoliati Tum etiā quia ibi ius cōmune reſiſtebat actori & aſſiſtebat reo. Sic ego etiam reſpondebā ad.c.conſtitutus.de fil.preſ.& not. ibidem per Inn & ad.c.ſignificaſti.de diuor. quæ iura loquūtur expreſſe quando per confesſionē petentis reſtitutionem clare conſtabat de non iure eorū in petitorio. Et ideo denegabatur eis reſtitutio.Secus uero dicebā ſi per probationes rei conſtaret quas non dicebā admittendas. per.c in literis.&.c.fin.de ord.cogn. Ad. c. & iura pro alia parte introducta uidelicet.c.accepta.c.cū ueniſſet.&.c. ſup hoc reſpondebā illa loqui quando actum erat petitorio & poſſeſſorio Et ſic intelligit Ber.c.accepta.&.c.ſollicite.uel illud loquitur quando opponitur exceptio abiurationis beneficij.quæ bene obſtat agenti poſſeſſorio.ut in.c.cū ueniſſent.de inſtit. Sicut & pactum de non petēdo uel non

4 agendo obſtaret agenti † interdicto.not.glo.in.c.ex inſinuatione.de procu. ꝙ autem agens interdicto teneatur coloratum titulum producere eſt potius per ſtilum receptū q̄ a iure introductum quia non reperitur ſuper hoc ius ſcriptum ſed eſt receptū ex paritate rationis. c. eum qui. de eo qui mitt.in poſ.li.vj. prout not.ibi Arch & Io.an.in clem.unica.de cau.poſſ.& propric.& ex not per Inn. in. c.ex parte.de reſt.ſpo.ubi tamen dicit ſufficere pro colore ꝙ probet agens interdicto ſe auctoritate ſuperioris poſſesſionem beneficij apprehendiſſe . licet forte ſua collatio ſiue electio ſit uitioſa & non canonica . pro quo optime facit.c.cū noſtris.de conceſ.pbo.cum ibi no.& no.per .c.in literis.per Inn.at in caſu nōſtro conſtat de colorato titulo iſtius. A ſpoliati. puta quia auctoritate ſupioris ingreſſus fuit &habuit poſſesſionem licet ratione uitioſæ collationis cōſtat enim de uiolento ingreſſu ipſius B ſpoliatoris propter quam uiolētiam totum ius quod habuit uigore collationis ſibi factæ de dicto archipresbyteratu ipſo facto amiſit.ut in c.eum qui de præbend. libro vj. ¶ Propter quod forte poſſet non improbabiliter dici ipſum nō poſſe repellere agentē interdicto prætextu uitioſi tituli ſui cum ipſemet pdiderit titulū propter uiolentiā factam per eum quæ per uiā replicationis ſibi obijci poſſet.nam paria delicta &c. de adult.c.intelleximus quod tamen uidelicet hoc ultimū non credo procedere niſi in petitorio propter not.in.c.paſtoralis.de cau.poſ.& propr. ſuper.uer.intentatis per Ber. Nec etiam ob.regula dolo petis &c.quæ etiam uendicat ſibi locum in petitorio.prout le.& not.in.c.in literis.in fi. Sed potius dicerem habere locum in hoc caſu regulā in pari cauſa turpitudinis &c. Credo tamen agenti poſſeſſorio bene obſtare exceptionē uiolentiæ notoriæ puta ſi per uim & uiolentiam poſſesſionem fuiſſet ingreſſus.& hoc etiā innuit Inno. expreſſe in.d.c. conſtitutus. &c.

Deciſio XVII. alias. 408.

Summarium.

Rei confesſio non probat titulum actoris in beneficialibus quamuis in poſſeſſorio colore illum ad effectum ut ſpoliatus reſtituatur.

Fuit

FVit dubitatum & quæſitum per me qui habui cauſam utrum in poſſeſſorio cauſæ beneficialis ſufficiat confesſio ſpoliatoris ad colorandũ titulũ ſpoliati agentis ex reſtitutionem beneficij quo dicit ſe ſpoliatum petentis? Et uidebatur aliquibus ꝙ non, quia per confesſionem aduerſarijnon probatur titulus. prout le. & no. in.c.eum qui mit.in poſ.in prin.&c.c.j.de confeſ.li.vj.ergo.c.quod eſt uerum quo ad effectum adiudicationis ſiue canonizationis tituli.ſed ad effectum reſtitutionis beneficij quo quis dicit ſe ſpoliatum maxime per uiolentiam: dixerunt & concluſerunt omnes domini prædictã confesſionem factam per ſpoliatorem pro colore huiuſmodi ſufficere & hoc in odium ſpoliantis propter quod multa ſpecialia contra iura ſtatuuntur. ut patet in clem. unica.de cau.poſſ.& propr.puta reus & poſſeſſor ac ſpoliator uolens excuſare ſpolium & probare agentem interdicto priuatum iuſte per ſententiam iudicis quæ bene obſtaret agenti interdicto.ut in.c.audita. &.c.conquerente. de reſtit.ſpol.dicit & dat in poſitionibus & articulis ſuis quomodo prædictus agens fuit uerus & canonicus rector talis parrochialis eccleſiæ & in pacifica poſſesſione eiuſdem per multos annos.quomodo poſtea propter quoddã homicidium uoluntarium Ipſe auctoritate apoſtolica fuit rite & ſententialiter priuatus prædicta eccleſia & ipſe in poſſesſionem eiuſdem & eadem auctoritate inductus. & ꝙ uigore huiuſmodi inductionis tenet & posſidet nõ uiolenter ſed iuſte & ſancte ergo.&c. Præterea exquo prædictam confesſionem uult recipere pro ſe debet etiam eam recipere contra ſe. iiij.q.iij. ſiquis teſtibus. xix. di. ſi romanorum.faciunt not.per Innocent.de excep.c. cum uenerabilis.

Decisio. XVIII. alias 401.

Summarium.

1 Pactum ſiue iuramentum de non petendo reſtitutionẽ poſt ſpoliationem obſtat agenti poſſeſſorio.

Epitome.

1 Renunciatio facta cum iuramento an impediat reſtitutionem
2 Iuramentnm dolo extortum non eſt obligatorium
3 Iuramentum non ui nec dolo extortum quod ſalua ſalute ſeruari poteſt eſt obligatorium.

1 SI agenti interdicto † unde ui ſiue poſſeſſorio in cauſa
beneficiali obijciatur & probetur iuramentum ſponte
præſtitum etiam poſt ſpoliationem de non moleſtando ſpoliatorem in iudicio uel extra. fuit dubitatum utrũ
non obſtan.tali iuramento ſpoliatus ueniret reſtituẽdus?
& uidebatur aliquibus ꝙ dictum iuramentum non impediret reſtitutionem ex paritate rationis c.ſollicite de reſti.
ſpo. Item ex eo quia iuramenta huiuſmodi ſunt ciuiliter
interpretanda. de iureiuran.c.ueniens. Sed prædictum iuramentum poſſet intelligi & interprætari de moleſtatio-
2 ne facti & non iuris.ergo. Item præſumitur dolo † extortum.ergo non obligat.quia fraus & dolus &c.de reſcri.c.
ex tenore.&.c.ſedes præſertim in odium uiolenti qui nõ
auditur excipiens de crimine nec de non canonica inſtitione.de reſti.ſpo.c.in literis.§ item cum quis. ¶ Præmiſ-
ſis non obſtan.fuit concluſum & determinatum contra-
rium. nam licet renunciatio etiam cum iuramento facta — idem dicit rot. ſupra de renũ.
poſt ſpoliationem non impediat reſtitutionem.ut in. c.ſol
licite. ſuperius alle. tamen pactum ſiue iuramentum de
non agendo uel reſtitutionem non petendo bene obſtat a-
genti interdicto.prout no.Ber.in.c.ex inſinuatione.de p-
cur.& Inn.in.c.ſuper hoc.de renunc.& per Specu.ti.de
peti.& poſ.§.fi.uer.xv Et uidetur pro hoc tex.de iureiur.
c.peruenit.& a contrario ſenſu.&.c.debitores.&.c.ad no
ſtrum eo.ti. Pro hoc etiam facit.c.i.de reſt.ſpol.unde ille
Philaſius cæcus renũciauit poſſeſſorio ſiue interdicto un
de ui.& ideo fuit aduerſarius ſuus auditus & admiſſus in
petitorio facit etiam pro hoc regula generalis: ꝙ omne iu
ramentum non dolo nec ui præſtitum: quod poteſt ſerua
ri ſine interitu ſalutis eſt ſeruandum.ut in c.ſi uero. de iu
reiur. At hoc iuramentum poteſt ſeruari ſine detrimento
animæ. ergo. præſertim quia non replicabitur per actorẽ
de dolo metu uel ui. in quibus caſibus adhuc ante relaxationem non eſſet audiendus prout legitur per Bern.in.
c.abbas quod me.cau.& melius per Inn.in.c.ad aures.e.
ti. Et ſi dicatur immo præſumitur dolo uel metu præſtitũ
quia non eſt uerisimile &c.ut in.c.ſuper hoc. de renunc.
quia ut præſupponitur in facto erat præſtitum poſt ſpoliationem factam.ergo non ſpontanee. Reſpondeo has
præſumptiones tolli per alias præſumptiones & rationes
fortiores.nam in inſtrumento publico producto ſuper dicto iuramento præſtito expreſſe continebatur ꝙ ſpõte nõ
coactus nec dolo aut fraude inductus iurauerat non moleſtare &c. Et quia contra huiuſmodi iuramentum non
fuit aliquid dictum exceptum uel datum.ergo illi ſtandũ
donec eſſet reprobatum.de præſump.c illud.de fi. inſtr.
c cum Ioãnes. Præterea in.c.ſuper hoc.&.c.ſollicite.renunciauit & abiurauit beneficium & totum ius ſibi competens in illo. quod difficilius admittitur q̃ renunciatio
uel abiuratio actionis.ut in caſu noſtro.ar.de iureiuran.c.
quemadmodum.de accu c.ſuper his. Et ex hoc & ex uerbis in dicto inſtrumento expresſis fuit dictum & concluſum per omnes dominos nedum prædictum iuramentũ
extenderetur ad moleſtationem iuris ſed etiam facti.quia
iurauit eum non moleſtare nec inquietare ratione prædictæ eccleſiæ nec eius reſtitutionẽ in iudicio uel extra petere. Sicq; ego qui habui cauſam de conſilio dominorum
meorum pronunciaui prædictum agentem interdicto nõ
audiendum obſtan.prædicto iuramento ſibiq; ſuper moleſtationibus huiuſmodi perpetuum ſilentium imponendum fore & impoſui ac in expenſis eundem actorem condemnaui: quia omnes termini fuerunt ſeruati & in cauſa
concluſum.

Decisio. XIX. alias 421.

Summarium.

1 Confesſio tituli facta per ſpoliatorem ſufficit ad colorandum titulum pro ſpoliato & operatur ꝙ ſtatim ſequi poteſt condemnatio.

FVit dubitatum utrum confesſio ſpoliatoris qua cõfeſſus eſt iudicialiter ſpoliatum in beneficio ius habere cuius poſſesſionem petit agendo interdicto unde ui.ſufficeret pro colore poſſesſionis ipſius ſpoliati ad effectum reſtitutionis obtinendæ. Et uidetur ꝙ non.qa per confesſionem non probatur titulus: ſed per canonicã electionem ſiue inſtitutionem.ij.q.j legum.de inſtit.c. ex frequentibus.de reg.iu.c.j.li.vi.& legitur & not.in.c.j.de confeſſ.li.vj. Quæ iura loquuntur & procedunt quãdo agitur petitorio ad effectum adiudicationis obtinendæ. Secus uero ſi poſſeſſorio in quo ſufficit leuior tituli probatio quæ eſt niſi coloratio poſſesſionis. ar.c.cum noſtris de cõceſ.præben.&.c.in literis de reſt.ſpol.&.c.ex parte. eo.ti.ubi tenet Inn.ſufficere probare ad effectum reſtitutionis obtinendæ ꝙ ſpoliatos fuit in poſſesſionẽ inductus per illum qui poteſtatem habuit a iure uel conſuetudine inducendi.ut ſunt archidi &c.de off.ar.c.j.&.ij.ad hæc. Cum igitur confitendo hoc ſpoliator merito ſpoliatus ab onere probandi releuetur qui eſt effectus confesſionis intantum ꝙ ſtatim poteſt & ſequi debet condemnatio. Et eſt ratio quia in confitentem nullæ ſunt partes iudicis niſi in ſententiando ſiue condemnando. ut ſupra de cõfeſ. per to.de elect.c.per inquiſitionem.&.c.dudum.ij. & ibi not. & merito etiam hic deberet ſufficere confesſio ſpoliantis in odium ipſius & ſpoliati fauorem. in cuius odiũ multa ſpecialia in iure ſunt ſtatuta.de cau.poſ & prop.c. paſtoralis.& clem.unica.e.ti.de ord.cog c.fi.de reſt.ſpo. cap. in literis. &. cap. item cum quis. C. unde ui. l.j. &. l.conquerebatur. &.l. ſiquis in tantam. de præben. cum qui libro ſexto. & ſic fuit ſententiatum & obtentum per me qui habui cauſam.quia reſtitui ſpoliatum nil probantem in iudicio de titulo ſuo. nam ſpolians uolens defendere ſe a ſpolio dixit & propoſuit dictum ſpoliatum canonice tenuiſſe & poſſediſſe: beneficium de quo agebatur multis annis.ipſumque auctoritate apoſtolica ordine iuris ſeruato debite priuatum: ſeque eadem auctoritate in poſſesſionem eiuſdem beneficij inductum

fuisse.& sic nequaquam spoliasse:sed auctoritate iudicis canonicum ingressum habuisse. quod tamen hoc ultimũ silicet priuationem & inductionem non probauit.& ideo sententiam in possessorio contra se reportauit. ar. eorum quæ le.& not.in.c.conquerente.de rest.spo.

Decisio XX. alias 438.

Summarium.

Exceptio spoliationis non repellit aliquem ab agendo nisi spoliantem mandantem uel ratum habentem.

FVit dubitatum: pone ꝙ. A.spoliatus per.B.suo beneficio agat contra B.interdicto unde ui.petendo se restitui.antequam uero restituatur per sententiã uenit quidam C.asserens ad se dictum beneficium pertinere de iure intentando petitorium contra dictum. A.qui excipiendo proponit ipsum non audiendum donec fuerit & sit ad possessionem dicti beneficij plene restitutus. Dubitatur utrum per huiusmodi exceptionem C. repelleretur ab agendo. Videbatur aliquibus ꝙ sic per.c.olim nobis.de resti.spo.ubi exceptio spoliationis etiam facta a tertio bene obstat agenti petitorio. Præterea possessoriũ hodie a deo est priuilegiatum ꝙ nedum agens interdicto unde ui poterit suspendere petitorium a se.sed etiam a partibus sibi aduersis inchoatum. ut in clem. unica de cau. poss.& propr.multo fortius igitur poterit & uidetur quẽcunque repellere excipiendo Nam cui damus actionem &c.de reg.iur.qui ad agendum li.vj. Pro hac parte posset induci.c.ij.de ordi.cogni.& eã quæ le.& not.in.c.fi.e.ti. Per quæ expresse patet exceptionem spoliationis etiã rerum priuatarum obstare agenti interdicto. ipsumq; nõ audiendum donec excipiens fuerit plene restitutus. quæ tamen decr.l.ij.de or.cog.quo ad hoc,hodie est correcta. quia rerum priuatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis uel econtrario:hodie opponi non potest per finem decre.nouæ frequens de resti.spo.li.vj.per quam decr. fuit decisum & obtentum contrarium. Vbi expresse apparet ꝙ in criminalibus causis opponi non potest spoliatio facta ab alio q̃ actore. At in casu nostro prædictus C.actor non spoliauit nec spoliationem gratam nec ratã habuit. & sic in nullo deliquit.& ideo factum alterius sibi obesse non debuit.C.de inoff.testa.l.siquis in suo uer. finem. de restit.spo.c.cum ad sedem.de regu.iur.c.nõ debet. li.vi. Pœnæ etiam suos debẽt tenere auctores. C. de pœnis.l. sancimus.de his quæ fiunt a mai.par.c.quæsiuit. Nõ obstat.c.olim nobis in contrarium alleg.quia secundũ Host. Io.mo.& Archi.licet exceptio spoliationis per tertiũ posset opponi executioni ut ibi.tamen non processui nec diffinitioni ut hic. Io.an.in nouel.ibidem respondet aliter uidelicet ꝙ ibi non est proprie spoliationis exceptio:sed inopiæ allegatio.quam tamen fatetur posse causari ita bene a spoliatione sicut ab alluuione naufragio uel incendio. Nec ob.clem.in contrarium alle.quia est introducta contra ius commune & hoc in odium spoliantis. at hic non spoliauit nec mandauit.ergo.&c.

Decisio XXI. alias 439.

Summarium.

Agens possessorio restituitur contra eius spoliatorem quamuis ipse alium de eodem spoliauerit.

Epitome.

1 Agens possessorio quid probare in causa beneficiali debeat.

2 Exceptio intrusionis uel non legitimæ institutionis nõ obstat agenti interdicto.

1 SI agenti † possessorio super aliquo beneficio quo dicit se spoliatum opponatur per spoliantem ꝙ eo tẽpore quo possessionem beneficij intrauit alius per cuius obitum dixit se idem beneficium occupasse & possessionem habuisse tunc adhuc uixit illudq; beneficium tenuit & possedit. Fuit dubitatum utrum obstaret agenti prædicta exceptio? Et fuit p omnes dominos me solo excepto conclusum & determinatum ꝙ sic.& ꝙ hæc esset bona materia & admissibilis ad probandum. Mouebantur per not.in.c.cum ad seden.de restit.spol.super. uers.pars utraque. Nam agens possessorio debet probare duo.se possedisse.& spoliatum esse.ut in decre.consultationibus.de off.de le. Si igitur reus uelit & poterit probare ipsum nunquam sed alium tempore spoliationis prætensæ possedisse audietur. quia reus potest se super eodem possessorio defendere multis modis ut in.d.c.cum ad sedem.& sunt tex.in.c.cum ecclesia.&.c.cum super de cau.pos.& proprie. Præterea duo eandem rem in solidum impossibile est posidere.ut in.c.inter dilectos de fi.instru. ergo materia optima & iure fulcita. Præterea in beneficialibus requiritur titulus saltem coloratus etiam in possessorio.prout le.& not.per Innocent.de resti.spo.c.in literis. &.c.ex parte.de cau.pos.&.c.uno.in clem. At in casu nostro titulus allegatus siue productus a iure est reprobatus siue infectus a iure quia in beneficium uiuentis se intrusit. ut in.c.i.&.ij.de concess.præben.ergo nullatenus audiendus. ar.not.per Inno.in.c.constitutus de fil. pres.quod de plano confiterer si de hoc notorio constaret per confes.uel p acta ut in.c.significasti.de diuor.& sic loquitur Inno. At ubi uelit quis improbare titulum alle.excipiendo & exceptionem probando:crederem ipsum nullatenus audien-
2 dum.quia † agenti interdicto non obstat crimen intrusionis uel non canonicæ institutionis exceptio.ut in.c. in literis.& in.c.item cum quis.de resti.spo.Præterea licet p̃dicta conclusio posset sustineri in uiuente & alio suũ beneficium ingrediente & hoc excipiente: tamẽ hoc in alio spoliante non crederem illud procedere. ar.a cõtrario. c. frequens de resti.spo. li.vj. Concludendo igitur dicebã prædictum spoliatum de cuius possessione & spoliatione constabat ante omnia restituendum & postea de titulo siue uitioso ingressu agendum. & disputando quia p̃do &c.de resti.spol.c.in literis. sed tamen non fui auditus.quia materia prædicta fuit admissa ad probãdum in curia & ex.& male secundum me.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

Summarium.

Citatio facta ad domum ad audiẽdum sententiam tenet si alias personaliter fuerit apprehensus uel in iudicio semel comparuit.

Decisio I. alias 48.

1 VAlet citatio † ad domũ ad diffinitiuam sententiam audiẽdam si semel in causa maxime ab initio fuerit p̃sonaliter apprehensus uel semel cõparuit in iudicio & d̃ iudicio sisti cautionem p̃stitit ut not. Inn.in c.fin. de eo qui mit. in pos. & alle.p casu.c.causamq; de dol & contu. Sed loquitur in actore absente cuius contumacia est maior q̃ rei.ut ibi not.glos. utrum autem ualeat huiusmodi citatio ad domum ad testes recipiendum. Io.an.in cl.i.de iudic.lib.vj.super uerbo personaliter.remittit ad mercur.in regula præsumitur de regu.iur.in. vj. & uide de hoc per Bartol. in.l. iiij. §. prætor ait .ff. de dam. infect. & per Petrum de Perusio in.c. ij. de testi. *uide infr.co.ti. in con.*

¶ Additio. Circa hunc articulum dic latius ꝙ duo sunt casus. Primus in eo qui semel fuit in iudicio quo casu sufficit citatio ad domum quantum ad reliquũ processum. unde si liquebit de causa poterit ad diffinitiuã sententiã perueniri uel ad alia iuris remedia contra contumaces p̃dito.ut in.c.causamq; &.c.pñt de dolo. Secũdus casus est in eo qui in iudicio nunquam fuit, & tunc aut ipse in certo loco tenebatur morari ut clericus in ecclesia uxor cum marito & tunc similiter citatio facta ad domũ suffi-

cit

Inf. de apel. x. cit ut possit per eam in causa procedi, quia ibi si non reperitur præsumitur latitare. Quod potest esse uerum si de illa ecclesia uel illo matrimonio agatur. secus si de causa prorsus extranea, nam illa obligatio adtrahendum moram in certo loco, ad alias causas nõ eiusdem naturæ nõ debet extendi, sicut est culpa commissa ad certum actũ quæ non reputat quem suspectum quo ad alium actum ut. ff. de susp. tu. l. iij. §. quæri, & hac ratione dicit Innoc. in d. c. fi. quod si quis tenetur certo termino soluere & certo loco, si ibi non reperitur uidetur posse procedi tanquã contra latitantem. Contrarium tenet ipse, quia non est ita astrictus ad morandum ibi, sicut est clericus & uxor de quibus supra dixi, sed eo casu quo ad talem moram non tenetur, an tunc quo ad efficaciam processus & contumaciæ sufficiat citatio ad domum, intentio Innocen. super hoc esse uidetur quod sufficiat quo ad primum decretũ etiam contra pupillum & rei publicæ causa absentẽ. quãtum uero ad diffinitiuam in casibus in quibus potest ferri lite non contesta, uel quantum ad uenditionem bonorũ faciendam tenet ipse quod non sufficit citatio ad domũ ex quo maliciose se nõ absẽtauit. secus si maliciose, puta quia post citationẽ se absentauit, uel constat de malicia per alias coniecturas. de quibus in. l. fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex qui. causis in posses. Dyn. tamen dixit quod ab initio sufficit citatio ad domum si personæ copia haberi non potest, & dicit Bar. & quod hanc tenet Innocen. in prealleg. c. fi. sed ut supra dixi tenet etiam quo ad primum decretum non quo ad ea quæ sunt magni p̃iudicij ut sententia & uenditio, nisi latitaret de hoc tractatur per Bar. in. l. iij. §. p̃tor ait. ff. de dã. infe. & ibi tractatur plene de qua domo debet intelligi, & quid si domum non habet uel habet duas in quibus æqualiter habitat quid iuris sit plene prosequere ut ibi per eum. & quid si facta est citatio ad stationem seu apothecam, uide Bar. in. l. cum quidam. ff. de fundo instru.

1 ¶ Alia additio, Pone quod iudex commisit nuntio quod citaret Titium personaliter, si eum reperiret alias quod citet eum ad domum suæ habitationis, apparet relatio nũtij in actis quod citauit & omnia bene fecit quæ habuit in mandatis, citatus in termino non comparuit. Dubitatur utrum censeri debeat uerus contumax uel fictus, cum ex relatione nuncij non appareat, an personaliter citauerit uel ad domum. dicit Bal. in. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. quod præsumitur eum citasse potius domi quam personaliter, quia citatus personaliter non comparendo esset in uero dolo. Sed citatus ad domum est in
2 culpa, unde debet præsumi potius culpa quam dolus: † quia debemus præsumere in benigniorem partem ut. l. interpretatione. ff. de pœn. & l. merito ff. pro socio.

Decisio. II. alias 49.

Summarium.

Citatus ad domum cũ sit ficte contumax infra. x. dies a die noticiæ sententiæ appellare poterit.

Infra dec. 16. 1 SI feratur † sentẽtia diffinitiua cõtra sic citatum ad domum, cum reputetur ficte, & non uere cõtumax ipse potest a tempore scientiæ infra decendium appellare, quia non concurrunt illi decem dies a tẽpore prolationis sententiæ, sed a tempore noticiæ, sicut dicitur & legitur de appellatione extraiudiciali in. c. concertationi. de appella. lib. vj & ibi dicit Ioan. an. quod dicti decem dies tũc sunt utiles ab initio, sed continui in progressu. de quo de conces. præben. c. quia diuersitatem, pro quo tamen uideas Archi. in c. statuimus. de elect. super. uer. in mensem, qui tenuit quod citatus per. c. statuimus, si fuerit contumax non poterit appellare. Ioan. an. post Compost. in cle. causam. in glo. penul. distinguit inter uerum & fictum contumacem, ut primus non audiatur appellans, secundus sic remittens ad no. per eum in clem. si ante. de do. & contu. & cum eo cõcordat Lap. & uide Speti. de appel. §. j. uer. illud autem notandum.

¶ Additio. Et tu uide de hac materia per Cyn. in. l. properandum. in. ix. q. C. de iudi. & per Bar. clarius qui ita di-
2 stinguit. Nam † quidam est uerus contumax apparenter & existenter, quidam apparenter & non existenter, quidã est fictus contumax apparenter & existenter, quidam ẽ fictus contumax apparenter & nõ existenter, ita quod sunt duo casus in uero: & duo in ficto. Redeo ad primum mẽbrum scilicet quando quis est uerus contumax apparenter & existenter, sic est ille qui dicit nolo uenire, uel inuentus dixit ueniam, & nõ uenit absq; aliqua causa, iste uero contemnit iudicem, ideo est uerus contumax nec appellat. ut. l. ex cõsensu. ff. de appel. & l. & post edictum. in fi. ff. de iudi. Secundum membrũ est quando quis est uerus contumax apparenter sed non existenter, & quis sit ille. dic quod qui inuentus dixit se uelle uenire, sed dolo aduersarij uel alio casu impeditus fuit absq; sua culpa. ff. de resti. in integ. l. diuus & iste si uult appellare non auditur a iudice a quo, nec admittitur eius appellatio, quia est uerus cõtumax apparenter, tamen coram iudice ad quẽ appellatum est, si probabit tale impedimentum, iudex p̃cedet super sua appellatione sicut si esset admissa. ut. l. sciendum. ff. de appel. l. recipi. & l. a procõsulibus C. de appel. interim. uero dum de hoc discutitur an uero impeditus fuerit uel non iudex a quo suam senten. exequetur ut sentit glo. in. d. clemen. si ante, in istis uero casibus & similibus quibus perdit beneficium appellandi, dicas uerũ esse, nisi talis contumax ueniat iudice pro tribunali sedẽte ut est casus in. d. l. diuus. Tertium membrum est quando quis est fictus contumax apparenter & existenter, ut citatus ad domum, ad quem citatio non peruenit, & iste sine dubio auditur appellans. ut. l. ab eo. C. quo quãdo iudi. Quartum membrum est, quando quis est fictus contumax apparenter & non existenter, ut ille qui non fuit inuentus, tamen citatio peruenit ad eius noticiam, & istius appellatio recipitur a iudice a quo, quia sibi non liquet ut iudici eum uerum contumacem, tamen pars coram iudice ad quem poterit excipere de ista superuenienti noticia. qua probata iudex ad quem pronunciabit appellationẽ non detulisse causam ad eum, quantum ergo ad iudicẽ a quo ut eius appellationem recipiat censetur fictus contumax, sed coram iudice, ad quem si de noticia facta fuerit fides censebitur in effectu uerus. & sic saluari potest gl. in. d. clemen. quæ uidetur sibi obloqui in uer. & licet tertia. Aduerte in eo quod Bar. uerum contumacem apparẽter & non existenter admittit ut supra in secundo membro dictum est ad prosecutionem appellationis, si probat coram iudice appellationis impedimẽtum, dubito an bene dicat, & contra eum facit. c. cum bertoldus. de re iudi. & c. ex literis. de resti. in integ. ubi sentẽtia petitur retractari propter impedimentum citati non comparentis beneficio restitutionis corã eodẽ iudice nõ beneficio appellationis corã alio. Itẽ doctrina glosarũ est ꝙ citatus q nõ cõparuit pp iustũ impedimentũ nũque restituitur ad appellãdũ tantũ, nũque ad totam cãm ut not. in. l. penul. & fi. ff. de resti. in inte. Sed opinio Bar. & glo. d. clemen. admittit ipsum ad prosecutionem appellationis sine aliqua restitutione, quod uidetur contra prædicta iura per quæ teneo contra Bar. & illam glo. & dico quod ille quem citatio apprehendit impeditus admittitur ad appellandum restitutionis beneficio. & quod interim executio sententiæ retardatur nisi contra sic petentem malicia præsumatur iuxta formam. c. suscitata. de resti. in integ. coniuncta. l. j. C. de in integ. resti. pe. nec est ista restitutio petẽda coram iudice appellationis ad quem per talem appellationem non est causa deuoluta, sed coram iudice a quo ut no. Cy. & Bar. in simili in. l. præsens. C. de appel. & hæc omnia scribit. d. Pe. de Ancha. in. d. clem. si ante p̃sequere ut ibi.

¶ Additio quid si appelletur a declaratione iudicis qui pronuntiat & declarat aliquem excommunicationis sententiam incidisse, an appellatione pendente debeat in iudicialibus, & extra iudicialibus euitari, uide per Lapũ. in cle. una de se. pos. & fr. ubi tenet quod sic alle. ca. solet in fi. de sen. exc. lib. vj. de appel. peruenit & facit quod not. Ioann. and. in. ca. pastoralis. super uer. denuntiare potest eodẽ. tit. & an in ista declaratione requiratur partis citatio. dic quod sic. ut not. glo. ante pe. in fin. in cle. j. de pen.

Decisio. III. alias. 69.

Summarium.

Actore non ueniente ad causam reus absoluitur ab instantia iudicij si hoc petat & actor sibi cōdenabitur in expensis. quia adhuc iurisdictio sua durat & iudex qui taliter contra ius absoluit facit litem suam.

1 ACtore † non ueniente reus potest & debet absolui ab instantia iudicij si hoc petat & actor in expen. condemnari præmissis tamen tribus citationibus per audientiam contradictarum & quarta ex superabundanti. prout le. & no. in. c. consuluit. de of. deleg. per Innocen. & per eundem in. c. ad petitionem. de accu. & talis sententia dicitur interlocutoria & non diffinitiua secundum Fran. ibidem. & sic non est necessaria li. conte. immo ante litem contestatam peti & fieri debet secundū Innocen. ubi supra per authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & . iij. q. iij. quod fieri. Et licet fiat huiusmodi absolutio ab instantia iudicij etiam per delegatum, tamen non per hoc expirat sua iurisdictio quo minus si infra annum actor postea ueniat in uim primæ cōmissionis possit procedere iudex in causa citato & uocato tamen reo de nouo ut no. ibidem Inno. cum quo concordat Ar. in. c. uenerabilis. de iudi. ubi ponit rationem dicens quod licet pereat instantia tamen literæ siue iurisdictio iudicis nō peribit quia iurisdictio & rescripta perpetua sunt. C. rescrip. l. fallo. cum si. concordant etiam in hoc pe. & ab. de iudi. c. examinata. & Spe. ti. de of. iudi. §. deseruire. & Pau. in cle. ut calumnijs. de re iudi.

2 ¶ Additio. & no. quod quando iudex † absoluit ab instātia iudicij contra ius licet per hoc actio & ius non perimatur tamen facit litem sua. casus est in. l. penul. C. de pact. quod Bartol. habet ibi pro notabilissimo ideo tene menti perpetuo.

Decisio. IIII. alias. 78.

Summarium.

Elapsis temporibus. c. statuimus. de elec. li. vj. pars præsens potest procedere etiam tribus alijs citationibus omissis. quia dictæ citationes non sunt de substantia sed ad bene esse.

SI post lapsum. xx. dierum datorum ad expectandum absentem per. c. statuimus. de elect. li. vj. pars præsens in causa ulterius procedat & libellum offerat tribus illis citationibus per audientiam cōsuetis fieri omissis: nihilominus ualet & tenet processus. quia prædictæ citationes non sunt de esse sed de bene esse & fiunt potius ut labatur. xx. dies prædicti. quā propter aliquod aliud ut no. ar. in. d. c. statuimus. nam seruata forma. c. statuimus. iuncta cle. causam electionis eo. tit. causa est in curia & pars aduersa citata quæ tamen est expectanda per. xx. dies ad hoc ut ulterius possit procedi in causa quia pro contumace habetur de ap. c. sæpe. Si igitur cōputatis omnibus tēporibus prædicti. c. statuimus. ipsa tempora sunt lapsa satis est quod procedatur ulterius in causa. quia pro contumace habetur. de app. c. sæpe. & . c. cordi. li. vj. & hoc propter celerem expeditionem causarum beneficialiū in quibus uacatio diutina ualde periculosa existit. de elect. quā sit. li. vj. de qua materia uide compo. & archi. in. d. c. statuimus. & Spe. ti. de appel. §. nunc breuiter. uer. sed nunquid & se.

Decisio. V. alias. 99.

Summarium.

Expensæ attentatorū taxari possunt ante sententiā in principali ferendam.

SI fiat condemnatio expensarum in causa attentatorū: potest fieri taxatio earundem ante sententiæ prolationem in principali & pro sententia super attentatis. lata: tantum taxabitur quantum pro sententia in principali lata. quia uim diffinitiuæ habet. ut in constitutionibus Io. xxij pro registro quantum continet: pro aduocato & procuratore. ad arbitrium iudicis prout uiderit eos plus uel minus laborasse. Alia est etiam ratio. quia sententia talis est ante omnia etiam antequam de principali cognoscatur executioni demandanda. de app. bone. & . cap. cum teneamur. de maio. & obe. c. dilecti. & ibi per Inno. & sic per consequens de expensis satisfaciendum.

Decisio. VI. alias. 168.

Summarium.

Processus habitus per audientiam contradictarum cōtra debite citatum in partibus tenet etiamsi post conclusionem actor produceret procuratorium ad causas deuolutas duntaxat sub data incontinenti post citationem.

SI uigore * citationis decretæ ad partes & legitime executæ in causa procedatur per audientiam in contumaciam. sic citati usque ad conclusionem uel prope, si tunc producatur procuratorium licet limitatum sit ad causas deuolutas duntaxat de data post executionem factam citationis antedictæ & tempore inchoati processus ualebit & tenebit quicquid factum est. Nam imputet sibi qui procuratorium satis tempestiue non misit. uel si misit procuratorium producere omisit. quæ omissio siue negligentia sæpe nocet. prout le. & no. ut li non contest. c. j. Non ob. prædicta limitatio quæ uerificatur per commissionem de speciali mandato factam quæ deuoluit quam sciuit ex quo uigore illius citatus fuit & postea procuratorem modo præmisso cōstituit. quod sufficit ut in fine cle. causam electionis. de elec.

*Supra de iu. di. de. s.

Decisio. VII. alias. 18.

Summarium.

Licet probabilis causa litigādi excuset ab expensis non tamen a fructibus qui sunt beneficij.

PRobabilis causa litigandi licet excuset a condemnatione expensarum. prout le. & no. in. c. finem. de do. & contu. tamen non a condemnatione fructuū qui sunt officij seu beneficij. de off. ordi. c. præsenti li. vj. & debentur beneficiato ut ibi. Et licet quis posset dici bonæ fidei possessor in casu ante litem contestatam tamen post li. t. contest. dicitur malam fidem habere si succubat. & ideo tenetur ad restitutione fructuum & sic debet custodire & non consumere p ut le. & no. in. c. in literis. de restitu. spolia. per Innocen. & Hosti. & per Bertoldus. eodem. titu. c. grauis.

Decisio. VIII. alias. 224.

Summarium.

Citatio originalis per edictum debet legi in audientia publica & affigi ualuis palatij causarum & ecclesiæ maioris ubi curia degit ac portis ecclesiarum illorum locorum in ea designatorum & in eisdem locis per aliquas horas affixa dimitti. & ideo copia eius affixa eisdē locis nō sufficit quia Citatio per edictum in partibus debet nedū legi sed affigi & affixa dimitti.

SI committatur causa cum potestate citandi per edictum * affigendi. in curia & extra ut in forma. licet huiusmodi citatio postea per auditorem decreta legatur in audientia contradictarum & affigatur ualuis palatij & ecclesiæ maioris ubi est curia & etiam licet legatur & publicetur in locis uicinis in partibus in quibus mandatur fieri executio non sufficit nisi affigatur ualuis illorum locorum & dimittatur ibi affixa per aliquas horas ibidem. Nec sufficit affixio copiæ instrumenti suæ literæ citationis nisi affigatur litera originalis cui pars tenetur credere & non copiæ. quæ si nō faciunt fide in iudicio multo fortius nec extra. de fi. instru. c. j. & . ij. cum ibi no. de officio dele. c. cum in iure. Præterea non sufficit lectio seu publicatio huiusmodi citationis sine affixione propter formā quæ habet q affigatur. ut in cle. dudū. de iudic. quæ licet loquat de affixione fienda in uno loco. puta in albo prætoris in cu-

+ Vide cass. de prima co. tit.

in cuius locum succedit hodie palatium apostolicum.tñ quia princeps puta papa uult & mandat eam fieri in pluribus locis: forma huiusmodi mandati diligenter est seruanda quia exorbitans a iure communi.tum etiam quia arctat ignorantem.ar.eorum quæ le.& no.in.c.cum dilecta.de rescrip.& de resti.spo pisanis.de præben.c.cui de non lib.vj.ff.man.l.diligenter in his tamẽ executionibus cautum esse exequentem oportet ut post citationem appensam & euulsam sigillatam illius loco relinquat copiã & tunc citatus nullam excusationem habere poterit.

¶ Additio. Et no.secundum Pau.& Guil.de mon laud. quod speciale est in papa ut in casu.d.clemen.dudum ꝓ talis citatio lectio & affixio ualent alias regulariter nõ ualet nisi citatione prius legitime facta ab homine uel a iure. quo casu si citatus ad curiam die assignata non compareat fit citatio in audientia publica uel præconizatio uel in albo prætoris conscriptio & tales citationes sunt potius declarationes primarum citationum quam propriæ sunt citationes si autem non præcederet citatio iuris uel hominis ut habetur in.c.j.c.ut circa.c.cupientes.de elect.li.vj. & in.c.sæpe.de appella.tunc lectio publicatio & affixio prout hic dicitur non sufficeret maxime quando tangeret specialiter certam personam si ea certa persona inueniri potest inquisitione facta ut in.c.fi.de elect.lib.vj.&.ff.de appel.l.cum quidam.& in specu.de do.& contu.§.restat in princ. Et de quatuor modis citandi uide plene per bar. in extrauagan.ad reprimendam.

Decisio. IX. alias.241.

Summarium.

Citatus in diuersis terminis successiue sine comminatione poterit in ultimo facere quod incumbit.

SI tres quatuor uel quinque termini successiue sine cõminatione ad unum actum explendum per auditorẽ assignentur puta ad uidendum quem absolui ad cautelam citatus in ultimo termino potest dicere & opponere illi id quod in primo. Nam licet prædicti tres termini primi habentur loco termini peremptorij & si id non exprimatur in eis.ut C.quo & quando iudex.l.tres.xxiiij.q.iij.de illicita.& no.in.c.ad petitionem.de accu.per Inn. & alij termini postea ad idem assignati sunt de gratia.ff. de iud.post edictum C.eo.ti.autẽ.iubemus.de do & cõtu.c.prout de offic.deleg.consuluit & huiusmodi gratia non debet esse frustratoria.nec iterum citanti damnosa. de regu.iur.quod ob causam.lib.vj immo in hoc termino gratioso poterit uenire & contumaciam suam expurgare de procur.querelam.de do.& contu.causam quæ.&.c. cum dilecti.de offi.dele.consuluit.præsertim quia in omnibus primis terminis circumductum est & erat edictum quo ad actum in eis fiendum.qui in alio termino quo ad hoc licet ex superabũdanti & de gratia assignato potuit fieri & expleri.C.quomodo & quando iudex autem qui semel & legitur & no.in.d.c.consuluit.& faciunt not.de cofess.c.ij.per Ar.& de do.& contu actor.li.vj.

Decisio. X. alias.251.

Summarium.

Sententia quæ ex eisdem actis reuocatur non excusat a condemnatione expensarum.secus si ex nouis & uide quod no.Bar.in.l.fi.ff.de re iudi.

LIcet sententia pro aliquo in prima instantia lata in secunda instantia reuocetur ex nouis actis, excuset quem a condemnatione expensarum factarum in secunda instantia prout le.& no.per Inno.& Hosti in.c.finem de do.& contuma.tamen id non procedit quando ex eisdem & primis actis sententia reuocatur quia tunc apparet de iniusticia ipsius sententiæ manifesta.quæ sententia non excusat a condemnatione expensarum secundum Innocen.ibidem.& Io.mo.quem uide de hac materia in.c.cordi.de app.super uerbo in expen.libr.vj licet fortiter uideatur obstare.c.ex insinuatione.de procur.ubi sententia quæ fuit nulliter lata & reuocata excusauit eũ pro quo lata erat in possessorio a fructibus qui percipi potuerunt.Sed potest responderi quod in hoc pepercit sibi papa de gratia.uel quia non constabat de uiolentia uel aliter licet fuerit ille excusatus a fructibus qui percipi potuerunt tamen non a fructibus perceptis.Spec.etiam uidetur innuere quod quæcunque sententia excusat appellatum,ab expensis.ti.de expẽ.§.nunc uidendum.uer.sed quid de appellato.De qua materia uide per Ioan.an.in nouel.& in lectura de reg.iur.ignorantia.lib.vj.qui concordat cum Innocen.& ponit rationem diuersitatis quare in primo casu excusatur appellatus a condemnatione expensarum propter sententiam pro se latam & non in secundo casu.nam in primo casu excusatur.propter probabilem ignorantiam siue errorem facti.In secundo non ꝓpter ignorantiam iuris,quæ neminem excusat.j.q.iiij.§.notandum.& ibi in summa de ignorantia iuris naturalis & ciuilis.Primam rationem siue conclusionem Ioan.an.& aliorum intellige de ignorãtia facti alieni.secus si proprij in quo intolerabilis est error de rescript.c.ab excõicato q nocet.C.de iur.& fac.igno.l.error facti.

Decisio. XI. alias.271.

Summarium.

Procedi potest in causa cũ procuratore cõstituto post executionem citationis quamuis indebite factam.

SI de speciali mandato papæ aliqui personaliter & legitime citari mandentur licet huiusmodi citatio non fuerit debite executa si tamen omnes prædicti post huiusmodi citationem decretam & in partibus aliq bus sed non omnibus locis iuxta formam mandati lectã procuratores ad causam huiusmodi prosequẽdam in curia constituant præsumitur se sciuisse citatum & huiusmodi citationis habuisse & habere indubitatam noticiã. intantum quod contra personaliter citatos ad excommunicationem contra alios ad ulteriora in causa potest procedi facit de dolo & contu.c.dilecti.ar.eorum quæ le.& no.in cle.causam.de elect.in fin.attamẽ quia hæc sequẽs oratio in aliquibus deci.ponitur post finem immediate sequentis decisionis ibi quandocunque enim & ex quacunque causa quis personaliter citatur nõ sufficit mittere ꝓcura.de maio.& obe.c.fi.de do.& cõtu.c.cum dilecti de dilat.c.exposuit.& ibi per Ber.Contra quã quidem conclusionem uidelicet quo ad excommunicationem ferendam.contra sic non legitime citatur personaliter allegabam duas notas Innocen.quæ uidentur fortiter obstare. una est in.c.fi.de eo qui mit.in posses.secunda est in.c.ad petitionem.de accu.uidelicet quod nunquam est aliquis excõmunicandus nisi fuerit personaliter monitus uel apprehensus uel nisi se infraudem absentaret uel impediret quod nõ posset ad eum citatio aut monitio huiusmodi ꝑuenire ut li.non contest.quoniam de huiusmodi fraude & impedimento debet constare antequam excõmunicetur.nam qui fraudem allegat eam probare tenetur.ff.de dolo ma.l.dolum.Ad quæ respondebatur quod noticia citationis ipsum constituit uerum contumacem per regulam Qui certus &c.& ideo tanquam contra contumacẽ possit ad excommunicationem procedi.xj.q.iij certum. ut lit.non conte.c.tuæ.

Carď. clem. 2ª. in oppo. 7. ... fin.

Decisio. XII. alias.315.

Summarium.

Inimicitiæ capitales non guerræ generalẽs patriæ a ꝑsonali comparitione excusant. dum tamen tutus saluus conductus haberi possit.

LIcet guerræ & inimicitiæ capitales & personales quẽ forte a personali comparitione excusarent.ut in.c accedens.ut li.nõ contest.& in c.pastoralis.de re iud.in cle.tamen generales guerræ patriæ non excusant.præsertim si detur & probetur quod tales personaliter citati cũ literis salui conductus principis illius patriæ uel inimicorum guerram facientium possent uenire & illas obtinere sicut alias obtinuerũt.& cum illis ad curiam illorum uel

aliorum principum transfiuerunt prout ponebatur & allegabatur in facto.ar.pro hoc eorum quæ le.& no.in.c.cũ dilecti.de do.& contu.& in.c.ueniẽs.de accu.super.ueruiarum discrimina.per Innoc.qui reputat illas excusationes nimis uagas & generales.

Decisio. XIII. alias.329.

Summarium.

Lite super beneficio pendente si actor impetret nouũ ius puta nouam prouisionem uel gratiam si neutri id per auditorem reo absenti intimari debet.

LIcet in causa beneficiali introducta in curia per appellationem uel alias legitime posfit procedi per audientiam & pronunciari contra absentem præsertim possessorem & pro actore uigore iuris sibi ante huiusmodi litẽ vel saltẽ tpe comissionis obtentæ competentis tamẽ si actor idem post litem cõtestatam & introductam puta in medio causæ impetrat nouam gratiam siue nouũ ius. puta quod si neutri ius competat in beneficio de quo litigatur quod ei prouideatur. Voluerunt & dixerunt maior pars dominorum quod huiusmodi gratia noua prædicto possessori est intimanda antequam sententia contra eum proferatur. Tum quia si dicta gratia impetrata non esset absens sententiam pro se reportasset per regulam: actore non probante &c. Et quia forte & sine forte tempore introductionis huiusmodi causæ bene sciuit aduersario suo nullum ius competere, iccirco nõ curauit uenire uel mittere. Sed quia ex nouo iure p eum impetrato ipsum uult uincere quod uerisimiliter potuit ignorare, iccirco merito est uocandus ad dicendum forte contra prædictam gratiam quam forte de surreptione fuit & potest impugnare unde intimatio est sibi facienda ut ueniat uel mittat si uelit. Ea enim quæ de nouo emergunt nouo auxilio indigent.ff.de inter.acti.l.de ætate.§.ex causa.de iura.calũ. c.cæterum.de except.c.pastoralis.& ibi in quarta glo.facit.c.ut circa.&.c.statuimus.de elec.lib.vj. Mihi uero & aliquibus alijs dominis uidebatur intimationẽ huiusmodi non debere fieri de iuris rigore licet de benignitate canonica utilius foret & concedi posset. Ratio dominorum meorum & mea fuit. nam ex quo citatus fuit legitime possessor debebat uenire uel mittere sufficienter ad omnia quæ possunt occurrere uel impetrari in causa contra eũ quæ nedum est super negocio principali comissa sed etiã super omnibus inciden.dependen.& connexis & ideo si dicamus prædictam gratiam nouiter impetratam negocium incidens emergens uel connexu ad omnia illa fuit legitime citatus per actorem uel ab homine uel a iure usque ad sententiam inclusiue. Si igitur non uenit nec misit imputetur sibi & tenebit quicquid fit in eius absentia quam replet diuina Dei præsentia.de do.& contu.c.ueritatis.de Arb.c.ij.lib.vj.faciunt iura uulgaria ut li.nõ cõtesta.c.quoniam frequenter de eo qui mit.in poss.c.fi.de appel.c.sæpe:& de elec.c.j.&.c.cupientes.li.vj. Pro quo etiam facit conclusio.xvij.infra de appel.

¶ Additio. Dicendum quod conclusio siue primum dictum dominorũ posset procedere in illo qui non uenit nec procuratorem misit confisus de sententia absolutoria. sed hæc opinio mea & aliquorum dominorum posset procedere in illo qui procuratorem misit cui credo sufficere huiusmodi intimationem fieri cum ipse debeat sufficienter esse instructus de omnibus causam ipsam tãgentibus. de iur.calum.c.in pertractandis credere tamen sibi inducias dandas ad consulendum dominum si eas peteret. de procur.c.dilectus.

Decisio. XIIII. alias 345.

Summarium.

Si nec actor nec reus compareat in termino citationis factæ ad totam causam potest nihilominus ueniens post terminum procedere per audientiam cõtra absentẽ eius contumacia non obstante.sine noua citatione.

LIcet impetrans commissionem cum potestatẽ citãdi in partibus & decreta citatione ac debite executa non compareat ipse nec aduersarius suus in termino ad quem fecit aduersarium suum citari nihilominus si post eundem terminum compareat & procedi petat in causa procedi poterit etiam sine noua citatione per audientiam. Ratio. quia reo citato cõparente ad certum actum in certo termino expediendum actore non ueniente competunt duo remedia uidelicet circunductio edicti peremptorij uel absolutio ab instantia iudicij prout deducitur in c.consuluit.de offic.deleg. & tertium remedium est c.actor.de dol.& contu.libro.vj. Tamen neutro ueniente licet circunducatur edictum quod illum actũ pro tunc in illo termino faciendũ non tamen circunducitur in totũ si reus est ad totam causam usque ad diffinitiuam sententiam inclusiue citatus tunc enim quandocũque * reo uel actore ueniet potest procedi in causa in contu.alterius usque ad diffinitiuam sñiam.inclusiue.ar.eorum quæ le.& no.in.d.c.consuluit.per Innocen.& in.ca. auditis.de procura.per eundem.& plene per ar.de eo qui mit.in poss.c.uno.&.c.j.de do.& contu.lib.vj. reus enim sic citatus ad duo tenetur uidelicet comparere & in certo termino comparere & licet quo ad secundum circunductum fuerit edictum nihilominus adhuc remanet primum in quo si fuerit contumax procedetur contra eum tanquam contra contumacem nisi iudex de benignitate uelit eum expectare & de nouo citare ut in.d.c.cõsuluit. in fin.& in.c.cum dilecti.de do.& contu.

* Quandocunque add.deci. infra de ap.21

Decisio. XV. alias.355.

Summarium.

Vocatus ad iudicium etiam delegati comparere tenetur allegatur defensionem suam quãuis nõ fuit proprius sed communis aut litera uocationis non contineat iurisdictionem uocantis dummodo narret tale quid.quod si uerum foret comparete teneretur.

Epitome.

1 Processus executoris sententiæ factus in contumaciam ualet.

Executor rei iudi.debet de æquitate citare partem uictã ad taxam fructuum & expensarum.

2 Executor sententiæ non tenetur citare partem ad executionem faciendam nisi uelit.

3 Cursor papæ dicitur persona publica & fide digna.

1 SI executor † trium sententiarum diffinitiuarum in pala.apostolico latarum citet in curia per cursorem domini nostri papæ partem condemnatam in fructibus ad uidendum taxari fructus & in contumaciam partis nõ comparentis eosdem fructus taxet fuit dubitatum utrum ualuerit huiusmodi taxatio propter duo. Primo quia non per suum nuntium iuratum citauit nec per literas suas.ergo non uidebatur pars aduersa legitime citata per no.in. c.prudentiam.de offi.deleg.& in.c.cum parati.de appe. Secundo quia non misit parti potestatem suam nec eam de hoc aliter certificauit quod plene instrui potuerit.ergo uidebatur quod comparere non tenebatur.per.c.cum in iure.de offi.dele.& per.c.præterea.de dila. Fuit decisum & determinatum contrarium uidelicet quod ualuit huiusmodi taxatio dummodo modum non excesserit in taxando facta in contumaciam illius citati qui in dubio ex quo se executorem dictarum sentẽtiarum narrauit debebat comparuisse & fidem sibi fieri de sua potestate petiuisse quam si tunc non fecisset forte taxatio non ualuisset & sic loquitur.c.cum in iure & quia hoc non fecit nec comparendo nec aliquid allegando ergo tenuit & ualuit taxatio facta in suam contumaciam.ff de iudi si quis ex aliena.de accu.c.ueniens.cũ si.

2 Præterea executor † sentẽtiæ uidetur esse merus executor qui nõ tenetur citare partem nisi uelit ad executionem faciendam.ut in.c.de cætero.de re iudi.& no.in c.pastoralis.de offi.deleg.& si citet hoc fit ex superabundanti & extraiudicialiter & pro informatione summarum habenda de fructibus & de omnibus deducendis.ut in.l.a diuo pio.§.si super rebus ff de re iudi.

& iudi.in qua citatione non requiritur talis & tanta solennitas siue expressio quæ habetur in.capit.præterea.superius alleg.& in cle.ij.ut lite pen. Cum igitur præfactus executor ut executor fecerit citari partem exprimendo etiam ad quid & super quo uidelicet ad uidendum taxari fructus in quibus pars sciuit & scire debuit se condemnatam maxime attento quod forma executorialium sententiarum in palatio apostolico latarum est notoria & similis p omnia quasi in omnibus causis satis pars fuit certificata quo ad hoc ut saltem compareret ad allegandũ & proponendum tam contra executorem quam contra citationem si aliqua uoluisset.& quia id facere non curauit tenuit processus habitus in eius contumaciam. de ap. c.per tuas.de do.& contu.c. prout.&.c.ueritatis. Nec iudex siue executor tenetur semper mittere nec ostendere suam originalem potestatem parti nisi hoc petatur licet bene teneretur inserere tenorem potestatis suæ in citatione siue in processibus suis & hoc uerum quando citat.per literas secus si per nuntium ut hic & sic intelligatur.ca. cum in iure peritus de offi.dele.prout ibi not per Bertol. Nec uiciatur prædicta citatio pro eo quod non facta fuit per nuntium proprium sed per cursorem papæ quia secũ
3 dum oẽs dominos tutius erat citare per cursorem † papæ qui est persona publica nota & authentica ac iurata quã per aliquem alium nuntium priuatum etiã Iuratũ immo maior fides adhibetur cursoribus papæ quam alijs nuntijs.ar.no.in.c.cum parati de appel.& de offi.deleg prudentiam superius alle.

Decisio. XVI. alias.364.

Summarium.

Præsumptus siue fictus cõtumax a die scientiæ infra decem dies auditur appellans.uerus autẽ contumax nõ.

Epitome.

1 Citatus per edictum an possit intra.x.dies a sentẽtia diffinitiua appellare.
2 Præsumptus siue fictus contumax a die scientiæ intra.x. dies a die scientiæ appellans auditur,uerus autem cõtumax non.
3 Appellationis remedium nemini est denegandum.

Cvm iura clamitent quod *contumax regulariter nõ auditur appellans.ut.ij.q vij.§.sunt quorum.xxiiij. de illicita.C.de iu.properã.C.quorum ap.non reci.
1 l.j. Fuit dubitatum utrum citatus † per edictum iuxta formam cle.j.de iudi. & non comparens posset a sententia diffinitiua infra decem dies a tempore noticiæ computandum appellare. Et uidebatur primo quod non quia talis citatio arctat perinde citatum ac si personaliter apprehẽsus fuisset. Sed si personaliter quis inuentus citatur & nõ comparet uerus contumax reputatur.& ideo ei appellare non licuit.ergo &c.prout expresse deducit Specu.tit. de contuma.§.j.uer.& not.quem alle.Ioa.an.in cle.j de dol.& contu.ubi plenissime de hac materia & in cle.causam electionis.§ penul.in ultima glo.ubi remittit ad not. per compost.in.c.j.de elect. Fuit breuiter dictum per omnes dominos & determinatum contrarium nam licet præ
2 dicta citatio † facta per edictum iuxta formã clem.prædictæ perinde arctat &c. & posset pcedi parte absente quo ad diffinitiuam tamen illa est quædam fictio iuris quæ facit tales haberi pro personaliter citatis & insurgit hæc fictio ex quadam iuris præsumptione quod præsumit talem sic per edictum citatum habuisse noticiam quod citatio huiusmodi ad ipsum peruenisset quæ tamẽ potuit non peruenire utputa quia fuit ultra mare & sic impossibile foret ipsum sciuisse citatum uel si sciuit forte legitime impeditus in ueniendo aut mittendo fuit & sic nõ contempsit.de senten.exc.c.uenerabilibus.§.idẽ quoq; li.vj. nec contra huiusmodi præsumptionem cum non sit iuris & de iure bene admitteretur probatio in contrarium secundum Guil.& Genze.in dicta cle.j. maxime si haberet probationes in continenti paratas.ar.qui ma.accu.pos.

c.fi.de resti.spo.c.literas.ergo quemadmodum dicimus prædictam citationem super iuris præsumpt.& fictione fundatam potius igitur habemus dicere contumaciam ex ea insurgentẽ fictam quam ueram. Ficte igitur contumax auditur appellans.de sent.excom.c.uenerabilibus. li.vj.& not.in dictis iuribus & per dictos doct.ergo.&c. Præterea graue esset immo iniquum tale & tantum præiudiciũ fieri parti sic ficte citatæ si ei auferetur defensio
3 quod est appellationis † remedium quod non esset denegandum diabolo si esset in iudicio de excep.c.cum inter de appel.c.cum speciali. Satis enim est absentem ipsum in processu & diffinitionem causæ punire quemadmodũ dicimus & seruamus in citato ad domum & loco beneficij de quo agitur & in ecclesia cathedrali qui si non compareat in causa beneficiali auditur appellans ut probatur in dicta cle.cãm electionis per Ioa.an. multo fortius citatus per edictum in loco plus distan.& remoto & sic pro hac parte fuit declaratum,& determinatum taliter citatum posse appellare nisi expresse posset cõstare de ipsius scientia & contemptu qui solus facit quod non auditur * appellans secundum Ioan.in dicta clemen.si ante. Immo secundum obseruantiam rotæ etiã si esset uere cõtumax auditur appellans a diffinitiua infra.x.dies cõputandos a tempore: prolationis sententiæ sed non scientiæ.

Decisio. XVII. alias.402.

Summarium.

Contra actorem commissionem & citationem impetrantem ac non dimisso procuratore de curia recedentẽ ad instantiam rei seruatis terminis per audientiam potest pro reo ab impetitione sententia diffinitiua ferri.

Epitome.

1 Actore obtinẽte causam beneficialem in curia romana si reus non citatus post ea ueniat potest seruatis terminis ab ipsius actoris impetitione absolui.
2 Sententia diffinitiua non potest contra non citatum. non confessum aut non conuictum promulgari.
3 Commissiones sunt communes actori & reo.
4 Actoris contumatia maior habetur quam rei.

1 † impertinentibus & non admissibilibus non respondendum.de offic.deleg.c.cum contingat.at huiusmodi articuli sunt impertinentes & pro nunc non admissibiles.ergo.&cætera.His non obstan.contrarium fuit decisum & conclusum per omnes dominos.&hoc ne copia probationum etiam in futuro tempore pereat & angustetur.de testi.c.Albericus.&.c.significauit.Tum etiam quia causa petitorij semper remanet in curia licet ad tempus sit suspensa.Finita igitur causa possessorij si reus uellet ingredi petitorium,multum releuaretur per responsionem aduersarij maxime quo ad articulos negatiuos probandos.de confess.c.j.li.vj.Si illis non responderetur periret sibi copia probationisquia negatiua per rerum naturam &cætera.de probat c.quoniam.de elec.ca.bonæ memoriæ item
3 quemadmodum † testes affuturi uel morituri ante litem contesta.& etiam super articulis obiectiuis non admiss. uel forte nunquam admittendis recipiuntur ut in.ca.quoniam frequenter.ut lit.non contesta.& hoc propter dictã rationem ne probationes pereant. Ita & multo fortiori ratione in casu nostro compellitur respondere prædictis articulis quæ confessio tamen sibi in nullo præiudicabit in possessorio,maxime si de hoc fuerit protestatus & supposito quod confiteretur talia per quæ clare constaret ipsum ius nullum siue titulum habere in beneficio de quo agitur non esset nimis absurdum dicere quod sibi præiudicaret & restitutionem suam impediret ne daretur sibi uiciosus ingressus & cum peccato beneficium ecclesiasticum teneret.de insti.c.ex frequentibus. de eo qui mit.in pos.c.j lib.vj.Et per hoc est responsum si bene uideantur ad motiua pro contraria parte inducta.

DE CONFESSIS.

Summarium.

Cõfessio extraiudicialis in delictis non probat quo ad effectum ut pœnæ ordinariæ infligantur.

Epitome.

1 Confessio extraiudicialis ad instantiam partis facta præiudicat confitenti.
2 Confessio extraiudicialis infamat confitentem reddiq; illum punibilem.

Decisio. I. alias 180.

1 QVOD licet cõfessio † extraiudicialis regulariter probet,tamen secus est in delictis in quibus cõfessio extraiudicialis plene delictum non probat quo ad effectũ pœnæ ordinariæ infligendæ. probatur de excessi.p̃lat.c.quã sit graue ubi persbyter beneficiatus confessus se crimẽ adulterij cõmisisse non deponitur sed beneficio priuatur.ut ibi no.per Inn.& Hosti. & allegat unã gl.notabilẽ Bar.ff.ad.l.iul.de adul.l.capite quinto uidelicet quod cõfessio extraiudicialis talis nõ plene probat nisi quo ad effectum confitentem subijciendi torturæ. ¶ Additio.Glo.in.c p inquisitionẽ.de elec.te
2 net ꝙ ex tali cõfessione † potest confitens damnari.idem Inn.ibi.pro quo facit dictum.c.quã fit.Cõpost.tenet cõtrarium in.c.olim.de rescript.super uerbo confessus.Inn. met tenet oppositũ in.c.per inquisitionẽ.in.c.interposita de appel.super.uer.probaturũ & habet hic locũ gl.iuris ciuilis in.l.capite quinto.hic alle.quæ est singularis & tenet ꝙ talis confessio facit solum indicium ad torturã.& hoc tenent legistæ pro euangelio.Tu dic secundũ dominum Anto.ꝙ si confessio extra iudicium infamat confitẽtem de facto ꝙ potest puniri, cũ in tali infamia facti non ponderetur iuris effectus,uel dato ꝙ nõ infamet , inducit tamen tantam suspicionẽ ex qua potest procedi ad iudicium purgationis & ex infamia facti sola suspicione probabili proceditur ad iudicium purgationis.de purg ca.c. inter.Et est conclusio doc.in c.ex parte.de offi.ordi.hoc tamen casu non admitteretur directa purgatio contra cõfessionem nisi aliter eam excuset ne ipse ueniat contra id quod uiua uoce est protestatus.sed excusando eam & aliter intelligendo poterit excusari.nam excusatio perimẽs confessionem non admittitur,ut est casus in.c.cum dilecti.de accu.ex quibus declaratur opinio Inn.in.d c.quã sit uerba fuerunt originaliter do.ij.q.j.multi in gl.magna quæ est notabilis ad hoc.& idẽ no.glo.de iudi.c.at si clerici.super uerbo non tenet,uer.sed pone clericus. hæc est uera quando confessio deducitur in probatione in iudiciũ sed si ut delictũ ea ꝓbata habet locũ.d.c.quã graue.

Decisio. II. alias.40.

Summarium.

Positiones in prima instantia datæ per iuramentum ꝓcuratoris possunt per dominum in secunda instantia mutari & i melius reformari sine expressa reuocatiõe erroris.

POsitiones datæ in prima instantia per iuramentũ procuratoris in secunda instantia possunt per dominum principalẽ mutari & meliorari sine expressa reuocatione erroris.Tum quia illud iuramentum non fuit de ueritate sed de credulitate.Tum quia procuratores non sunt ita plene informati sicut principales qui non possunt uariare positionem iuratam iuxta no in.c.cũ in positionibus.li.vj.de iureiur. Vide plenius dicis. 613. in p. parte in nouis. Supra de procura.19.

Decisio. III. alias.466.

Summarium.

An & quando confessio prælati præiudicet ecclesiæ.

Epitome.

1 Prælatus est legitimus administrator suæ ecclesiæ:& proea stare debet in iudicio & num.2.
3 Prælatus sine consensu sui capituli agere potest.

COnfessio prælati agentis præiudicat ecclesiæ ipso iure etiam si sine consensu capituli agat.Circa quod dico ꝙ prima pars dependet ab uno alio ui
1 delicet si prælatus † dicitur administrator legitimus & in quibus causis sit administrator legitimus & in quibus nõ. & hoc concernit secundã partem istius conclusionis. Dico enim ꝙ in causis in quibus prælatus est administrator legitimus suæ ecclesiæ in agendo confessio eius * præiudicat ecclesiæ eo modo quo præiudicat confessio administratoris legitimi uidelicet si sit facta die iudiciaria & p modum iurisdictionis contentiosæ & absq; conclusione & fraude Hanc conclusionem probant iura clare extra ut li.non conte.c.j.de confessis.c.ult.de re iudi.c.suborta de depo.c.potuit ad hoc de cap.mo c.cũ dilectus.de ele. c.dudũ.ij.Sed ibi in contrariu aliqualiter.licet enim p̃dicta iura in sindico uel procuratore ecclesiæ loquantur fortiori ratione uigẽt in prælato q maius ius ratione suæ legitimæ administrationis sibi competentis iure prælaturæ suæ censetur habere quã dicti procuratores & sindici qui p̃nt constitui & reuocari.de procu.c.j.de iudi.cãm q̃ nota.archi.de testi.c.p̃sentium.Hanc conclusionẽ ponit Cyn.post Pe.in.l.una C.de confes.xv.q.de ista parte est casus in.c.si aduersus de inte.resti.li.vj Si intelligatur de confessione prælati ꝙ aliqualiter uidetur gl.sonare.Si uero nõ esset administãtor legitimus ipsius causæ & litis tũc statur ecclesiæ de pœniten.di.j.per rationẽ contrariã & hanc secundam partẽ posuerũt etiã Pe.& Cy.in.l.j.p̃alle.& glo.quæ dicit quod requiritur consensus sui capituli ita no.xxij.di.de constantinopolitano.in penul.glo.per c.j.de procura.& c.causam quæ de iudi.Quæ argumẽta & glos.uidentur sequi dictum glos.in.capi præsentiũ præalleg.Videamus igitur in quibus causis spectat hoc
2 casu legitima † administratio ad prælatum .& ad istam conclusionem respõdet testus quod prælati sunt administratores suarum ecclesiarum legitimi & monasteriorum & con-

* Add. super his q̃ dicuntur in p̃cedenti de ci.s.an confessio p̃iudicet ecclesiæ. adde bal.j.l.i cõtractibus §. sed qm̃.in uer q̃ro qd in tutore. C.de non nu. pecu.per Ant. but mino.&si casũ.c.si ante pe.co uer.gn. to.& ulti.de p scrip.

& congregationum & pro eis in iudicio stare possunt defendendo in.c.edoceri de rescrip.& agendo ut.c.cum deputati de iudi.& probat. ff. ꝙ cuiusq; uniuer.no.l. cuncti. excipit textus unum casum uidelicet si bona prælaturæ de bonis congregationis sunt distincta omnino ut in dicto.c.edoceri in fi.quod excipit omnino id est etiā quo ad administrationem Nam sola diuisio non tolleret prælato legitimam administrationem nisi post diuisionem bonorum congregationis a bonis prælaturæ discreta esset & de administratore prouisum.ut pulchre ponit Innoc.in dicto.c.edoceri.Sed diceret aliquis si est ita quod administratio legitima pertineat ad prælatum uidetur ꝙ debeat eam exercere cum consensu suæ congregationis. ut de procura.c.i.de iudi.causam quæ.Sed ut dicit Innoc. hic non reperitur ꝙ administrator legitimus de iure non teneatur cum consensu alterius suam administrationem exercere.qui respondet ualde bene ad alia iura prædicta Contradicit tamen ꝙ in arduis tenetur requirere consilium in iudicio sicut in extraiudicijs.ut.c.nouit.& quanto.de his quæ fi.a præ.Et ista est ueritas:saluo ꝙ aliqui dicunt ꝙ immo debet habere consensum.& hoc concedatur gratia collationis.Sed nihilominus his non obstan.di

3 co ꝙ si agat prælatus † sine consensu capituli uel conuētus ualet:quod facit sine dubio in non arduis.patet hoc per.c.edoceri.&.c.cum deputati.& etiam in arduis licet capitulum per suum consensum non adhibitum posset contradicere & petere ꝙ mutaretur quod factum foret eius consensu spreto aut eo ignorante.Quod patet ex eo ꝙ quando expeditio alicuius negocij pertinet primo ad aliquem iure suo:licet expost facto forma adijciatur sibi secundum quam debet facere uidelicet de consensu uel consilio alterius uidelicet quod facit dicta forma seu consensu non adhibito non ualet.Hanc regulam uidetur posuisse glo.ordi.in clem.i.de iurepatr.super uerbo prohibitionem.& Inno.de re.eccle.non alie.c. dudum.li.vi. ubi dicit ꝙ ubi consensus requiritur ꝙ sufficit ꝙ interueniat expost facto.& tamen si actus expost factus esset nullus hoc non sufficeret ut ipsemet dicit & probat.c. auditis. de elec.Et ista regula satis probatur per.c.i.&.iij.de his quæ fiunt a pre.cum ibi not.Certum enim est ꝙ administratio de iure communi est solis prælatis commissa licet superuenerunt iura arctantia prælatos ad requirendum consilium uel consensum.igitur &c.not.per Innocen.& alleg.de arbi.c.cum olim.ne se.ua.c.i.li.vj.per Archi & per hoc secunda pars conclusionis est expedita & quæstio ex toto uerificata præterquam in uno casu excepto de quo &c.

Decisio. IIII. alias. 471.

Summarium.

Si reus dixerit se certo tempore possedisse & demum procurator eius in libello seu articulis dicat actorem fecisse quo minus posset possessionem habere: concordanda est confessio domini cum dicto alterius partis.

IN causa beneficiali reus prouocatus ad causam confessus est se posidere in principio causæ,& ita ante litem motam in impetratione nouæ prouisionis quæ obstan.reseruatione non ualebat & ita asseruit.& procurator eius postmodum deducat in libello & positionibus suis.de tempore tamen sequenti actorem fecisse quominus reus ipse potuisset possessionem habuisse actoremq; possessioni incumbere ipso actore etiam hoc asserente. Concordāda est dicta cōfessio pcuratoris cum ipsa confessione & assertione rei propter temporum diuersitatem. ar.de testi c.cum tu.&.C.de furt.l. manifestissimi. & de accu.c cum dilecti.maxime quia non est uerisimile procuratorem uoluisse contra producta per dominum confiteri produxit enim in facto isto instrumentum possessionis adeptæ ante litem & nouam prouisionem & assertionem dictæ suæ partis principalis uoluisse ad hoc certa scientia confiteri.maxime etiam quia non est uerisimile dominum illud uoluisse sub clausula generali.& ideo non est uerisimile procuratorem id potuisse præsertim quia uerba quo minus,possunt etiam habere bonam interpretationem si recipiantur cum iuris effectu.ut.ff.ꝙ quisque iur.l.i.in fi.scilicet quo minus potuit habere.scē effectu quia non uidetur uersum quod non durat uersum ff.de in rem uerso.l.si pro patre.§.uersum Facit tamen dubium not.Bar.de uerb.oblig.l.qui autem ubi uidetur notare ꝙ dicta interpretatio.c cum tu.quæ habet locum in testibus & instrumentis ex iuris dispositione & non habet locum in depositionibus partis cuiusdam q uia primi probant & secundi non secundum dominum Corsien.

DE PROBATIONIBVS.

Summarium.

Literis episcopi.suo sigillo sigillatis sine notarii & testium subscriptione creditur in his quæ ad suum spectāt officium.

Epithome.

1 Sigillum episcopi ex generali consuetudine authenticum reputatur.

2 Literis episcopi non creditur contra impetrantem apostolicum

3 Promoueri non debet quis ad ecclesiastica carnali affectu.

Decisio. I. alias.22.

1 FVIT * dubitatum † utrum credatur literis episcopi solo suo sigillo sigillatis sine tabellione & testibus super resignatione ex causa permutationis facta in manibus suis & per eum admissa & collatione subsecuta. & licet in hoc dubio possent fieri plura argumenta & allegari rationes doctorū pro & cōtra re citate in.c.post cessionem.de probat.&.xi quæst.iij.curæ.per Io.& Archi.Tamen attenta generali consuetudine totius orbis qua reputatur sigillum episcopi authenticum quam etiā seruat pallat. apostolicū in his quæ spectant ad suum officium & quæ inter subditos suos extra causam eius propriam fidem facit dummodo non procedat ut iudex.quia tunc secus ut in.c. quoniam contra.de probat.& de testi.c.cum a nobis. Fuit p omnes dominos determinatum & conclusum ꝙ in casu prædicto literæ episcopi facerent plenam fidem.dummodo omnia in literis suis contenta coram eo & per eū uno & eodem tempore facta & completa existant.alias non facerent fidem:nisi de ultimo actu suo partium prout nota.per Innocen.in dicto.c quoniam.Ratio prædictæ cōclusionis patet per superius dicta.quia omnia & singula præmissa spectant ad officium suum. & inter subditos suos extra iudicium per eum expediuntur.de renunci.c. admonet.de rer.permut.c.quæsiuit.&.c.uno. eo.ti.li.vj. Pro qua conclusione faciunt expresse not.per Innocen. & Hosti.in.c.i.&.ii de fide instrumentū.& no.in dicto.c.

2 post cessionem.per Hostien. Non obstat stilus † palatij quo cauetur ꝙ non creditur literis episcopi contra apostolicum impetrantem in quibus episcopus diceret se primo contulisse beneficium quam papa seu eius executor. quia id est non quia sigillum eius non sit anthenticum quia immo est ut supra dictum est:sed propter fraudem quæ timetur.quia sæpe immo quasi frequenter accidit ꝙ episcopi uel eorum cancellarij contra apostolicos impetrantes anticipant datas. Et quia fraus & dolus nemini debet patrocinari:& ut malicijs obuietur. de rescrip.c. sedes.&.c.ex tenore.ff.de rei uen.l.in fundo. Et istud in palatio apostolico inuentum in quo etiam seruatur ꝙ literis episcopi in causa propria fides nullatenus adhibetur.ne quis in cau.su.C in rubro & in nigro.&.iiii quæst. iii.§.nullus.Sed in hoc casu uidelicet ultimæ collationis factæ per episcopum contra apostolicum impetrantem quodammodo episcopus uidetur ferre testimonium in

* Fuit dubitatum add.ꝙ ab b. ponit istam dec.i.in.c.post cessionem eo.ti.de probat ad literā .& inf. eo.deci.x. et decis.17.ut in antiqs

causa propria ut ipse collationem suam propriam factã forsan in personam fratris nepotis & consanguinei aut familiaris collationi apostolicæ factæ alteri personæ sibi extraneæ præferre posset. & ita solebat semper dicere in consil. Reuerendissimus in christo pater dominus Petrus de Sarcena sanctæ Roman. ecclesiæ cardinalis dũ erat in rota. ℂ Præterea posset etiam assignari alia ratio diuersitatis quare in primo casu nostro creditur literis episcopi: & non in secundo. quia in primo casu non potest fieri collatio alteri quam permutanti per clem. unicam. de re. permu. & sic quodammodo illa collatio est necessaria quia de necessitate iuris non potest fieri alteri. In secundo uero casu. est locus gratificationi & potest conferre cui uult. ut le. & nota. de præben. relatum. & de rescri.
3 c. tibi qui. li. vi. Sed prælati modernis † temporibus plus sequentes carnalitatis affectum quam iudicium rationis: sæpe ex inordinata affectione promouent suos. ut in. c. graue. de præben. & machinantur omnes fraudes quas possunt contra apostolicos impetrantes. de reuun. c. ii. li. vi. de concess. præben. c. i. eo. li.

Decisio. II. alias. 34.

Summarium.

Si in libello fit mentio de authentica scriptura ill a ante lit. contest. est edenda secundum distinctionem hic positam.

Epitome.

1 Scriptura authentica in aliquo libello mentionata ante litis contestationem est edenda.
2 Actor põt dupliciter facere mentionem sui instrumenti.

1 SI in libello actoris fit mentio † de aliquo priuilegio uel scriptura quibus fundatur intentio libellãtis. fuit dubitatum an illæ scripturæ si petantur per reum cõuentum ut ante omnia exibeantur sint exhibendæ anteꝙ̃ reus compellatur respondere libello & licet possent fieri super hoc multa argumenta pro & contra: finaliter fuit determinatum & cõclusum per omnes ꝙ si actor habeat illas scripturas penes se ita ꝙ in promptu possint haberi & exhiberi ꝙ tunc ante omnia compellitur ad exhibendum ut sic per inspectionem earum reus posset deliberare utrum uelit cedere uel contendere. & sic loquuntur omnes leges titulorum ad exhibendum alias non compellitur illas exhibere. Immo reus compellitur libello respondere. & proceditur ad ulteriora in causa & in termino ad producendum omnia actor si uoluerit illas producet. & si fuerit contentio inter partes utrum prædictas scripturas actor habeat uel non penes se uel in breui possit habere iudex poterit & debebit super hoc actori deferre iuramentum. de fi. instru. cum ioannes. de iura. cal. c. ii. li. vi. Hæc conclusio probatur per not. per In. c. i. de probat. & Spe. ti. de instru. edi. §. nunc dicamus uer. quid si quis. Quam conclusionem dixit dominus Egi. ueram nisi scriptura sit talis quæ debeat esse penes conuentum uel cuius tenor satis exprimitur in libello. quia tunc sine alia productione satis posset deliberare conuentus. & ita cessat rõ Inn. terminus enim a stilo statutus est ad producendum omnia.
ℂ Additio. dominus Bar. in. l. edita. C. de edendo. dicit
2 ꝙ aut fit mentio † de instrumento enunciatiue: aut per modum limitationis. si enunciatiue uel demonstratiue tunc non fit editio reo per actorem ad deliberandum. Si limitatiue: tunc aut reus debet habere copiam illius instrumenti & non fit editio. ut in. l. ii. ff. de eden. nec obstat. l. postquam. § si dies. ff. ut lega. no. caueatur. quia ibi fit editio ad sui probationem non ad deliberationem, aut reus nõ debet illud instrumentũ habere: tunc bñ debet fieri editio secundum distinctionem Inno. Dicit. d. Bal. in d. l. edita. in recollectis: ꝙ ubicunq; reus ex facta mentione instrumenti potest reddi dubius ꝙ ibi habet locum dictum Inno. ubi autem non potest fieri dubius ibi non debet fieri editio ad deliberandum: cum copia instrumenti non sit de substantia deliberationis sed impertinens quantum ad ius deliberandi. facit. l. ultima. C. de præci. imper. offic. & adde quod habetur. infra. eo. ti. deci. 5.

Decisio. III. alias. 123.

Summarium.

Pertinentiam collationis sufficit probare per reputationem & famam.

SVfficit probare pertinentiam collationis per famam & reputationem & alia adminicula puta per auditum ꝙ beneficium de quo agitur consueuit cõferri per talem & per instrumentum admissionis illius ad cuius collationem spectare dicitur præsertim si impetrãs habuerit ad collationem episcopi. pro quo facit ius cõe de elect. c. cum ecclesia uulterana. xxi. di. in nouo. i. q̃st. iii. si quis episcopus. de hæret. c. cum ex iniuncto.

Summarium.

Decisio. IIII. alias. 124.

Qui in uita possedit beneficium præsumitur tempore obitus possedisse.

SI probetur aliquem tenuisse & possedisse certum beneficium in uita sua illud tempore obitus sui adhuc præsumitur possedisse nisi probetur contrarium. nam qui semel rem possidet adhuc eam præsumitur possedisse. ff. de acquir. poss. l. iij §. manumittẽdũ. & § ꝙ si seruus & ff. de procur. l. cum qui Pro hoc faciunt notata Phi. & Hosti. & Io. an. in. c. cum ad sedem. de resti. spo. super. iij glo. & in Spe. de actio & peti. §. seqtur. uer. quid si ago. ℂ Additio Contrarium ibi glo. & in. c. cum ecclesia de causa poss. in. glo. iij. ad idem tenet glo. in. l. siue possidetis. C. de prob. sed pro ista decisione uidetur tex. expressus in. c. olim. eo. tit. l. iij. de rest. spol. ibi dum dicit uel etiam prius habuisset &c. † Ex quo textu clare colligitur ꝙ petenti restitutionem per interdictum unde ui. sufficit probare ꝙ iam possedit ista ꝙ non probet ꝙ possederit spoliationis tempore: & hanc opi. tenet Host. & Io. an. in. d. c. cum ad sedẽ & Pet. & Cy in præall. l. siue possidetis. nõ ob. ratio. tenentium contrarium qui dicunt ꝙ quia possessio de facili perditur: ideo non præsumitur possidere qui olim possedit. Nam hæc ratio non concludit quia si facilius perdatur possessio quã dominium nõ propterea sequitur ꝙ non præsumatur hodie possidere qui olim possedit: uti. §. i. admittenda. §. & si seruus. hic all. ibi dum dicit constat nos possidere donec &c. qui enim h. d. probet ut. ff. de proba. l. ei. qui dicit. nam si dicam ꝙ nunq̃ habui animum possessionem perdendi: magis est credendum mihi quam dicenti ꝙ animum deposui possidendi ex quo de animo meo quæritur de homic. significasti. & de pig. ad. l. si creditor. & de sent. excommu. si uero. ij. & ita teneas.

Decisio. V. alias 213.

Summarium.

Veteris resti. per interdictum unde ui quid probare debeat quamuis una pars non compellatur alteri parti exhibere propria instrumenta: iudex tamen ex officio eam compellere potest.

LIcet pars actrix uel rea non possit compelli ad edendum seu producendum instrumenta seu priuilegia sua in iudicio: præsertim si asserat illa sua propria & non communia. ut in. l. qui accusare. & l. ea quæ. C. de eden. & in. c. i. de probat. ubi ponitur ratio. Tamen iudex ex suo officio potest partẽ compellere ad illa exhibenda sibi & ipse habet uidere utrum sint propria uel communia uel facientia ad causam uel ne. ut. ff. ad exhi. l. iiii C. de eden. l. i. hoc uerum secundum dominũ Egid. præmissa aliquali leui & summaria cognitione: puta iudex petat a parte petente exhibitionem quare id petat & quid dicat seu ponat uerba saltem in effectu ipsum seruius suum concernentia. Alii domini quasi omnes di-

crebat solummodo sufficere iuramētū partis ꝙ maliciose seu calūniose nō peteret illud. Reuera Inn. in c. i. de ꝓbat. superius alle. circa medium uidetur declinare in opinionem domini Egidii ubi dicit ꝙ iudex nisi ex causa magna deberet cogere partem ad exhibendum sua instrumenta quæ habet penes se ut ibi. Alios uero facilius cogere poterit ad exhibendum. & sic dicit intelligendum. l. iij. §. penul. ff. ad exhiben. & idem dicit Spe ti. de instru. edi. §. uidendum restat. uer. & no. ex præmisis in fi. & uer. & not. ꝙ si lit. penden. & uide ibi spe. in prædicto uer. & no. ex præmissis quæ sunt instrumenta communia & edenda & quæ non. qui remittit ad Inno. in d. c. i. ubi plene per eum.

Decisio VI. alias 218.

Summarium.

Pro instrumentis producendis non datur remissio sed bene pro signis & sigillis recognoscendis.

LIcet pro instrumentis producendis in causa per appellationem uel de speciali mandato ad curiā deuoluta seu commissa non detur remissio ad partes. prout le. & no. in c. statuimus. de elec. & c. cupientes li. vj. & c. cordi eo. li. Tamen si instrumenti producti signa sigilla & notarii negentur: pro illis probandis in partibus si nullo modo possint probare in curia bene est concedenda remissio. quia illa sunt probanda per testes quos secum ducere non poterat ad curiam nec tenebatur prout in d. locis le. & no. ℭ Præterea licet pro dilatoriis exceptionibus & aliis præambulis uel inciden. seu emergen. in causa regulariter non detur remissio extra curiam de priuile. c. cum olim essemus. & per Io. an. de appel. c. i. & in Spe. ti. de dila. §. i. uer. sed etsi. de excep. c. pia. & ibi per Io. mo. Archi. & Io. an. in nouel. Tamē pro exceptionibus peremptoriis puta contra testes uel alias bene conceditur remissio ad partes. de fideiuss. c. constitutus. de test. c. ex parte adde. & c. de testibus. de excep. c. i. cum similibus. Sed in casu proposito totum ius partis periret si huiusmodi signa sigilla & notarij non probarentur. ergo &c. de testi. c. Albericus. & c. significauerunt.

Decisio VII. alias 257.

Epitome.

1 Petens restitutionem beneficij debet probare coloratum titulum specificum. unde sufficit dicere in libello ꝙ canonice possidebat.
2 Beneficij restitutionem petenti incumbit probatio legitimæ institutionis
3 Sententia restitutionis non fertur nisi probato uel exhibito titulo colorato.
4 Præscriptionem probare uolenti an sufficiat dicere se legitime præscripsisse.

1 SI quis dicat se beneficium aliquod canonice & legitime possedisse & spoliatum esse petens se restitui licet non producat suam institutionem nec dicat per quem fuerat institutus: dicebant omnes domini me & uno alio domino exceptis articulum huiusmodi fore admittendum ad probandum in curia & extra. quia tunc poterit producere suam institutionem & inductionē uel probabit per testes. de testi. c. præsentium. li. vi. Mihi uidebatur articulum nimis uagum incertum & confuse datū tum. ergo non esse admittendum. quia non est uagandū cum detrimento alterius. ff. de do. l. idem exigit. & ff. de re. iur. l. nō est uagandum cum detrimento alterius. ff. de iniur. l. prætor edixit. de elec. c. ut circa. cum ibi not. per Archi. Præterea uerbum canonice est uerbum iuris qd non cadit in mentem testis. ergo. de testi. c. cum causam. & quia ad canonicam institutionem requiruntur multa de quibus in c. i. de reg. iur. li. vi. ergo &c. allegabam etiā pro non admissione dictum Inno. in c. ex parte. & c. ex literis. de resti. spo. & dictum Archi. de eo qui mittitur in
2 poss. c. unico. li. vi. † qui dicunt ꝙ petens restitutionem beneficii oportet probare se possessionem habuisse ab illo qui habuit auctoritatem instituendi. & quia prædictus articulans nec de illo alio aliquid dixit seu deduxit in prædicto suo articulo. Michi & prædicto domino meo uidebatur non esse audiendum præsertim attento stilo nostro quia non admittimus aliquem restitutionem peten. in beneficialibus nisi exhibeat & producat aliquem titulum coloratum propter not. dictorum doctorum. & Io. an. & Paul. in clem. unica. de cau. poss. & plenius per Io. an. in addi. Spe. ti. de rest. spo. in princ. Ad quod ultimum respondebatur aliud esse in probatio-
3 nibus: aliud in probandis † articulis Si loquitur de probationibus & sententia restitutionis ferenda: illa nūquā fertur nisi probato siue exhibito titulo colorato. & sic loquuntur prædicti docto. Si uero loquamur de probandis articulis. tunc enim sufficit deducere colorem siue canonicum titulum & illum postea per literas uel per testes probare. quia satis deducitur dum dicit se canonicæ institutum. Nec prædicta incertitudo siue generalitas obstat. quia illa potest per dicta testium siue productionem instrumentorum ad certitudinem & speciem reduci: maxime quia prædicta materia non est obiectiua sed est de iure dantis quæ non requirit tam exactam specificationem. de elec. c. constitutionem. in clem. Præterea si testes dicunt uel per instrumenta seu literas appareat beneficium collatum & se institutum per talem & ꝙ ad collationem illius consueuit pertinere collatio & institutio est satis nam apparet ipsum canonice institutum. & sic uerbū canonice per factū probatur & declaratur. Ad quod etiam inducebatur dictum Inno. & Hostien. ac Io an.
4 post eos in c. fraternitatis. de testi. † ubi dicunt ꝙ sufficit uolenti probare præscriptionem allegare & dicere ꝙ legitime præscripsit licet non dicat per xl. annos. Pro quo etiam faciunt nota. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & propriet. & melius in c. cum de beneficio. de præben. li. vi. & in c. cumana. de elect. ergo dicebant non obstare secundum rationem meam. Reuera ego id capere non possum. quia ex facto & actibus ius oritur & elicitur & licet illa generalis narratio uidelicet ꝙ sibi canonice sit prouisum sufficeret in libello ad effectum inferendæ conclusionis: tamen in processu descendendum est ad speciem probationis ad effectum. prout le. & not. in c. cū ad sedem. de resti. spo. & de probat. c. licet. Item licet generalia si essent probata acta sufficerent in repellendo non tamen sufficerent nec sufficiunt in proponendo secundum Archi. ut in c. ut circa. super uersi. omnia & singula. & facit clem. constitutionem. de elec. in fi. Probatur etiam hoc per simile Nam licet sufficiat proponere & dicere in libello aliquam rem ad se spectare iure dominii uel quasi oportebit tamen postea aliquā causam ex qua causatur dominium in processu siue in articulis deducere & probare. alias non posset sequi congrua sententia. ꝓ quo optime faciunt ea quæ leg. & no. in c. abbate. de re iudic. li. vi.

Decisio. VIII. alias. 270.

Summarium.

Si mandatur auditori ꝙ si per euentum litis constiterit neutri litigantium ius competere prouideatur sufficientiori. de huiusmodi sufficientia poterit se informare per testes.

SI mandetur auditori ꝙ si per euentum litis sibi constiterit neuter litigantium ius habere in beneficio ꝓuideat sufficientiori. de huiusmodi sufficientia * potest se informare per testes quis eorum excedat alium in literatura moribus uita. nobilitate. ætate & conuersatione. Et secundum hoc iudicabit unum sufficiētiorem alio. pro hoc all. unum dictum Innocē. in c. licet de translat. in ulti. glo. Ego uero allegaui stilum curiæ & cancellariæ ubi omni tempore docetur per testes de sufficientia impetrantium ante confectionem literarum & etiam omnia prædicta probantur & probari possunt per testes quo ad electos absentes promotos & confirmatos ad episcopatus facit etiam cle. romani de iureiuran. Sed reuera hæc omnia iura & prædicta procedunt de examinatione & probatione extraiudiciali. Sed ex quo hic loquitur de ꝓ-

* Add. ℭ Sufficiētia. Sufficientia siue idoneitas est duplex: secundū itrinseca ut puta ꝙ qui sit castus. sobrius. &c. & ista idoneitas ꝓsumit. Sed quis nō ꝓsumitur idoneus circa extrinseca puta ꝙ sit doctus ꝙ sciat cantare legere uel similis: & si opponit alicui ꝙ nescit legere uel cātare: tūc debet supponi examini. &c. de his per abb. & Fely. in c. fi. de præsum. ubi plene de istis scribunt.

uisione facienda in iudicio quæ habet uim quasi adiudicationis. uoluit dominus Fran. dicere ꝙ personæ deberēt uocari. uideri & examinari quod reuera bene posset procedere quo ad literaturam siue scientiam de qua non posset alio modo constare nisi per examinationem personæ. prout le. & no. in. c. si forte de elect. li. vi. quod crederem uerum nisi posset constare per testes uel literas. unum graduatum in aliqua scientia & alium non graduatum & sic illum præsumptiue magis idoneum ratione gradus. Sed ubi ambo haberent gradum nec posset constare quis eorum esset literatior alio. tunc crederem procedere dictum domini fran alias non. cæteras omnes alias qualitates crederem probandas per testes. ar. not. in dicto. c. si forte. & in. c. cum olim de elec. & c. postquam. in cle. iudices de offi. deleg. cle. una de conces. præben.

Decisio. IX. alias. 301.

Summarium.

Status sententiæ quæ in rētransiuit iudicatam narranti processum & partis aduersæ præsentiam uel contumaciam nisi probetur nullitas. Exceptione de nullitate processus obiecta cui incumbat probatio an excipienti an executionem petenti Pars præsumitur fuisse in sententia præsens nisi contrarium exprimatur.

SI petatur executio alicuius sententiæ quæ transiuit in rem iudicatam & producatur instrumentum sententiæ coram executore in quo narratur commissio iudicis sententiā proferentis libelli oblatio litis contestatio & alia substantialia iudicij & excipiatur per illum contra quem debet fieri executio de nullitate processus & negentur oīa p̄dicta in p̄dicto instrumēto cōtenta Fuit dubitatū cui incumberet onus probandi. an excipienti uel executionem petenti. Ad quod respondebatur prout Inno. respondet in terminis de offi. delega. c. cum in iure super uer. de mandato. aut continetur in dicto instrumento sententiæ partem contra quam fuit lata sententia fuisse præsentem aut non. In primo casu incumbit onus probandi excipienti. In secundo casu agenti propter rationes quas ibi ponit & etiam in. c. quoniam de proba. & in. c. in præsentia de renunc. per Ber. & Hosti. & uide etiam Ber. in. c. ad reprimendam de offi. or. in glo. fi. & per eundem de re iudi. c. sicut Compost in. c. bonæ memoriæ ma. de electi tenet idem in absente per contumaciam. cuius contrarium uidetur innuere Inno. in dicto. c. cum in iure. cuius opinionem Inno. intelligo in ficto contumace. opinionem uero compost. in uero cuius absentiam supplet dei præsentia de do. & contu. c. ueritatis de arbi. c. i. li. vi. & C. de iudi. l. properandum.

Decisio. X. alias. 348.

Summarium.

Literis ordinarij uel delegati absque notarij & testium subscriptione in præiudicium alicuius non creditur.

VOluerunt & ordinauerunt domini concorditer ꝙ stilus * qui habet ꝙ literis collationis beneficij factæ per ordinarium solo suo sigillo sine subscriptione testium & tabellionis non credatur in præiudicium impetrantium. propter præsumptam fraudem & calumniam hoc idem etiam seruetur in quocunqꝫ alio collatore seu nuncio apostolico ad hoc habente potestatem conferendi beneficia certi ualoris & numeri. propter identitatem rationis & maioris præsumptionis fraudis & ꝙ recipiens beneficium ab illis teneatur probare & illud sit infra taxam in literis illius cōprehensam quæ est pars gratiæ suæ. & per illam taxam limitatur all. collatio non ualeret de conces. præben. c. cum ei quem in cle. Contra primam cōclusionem uidetur multum obstare not. archi. in. c. si a subdelegato de offi. dele. li. vi. uidelicet ꝙ commissio & subdelegatio huiusmodi probatur per literas solo sigillo delegati sigillatas. Præterea processus facti per execut. gratiarum apostolicarum probantur per literas solo eorum sigillo sigillatas. ut in spe. ti. de remis. §. utile.

*ꝙ stilus add. supra co. ti. de ci. i.

uer. sed nunquid remissio iudicum. & per Ber. & compost. de rescrip. c. capitulum sanctæ crucis & de elec. c. statuimus per eundem li vi.

Decisio. XI. alias 391.

Summarium.

Non obstante publicatione testium non rite facta possunt idem testes uel alij super eisdem articulis produci.

SI ad instantiam partis producentis testes publicantur attestationes non rite receptæ: puta lit. non contę. & partibus. nō uocatis. ad uidendum eos iurare. dubitatur utrum eadem pars posset eosdem uel alios super eisdem articulis producere? Et uidebatur aliquibus ꝙ nō. præsertim si dicit testificata propter periculum subornationis. tum quia sibi ipsi uiam præclusit secundum Genzę. in cle testibus de testi. secus uero si ad instantiam sui aduersarij esset facta huiusmodi publicatio quia tunc nō debet præstare impedimentum quod de iure non sortitur effectum. de reg. iur. c. non præstat. li. vi. Item quia in extraordinaria actione & c. de accu. c. qualiter. unde depositiones quæ non tenent, pro non receptis debent haberi. facit quod not. supra de testi. c. cum causam. & c cum clamor. de proba. c in præsentia. Per has easdem rationes & per. d. clem. in princ. alle fuit conclusum contrarium. etsi ad instantiam producentis sit facta publicatio & dicerit testificata. nam si idem testes dicant id quod primo & sic cessat subornationis timor. aut dicant contrarium & sic non reuelabunt eum nec erit in probatis. & sic in utroqꝫ casu cessat ratio posita in clem. de testi. quæ potius procedit in aduersario uolen. producere testes super articulis directe contrariis. Nec ob. no. in. c. cum in tua & c. ueniens de testi. quæ potius faciunt pro opinione hac. quia illa loquūtur in testibus rite receptis & ob aliud primo & ob aliud secundo productum. Sed hic nos loquimur quando ad eundem effectum & super eisdem articulis probandis producuntur quia prima productio receptio & attestatio nil ualuerunt. Si uero nunc debite recipiantur & idem dicunt quod primo ualebit eorum depositio si deponant contra uel extra articulum nil ualebunt. nec proderunt dicta eorum producenti. de testi. c. de testibus. de probat. c. licet. de testi. cogen. c. præterea.

Infra de test. 13. Publicatio attestationū an & qñ sit impedimēto ut alij testes examinari nequeant clem. cōsi. 83. uol. 4.

Decisio. XII. alias. 392.

Summarium.

Valet receptio testium qua extitit appellatum si post appellationem & deinde partis appellantis repositionem iidem articuli admissi fuerunt nec a tali admissione extitit appellatum.

SI auditor admittat articulos in aliqua causa & recipiat statim testes super illis. & postea ab huiusmodi articulorum admissione appelletur & pars appellans per auditorem in statum pristinum reponatur. & postea iterum iidem articuli admittantur & tunc non appellatur. fuit dubitatum utrum receptio testium post admissionem primam & ante repositionem facta ualuerit? Et uidebatur ꝙ non. nam exquo auditor partem appellātem reposuit in statum in quo fuit ante huiusmodi admissionem fatebatur se grauasse. & ideo reuocando grauamen uidelicet admissionem quæ fuit principalis uidebatur etiam omnia accessoria reuocasse. & sic receptionē testium nil ualuisse. alias non reuocasset nec cessasset grauamen cum effectu. de app c. cum cessan. & c. si a iudice. li. vi. Dicebatur & concludebatur per omnes contrarium. nam licet auditor partem appellantem reposuerit: hoc fecit animo melius deliberandi & non repellendi. sed potius admittendi articulos. * quem animum postea declarauit eos admittendo nec etiam secundum omnes dominos esset magnum peccatum si seruatis omnibus terminis reciperentur testes super articulis alias pertinentibus & admissibilibus Immo secundum aliquos eo ipso ꝙ iudex testes recipit articulos admittit saltem tacite. & ideo iudices in partibus seruatis seruandis nunquam sup admissione

*Admittēdi articulos Articuli quot modis dicuntur & an possit iterū p̄duci. Adde bal. in margi. in uerbo articulus uer. si.

admisſione uel repulſione articulorum interloquuntur. *ſed teſtes & inſtrumēta recipiuntur ad probandum eoſdem.& ſi actor probat ſuam intentionem procedunt ad diffinitiuam ſententiā nec huiuſmodi admisſio eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarii nec uiciat receptionem teſtium dummodo alias ſint pertinentes pro hoc facit finis.c.conſtitutionem.de elect.in clem.Præterea licet ab admisſione prima articulorum fuerit appellatum : tamen non a receptione teſtium nec a ſecunda admisſione quæ declarat primam bonam & canonicam.ergo.

*℄ Inter loquuntur. Iudex tñ debet articulos examinare ſi ſint tales qui pbati releuent ptē pducentē , ut habetur p ſpe. de offi.om. iu. §.deſeruit uerſi.in.ſi poſt litem conteſta.

Deciſio. XIII. alias.465.

Summarium.

Teſtes qui infra terminum peremptorium datum ad probandum iurauerunt dicere ueritatem de rigore iuris poſt terminum examinari non poſſunt.ſed de æquitate ſic ſi iudici uidebitur & parti non posſit negligentia imputari.

Epitome.

1 Teſtes iurantes intra terminum ad probandum datum deponere:an lapſo rermino poſſunt cogi deponere.
2 Obligatus ad dūo non liberatur unum adimplendo.
3 Inſeparabilium uno uitioſo omnia redduntur uitioſa.
4 Probatio eſt rei dubiæ oſtenſio per argumenta fidem faciens.
5 Inualidum uel nullum alio firmatum non conſideratur ſecundum ſe ſed ſecundum id ualidat.
6 Iuriſdictio iudicis per citationem perpetuatur:alias peritura:ſimiliter & teſtium receptio:& actio tempore peritura.

1 EXtra rotam fuit † dubitatum ſi dato peremptorio termino ad probandum teſtes infra illum producti fuerunt.qui in dicto termino * intrauerunt & non depoſuerunt & per producentem ſtetit quo minus depoſuerūt.quærebatur nunquid posſint dicti teſtes poſt terminum examinari ita ꝙ examinatio & depoſitio corū ualeat.& ſtandum ſit dicto eorum de iure. Iſtud dubium decurrit mihi in rota tempore quo auditoratus officium exercebam.& in meis deciſionibus erat una deciſio quæ communiter non habetur:& adeo erat corrupta ꝙ nulla bona ſententia haberi poterat ex eadem.ſed prout concipere potui ex ea & ex uerbis doctorum ſcribentium correxi & ad ſanum intellectum reduxi prout infra deſcribitur additis etiam aliquibus. Et primo allegatum fuit ꝙ non ſint examinandi parte aduerſa ſe opponēte.pro qua parte fuit allegatum dictum Spe.in ti.de teſte.§.qualiter.uer.is quoq; & per Ia.de Are.in l.damni infecti.§.ſabini ff.de dā.infe.& p Arch.& Io.an.ī noue.in.c.pia.de exc.li.vi.& per eundem Archi.xxx.quæſt.ij.c.ſi Secundo pbar ſic.Res quæ aſſumpſit ſibi principium ſine effectu cum dependentia ad aliud perficiens ad ualidum effectum deducta ſeu ad id quod dependebat iudicatur ſecundum finem cauſa quo dependebat & ex tunc & non prius.ut.ff.de reg.iu.l.lega.de condi.inſer.l.uxor.ff.de uerb.obli l.ſi rem communia.prædi.l.receptum.&.ff.de aqua plu.arcen l.in concedendo.Sed probatio licet aſſumat principium per iuramentum id tamen procedat ſine ualido effectu ante depoſitionem & cum dependentia ad dictum ſeu diſpoſitionem teſtium.ad id ergo deueniēs ex tunc & ſecundum tempus eius debet iudicari.ergo tanquam facta poſt tempus nulla & inualida probare-
2 tur.Tertio † qui debet duo facere.faciendo unum pœnam non euitat.ut in l.celſus.ff.de arbi.& de do.& cōtu.c.cum dilecti.Sed ille qui debet probare duo debet facere.ſcilicet teſtes facere iurare & deponere.ſi unum facit & non aliud.non euitat pœnam quæ eſt aduerſarii uictoria ar.l i.de ordi iud.& nihil actum eſſe dicitur cum aliquid ſupereſt ad agendum ut.l. cum ſilcianum .C.ad ſileja.Quarto quando duo ſunt quorum unum tendit ad implendum ſeu ad infirmandum aliud & in eo ꝙ habetur firmare eſt uicium & impedimentum totum redditur uicioſum ut.ff rē ra.ha l.rerum.Sed depoſitio habet implere ſeu firmare iuramentum & ſine eo nihil eſt.Si ergo in depoſitione eſt uiciū eo ꝙ tēpore incongruo facta eſt totum debet uiciari.Itē nec dictum ſine iuramēto nec iu-
3 ramentum ſine dicto eſt aliquid & in duobus † inſeparabilibus ex uicio unius redditur alterum uicioſum.ut.l.i.§.i.de aqua quoti.& æſti.& ff.de arbi.l.parui.§.id quod. Quinto iura denegantur contemptoribus ſui iuris ut.ff.de annali.excep.l.i.in fine.Debet enim reus eſſe ſollicitus facere uocari teſtes ut deponant & facere eos cogi p remedia prætoris quæ ſunt multa.ut.C.de inoffi.teſta.l.contra maiores.& C.de annali.excep.l.i.unde potuit de negligentia iudicis conqueri ſi per eum ſtetit.ut.C.de offi ſacra.lar.l.i.non enim proceditur ex mero iudicis officio hoc caſu nec ad officium iudicis pertinet teſtiū examinatio ſine partis requiſitione.de accu.c.qualiter & qñ.ſed ad requiſitionē partis teſtes ſunt examinandi & cogendi.ut iii.quæſt.ix.c.ſi.& ita debet uni parti deferre ut alteri parti non faciat iniuriam ut.C.de ſta.& imagi.l.ut uirtutum præmia.& in.ii.quæſt.iii.quæritur.& alibi dicit papa ita ſumus in iuſtitia debitores ut aliis iniuriam non faciamus.ut extra de for.compe.c.ex tenore.& poſt terminum ira debet audire unā partē ſi ius alterius non fiat deterius.ut.ff.ſi quis cau.l.ſed ſi poſt tres.Sed hic ſi teſtes reciperentur ius partis efficeretur deterius & in totū tolleretur per exceptionē probandā quæ probata non eſt.ff.de peti.hær.l.de perditū.&.ff.de tributo.l.illud.§.minus. Sexto non ſunt teſtes examinandi ex eo.quia iudex poſt terminū non debet eos audire.ut.l.mancipiorum.ff.de opta.lega.ff.de accu.l.ticia.&.C.de ingenu manu.l.diffamari.maxime cū iuri ſuo reus renunciaſſe uideatur.ut l.ſi eo tēpore.C.de remisſion pigno.alias nullus eſſet li-
4 tiū finis.Septimo probatio † eſt rei dubiæ oſtenſio p argumēta faciēs fidē.ut not.C.de proba.ſup rubrica.& hoc idē tenet ibi Azo in ſumma.cū ergo asſignatus eſt terminus ad pbādū & p cōſequēs asſignatus eſt ad oſtēdēdū.ſed per ſolū ſacramentū teſtis nihil oſtēditur in termino dato ad pbandū ergo concluditur depoſitio teſtiū inualida p quam res dubia oſtenditur & non clara.Octauo pbatur ſic confirmās trahitur ad tēpus confirmati & non ecōtra.ut.l.ſi fundus in fi.ff de pigno &.l.non ſolum.& l.fin C.ad maced.Cum ergo ſacramentū depoſitionem corroboret & ex ea fides iudici inſurgat magis dicimus ipſum ſacramentū tradi ad tēpus depoſitioñ ꝙ̃ econtra. Simile nos uidemus nā cū teſtamentum confirmet codicillos Codicilli tamē trahuntur ad tēpus teſtamēti.& p hoc quia confirmatum non reducitur ad tempus confirmantis.ut.l.ſi certarum.§.ſimiles.ff.de iu codicil.Quid plura terminus non eſt datus ad teſtes producendum ac iurari & recipi uidendum ſed ad probandum.ergo probatione non facta excluditur pars.ff.de iudi.l.ad perpetuum.cum.l.ſequenti C.de accu l.ſi ea.&.l.mancipiorum.&.l.diffamari.ſuperius alleg.& de except.in c.paſtoralis. ℄ In contrarium ꝙ dicti teſtes ſint examinandi poſt terminum.* probatur ſic.fides teſtium reducitur ad ipſum iuramentum.ut.l.ſi quando.C.de teſti.ergo ſecundum tempus iuramenti iudicare debemus.ut l.aſſe toto.ff.de hære.inſti.quia quando duo ſunt unum propter aliud iudicandum eſt tantum ibi unum eſſe.ut.l.tribuimus.&.l.iulianus.ff.de condi.& demon.Sed fides teſtis eſt propter ſacramentum.ut.l.iuſiurandum.C.de teſti.ergo.&c.Secundo probatio ad quam fuit terminus ſtatutus uidetur aſſumpſiſſe principium a tempore iuramenti,& terminationem tempore depoſitionis & dicti ſed lege cauetur quod uno tempore initiata.poſtea trahuntur ad tempus initii.& ex eo & ſecundum id tempus facta cenſetur.ut.ff.de ſolu.l.ſub conditione.&.C.de re.permu.l.ex placito.cum ſi.Sed in caſu propoſito probatio inchoata eſt tempore iuramenti.& ſic infra dilationem terminata.Demum trahitur ad initium ſui.& ſic infra terminum & ex dicto tempore facta eſſe cenſetur.ergo ualida eſt dicenda & ei eſt ſtandum. Hinc accidit illud generale uidelicet quod ratihabitio retrotrahitur.ff.ad maced.l.i.in fin.&.l.donationes.C.de donat.inter uerū.& uxo.Tertio ſi initiata & poſtea terminata non traherentur retro ut dixi.tamen iudicari debet effectus rei ex tempore & ſecundum tempus initii.ut.l quod tempore.C.de reſti.mili.ff.qui.ex cau.ma.l.nec nō.§.ſi quis ſæpius.&.ff.ad leg.falci.l.in quantitate.§.legata.&.l.penales.§.

*Add.an autē teſtis posſit iurare per procuratorē uide pulchre p abb.in c.licet de teſti.in.2.col.in uer.itē quæro & p Fely.ibi nu.1.par.2.

*℄ Arguit pˀtē contrariā ꝙ teſtes ſunt examinandi poſt terminum.ſup hoc adde Fely.in.c.licet de pba.col.ix.numero.151.ubi plene de hoc tractat allegās hāc deciosionē

annua.&.l.plaucius.Cum ergo dicta probatio sit iurata infra terminum effectus eius status & fides iudicandus est processisse ex tempore & secundum tempus initii.scilicet iuramenti & sic ualida est censenda. pro hoc facit quia quando aliquid componitur ex duobus iudicatur secundum id quod est potentius.ut.l.quicquid.§.cum in partes.ff.de acqui.re.domi.&.ff. de stat.homi.l. quæritur.Sed principium potentisima pars est.Et ideo si principium suadet unum & finis aliud iudicandum est secundum principium & non secundum finem. Quarto quādo
5 † aliquid inualidum uel nullum firmatur ab alio non iudicatur secundum se sed secundum id quod facit ipsum ualidum probatur in.l.si quis priore.ff.ad trebel.insti.qui mo.testan.infirmentur.§.si quis priore.in authen. de defen.ciui.§.sed interim.& C.de uete.iur.enu.l.ij.§. omnia.cum similibus.Sed iuramenti præstatio qua iurant testes se dicere uerum dat robur dicendis per eū.& facit dicta sua aliqua & ualida quæ alias forent nulla & inualida ergo secundum dictum & depositionem suam & ex suo tempore non sunt iudicanda sed secundum tēpus quod facit ipsa ualida idest secundum tempus iuramenti.ergo secundum id tempus iudicandum est fore stādum dicto testis cum sit infra terminum.& hanc partem tenuit.Ia.butri in sua dispositione quæ incipit. quæstio talis est ordinata fuit delatio.&c. Quinto sic sicut actio
6 † tempore peritura per solam citationem perpetuatur ita ꝙ possit lis contestari & in causa procedi.ut. C.de anna excep.l.ut perfectius ita testium receptio perpetuata uidetur.exquo citati coram iudice iurauerunt ut postea deponere possint.& maxime cum dies iuramenti & dies depositionis scribi debeant.quid plura per solam citationē perpetuatur iurisdictio iudicis.alias tēpore peritura.ut extra.de offi.dele.c.gratum.&.c.relatum quanto magis debet perpetuari unicus actus iudicii.ar.a minori:ut.C. de sacrosan.eccle.authen.multomagis.&.ff.de diuer.et tēpora.præscrip.l.de accessionibus. Sexto quia probatio-
1 Iurans consuetudines & statuta alicuius ecclesiæ obseruare an possit contrarium a papa impetrare, & an ualebit talis impetratio.

2 Iuramentum super aliqua consuetudine uel statuto præstitum non extenditur de nouo euenienti, sed semper subintelligitur rebus sic stantibus.

Decisio. I. alias. 294.

LICET quis iuret tempore rece-
1 ptionis suæ in canonicum seruare statuita † & consuetudines laudabiles ecclesiæ, & postea impetret a papa aliquas portiones seu præbendas contra consuetudinem illius ecclesiæ, nō censetur periurus. & ualet huiusmodi impetratio. præsertim si in gratia huiusmodi ponantur clausulæ derogatoriæ hodie poni consuetæ, uidelicet non obstante statutis & consuetudinibus ecclesiæ contrarijs, etiam iuramento & confirmatione sedis apostolicæ corroboratis. & est tunc indubitatum per no. in. c. cum aliquibus. de rescript. & de præben. c. ei cui. lib. vj. & tunc non obstaret glo. Ioann. an. in. c. cum non deceat. super. uer. statu. de elect. lib. vj. Si uero non ponerentur dictæ clausulæ derogatoriæ & esset gratia facta motu proprio dicto iuranti, idem. quia in quolibet iuramento intelligitur superioris authoritas excepta. de iureiuran. c. uenientes. & ibi de hoc not. per Io. an. in nouel. Si uero fieret gratia ad instantiam iurantis dicta statuta, tunc posset distingui. aut expresse iurauit seruare statuta & omnia contenta in eis & sine causa impetraret, forte non ualeret contra illa iuramenta huiusmodi impetratio nisi obtinuisset ab-
2 solutionem ab huiusmodi iuramento. † Si uero ex aliqua causa rationabili superuenienti impetrasset, ualeret & teneret huiusmodi impetratio. quia in quolibet iuramento intelligitur, si res in eodem statu permanserit. de iureiurā. c. quemadmodum. Aut iurauit in genere seruare omnia statuta ecclesiæ, et tunc ex causa uel sine causa posset impetrare contra ea. quia non est uerisimile quod uoluit se in tantum arctare quod nunquam contra illa statuta impetraret. iuramenta enim huiusmodi secundum intentionem iurantis sunt interpretanda. xxij. q. v. humanæ aures de iureiuran. c. ueniens. &. c. quintauallis. pro qua distinctione faciunt quæ le. & not. in. c. clericos. e. ti. &. c. uenientes. in nouel. uide Pau. in. c. j. de regula in cle.

DE EXCEPTIONIBVS.

Summarium.

Exceptio declinatoria post terminum ad dicendum contra commissionem non admittitur ad probandum.

Decisio. I. alias. 53.

EXCEPTIONES declinatoriæ fori post terminum ad dicēdum contra commissionem oppositæ ad probandum non sunt admittendæ, nisi uellet iurare excipiens secundum formam. c. pastoralis. de except.

Decisio. II. alias. 210.

Summarium.

Si immediate post appellationem a diffinitiua præsentetur commissio præsumitur quod ante appellationem fuerit impetrata.

Epitome.

1 Commissione immediate post appellationem a diffinitiua præsentata si excipiatur eam ante appellationem fuisse impetratam bona est commissio & pro ea præsumendum.

2 In curia romana in commissionibus impetratis super appellationibus ibidem interpositis nulla data interponitur qua propter impetratio non attenditur, sed præsentatio.

SI immediate post appellationem * interpositam a diffinitiua & delationem auditori præsentetur commissio alteri auditori super ipsa appellatione & excipiatur de surreptione. uidelicet quod huiusmodi cōmissio sit impetrata ante appellationē interpositā, bona est exceptio & præsumptiue probata. s. præsumptione uiolenta quæ est legitima probatio etiā in iudicio. de præsumpt. c. afferte & hoc propter modicum temporis interuallū infra quod esset impossibile huiusmodi cōmissionē fuisse post appellationē interpositā impetratam. præsertim si sententia fuit lata in urbe cancellario existēte in Anania. prout erat in quæstione proposita. Rescriptū enim super futuris appellationibus seu causis impetratū nō ualet de rescrip. c. fi. de ap. c. ij. quæ iura loquuntur in rescriptis appellationū ad partes, impetratis in quibus apponitur data rescripti ex qua poterit liquide apparere quæ præcesserit, uidelicet appellatio uel rescripti impetratio. Sed quia in romana curia in cōmissionibus impetratis super appellationibus ibidem interpositis nulla data apponitur. & ideo præsentatio & non impetratio attenditur. Iccirco fuit conclusum in quibusdam alijs cōsilijs quod si appelletur a diffinitiua & statim antequā dentur apostoli præsentetur alteri auditori cōmissio super dicta appellatione quod ualet cōmissio, maxime si non excipitur. ar. not. in. c. cæterum. de rescrip. Idem dicebant domini si non appareret quid
præcessisset, puta quando eadē hora fuit appellatū & eadē ho- 2

* Appellatione add. dec. infra de app. 41.

ra fuit commissio præsentata. quam appellationem in dubio debemus præsumere præcessisse ratione naturæ suæ. & quia possibile est propter præsentiam officialium papæ in curia ad quos de facili potest haberi recursus quod in continenti post appellationem signata fuit commissio & præsentata. Secus uero in primo casu quando curia & officiales sunt alibi & extra locum ubi extitit appellatum.

Decisio. III. alias. 280.

Summarium.

1 Exceptio nullitatis impedit executionē sententiæ quæ transiuit in rem iudi. si incontinenti probetur coram iudice qui illam sententiam tulit quam executionem non suspendit etiam inhibitio alterius iudicis cui nullitas huiusmodi est commissa. qui tamen si pronunciabit sententiā huiusmodi nullam etiam eius executionē reuocabit.

Licet per uiā exceptionis* nullitatis possit īpediri executio *alicuius sniæ quæ in rē transiuiuit iudi. prout le. & not. per Ber. de off. deleg. pastoralis. & per Io. an. de excep. c. pia. li. vj. & per Spe. ti. de execut. sententiæ. §. j. in fi. & hoc intelligas si in continenti exceptio huiusmodi probetur, alias non differretur executio. prout le. & not. per Ber. & Innoc. de testi. c. ueniens. Tamen huiusmodi executio non impeditur per uiam actionis super nullitate, puta pars quæ non appellauit a sententia obtinet causam committi illius alteri auditori & petit inhibe ri primo iudici uolenti exequi suam sentētiam. iudex post huiusmodi commissionem & inhibitionem alterius procedit ad executionem, petitur & requiritur utrum ualeat huiusmodi executio facta lite pendente & post inhibitionem & dicebatur per aliquos quod sic. quia motio huius litis non impedit executionem, prout expresse not. Inno. in c. cum in iure. de off. deleg. super. uer. de mandato. nec inhibitio impedit. quia non est legitime facta. de appel. c. non solum. in fi. & c. romana. e. ti. fiat ergo executio. nec per hoc impeditur litis prosecutio super nullitate. quia hoc ē speciale quando tres sunt diffinitiuæ sententiæ latæ conformes. ut in cle. j. de re iu di. quæ ponit ius nouum & specialem casum & si obtinebit prædictus agens in causa nullitatis etiam obtinebit reuocationem executionis. de testi. in inte. c. suscitata C. de præ. impe. offe. authen. quæ supplicatio. de procura. c. in nostra. & c. audit. de re iudi. ca. pastoralis. in clem. nec obst. l. si prætor. de iudi. in fin. ad quam respondit Inn. in dicto. c. cum in iure peritus multum bene.

* Exceptionis nullitatis Adde quod exceptio. nullitatis sñiæ semp potest opponi ēt si per statutū dicatur qđ nulla exceptio opponi possit. ut hr̄ p Ang. i l. nouerit. §. dato ff. de iureiu. & p sali. in. ca. ex parte. lo. iij. de of. del. in. v. colū. sup. ulti. fallit nume. xvij. fol. 166.

*Add. executio add. infra i an. de. li. cōte. de. 2.

Decisio. IIII. alias. 284.

Summarium.

1 Exceptio peremptoria non inficit rescripta nec litis cōtesta. impedit.

Si per impetrantem cōmissionem narretur clare de iure suo & non de iure partis aduersæ constare propter hoc dicatur siue excipiatur per eandē partē aduersam, duas sententias pro se habentē cōmissionem surrepticiam huiusmodi exceptio non est admittenda quia est perempt. concernens principale negocium quæ non admittitur contra literas nec litis cōtestationem impedit de lit. conte. c. j. li. vj. & no. Inno. in. c. ex parte. B. reginæ. super. uer. assignatum. de foro. compe. & de rescript. cap. super literis.

Decisio. V. alias. 326.

Summarium.

Proponens exceptiones contra petentem absolutionem ad cautelam non est necesse quod dicat quod excipiendo proponit.

Epitome.

1 Exceptio contra petentē absolutionē ad cautelam qualiter sit concipiēda & quā requirat expressionem.

2 Intentio agentis secundum naturam materiæ de qua agitur consideranda est.

3 Libellus solam narrationem continens & nihil concludens nullus est.

Si in termino assignato per auditorē reo ad uidendum
1 absolui† actorem ad cautelam reus dat positiones & articulos concludentes de materia offensæ manifestæ & rei iudicatæ licet non dicat quod excipiendo illos porrigat nihilominus uidetur tamen excipiendo* talia esse sufficienter proposita adeo quod si auditor his repulsis absoluat ipse grauat & ab eo ob hoc licite appellatur dūmodo alias non peccent in materia nec in forma nec sint ratione calumniæ aut ex alio capite repellendi. Ra
2 tio huius couclusionis. quia intentiones † ipsorum agentium secundum naturam subiectæ materiæ de qua agitur considerandæ sunt. ut probatur per. l. uulgatā si uno anno imperator. ff loca. cum concord. facit de fide instrumentum. c. inter dilectos. §. cæterum. de ordi. cogni. c. cū dilectus. de testa. capit. si pater. libr. vj. Modo in hoc termino interuenit actor ut prosequatur suam intentionem uidelicet articuli illius expeditionem. reus uero ut eā impugnet. modo arma reorum impugnantium actoris intentionem sunt exceptiones. ut insti. de except. in princi. igitur animo impugnandi & per consequens excipiendi uidētur dictæ positiones & articuli esse datæ. & per hoc rñsum est ad duas rationes in contrarium alleg. quarum prima est hæc. Quia cum aliquid potest proponi ad multos fines differentes specie, non sufficit proponere nisi dicatur ad quem finem specifice proponatur ne aduersarius obscurus remaneat & incertus. & hæc siue agendo ut. ff. de eden. l. j. in princi. & l. pomponius. de rei uen. siue excipiendo ut in. l. j. §. ab eo. ff. de fluminibus. & l. titiæ. textores. in princi. ff. de le j. & facit no. Ioan. an. in. c. pia. de excep. super. uer. speciē lib. vj. & per Bar. C. de peti. hæredi. l. si post motam. Modo articuli de re iudicata & manifesta offensa possunt dari ad finē probationes adducēdi sup negocio principali uel ad finē lit. cont. īpediēdi. uin. c. j. de li. cōt. li. vj. & ad finē impediendi absolutionē ad cautelā. de sent. excō. c. solet & c. uenerabilibus. §. secus. li. vj. qui fines sunt oēs differentes specie. ergo generalis propositio per auditorem merito fuit repellenda. facit. c. cū dilectus. de ordi. cogni. Secunda ratio est pro parte ista contraria. quia reus in excipiendo fit actor & eius partes sustinet. ff. de excep. l. j ergo propositio exceptionis & propositio actionis æquiparantur. sed libellus non
3 ualet si solum habet narrationem † nisi etiam habeat cōclusionem & petitionem ut de elect. c. dudum. ij. de lite. contest. c. uno Ratio ibidem secundum Hostien. quia libellus datur nedum ut reo actionem edat, sed etiam ut iudex secundum eam sententiam ferat ut. l. ut fundus. ff. communi diui. de symo. licet hely. uidetur expressum C. de fideicōmis. li. l. si ergo idem in exceptione uim actionis habente. Quæ quidem rationes antedictæ non obstā: nam quāquā ad multos alios fines talis materia dari possit, & quanquā reus ita dando se in aliquo non declarat nec aliud dicat, censetur tamen specialiter hoc casu dedisse ad istum finem, uidelicet excipiendo ne ille articulus secundum actoris intentionem expediatur tūc in ista conclusione concordat Bar. & ponit eam in dicta l. j. ji. & iij. q licet rationes ipsum mouentes non sunt multum efficaces etiā si tenerentur no p Io. mo. j. q. iiij. quia præsulatus. & not. secundum aliquos in c. cum ecclesia sutrina de cau. poss. & ibi tetigit aliquid Ioan. an. in nouel. & opinio Innocen. posita in dicto. c. uno. de lit. contesta. quam tamen reprobat Hosti. & tangit etiam ibi Ioan. an in nouel. omnia potius facerent pro conclusione prædicta quā credo ueram. & fuit determinatum & sententiatum in rota post publicas relationes.

* Excipiendo add. fely. in. c. apostolicæ de except. nu. 17.

Decisio. VI. alias. 327.

Summarium.

Petenti absolutionem ad cautelam non obstat exceptio rei iudicatæ uel manifestæ offensæ ex sola nō paritione rei iudicatæ.

Epito.

Epitome.

1 Offensa manifesta uel res iudicata impediunt absolutionem ad cautelam.
2 Iurisdictionis negatio an reddat ipsam iurisdictionem dubiam.
3 Fama & communis opinio unde dicatur originem hēre.

SI contra petentem absolutionem ad cautelam oppo
1 nat exceptio rei iudicatæ uel manifestæ offensæ † ex
sola non paritione rei iudicatæ, talis exceptio nullo
modo est admittenda nisi deducatur nullitas ex defectu
iurisdictionis aut propter intolerabilem errorem expres-
sum puta quia dicitur excōmunicatio lata post * appel-
lationem legitimam per illum cuius iurisdictio non nege
tur, sed potius a partibus approbatur, & est ratio secundū
Innocen. in. c. solet. de senten. excommu. cui responderi
non potest quia sententia nomen rei iudicatæ nō habet ni
si sit lata a iudice competenti. C. si a non compe. iudi. per
to. de iudi. c. at si clerici; aut n. constat manifeste de iuris
dictione, aut cōstat manifeste de nō iurisdictione, aut nō
cōstat. de uno neq; de altero sed dubiū est. Primo casu nō
pōt peti hmōi absolutio ex defectu iurisdictiōis, cū de ea
cōstet manifeste. Nec secūdo casu cū tūc de nullitate ex-
cōmunicationis cōstet manifeste. Tertio solo casu uideli
cet cum de iurisdictione dubitatur est locus petitioni hu-
iusmodi. Sed in illo tertio casu non potest dici res iudica-
ta manifeste, nec per consequens offensa non parendi ei:
quia cum nullo modo sciri possit quod sit res iudicata ni
si sciatur iurisdictio illius qui eam tulit. ergo nec unus si-
ne altero potest esse noticia manifesta. Caue tamen quia
2 an sola iurisdictionis † negatio faciat iurisdictionem du-
biam est uidendum. Circa quod uidetur sic distinguendū
aut intentio negantis fundata est de iure communi. & tūc
sola negatio facit rem dubiam quia probabilis immo iam
probata est, ut si ille qui de iure communi non est iudex
excōmunicauit. & ita procedit. l. iiij. C. qui. ad liber. pro
cla. non li. aut econtra quia intentio iudicis & eius iuris-
dictio fundata est de iure communi. & tunc negatio est
improbabilis & per consequens non facit rem dubiam.
secundum not. Cyn. C. de procura. l. j. & hoc uerum nisi
allegaret & probaret exceptionem saltem semiplene &
tunc redderet iurisdictionem dubiā. & sic per consequens
rem iudicatam & offensam. ar. not. per Innocen. ubi su-
pra. & per Cyn. in dicta. l. j. C. de procura. Ex qua conclu
sione inferebatur alia. uidelicet quod non sufficit in ex-
ceptione prædicta uidelicet rei iudicatæ uel manifestæ
offensæ existētiā iurisdictionis deducere. sed oportet ul-
tra deducere notorietatē * iurisdictionis eiusdē. Quæqdē
cōclusio unū supponit & aliud disponit. Supponit enim
quod etiam iurisdictio si negetur per petentem absolutio
nem ad cautelam, nihilominus potest excipi de re iudica
ta & manifesta offensa dummodo in exceptione etiam
existentia iurisdictionis deducatur. Secundo disponit ui-
delicet quod deductio existentiæ debet notorietatem cō
tinere. Primum patet. tum quia text. c. solet. dicit contra
petentem absolutionem ad cautelam uel simpliciter pos
se excipi de manifesta offensa & re iudicata. ergo & po-
terit isto casu. alias esset dicere quod sola negatio unius
partis tolleret ius alterius. quod esset iniquum. tum quia
hoc casu cessat ratio Innocen. quia cōstito de iurisdictio
ne eius cessat ratio ut dictum est. Præterea quia iuri satis-
facit cum talis exceptio infra octo dies sit probanda. &
ita nos plus impedietur processus quam alias. ergo &c.
Secundum patet. quia ubi quis habet probare notorieta-
tem non sufficit probare ueritatem ut ipse Innocen. po-
nit in dicto. c. solet. Modo hoc casu probanda est notorie
tas. ergo &c. Sed qualiter probetur huiusmodi notorietas
recurrendum erit ad not. uulgarem in. c. tua. & c. uestra.
per doct. de cohab. cle. & muli & ij. q. j. de manifesta. & ī
spec. tit. de notor. per totum. Aliqui tamen & plures dice
bant sufficere in hoc casu ad deductionem notorietatis
deducere existentiā & existentiæ publicam uocem & fa-
mam simul. Dominus Egid. & aliqui cum eo contra & be
ne meo iudicio. nam regula est, quod non probat hoc es-
se quod ab hoc contingit abesse. ut. l. ad probationem. C.
de probat. & in. c. cum contingat. de off. deleg. Sed licet
ita sit quod nihil potest esse notorium nisi uerum. ut no. in
c. tua. de cohab. cle. & mulie. tamē potest aliquid esse ue
rum & de illo esse publicam uocem & famam, & tamen
non est notorium. Ratio est, quia ut dicit Innocen. in. ca.
tua. de cohabi. cle. & mulie. Ista enim differentia est inter
communem opinionem quæ publicam famam in se dici
tur continere. ut in. c. ueniens. de uerbo. significa. ad fi. &
3 manifestum seu notorium. quia fama † & communis opi-
nio non habent originem a scientia certa sed plerunque
a suspitione sola & incerto auctore. ut habetur de conse.
di. iiij. c. Sanctum. Sed manifestum & notoriū semper p-
cedunt a scientia certa. non dico unius uel duorum, sed
totius populi uel maioris partis. Hinc est quod licet testi-
monium super notorio sit super scientia certa: tamen testi
monium super communi opinione est solum de creduli-
tate, ideo licet communis opinio possit esse de longe præ
teriti., tamen notorium non est nisi de præsentibus uel p-
xime præteritis. ut not. Innocen. in. c. ueniens. Fallit quā
do huiusmodi certa scientia est in mente populi certitu-
dinaliter reseruata. sicut de christi passione uide Io. Cal.
in commento. ca. uestra in descriptione notorij. modo ad
propositum. ergo potest esse uerum quod ponitur & pro
bari potest per duos testes tanquam uerum. qui nihil de
notorietate deponere scirent & probare, nihilominus cō-
munem uocem & famam per illos qui de ueritate dubi-
tabant, immo per præmissa patet quod etiam ijdem te-
stes poterunt de utroque deponere uidelicet de ueritate
& fama & nihilominus notorietatem ignorare uel negare,
quanquam hæc substantialia & uera & de iuris rigore e-
xigerentur in uera & plena probatione notorietatis. Ta-
men in casu nostræ quæstionis non requiritur adeo exa-
cta & plena probatio sed sufficit semiplena. & ideo ma-
ior pars dominorum dicebat sufficere in hoc casu publi-
cam uocem & famam cum alijs adminiculis quæ habe-
bantur in casu seu facto proposito. & sic fuit obtentum.
de testi. c. præterea.

*Add. post appellationē petitionē. petenti autem absolutionem ad cautelam. an credatur iuramēto suo ꝙ appellauit añ excōmunicationē latā uide fely. in. c. apostolicæ de excep. ī vij. col. uersi. adde etiam ꝙ petens.

*. Notorietatem adde. an notoriū faciat iudicē cōpetētē fely. in. c. at si clerici de iudi. uer. no. opt. text.

Decisio. VII. alias. 453.

Summarium.

Restitutio ad appellādum a diffinitiua sententia quæ transiuit in rem iudic. non petitur per excommunicatum nisi in causa matrimoniali & beneficiali.

Epitome.

1 Excommunicatus potest petere restitutionem ad appellandum a sententia quæ transiuit in rem iudicatam in causa matrimoniali & beneficiali.
2 Excommunicatus quare repellatur ab agendo.

FVit dubitatum utrum in causa matrimoniali reus
1 excommunicatus † posset petere restitutionem ad
appellandum a diffinitiua sententia contra se la-
ta quæ transiuit in rem iudicatam? Et uidebatur aliqui-
bus quod non. per not. in. c. significauerūt. de excep. ubi
not. per. doct. quod excommunicatus non potest petere
restitutionē in integrū. ergo nec ad appellādū. qa hæc ui
detur q̄dā reintegratio. & per not. in. c. i de rescrip. li. vi.
ubi notatur quod non potest agere de nullitate sententiæ
quæ etiam nulla prouocatione suspensa nunquam tran-
sit in rem iudicatā ut in c. i. de sen. & re iudi. multo minus
potest agere de iniustitia sententiæ quæ in rem transiuit
iudicatam. & licet concedatur excommunicato quod
posset impetrare rescriptum super appellatione sua inter
posita prosequenda, tamen non super interponenda ut
uidetur sonare dictum. c. i. de rescrip. libro sexto. Præterea
in hac restitutione concedenda necessaria est aliqualis
causæ cognitio quæ non potest fieri sine periculo commu
2 nionis quæ est causa prohibitionis quare † excommuni-
catus ab agendo repellitur ut. xj. quæstio. iiij. cum excō-
municato. & capitu. pia. de exceptio. libro sexto. ergo.
Præterea si excommunicato denegatur reconuentio ut
in. capitu. intelleximus. de iudi. & leg. & not. de exceptio.
cum inter. multo fortius restitutio quæ magis uidetur sa-
pere actionem directam quam reconuentio. quod est ue-
rum in restitutione in integrum principaliter & directe in
tentata per excommunicatum aduersus sententiam. Se-

cus uero secundum omnes dominos si incidenter peteretur uel per modum præambuli ut in casu nostro, in quo non requiritur plena sed semiplena & summaria cognitio quæ etiam posset fieri ex judicis officio ar.eorum quæ le.& no.de offic.iudi.capit.ij.de testi.c.ueniens.ij præterea in his quæ non habent perpetuam causam prohibitionis aliquo concesso omnia uidentur concedi sine quibus id expediri non potest, immo omne id per quod peruenitur ad illud ut in.l.oratio.ff.de spon.de off.deleg.c.præterea. facit optime dictum.c.j.de rescrip.lib.vj.cum simi.& hoc maxime procedit secundum Hostie. in casibus in quibus uertitur periculum animæ, ut in matrimonialibus & beneficialibus causis in quibus secundum cũ excommunicatus posset petere restitutionem in integrum etiam principaliter & aduersus sententiam quæ præsertim in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam ut in.c.tenor.c.lator.c.cõsanguinei.de re iudi.in qua causa multum exuberat officium iudicis.ut in.c.porro.de diuor.not.per Hosti.in dicto.c.significauerunt. per quã no. fuit decisum per omnes dominos quod non obstat exceptio excommunicationis oppositæ contra dictum restitutionem petentem deberem ipsum audire. maxime quia non fuit excommunicatus pro alia causa sed pro ista, puta uigore executorialiũ factæ super dicta sententia a qua petit se restitui ad appellandum. si uero fuisset excommunicatus pro alia causa magis dubitassem.

Decisio. VIII. alias.252.

Summarium.

Licet denunciatio probet excommunicationis exceptionem in uim dilatoriæ, non tamen in uim peremptoriæ. Excommunicatio nõ probatur ex eo solo quod quis pro tali denunciatus probetur.

LIcet sit concertatio inter doct.in.ca.pia.de except. &.c.licet.de sentent.excommuni libro.vj.utrum p denunciationem quis probetur excommunicatus quando in uim dilatoriæ excommunicatio opponitur, tamen domini habuerunt & habere uoluerunt pro indubitato quod denunciatio non excommunicationem oppositam in uim peremptoriæ contra impetrantem.quia non sequitur talis est excommunicatus denunciatus ergo est excommunicatus. Tum etiam quia huiusmodi exceptio sapit obiectum qui debet clare dari & probari.de accus. c.super his.&.c.accedens.de electio.c.j.&.c ut circa.li. vj.iuncta cl.constitutionem.eodem.titu. Leuius etiam & citius admittuntur probantur & expediuntur dilatoriæ quam peremptoriæ.de ordi.cog.c.cum dilectus de li.cõtest.c.j.li.vj.cum ibi not.

Decisio. IX. alias.253.

Summarium.

Non sufficit in materia obiectiua dicere quod quis per se uel per alium acceptauit uel simile nisi specificetur.

SI opponatur alicui quod beneficium per ipsum in curia resignatum & post huiusmodi resignationem admissam, nihilhominus illud idem beneficium tenuit possedit & fructus perceperit per se uel alium nisi excipiens illum alium exprimat & de eius mandato specifice det, non erit quo ad hoc audiendus. quia licet materia obiectiua est exactam requirit specificationem. ut prædictis iuribus supra proxima conclusione alleg. & idem etiam postea fuit cõclusum de secundo impetrante obijciente contra primum de consumptione gratiæ suæ per acceptationẽ alterius beneficij per se uel alium factum. quia bene specificat.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

Summarium.

Allegans se tanto tempore de cuius contrario memoria non existit exẽptũ a iurisdictione ordinaria nõ auditur nisi probet ꝙ alius p̃latus in eo iurisdictionẽ p̃scripserit. Articuli de exemptione a iurisdictione ordinarij a tanto tempore &c. non procedunt nec sunt admittẽdi nisi in eius detur de alio prælato qui huiusmodi iurisdictionem præscripserit.

Decisio. I. alias.239.

SI decanus & capitulũ alicuius ecclesiæ cathedralis dicant & dẽt in articulis se exẽptos ab omni iurisdictione & coertione episcopi corũ & se fuisse & esse in possessione huiusmodi exceptionis a tanto tempore cuius cõtrarij nõ est memoria nisi dent de alio prælato qui huiusmodi iurisdictionẽ in eos p̃scripsit articuli tales nõ sunt admittẽdi. quia nullus potest seipsum iudicare uel corrigere nec ea possidere ergo nec præscribere. sed alius bene talia in ipsis præscribit uel ipsi possent præscribere quod alteri prælato subsunt quo ad iurisdictionem & coertionem huiusmodi. p ut le.& not.de præscrip.c.cum ex officij.&.c.cum nõ liceat.&.c.auditis.

Decisio. II. alias.416.

Summarium.

Ordinarius potest secundum canones ea quæ sunt meri imperij delegare. secus secundum ius ciuile.

Epitome.

1 Decanus & capitulũ alicuius ecclesiæ collegiatæ an possint præscribere potestatem excommunicandi incarcerandi & installandi canonicos uicarios & beneficiatos illius ecclesiæ delinquentes.
2 Iudicare & excommunicare non sunt fructus iurisdictionis sed potius labor & onus.
3 Possessio iurisdictionis an unico actu quæratur.

1 FVit dubitatum & in relationibus positum utrum decanus† & capitulum alicuius ecclesiæ collegiatæ possent præscribere potestatem excommunicandi incarcerandi & installandi canonicos uicarios & alios beneficiatos illius ecclesiæ delinquentes. Super quo dubio fuit solenniter per aduocatos in publicis relationibus alle.& tractata materia meri & misti iperij.& quia p̃dicta uidebãur meri imperij & spectantia.nõ ad se sed ad principem.ut.l.imperium.ff.de iu.om.iud.ergo non uidebantur præscriptibilia* sicut nec delegabilia secundũ leges. secus uero secundum cano.secũdum quos etiam ea quæ sunt meri imperij possunt delegari.put le.& no.in.c.in archiepiscopatu.de rap.& sunt textus de hoc hodie in.c.licet.de of.uica.li.vj.& ne cle.uel mo.c.epũs e.li.& sunt etiam secundum canones præscriptibilia etiam per inferiores.nam nõ est dubium episcopos superiores prælatos habere merũ & mistum imperium uidelicet iudicandi & corrigendi puniendi & excomunicandi incarcerandi deponendi degradandi suspendendi interdicendi &c.xxv. di.per lectis.xxiiij.q.iiij.corripiãtur.xj.q.iij.sententia pastoris.&.c.cure.de elect.transmissa.de transla.c.j.& utrobique not.de off.or.c.j.&.c.conquerente.de iudi.c.at si clerici.&.c.cum non ab homine.& de for.compe.c.conquæstus.&.c.postulastis.&.c.si.de sta mo.c.j.de senten.ex.c.ut fame.&.c.si clericos.li.vj.de pœnis.c.degradatio.e.li.cum multis si.& per Spe.ti.de iu.om iu.§.j.uersi. ad huiusmodi.ubi enumerat omnia quæ sunt meri imperij

* Add. p̃scriptibilia. Ad intellectũ horũ q̃ de p̃scriptione meri & misti imperij hac distin. dicuntur nullã aliũ doctorẽ quære q̃ do. alexan.de imo.in consil. xvj.quinti vol. ubi optime loquitur secundum iuris uiri usq; dispositionem.

rij episcopis pertinentia. Sed omnia iura episcopalia ad utranque legem siue iurisdictionis siue diœcesanam pertinentia sunt per inferiores episcopis præscriptibilia. ut de præscrip. c. auditis. & c. cum olim. cum ibi not. & not. xvj. q. iij quicunque. de off. archi. dilecto. de exces. præ. c. accedentibus. ergo quod autem punitio & correctio canonicorum cathedralium ecclesiarum posset secundum consuetudinem legitime præscriptam ad decanum & capitulũ pertinere, est tex. in. c. irrefragabili. §. excessus quoque. de of. ordi. immo quandoque ad solum decanum ut in. c. dilectis de ap. de sen. ex. c. dilecto li. vj. ubi ille decanus habuit & exercere potuit utrũq; gladiũ, maxime ubi ipse est caput capituli immediatum ab illo capitulo electus & per episcopum confirmatus prout ponebatur in facto. nam tunc ipse solus ex electione & confirmatione superioris haberet omnimodam iurisdictionem in ipsum eligentem siue in ipsos eligentes. prout pulchre notat & deducit Inno. in. c. cum ab ecclesiarũ de of. ordi. & ibi tex. quod inferiores prælati possunt excommunicare & iudicare. Facit de of. archi. c. mandamus. & c. ad hæc. de deci. c. peruenit. dummodo sit talis persona in quã hoc ius cadere potest. de his quæ fi. a maio. par. ca. c. iij. de ap. c. Romana. §. j. lib. vj. de consue. c. ij. c. li. immo dicit Inno. quod quilibet clericus possit præscribere ius excommunicandi & similia, licet non habeat ordinariã iurisdictionem. sed quia prout ponebatur in facto prædicti decanus & capitulum nisi semel prædicta exercuerũt, fuit dubitatum & etiam solenniter super hoc allegatum utrum per unicum actum huiusmodi quæsiuisset possessionem in similibus casibus iudicandi & procedendi. & fuit allegatũ ad partem negatiuam quædam not. Inno. in. c. cum dilectus. de reli. do. ubi ipse tenet expresse quod licet quis sit in possessione subiectionis alicuius etiam per mille annos non propter hoc potest illum iudicare siue condemnare neque ciuiliter neq; criminaliter, immo sententia excommunicationis in ipsum prolata non tenet. ratio. quia iudi-
2 care † & excommunicare non sunt fructus iurisdictionis nec proprie fructus dici possunt immo potius periculum. labor & onus. & sic non obstat. c. cum ecclesia sutrina. de cau. poss. & propriet. & c. consultationibus de iurepa. nã eligere uel præsentare bene sunt fructus possessionis iuris eligendi uel præsentandi. ut not. alibi Inn. in. c. in. literis. de resti. spo. non sic in illo qui tantum habet possessionẽ subiectionis siue iurisdictionis alicuius. Pro q̃ cõclusione facit optime secundum Innoc. decre. c. cum contingat. de fo. compe. nam ibi dicitur licet canonici Beluacen. haberent iurisdictionem super familiares ipsorum de consuetudine tamen non poterãt illos excommunicare. Sed posset responderi quod ibi tantum præscriptum quantũ possessum. de deci. c. cum in tua. uel quia illi non habebant assistentiam tantum iuris communis sicut isti decanus & capitulum. ar. capitu. ad decimas. de restitu. spolia. libro. vj. Respondit etiam Inno. ad. l. barbarius. ff. de off. præto. & ad not. per eũ in. c. nihil est. de elect. a quo dicto uidetur Inno. recedere in fi glo. eiusdem. ibi tamen alij aliter dicunt & ut uidetur melius. ut not. per eũ. de resti. spo. c. olim. iij. ubi tenet expresse quod quilibet clericus possit possidere & præscribere ius excõmunicandi. & si ille quẽ excommunicat obedit sciente & patiente episcopo uel alio suo superior statim excommunicans acquirit possessionem excommunicandi & tenet eius sentẽtia si erat in possessione excommunicandi. prout no. Inno. in dicto. c. cũ dilectus. in glo. fi. & remittit ad not. per eum in. c. ij. de re-
3 sti. spo. Sed utrum sufficiat ad hoc unicus actus † possessionis Innoc. in. c. ij. de capel. mon. uidetur innuere quod non. Pro quo facit tex. in. c cum ecclesia Sutrina. de cau. poss. & propriet. & not. in. c. fi. de consue. Nam secũdum Inno. ubi supra licet possessio generalis iurisdictionis acquiratur per unicum actum, dũmodo utens intendat uti iure suo quo ad iurisdictionem uniuersalem tamen hoc non procedit in personis rationem diuersitatis ponens q̃a sub iurisdictione comprehenduntur omnes partes eius & actus. sed sub personam non cõtinentur alia & in illis habet locum regula quod tantum præscriptum quantũ possessum. de deci. c. cum in tua. hæc uera si nullus alius sit in iurisdictione illarum personarum. quia tunc ad alias p̃sonas non extenderetur possessio iurisdictionis quæsita in uno homine. sed si alius est in possessione iurisdictionis super unum populum & ego exerceam iurisdictionem in unam personam tantum illius populi sciente domino & patiente super totum populum acquiro. quia quasi una & continua est gleba scilicet unus populus & nunc bene extenditur possessio de persona ad personam. ratio. quia ille in quem exercui iurisdictionem non possidebat illum contra quem ego præscribo iurisdictionem, sed alius contra quem præscribo iurisdictionem in hanc personam & aliam communiter habebit. de præscriptio. c. cum ex officij. De extẽsione iuris corporalis & icorpalis uide Inn. i c. in literis. de resti. spo & ibi per Pau. de hac materia p̃dictorum duorum dubiorum in suo commento. At in casu nostro fuit probatum prædictis decano & capitulo datam p̃tãt plenariã iudicandi, corrigẽdi, puniendi, excommicandi, & etiam incarcerandi omnes personas beneficiatas illius ecclesiæ per priuilegium episcopi illius loci & per sedem apostolicam confirmatum & quod ipsi fuerũt in possessione generali prædictorum & eis sæpe obtemperatum excepto actu installationis, quem licet nisi semel exercuerant, tamen quia postea in. xl. annis similis casus non occurrerat sed modo nouiter occurrit. Fuit decisum & conclusum quod tenuerat & ualuerat huiusmodi installatio. per Inno. in dicto. c. dilectus. de capel. mo. super uer. possessorium. in fi. & per not. per Ber. in dicto. c. cum ecclesia sutrina. & per Spe. ti. de præscrip. §. j. uer. sed pone quod melius. & per eundem ti. de iu. om. iudi. §. j. circa fin. ubi recitat quasi de uerbo ad uerbum. not. Inno. supraſcript. & uide ad materiam Innocen. in dicto. c. ij. de resti. in integ. & in dicto. c. olim. de resti. spo. & de postu. præ. bonæ. ij. per eundem.

Decisio. III. alias. 473.

Summarium.

Si concessio episcopi apparet facta cum consensu capituli licet de consensu aliter non appareat, sufficit si sequitur tempus sufficiens ad præscribendum.

SI apparet concessio episcopi quæ dicitur facta cum consensu sui capituli de quo consensu non apparet & sequitur tempus sufficiens ad præscriptionem, illud sufficit. nã talis titulus errore facti suffultus dat causam præscribendi uidelicet si episcopus donat & dicit de cõsensu sui capituli & ita tradit monasterio & ita procedit quod not. glo de consue. c. cum dilectus. & de præscript. c. de quarta. & præsumitur talis error per. c. ea noscitur. de his quæ fi. a præla. quia iustus error habetur pro titulo. ff. pro empt. l. ij. quæ a pupillo. & qui se. & ff. pro le. l. fin. & iustus est hic error facti. l. ij. ff. de iu. & fac. igno. maxime per not. in dicto. c. ea noscitur. super quo tamen uide dominum bar. ff. rem ra. ha. l. actor. Secus si in iure errasset. & ita procedit quod no. in. c. ij. de his quæ fi. a præ. ar. ff. de iu. & fac. igno. l. iij. & l. eam. de usucap. l. ij. l. q̃ si a pupillo. & l. ubi lex. & l. nonnunquam. probant not. ar. x. q. iij. cognoscimus. & ita not. Pau. in clemen. i. de re. eccle. non ali. in glo. publi. & ibi plene uide. Aliqui domini uolunt dicere quod requiritur subscriptio clericorum. pro quo uult tex. xiij. quæstio. ij. fine exceptione & nota. Innocen. in. capitu. dudum. de reb. eccle. non alie. libro sexto De alia subscriptione idem dixerunt domini de rota per capit. tua. in fin. de hijs quæ fin. a præla sed dic ad hoc. ut in quæstionibus domini neapolitani. quæstio. lxxviij. cum dixi præsumi assensum capituli interuenisse. intelligo quo ad effectum excludendi malam fidem in recipiente. & ita procedit opin. Pau. ut præscriptio currat ad effectum ualidandi alienandi. perpetuum uero secus. & ita procedit opinio. Bar. in dicto. §. qui secus. licet secus sit de alienatione temporali. ut capitu. ea noscitur. de hijs quæ fin. a præla. & ita procedit ibi glos. & cætera. quod intellige nisi opponatur per partem consensum non interuenisse. & ita procedunt not. Innocen. in dicto capitu. ea noscitur.

DE RE IVDICATA.

Summarium.

Actore & reo nihil probantibus uel æqualiter probantibus ſi actor poſſidet abſoluitur non ex eo ut quia ſit actor ſed quia poſſeſſor.

Deciſio. I. alias. 15.

SI in cauſa beneficiali actor & reus ambo uel nihil uel non plene ꝓbauerint intentionem ſuam. Fuit dubitatum utrum pro actore poſſidente & tenente beneficium poſſet & deberet ſententia ferri abſolutoria Et uidebatur qđ non. quia actor non ꝓbante. &c. per. l. actor. C. de proba. & de iureiuran. c. fi. & de cau. poſ. & propr. c. cum eccleſia ſutrina. ut eccle. be. c. uno fuit determinatum & concluſum per omnes dominos quod ſic. diſtinguendo. Aut uterque ſcilicet actor poſſeſſor & reus non poſſeſſor petijt adiudicari beneficium & tunc ſi neuter probat quilibet debet abſolui ab impeditione alterius. Ratio quia uterq; eſt actor & reus in caſu prædicto. ar. c. licet. de proba &. c. ex literis. de cau. poſ. & pro. c. uno. in cle. nullus tamen eorũ cõdemnabitur in expen. ſed fiet compenſatio hinc & inde. Fuit tamen quædam no. Inno allegata in contrarium in. c. cũ contingat. de of. dele. uidelicet quod in caſu prædicto reus eſt abſoluẽdus ab obſeruatione & impetitione rei de qua agitur. quam not. intelligas reo rem quam actor petit detinente. & poſſidente. uel neutro tenente, tunc enim habet locum regula actore nõ probante. &c. Si uero actor poſſeſſor petit titulum ſuum pronunciari canonicũ ſibi adiudicari beneficium & reus non poſſeſſor petit ſolum ſe abſolui ab impetitione actoris poſſeſſoris. uel nil petit tunc enim ſententia eſt ferenda pro reo etiam abſente abſolutoria actore nil probante. per. l. actor. & alia iura in contrarium alleg. & facit. C de eden. l. qui accuſare. & l. fi. C. de rei uendi. & l. ij. de proba. ff. & no. in. c. per tuas. de ape. Fatuus autem eſſet poſſeſſor qui contra non poſſeſſorem petitorium intentaret propter difficultatem probandi dominium. niſi haberet probationes paratas in petitorio. deberet enim potius intentare interdictum uti poſſidetis ſi in poſſeſſione turbaretur. aut interdictum unde ui. ſi de poſſeſſione deijceretur. ar. l. is qui deſtinauit. ſuperius alleg. ff. de rei uendi. de proba. c. licet, de iudi. c. examinata & hoc eſt cõſiliũ. B. in. c. cũ eccleſia ſutrina. de cau. poſ. i gl. ij. Si uero reus poſſidet uel neuter poſſidet tũc iterũ ſtat regula. actore nõ probãte. &c. & ſic põt intelligi not. Inn. in. c. cũ cõtingat. ſuperius. alle. &c. ibi ui. quod not. Io. an. & Inno. in. c. ex conquæſtione de reſti. ſpo. & de off. uica. c. j. poſt Inno. & Hoſti. & in. c. mandatum. de reſcrip. poſt. Compoſt.

Deciſio. II. alias. 113.

Summarium.

Tres ſententiæ latæ ſuper attentatis ſunt ante omnia executioni mandãdæ antequam ueniatur ad negocium principale.

TRes ſententiæ ſuper attentatis latæ antequam ꝓcedatur in petitorio ſunt ante omnia executioni demandandæ. dummodo prædictæ ſententiæ uim diffinitiuæ habeant. puta ſi lite pendente uel poſt appellationem a diffinitiua aliquid ſi attentatum circa poſſeſſionem rei de qua agitur. quia tunc ſapit naturam ueri poſſeſſorij quod eſt plene executioni mandandum ante ingreſſum petitorij. de reſtitu. ſpo c. piſanis. nec poſſet opponi nullitas ante executionem earundem de re iudic. cle. ut calumnijs.

Deciſio. III. alias. 120.

Summarium.

Actore non probante reus etiam ſi nihil petat debet abſolui.

ACtore nil probante ſeruatis terminis reus ab impetitione actoris. licet nullam petitionem dederit poteſt & debet abſolui per regulam. actore nõ probante. &c. de iureiur. c. fi. & quia tranhendo reum in cauſam ſatis. impetijt moleſtauit & impediuit & ideo poteſt & debet actori etiam ſuper huiuſmodi moleſtatione & impediment. perpetuum ſilentium imponi immo ſupre de qua agitur. de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. de re iudi. cũ Bertol. de reli. do. conſtitutus. de proba. licet.

¶ Additio. Adde. hic regulam Grego. xj. quæ eſt. c. iij. in numero. inter meas. & incipit. dominus noſter Grego. nõ uult quod ſtilus.

Deciſio. IIII. alias. 160.

Summarium.

Reus & poſſeſſor de cuius non iure conſtat contra reſeruationem tam in perſonam quam in gratiam poteſt dare obiectus ad effectum abſolutionis reportandæ. non autem adiudicationis.

Epitome.

1 Reus & poſſeſſor de cuius non iure conſtat poteſt actorem per obiectus excludere.

2 Conſtito de nõ iure actoris & rei non eſt tamen reus a ſua poſſeſſione expellẽdus, ſed potius ab impetitione actoris abſoluendus.

1 REus † & poſſeſſor beneficij de cuius non iure cõſtat poteſt dare contra reſeruationem obiectus tã in perſonã quã gratiã ad effectum abſolutionis, ſed non adiudicationis obtinendæ, ut in c. ex inſinuatione. de procu. & ibi per Inno. & in. c. olim. de reſcrip. & de hoc uidetur tex. in c. cum noſtris. de conceſ. præb. nudus enim detentor repellit agentẽ rei uendicatione ſi ſua non intereſt propter cõmodum poſſeſſionis ſiue retentionis. ar. l. pau. §. fi. qui. mo. pig. uel hypo. ſol. & facit no. per Ar. de præben. licet. li. vj. Præterea magis abhorrent iura qđ nullum habens titulum ingrediatur beneficium quam ingreſſus per non habentem titulum de poſſeſſione eijciatᷣ propter regulam. turpius eijcitur. &c. de iureiurã. c. quẽadmodum In pari enim cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis de adult. c. intelleximus. de reg iur. c. in pari. li. vj. Nõ obſtant duæ concluſiones ſuperius poſitæ uidelicet quod ille de cuius non iure clare & notorie conſtat per acta nõ agit ſuper attẽtatis nec poſſeſſorio q̃ ambo ſunt multum in iure priuilegiata. de ordin. cogni. c. ii. & fi. de reſti. ſpo. per totum. de appel c non ſolum lib. vj. quia hij certant de poſſeſſione recuperãda. & de reducendo in ſtatum priſtinum. quod eſſet abſurdum & iniquum ex quo conſtat de non titulo ipſorum. & quia per hoc daretur uicioſus ingreſſus. propterea etiam in dubio prohibetur fieri miſſio in poſſeſſionem realem. ut in. c. uno. de eo qui mit. in poſ. li. vj. Alius uero detentor certat de poſſeſſione retinenda & non admittenda. de qua non eſt eijciẽdus. niſi per illum cuius intereſt & habentem ius. ut in. c. cum noſtris. de conceſ. præben. & ibi per Inno & ideo eſt uocandus antequam eijciatur ut uideatur tam de iure agentis quam etiam poſſidentis. de præbẽ. c. licet. ij. lib. vj.

2 Ex quibus infertur alia concluſio quod ubi conſtat † de nõ iure actoris reus licet nullum ius habeat a poſſeſſione non eſt ammouendus. immo ab impetitione actoris eſt abſoluendus. C. de rei uendi. l. fi. de reſcrip. c. olim. in fi not. per compoſt. de reſcrip. c. mandatum & per Inno. de reſti. ſpo. c. in literis uer. fatemur, tamen modificat hoc dictum ſecundum concluſionem primam ſupra eodem. ti. quilibet enim detentor præſumitur poſſidere ſecundum Innocen. in. c. cum olim. de priuileg. ſuper. uer. portarium in fi. qui alleg. xviij. q. j. c. j. idem tenet Archi. ut lit. penden. c. ij. libro. vj.

Deciſio.

Decisio. V. alias. 183.

Summarium.

Iudex generaliter condemnat iu fructibus & executor generaliter monet condemnatum absq; taxatione.

Epitome.

1 Reus & possessor de cuius non iure constat potest actorem per obiectus excludere.
2 Constito de non iure actoris & rei non est tamen reus a suo possessione expellendus: sed potius ab impetitione actoris absoluendus.

SIcut auditor potest generaliter condemnare in fructibus per reum & possessorem perceptis ita potest generaliter executor huiusmodi sententiæ absque aliqua taxatione monere dictum condemnatum ut de illis satisfaciat uictori infra certum terminum infra quem terminum potest uenire & allegare se illos non percepisse. uel eos in utilitatem beneficij conuertisse & similia. quod si non fecerit sententia excommunicationis propter hæc prolata est iusta. nec relaxabitur donec plene fuerit satisfactum quia pro re iudicata extitit promulgata. ar. not. in. c. solet. de sen. excon. li. vi.

Decisio. VI. alias. 186.

Summarium.

Auditor qui pronunciat beneficium alicui fore debitum potest etiam possessorem in fructibus post litem motam perceptis & non petitis condemnare.

AVditor qui pronunciat beneficium fore alicui debitum prouidendo de ipso iuxta formam cle. auditor de rescript. potest etiam condemnare ex officio in fructibus a tempore motæ litis per possessorem perceptis etiam in libello non petitis. de iurepatr. c. cum dilectus. de offi. deleg. c. cum causa. quia fructus sunt accessorii ad beneficium & ueniunt a tempore motæ litis. ff. de usur. l. uideamus. & l. mora. §. in bonæ fidei. ar. etiam c. cum ecclesia sutrina. de caus. pos. de præben. c. dilecto in fi. & fa. not. per Inno. de re iudi. c. cum sup. c. in. c. grauis de resti. spo. & ibi per Inno. & Post. & de præbend. c. dilecto in fi. utrum & quando ueniant ex officio uel ne fructus per cepti

Decisio VII. alias. 194.

Summarium.

Pro reo excommunicato absente & per procuratorem se defendente potest ferri sententia absolutoria sed non adiudicatoria.

PRo reo excommunicato absente & se per procuratorem defendente potest ferri sententia absolutoria sed non adiudicatoria. ar. eorum quæ le. & not. in. c. cum inter. de excep pro hoc alleg in ratione. l. quamuis indubitatur. C. de adult. faciunt etiam not. in. c. per tuas. de appel. uidelicet quod pro reo contumace absente potest ferri sententia infirmatoria uel absolutoria.

Decisio. VIII. alias. 198.

Summarium.

Dominus feudi potest committere causam feudalem alteri decidendam inter uasallos suos per quam commissionem idem commissarius non potest aliquid domino adiudicare.

SI dominus feudi committit seu dat potestatem alicui cognoscendi decidendi causam feudalē. de certis bonis inter uasallos suos saluo iure suo si iudex huiusmodi inter prædictos uasallos duntaxat procedendo. et seruatis seruandis partem bonorum adiudicauerit uni parti & aliam partē domino feudi. talis sententia lata pro domino feudi non ualet neq; tenet. quia nullo agente nec libello dato. nec lite contestata est lata. de uer. sign. c. forus. de li. contest. c. uno. cum si. nec obstant uerba illa saluo iure suo. quia illa non sunt nisi quædam protestatio. uidelicet quod per sententiam ferendam inter partes sibi quo ad ius suum non præiudicaretur. & sic non est nisi quædam protestatio prout papa sæpe protestatur in decisionibus suis. ut in. c. cum a nobis. de testi. de ap. c. ut debitus. in. fi. ut. lit. pend. c. i. in fi. in clemen.

Decisio. VIIII. alias. 105.

Summarium.

Si Abbas & cōuentus in aliqua causa sunt simul litem contestati lata sententia pro actore & ab eo appellato per reos possunt simul & diuisim in causa procedere & sufficit contra alterum ferri sententiam.

LIcet actum sit in partibus per episcopum cōtra Abbatem & conuentum cuiusdam monasterii super annua pensione præstanda episcopo & lata sentētia pro episcopo. & contra Abbatem & cōuentum a qua pro parte eorundem abbatis & conuentus extitit ad sedē apostolicam appellatum. tamen si in causa appellationis epūs duntaxat processit contra abbatem & nihil probauit. nec sententiam latam in partibus produxit Abbas potest & debet absolui ab impetitione episcopi. per regulam. actore non probante. &c. Non obstan. quod in partibus sit actum & sententiatum contra Abbatē & conuētum coniunctim quia de hoc non constitit. & si constaret quia episcopus dimisit conuentum & traxit Abbatem in causam. cum iudicium redditur in inuitum ipse poterat se defendere & petere se ab huiusmodi molestatione & ab impetitione absolui. præterea quia ipse solus uel quilibet alter posset iura & bona ecclesiæ defendere. etiam aliis inuitis. ut not. Inno. in. c. cum olim. de testi. & de re eccle. non alie. c. si quis presbiterorum. & c. hoc consultissimo. eo. ti. li. vi. Cū igitur conuentus appellauerit & nō miserit procuratorem ad prosequendum huiusmodi appellationem. si Abbas nō prosequeretur transiret in rem iudicatam. de re iudi. c. quod ad cōsultationem ergo merito ad prosecutionē huiusmodi appellationis solus fuit admittendus. Item quia sententia ueniet ferenda pro eo & non contra eum. ergo. c. ff. de mino. l. nō eo minus immo secundum Inn. in. c. præsentium. de testi. li. vi. Si Abbas & conuentus in aliqua causa simul sunt litem contestati tunc simul & diuisim possunt in causa procedere. & sufficit contra alterum ferre sententiam de quo ibi per Io. an. in nouel. super uers. abbas.

¶ Additio. sic & si essent ambo procuratores insolidum constituti. ut no. in. c. in nostra. de procu.

Decisio. X. alias. 155.

Summarium.

Citatio ad audiendam sententiam in curia in causa beneficiali non expedit quod contineat illud uerbum peremptorie. secus in causa prophana.

LIcet in causis prophanis in quibus ordo & figura iudicii seruatur necesse sit peremptorium exprimi in citatione unica. quæ fit ad sententiam audiendam. per. l. ad peremptorium. ff. de iudi. & C. quomodo & quando iudex. l. ij. alias sententiam non ualet. ut uult. no. Io. xxiiij. q iij de illicita. & Inno. in. c. ad petitionem. de accu. & Spe. ti de cita. §. uiso. uers. quod si lata. et Guil. de mon. lau. de do. & contu. c. i. super. uers. promulget. in cle tamen id non est necesse in causa beneficiali. in qua procceditur sine strepitu & figura iudicii ut in cle. sæpe. §. alias uers. sententiam not. de uerb. sig. ubi de hoc per Io. an. super. uers. non perēptorio ita quod ualet citatio facta in audientia contradictarū ad audiendū sententiam diffinitiuam etiam contra absentem proferendam sine expressiōe perēptorii. dūmodo cā uel per appellationē iuxta formā. c. statuimus. & cle. cām electionis uel per citationē de spe

ciali mandato facta sit in curia. Nam tam per dictam apppellationem quam per dictam citationem pars absens citatur ad totam causam & singulos actus usq; ad audiendum sententiam inclusiue. & sic non esset necessarium licet sit honestum & de more citare absentem p audientiam ad singulos actus de nouo prout le. & not. per Inno. & Posti. ac Io. an. in nouel. in. c auditur. de p cu. & aliqualiter in. c. consuluit. de offi. dele & plene. de confes. c. ij. li. vi. per Archi. Aliqui tamen uoluerunt dicere quod etiam in causa prophana secundam morē curiæ non sit necessarium in citatione exprimere peremptorie. etiam ad sententiam audiendam. quia post litis contestationem omnes termini in palatio apostolico sunt peremptorii licet id non exprimatur. ut. not Spe. expresse in dicto. §. uiso ubi dicunt etiam quidam allegando dictam decre. consuluit. præsertim si in partibus in causa sit cognitum plene & conclusum. Præterea fuit alle. unum dictum Bar. in l. si finita. §. si plures. ff. de dā. infec. uidelicet qui si iudex fuit comminatus in citatione quod procedet ad sententiam si non compareat huiusmodi comminatio habet uim peremptorii. Si uero comminetur ꝙ procedet ut iustum fuerit uel prout de iure poterit. talis comminatio nō est loco peremptorii. quia secundū Spec. in. d. §. uiso. uers. si quæritur. huiusmodi comminatio consueuit poni post peremptorium. licet non sit necessaria quando ponitur peremptorie in citatione ut. ff. de iudi. l. ad peremptorium de resti. in integ. c. cum ex literis. ut. not. ibidem Spe. in eo. §. uers. item iudex cuius dictum intelligas & modifica iuxta superius allegata Dicit. tamē Inno. unum notabile uerbum in dicta decre. ad petitionē in magna glo. circa medium. quod si inueniatur & apprehendatur citatus. & citanti respondeat non ueniā ad causam. uel nihil respōdeat. & sic personaliter citatus nō uadat uel maliciose procurat ne ad eum perueniat citatio. ut li. non contest. c. quoniam in hiis casibus non credit talem iterato citandum nec ad testium receptionem nec ad audiendum sententiam imo sine ulla alia citatione potest secundum eum ad examinationē causæ. & sententiam procedi. Rationem ponit. quia cum prædictæ citationes tres uel plures non fiant nisi ad probationē contumaciæ. & in prædictis casibus apparet * contumacia citatorum. ergo non est necesse alias solennitates fieri. quia in certis non est opus coniecturis. ff. de uer. obli. l. continuus ff. de re iudi. l. contumatia. facit cle. si ante de do. & contu.

* Contumacia enim proprie dicitur quando quis fuit citatus p̄sonaliter. si autem alia citacione dicitur cessatio. p glo. singularem in. l. si accusatoribus. C. de accu. quam adduci. Alex. i. l. contumacia. ff. de re iudic.

Decisio. XI. alias. 261.

Summarium.

In causa beneficiali actore non probante reus absoluitur.

Epitome.

1 Actor & possessor in causa beneficiali nihil per bona absoluit reus bona fideliti renuntians an ueniat in expensas condemnandus

1 ACtor † & possessor in causa beneficiali nihil probet & reus per eum in causam tractus nihil petēdo sed dando obiectus contra eum. & illos non probans et postmodum renuntiando liti & causæ recedat pro actore possidente potest ferri sententia nihilominus absolutoria ab impedimentis. & molestationibus. &c. & super illis dicto reo perpetuum silentium imponi de p bat. c. * ex literis. & c. licet & uide similem conclusionē supra pro eo te quam intelligas de reo petente suam prouisionem canonizari. & nihil probante in quo casu actor & possessor etiam non probans intentionem suam debet nedum ab impedimentis & molestatur. sed etiam ab impetitione rei absolui & in expensis condemnari. Sed utrū in casu proposito reus uenirem in expen. condemnando domini erant uarii nec fuit pro tunc discussum. Aliquibus uidebatur quod non debet condemnari. propter temerariam uexationem actoris qui iniuste & inuitum traxit & uexauit eum ut uidetur. & quia reus agnoscens bonam fidem renuntiauit liti. ergo nihil fuit ei imputandū

* c. ex literis Ad. declarationem huius decisionis uide do. fely. in. d. c. in literis qui multa bona et notanda dicit Nam istæ decisiones sunt satis crudæ & tenues nisi ad iuuentur aliorum doctorū dictis Quibus simul iunctis habetur plena notitia iurium. Et principaliter sunt uidenda scripta nouissimorū doctorum: qui omnes articulos & apices iuris sunt diligentissime perscrutati.

Alii asserentes contrarium propter regulam uictus uictori &c. Præterea si ab initio liti renuntiasset & se in nullo opposuisset. nec obiectus dedisset forte procederet dictorum dominorum opinio. Sed quia se opposuit & obiectus dedit in quorum probatione defecit. ergo saltem p̄pter exceptionem oppositam & non probatam deberet condemnari in expen. quod crederem uerissimum per. c. fi. de. do. & contu. & c. statuimus. de elec. li. vi. ubi uidetur tex. sed ille tex. loquitur in obiiciente appellante & in probatione obiectum. deficiente.

Decisio. XII. alias 329

Summarium.

Per rescriptum gratiosum ad beneficium uacaturum ius quæsitum alteri specialiter in dicto beneficio non tollitur nisi specialis mentio de eo fiat. Et iō prima gratia ad certum beneficium uacaturum impetrata non absorbetur per secundam grariam ad idem beneficium ut uacans impetratum in qua non fit mentio de prima.

Epitome.

1 Rescriptum gratiosum per quod alteri præiudicium infertur non ualet nisi de primo mentionem faciat

2 Dispositio in potestate grauati posita potest. per ipsum grauatum declarari.

3 Collationem secundi beneficii debet præcedere renuntiatio primi.

TV obtinens præbenda Colonien. impetrasti gratiam a papa de præben. Maguntin. certo modo uacatura offerens te in assecutione præbendæ Maguntin. dimittere Colonien. postea ego impetraui præbendam tuam Colonien. dum ipsam uacare contigerit per assecutionem antedictam. tu impetras a papa quod possis dictam præbendam Colonien. permutare pro alio beneficio & nihilominus præbendam Magun. præsequi de mea gratia seu mea impetratione nulla facta mentione. secunda gratia est surreptitia & nullius est momenti.
1 Ratio. quia rescriptū † gratiosum per quod alteri præiuditium offertur est inualidum nisi de primo faciat mentionem per iura uulgaria de rescript. c. constitutus. & c. quamuis. li. vi. de consuet. c. cum in tua. eo. li. de offi. dele. super eo. & optime probat hoc. l. quotiens. C. de præci. impe. offe non enim est necesse præsumitur hoc de mente principis. maxime dum hoc ignorat. ff. de pac. l. tres fratres. not. hoc in dicto. c. super eo. at in casu præsenti si tua secunda gratia effectu præsens & pura præsentem sortiretur effectum mea gratia totaliter esset perempta. et sic perpetuum præiudicium mihi afferretur. nam facta renunciatione ex causa permutationis tolleretur omnino spes uacationis expressa in literis meis ergo. &c. Præterea si non potest afferri præiudicium. uidelicet dilatoriū ut in. c. quamuis. & c. tibi qui. de rescrip. li. vi. multominus peremptorium. quod est grauius ut. in. l. quotiens. superius allegata In contrarium facit quod tu potuisses absque aliqua impetratione dictam præbendam Colonien. renuntiare & per superiorem renutiatio admitti. & tamen per hoc solum gratia mea perimeretur ex toto. igitur ex impetratione tua non insurgit mihi hoc præiudicium. & per consequens ratione talis præiudicii surreptitia dici non potest siue reddi. Primum patet. quia papa mihi talem gratiam faciendo non fuit intentionis te impedire in renuntiando in matrimonio cōtrahendo in
2 religionem intrando. Nam quando conditio ponitur in potestate grauati dispositio ipsa adeo debilis est quod licet grauato eam declarare. ut in l. qui balneum. §. amplius. ff. qui po. in pig. hā. & c. si pro te. de rescrip. li. vi. Sic est de ista. quia in potestate sua erat non assequi eo ipso quod cōditio ponitur in potestate grauati uidetur grauato data potestas etiam non implendi ut. l. cum ab eo. §. si uero sub conditione. ff. de contra emp imo & contra ueniendo ut in. l gratuitā. §. fi. ff. de præscrip. ubi Bar. Nō obstant iura quæ dicunt ꝙ si p te stat. quo minus possessionem

sionem habeas secundi beneficij incompatibilis. ut in.c. commissa. de elec. li.vi. de præben. c. licet. ij. eo. li. & in cle. si plures. eo ti. de præbent. quia loquuntur in iam prouiso qui uoluntarie postquam prouisioni consentit, resilire non potest. nos autem loquimur in nondum prouiso qui solum consensu potest resilire. ut de elect. c. si electio. lib. vi. & cle. gratiæ. de rescript. nec obstat ꝙ te obtulisti dimissurum. quia plus facis si ante dimittis. nam licet primum necessarium istud non necessarium remanet uoluntarium imo secundum Vincen. quem recitat Io. an. in nouel. in. c. ueniens. de renun. Renuntiatio primi
3 beneficii debet præcedere collationem secundi. quod si non seruatur patet. secundum dictum principale hmōi argument. per. c. susceptum. de rescri. li. vi. quod nihil facit ad casum nostrum propter clausulam in hmōi gratiis poni consuetam. uidelicet seu quouis alio mō. &c. cum enim per renuntiationem siue per ingressum religionis siue per contractum matrimonii hmōi præbenda uacet mihi debebatur. per hoc enim cessant omnia argu. & all in contrarium & stat conclusio uera. quod gratia tua secunda est surreptitia re ipsa. quia si papa sciuisset mihi factā prædictam gratiam nullo modo tibi concessisset gratiam secundam. ergo. &c. pro & contra in dicta quoe. uide not. per Archi. & Io. an in nouel. de præben. c. si postquam lib. vi.

Decisio. XIII. alias. 322.

Summarium.

Executio trium sententiarū suspenditur donec appellatio ab interlocutoria uel grauamine diffiniatur ut circuitus euitetur. Appel. a grauamine ante tertiam sententia interposita trium sententiarū executionē nō impedit.

Dixerunt & ordinauerunt omnes domini me solo excepto qui hmōi causam habui. & ꝓpter hmōi concordiam ipsam ad cancellariam remisi nolens contra cōsciam nec contra consilia omniū proferre sententiam diffinitiuā uidelicet. c. quod si appelletur ante tertiam sententiam diffinitiuam ab aliquo grauamine etiam uero & iusto nihilominus tertia diffinitiua feratur & postmodū articulus prædictæ appellationis siue grauaminis alicui alteri auditori committatur. & petatur ꝓcedi & pronuntiari super dicto grauamine quod pars id petens non erit audienda. nec de illo erit cognoscendum nec pronuntiandum. antequam prædictæ tres diffinitiuæ sententiæ conformes fuerunt effectualiter executioni mādatæ. per cle. ut calumnijs. ij. resp. de re iudi. ubi allegaui glo. Io. an pen. & antepe. in contrarium quæ dicit quod ille tex. non impedit prosecutionem appellationis interpositæ ante ultimam sententiam a grauamine. dummodo tempora appellationis non sunt lapsa quæ re uera labi possent secundum me si primo deberet fieri executio. & postea dictæ appellationis prosecutio. Ad quod respōdebatur quod non per cle. quam diu. de appella. nec per hmōi cognitionem prosecutionis & pronuntiationem impeditur executio. sed ipsa facta si pronuntiatū fuerit male processum & bene appellatum. tunc retractabitur per uiā nullitatis nedū prædicta sententia post prædictā appel. lata sed etiā ipsius executio & qd quid securū est ob id. de elec. c. qualiter. de pcu. c. auditis. de re iudi. c. pastoralis. in cle. Omnes uero dñi dicebant ꝙ ex quo prædicta cognitio & pronunciatio tangebant nullitatē tertiæ sententiæ quod super illa nullo modo ante realem & effectualem executionem prædictarum trium sententiarū deberet audiri. & quod melius & tutius esset suspendere cognitionem & pronuntiationem antedictam donec essent prædictæ sententiæ executioni demandatæ propter rōnem cle. antedictæ in principio & etiā euitandum circuitum cle. auditor de rescrip. præsertim. quia causa appellationis a prædictis grauaminibus ante prolationem tertiæ diffinitiuæ sententiæ non fuit commissa nec pendere dicantur. quia si diceretur pendere tunc aliqui domini bene dubitabant. aliqui non. imo idem quod supra dicebatur per ij. respon. cle ut calumnijs. antedictæ pro cuius intellectu uide ibi Io. an.

Decisio. XIIII. alias. 337.

Summarium.

Auditor cui committitur taxatio fructuum alicuius beneficij in quibus quis est per tres sentētias diffinitiuas condemnatus. potest nedum fructus usque ad ultimam sententiam sed etiam post usque ad tempus quo ipse taxationem faciet. per condemnatum perceptos taxare.

Quod auditori cui committitur taxatio fructuū alicuius beneficii in quibus quis est per tres sentētias diffinitiuas condemnatus: potest nedum fructus usque ad ultimam sententiam inclusiue. sed etiam post usque ad tempus quo ipse taxationem huiusmodi faciet per condemnatum perceptos taxare. secundum maiorē partem dominorum. quia ad illos etiam condemnatus tenetur & restituere compellitur per executionem & ueniēt ex officio iudicis & sic dicebant domini ad uitandū circuitum quod possunt per dictum dominum auditorē taxari quem ad modum per executorem possent & taxari deberent. quod uerum ego & dominus Sal. dicebamus si prædictus auditor prædictas sententias exequi posset. Sed quia non haberem potestatem exequendi & taxandi. Iccirco alios fructus quā illos in quibus facta est condemnatio taxare non potest pro quorum taxatione & cōpulsione recurrere haberet ad executorem suum. & si aliter taxaret formam mandati excederet. & sic nil ageret per iura uulgaria de rescript. c. cum dilecta. ff mandati. diligenter. cum similibus. rum tamen ad tollendum omne dubium fuit per omnes consultum quod prædictus dominus auditor declararet taxando prædictos fructus singulis annis tantum ualuisse & ualere. fietque postmodum coram executore computus quot annis possederit & perceperit fructus & compelletur per eundem executorem ad restituendum eosdem. Addiderunt etiā aliqui domini quod nedum idem auditor posset. & deberet huiusmodi declarationē ualoris annui facere. sed etiam unam certā quotam pro annis & temporibus præteritis usque ad tempus taxationis taxare. quæ additio mihi & dicto domino meo G. non placuit. sed primum consilium bene nobis uidebatur sufficere debere quod fieret computus & executio per executorem dandum per papam.

Decisio. XV. alias. 330.

Summarium.

Possessio prædecessoris & reputatio communis non ꝓbat dominium Dominium non probatur per famam aut reputationem uel possessionem ideo per ueras causas ꝓbari oportet.

Si uendico a te castrum in cuius possessione tu es ꝙ tamen ego nunquam possedi tanquā ad me pertinens iure dominij uel quasi. & probo per testes ꝙ pater meus illud possedit & dum uixit habitus & reputatus fui pro domino publice communiter & notorie. non sufficienter* probo ita quod tu ueniens absoluendus ab impetitione mea nisi aliud probem. Ratio est. quia aut dices hoc casu dominium esse probatum uel quasi dominium. Sed neutrū potest dicere ergo &c. Primū nō quia licet illa sit & fuerit op. plac. ꝙ possessio cum tali reputatione dominij præsumptionem sufficientē inducat. per l. litibus. & l. si. coloni. C. de agri. & censi. li. x. & l. ticia. ff. de solu. tamen doct. eam reprobant in l. cum res. C. de proba & ibi plene per Cy. & Bar. in. l. quidā in suo. insi. ff de condi. iusti. ubi glo. hoc tangit. Itē non potest dici de hoc sicut de quasi dominio qa si sic aut hoc dices de quasi dñio causato primo in ꝑsonā patris & trāslato etiā absq; aditione in persona filij. ut. l. in. suis. ff. de libe & posthu. Aut de quasi dominio creato de nouo in ꝑsona filii. Sed neutrum dici potest ergo primum non. Nam quatuor in creatione istius actionis necessario requiruntur. uidelicet traditio. iusta causa traditionis. uera possessio. & possessionis admissio. De duobus primis & de quarto sunt. tex. ff. de publi. l. i. ij. & iij. & per totum insti. de actio. §. alie. Tertium determinant docto. in. d. l. cum res quia usucapioni æquiparatur. ut. l. fine. §. de hoc actio. ff. de publi. in qua illud requiritur. ut. l. fin. ff. pro suo. Mo-

* Non sufficienter probo. Qualiter possit probari dominium & an sit difficilis omnis ꝓbatio uide a. lex. in consil. iiij. in ij. col. & in consilio. lxxxi. in. ii co. in. i uol. in quibus locis ponit an probetur dominiū de antiquo. ꝓ solam famam & in consi. i. in ult. col. in iiij. uolu. & in consi. x. & xi. in eo. iii j. uol.

do licet probetur possessio non tamen probat traditionē factam ex iusta causa. ergo nec ualet depositio communis opinionis & famæ. Tum quia illa non refertur ad quasi dominium sed ad uerum dominium probandum. & in illius probatione etiam insufficiens est si refertur ad quasi dominium probandum. Sed ad uerum dominium spectat secundum omnes. Tum quia si ad quasi dominium & eius uera principia refertur, tamen plenā probationem non faceret cū uix faceret semiplenā. iuxta no. ff. de testi. l. iij. & de testibus. c. ueniens. de ap. c. i. & per Spe. ti. de fama. Secundum uero membrū principale dici non potest. tum quia etiā æquiparatione supposita publicianæ & usucapionis de quo supra p. l. nihil C. pro hære. tū quia licet in translatione dominii. & per cōsequēs quasi dñii. Fallunt istæ regulæ qā traditio nō requiritur. ut. l. cū hæredes. ff. de acquiren. pos. in prin. tamen in creatione noui dominii non reperio eas fallere. Præterea aduertendum est quod ius publicianæ est ualde debile. & ideo sublato sibi pede fortiori. imo quasi ambobus pedibus & suo totali fundamento. secundum traditionē ex iusta causa & possessione non mirum si ruat totum quia si nullum ius unquam agēdi compeṫiisset nec mihi nec actori meo. quo absq; principio creari poterit esset mirabile. Secus in dominio quod fuit iam creatum. & quod sine traditione transfertur & de quasi dominio. idem quia in personam actoris uerum ius dominii uel quasi. & ius agendi rei uendicatione uel plubliciana iam competiit. ergo. &c. & ita tenet Bar. in l. i. ff. de publi. & in. l. cum suspensus. §. is cui eo. ti. ergo. &c.

Decisio. XVI. alias. 341.

Summarium.

Ordinarius qui tulit sententiā quæ est nulla ratiōe formæ pōt parte uocata aliam ferre si uero est nulla ratione processus incipiat de noua & iterū cognoscat. si uero est delegatus uel auditor functus est officio suo si est executor gratiarum tam diu exequetur donec mandatum suū adimpleatur. ne effectus iste in longius tempus cum dispendio ferri cōtingat. de offi. del. c. si super gratia. li. vi. & l. quid tamen. in prin. ff. de arbi. quod confirmatur per not. per Compost. & Io. an. in. c. capitulum. uers. Itē quæritur de rescrip.

Dubitatur utrum auditor pronunciando aliquam sententiam diffinitiuam per primum dominum auditorem latam nullam parte non uocata uel uocata sed non legitime. & sic nulliter processit & pronūtiauit. posset iterato aliam. & * similem sententiā debite et partibus uocatis ferre. & uidetur quod sic. quia iudex qui male iudicauit non dicitur functus officio suo. sed iterum debet iudicare bene & procedere. arg. C. quō & qñ iudex. l. si præses. C. de accu. l. iij. ff. de arbi. l. dic. §. sed si de pluribus. de accu. qualiter. el. i. Fuit conclusum & determinatum per omnes dominos uno excepto contrarium per l. iudex. de re iudi. de offi. dele. c. in literis. ij. q. ulti. & bene & contraria loquuntur in ordinario secundum Inno. qui potest a capite incipere & sententiam suam emendare & aliam ferre si eam inuenerit esse nullam ratione processus alias si esset nulla ratione formæ. ut in. c. & si sententia. de re iudi. li. vi. merito posset iudex idem pronuntiare ne ut. l. e uiciaretur per inutile. in regula. utile. de reg. iur. li. vi. Secus uero in delegato qui siue bene siue male iudicauerit functus est officio suo. per iura supra proxi. alleg. & sic desijt esse iudex in pronunciando. ut in. l. qualem. ff. de arbi. hoc etiam patitur contrarium. quia idem est nō esse & inutiliter esse. de transla. c. inter corporalia. de cle. non resi. c. tua & quia beneficium principis debet. habere suum effectum ne illud illudatur de elec. c. commissa. li. vi. & executor tam diu exequi potest donec mandatum suum adimpleuerit. ne effectus ipsius in tempus longius. cum dispendio differri contingat. de off. dele. si sup gratia. li. vi. & l. ꝙ tamen. ff. de arbi. in. prin. ꝙ confirmatur p not. p Compos. & Io. an. in. c. capitulum. de rescri. uers. Item querit & alleg. c. cum clara uers. quod si. & c. significasti de off. dele. c. quærenti. nec. ob. c. qualiter. de accu. quia illi erant generales legati et sic ordinarii. de. off. leg. c. i. & ij. li. vi. & nondum sententiam tulerant secundum Ber. ibidem. sed errauerant in processu. unde poterant illam emendare & errorem suum corrigere. immo secundum Spe. ti. de prola. sen. §. qualiter uers. hoc quoq; notādum in factis & omnibus aliis præterquā in sententiis diffinitiuis. potest tam ordinarius quā etiā delegatus iterum facere quod minus recte fecit. De ordinario probatur de elect. c. cum terra. & c. nosti. & de rescri. c. ab excommunicato De delegato probatur de off. dele. c. significasti. de ap. c. cum. cessante. & c. si a iudice. li. vi. quæ iura loquuntur de interlocutoria reuocanda. quæ & quando reuocari possit remittit Spec. ad ti. de excep. § uiso. uers. sed si iudex. & se. Io. an. in nouel. super prima glos. in dicto c. qualiter. dicit quod ordinarius non potest corrigere sententiam annullandam alleg. ff. de re iudi. l. conquerebatur. & l. post rem. & C. de sen. exc. periculo reci. l. ii. sed nullam reuocare potest. de frig. c. fraternitatis. de purga. uulga. c. ii. i. q. iii. episcopus. & alleg. dictam l. si præses. & C. de accu. l. si accusatoribus. remittit ad not. per eū post Inno. de re iudi. c. i. & c. cum inter. super uers. post quam in rem. & ad not. per glo. de re iudi. c. cum Bertoldus. in glo. sed qualiter. & ad Spe. ubi supra & ti. de testi. in inte. §. uidendum. uersi. & nota. in ti. de arbi. §. si. uersi. licet. & per Dy. in regula. quod semel. de reg. iur. li. vi. In prima obiectione. Vnus tamen de dominis uolebat dicere quod ex quo prædictus auditor qui pronuntiauit super nullitate sententiæ remanserat ad huc iudex in negocio principali & poterat cognoscere de iustitia & iniustitia primæ sententiæ. quia prout ponebatur in facto dicto domino auditori fuit commissum totum uidelicet causa appellationis negocii principalis nullitatis & iniquitatis sententiæ pronunciando super nullitate nō esset functus officio suo Et ideo si male iudicauit poterat iterato procedere & bonam sententiam ferre. quod dicebant domini uerum si eius pronunciatio esset interlocutoria. sed quia uim diffinitiuæ habet ut not. Inno. in. c. auditis. de procu. expedito illo articulo diffinitiuæ pronunciando siue male, siue bene functus est officio suo per iura superius alleg. Fatebantur tamen quod remanserat iudex quo ad alia. & licet secūdum opinionem Spe. ti. de audi. Io. an. & in cle. auditis. de rescript auditores sacri palatii sunt ordinarii in cognoscendo tamen habent delegatam in pronunciādo & diffiniendo. & ideo eorum diffinitiuas sententias non possunt reuocare nec emendare per iura supra alleg. & not. Innoc. in. c. cum Bertoldus de re iudi. ubi uidetur innuere quod in causa beneficiali quilibet iudex siue delegatus siue ordinarius potest sententiam nullam reuocare & aliam ferre. Ratio potest esse quia sicut in matrimonio carnali sententia non trāsit in rem iudicatam quin docto de errore possit reuocari. ut in. c. lator. c. tenor. c. cōsanguinei. de re iudi. ita & in matrimonio spirituali cum de uno arguatur ad aliud. de transla. c. inter corporalia. & hoc uerum secundum Innoc. quando ex sententia patenter deprehenditur iniquitas ut in. c. cum Bertoldus. tunc enim quandocunque potest error uel iniquitas deprehendi & colligi ex actis retractabitur sententia ac si error fuisset in sententia expressus. ut not. Pau. de re iudic. c. pastoralis. in clem. & de senten. excomm. c. romana. in fine. per Archi. lib. vi.

* Similem sententiam. Ad de pe. de su za. i. l. si ut proponis. la. i. C. quomodo & quando iudex & l. iiij. C. de accusa. & fin. l. ab sentē ff. eo. ti. & in. l. si pses. C. quomodo & quādo iudex. et Bart. in eos. eo. titu.

Decisio XVII. alias 352.

Summarium.

Sententia diffinitiua uel habens uim diffinitiuæ lata contra citatum ad audiendum uoluntatem domini auditoris non ualet.

Retento eodem themate idem auditor cui omnia prædicta fuerunt commissa causa appellationis negocii principalis nullitatis & iniquitatis fecit citari partem ream ad audiendam uoluntatem suam in causa seu causis quæ inter ipsum & suum aduersarium uertebantur coram ipso ad certum terminum peremptorium. in quo quidem termino pronunciauit super nullitate sententiæ p primū dominū auditorē latæ. Dubitabant an huiusmodi pronūciatio ex hoc solo capite esset nulla.

Et respon

¶Quod sic. Et an sententia lata cōtra non citatū sit nulla Adde do. Fely.in ca. eccle sia sanctæ Mariæ de constit. uersi. Tertio limita. Adde Bar.i. l.ii. §. ꝙ de frumētaria ff.de admi.re. rū ad ciuit. ptinentiū ubi dicit ꝙ ualet si nullius ꝑ ticō peteret.

Et respondebatur per omnes ꝙ sic. * Tum quia incerta & uaga & nimis generalis fuit hæc citatio quæ non ualet ar.ff.de uer.obli.l.qui insulam. de rescrip.c.fi. & ibi per Ber.sup.uer indeterminate. Tum quia huiusmod pronunciatio habet uim diffinitiuæ . ut supra deductum est & probatum quæ non est ferenda nisi pars peremptorie ad ipsam audiendam expresse citetur per.l.ad peremptoriæ &.l.fi.ff.de iudi.& per not per Inno.in.c.ad petitionem de accu.& per Io.an.in cle.sæpe.de uer.sig.super uer.nō perempt qui alleg Inno. ubi supra & remit ad not. per Io.in canon.de i.licita.xxiiij.quæst.iii. de of.dele.c. consuluit & ad Guil.in Spe.ti.de cita.§.uiso uer.quid si lata not.etiam Guil.de mon.lau.ti.de do.& contu.c.i. super.promulget.in cle.pro qua conclusione faciunt etiam scripta per me superius in conclusione.x.eo ti.

Decisio. XVIII. alias. 405.

Summarium.

Spoliatus petitorium & possessorium intentans & demum suspenso petitorio obtinens in possessorio recuperatis fructibus & expensis & succumbens in petitorio condenatur in fructibus & expensis a tempore petitorii primo inchoati Fructus beneficii mala fide possessi ueniunt restituendi.

SI quis in causa beneficiali intentando primo petitorium & possessorium post iuramentum calūniæ præstitum suspendat petitorium & procedendo in solo possessorio & pro se tres sententias diffinitiuas obtinuit cum condemnatione fructuum & expensarum quibus & etiam possessione restitutis ipse postea in petitorio succumbat. Fuit per me qui causam habui dubitatum & propositum a quo tempore deberet fieri pro nunc condemnatio seu pronuntiatio condemnationis fructuum. utrum uidelicet a tempore motæ litis in petitorio per spoliatum primo uel postea per spoliantem & in petitorio obtinentem. uolebāt aliqui dicere maxime legistæ ꝙ ex quo tempore lit.contest.quæ exæquat omnes possessores.& facit possessores malæ fidei deberet fieri condemnatio fructuum a tempore motæ litis de nouo super proprietate siue petitorio.præsertim cum nunc succumbens in petit. primo conueniat & nunc conuenitur.maior pars & quasi omnes dicebant contrarium Nam fructus sequuntur rē. cum igitur nunc adiudicatur huic agenti petitorio res petita.puta beneficium.ergo habet rem cum fructibus a tēpore motæ litis super suū aduersarium primo factæ.quæ constituit ipsum in mora & malæ fidei possessorem. Imputet enim sibi nunc succumbens in petitorio ꝙ primo in tentauit illud.prout not.glo.expresse in.c. significauerūt de testib.super.uer.recursum.Idem uoluit & not glo. in. c.cum super.&.c.pastoralis de cau.pos.& propri.ubi dicit expresse glo.ꝙ succumbens in petitorio tenetur restituere fructus ab ipso perceptos ratione condemnationis factæ in possessorio.quia eos ex quo nullum titulum in beneficio habuit.male percepit & salua.conscientia retinere non potuit Idcirco ad restitutionem absque etiam qua cunque condemnatione tenetur eorundem.quod crederem uerum si ab initio etiam ante litis ingressum sciuit se nullum ius in beneficio habere.& sic fuit semper malæ fidei possessor qui non facit fructus suos.prout notabiliter deducit Inno in.c.ex literis.de resti.spo.& in.c. consultationibus.de iurepa.Si uero ante litis ingressum ignorauit suum titulum fore uiciosum.immo credebat probabiliter se bonum ius habere.licet postea declaretur contrarium. tunc crederem distinctionem glo procedere quod teneatur tantum restituere extantes fructus ante litis contest. & post & non consumptos. post litem uero contestatam uniuersos.ut C.de rei.uendi.l.certum. quæ glo.est in.c. grauis.de resti.spol.& plenius per Spe.ti.de fruct. & interesse.§.i.uer.ut antescripta.ibi uide de hac materia.Ego uero de consilio dominorum meorum coauditorum omnium qui in hoc concorditer asserunt in prædicto casu condemnaui uictum in fructibus a tempore motæ litis in petitorio.citra perceptis non exprimendo per quem mota fuerat.sed hoc secundum eosdem dominos meos ueniebat in executione sententiæ meæ.

Decisio. XIX. alias. 490.

Summarium.

Sententia diffinitiua proferri debet in scriptis quæ probari potest per testes.

FVit dubitatum utrum diffinitiua sententia lata cōtra aliquem posset probari per testes * & uidebatur ꝙ non.quia debet ferri in scriptis alias nō ualet.de re iudi.c.fi.li.vi.præterea de processu causæ debet constare per legitima documenta alias non præsumitur pro ipso ut in c.quoniam contra.de proba.multo fortius de sententia quæ est cōclusio siue finis causæ.de uer. sig. forus.facit.c.cum iure.cum ibi no.per Inno. de offi del. fuit conclusum & determinatum contrarium per omnes & alleg.tex.& doct.ꝙ sententia diffinitiua posset probari per testes uidelicet.c.albericus.de test.in.&.c.sicut nobis.de re iud.præsertim si all.amissio instrumenti sententiæ.per.c.cum olim essemus de præuil.sed tunc oporteret probare duo.amissionē & tenorem sententiæ qui difficulter meo iudicio probare poterit ut ibi.Seruetur igitur cautela Inno.Si est in causa appellationis quam ponit in c.g.perpetuus.de fi.instru.Ad arg.in contrarium respondebatur quod non omnia in quibus debet interuenire scriptura : per scripturam necessario sunt probanda. ut not.Compost.in.c.i.de elec.li.vi. qui ponit exemplū de appellatione quæ debet fieri in scriptis.ut.c.cordi.de appel.li.vi.tamen de ipsa poterit fieri fides per unum testē. quam opinionem uidetur Pau.reprobare in clem. constitutionem.super uer.fiat fides.de elec.& allc.pro se prædictum.c.cum olim essemus.quod intellige ut supra dixi. regulariter enim iudiciis instrumentis & testibus probari potest.de fide instru.c.cum Ioannes. fit tamen probatio leuius & securius per scripturam maxime in facto antiquo.ff.de pigno.l.contrahitur.ff.de probat.l. celsus. de præscrip.c.ad audientiam.de proba.c.cum causam.Pro quo dicto ultimo faciunt ea quæ le.& not.in.c.iii.loco. de proba.

* ¶ Probari ꝑ testes An sñia posit probari ꝑ testes.& qualiter uidepbar. in.l.gest.C. de re iudi.in pen. col. in uersic. qualiter debeant per abba. in.c.sicut de re iud. in. i. colū. uer.in c.itē nota. Adde Fely. in. c. sicut. de iud. in uersic. octaua & ultimadeclaratio.

Decisio. XX. alias 410.

Summarium.

Probationes & iura in una instantia factæ perpetuo faciunt fidem inter easdem personas:non tamen diuersas: licet super eadem re & causa:nisi tertius pro suo interesse ante finem litis ueniat aut a sententia appellet.

SI post diffinitiuam sententiam latam per A.cōtra B.quæ in rem transiuit iudicatā quidā C.obtinuit causam de nouo cōmitti contra.A.habētē sententiam pro se ut præfertur.fuit dibitatū utrū instrumēta & iura per prædictum. A.contra.B.in alia instantia producta & registratata & nunc de nouo repetita contra. C.in hac instantia facerent fidē.Et uidetur ꝙ sic postꝗ̄ semel producta sunt in iudicio & redacta in actis sunt publica & authentica documenta quæ fidē faciunt perpetuā. ut in.c.quoniā contra de ꝑba.de elec.c.dudū.§ gesta.de re iudi.c cū inter.iuxta finē.quod uerū est inter easdem personas uel habentes causam ab eisdem & quando ad id agitur.de re iudi.c.quamuis.& ibi per Inn.melius per ipsum.de testi.c.causam quæ.in cle. sæpe.de uerbo. signi. per Io.an.alias secus.pe testi.ueniens quia res inter alios acta &c.nisi in casibus.notatis in dicto c. quamuis. quorū nostra non interest &c.Si uero dictus C.pro suo interesse a dicta sententia lata pro A & contra. B.infra debitū tempus appellasset & de suo interesse docuisset sicque executionem impediuisset iuxta ea quæ leg.& not.in.c. * cum super.de re iudica. tunc cum prædicta lis effectualiter finita non esset.aliter uidetur fore dicendum: uidelicet quod tunc omnia acta illius iudicii habita inter. A.&.B forte fidem facerent in hoc iudicio nunc inchoato inter. A.&.C.quia primum effectualiter nondū erat finitum quia sententia huiusmodi erat appellatione suspensa & sic acta causæ adhuc durant & fidem faciunt inter omnes uenientes ad causam quorum interest. de testi.c.ueniens. & in.c. cum super.sed ex quo prædi

* Add. Fely. ind.c.cū super qui in hac materia multa ꝑclara scribit.

cta sententia lata pro. A. contra. B. ut supponebatur in facto in rem transiuit iudicatam. & sic lis effectualiter erat terminata & de nouo per dictum. C. inchoata: fuit conclusum per omnes dominos acta primi iudicij huic. C. non obstare nisi causam suam sciuisset agi & se non opposuisset quod sibi tunc non opponebatur nec probabatur. tunc enim prædicta acta sibi bene præiudicassent prout not. per Inno. in. d. c. causam quæ. in fi. ac etiam in d. c. quamuis.

Decisio. XXI. alias. 427.

Summarium.

Sententia super desertione appellationis a diffinitiua uel peremptoria exceptione habet uim diffinitiuæ. quia nihil restat ad agendum sed cognitum executioni mandandum. super desertione uero appellationis a grauamine est interlocutoria quæ quo ad iudicem nunquam trãsit in rem iudicatam.

FVit dubitatũ utrum interlocutoria lata super desertione appellationis interpositæ a grauamine illato in aliqua causa haberet uim diffinitiuæ sententiæ. & fuit conclusum per omnes ꝙ non. nam licet id sit uerum in interlocutoria lata super desertione appellationis interpositæ a diffinitiua & in qualibet alia sententia lata super exceptione peremptoria habentem uim diffinitiuæ. prout le. & not. in clem. cum a repulsione. de appel. & in clem. unica. de sequestra. tamen id non procedit in prædicta interlocutoria super desertione appellationis interpositæ a grauamine ante sententiam illato prolata. Ratio diuersitatis est. quia post prædictas interlocutorias super exceptione perẽptoria uel præiudicialibus quæstionibus prolatas nil restat ad cognoscendum sed cognitum executioni demandandum. at in casu nostro superius posito adhuc restat cognitio causæ principalis. ergo nil uidetur actum dum aliquid restat ad agendum. vii. quæst. i. nihil de resti. spo. c. pisanis. cum si. Præterea prædicte interlocutoriæ super peremptoriis exceptionibus latæ habet certas suas executiões & effectus magnos ut in. c. i. & c. tuam. de ordi. cogni. quod non habent aliæ interlocutoriæ quæ nunquam quo ad iudicem in rem trãseunt iudicatam sicut aliæ. de ap. c. cum cessante. & c. si a iudice li. vi. ergo merito potest dici & notari diuersitas in istis & in aliis. & sic fuit obtentum.

Decisio. XXII. alias. 425.

Summarium.

Ipso iure est nulla sententia contra non legitime citatum lata quod intellige ut infra dicitur.

SEd pone ꝙ processum sit per audientiam & pronunciatum contra absentem appellationem suam fuisse desertam & absentem appellantem & appellationem deserentem condemnatum in expen. factis in causa desertionis per appellatum: fuit dubitatum utrum processus & sententia tenerent si ab ea non esset appellatum uel esser nulla * ipso iure pro nullitate sententiæ uidentur facere omnia iura infra in deci. 59. de appel inducta. uidelicet canõ nos in quenquam. ii. quæst. i. & c. ecclesia Sanctæ Mariæ de consti. &c. expresse not. hoc in sum. ii. quæst. vi. pro ualiditate sententiæ inducebantur quæ not. immo in. c. auditis de procura. ubi dicit ualere & tenere interlocutoriã latam parte non uocata licet sit iniusta si ab ea non fuerit appellatum. at in casu nostro sententia super desertione lata est interlocutoria. ut in. c. sua de appel. de elec. c. cum dilectus. not. per Io. mo de elect. c. cupientes. ergo. ꝑ quam notã intelligo de interlocutoria uim diffinitiuæ non habente & super aliquo incidẽti in causa ante diffinitiuam prolatam. sed ubi interlocutoria habet uim diffinitiuæ quia ꝑ eã diffinitur articulus de quo principaliter actũ est ut in casu nostro: tũc crederẽ notã Inno nõ ꝓcedere sed potius no Io. superius allegatã & iura ꝓ nullitate sñiæ inducta locũ sibi uẽdicare ¶ Sed supposito ꝙ ualeret sententia lata sup desertione:

† alij habent hãc deci. ꝑ §. decisionis ifra de appel. 59. Add. snia dr̃ nulla ipso iure si tria concurrãt. s. dolus aduersarij corrũpẽs. Itẽ ꝙ aduocatus corruptus fecerit falsas allegatiões Itẽ ꝙ sñia fuerit lata contra absentẽ. bart. in. l. j. §. ij. opp. C. de aduo. diuerso iudi.

nunquid teneret sententia condẽnationis expẽsarũ. Videtur ꝙ sic. quia uictus uictori & c. de do. & cõtu. c. finẽ cũ ibi not. Præterea cũ appellãdo uidebatur eũ trahere & uexare & ideo in expen. factis occasione huiusmodi temere uexationis potuit & debuit cõdẽnari. ꝓut uidetur tex. clarus in. c. interposita. §. ille deniq; . de appel. quem tex. intelligo de expen. factis per appellatũ ratione ꝓsecutionis appellationis interpositæ per suum aduersarium quia forte misit ad curiã procuratorẽ & ad prosequendũ desertionẽ istius appellationis cui appellationi aduersarius renunciauit & se ad iudicem a quo appellauit remitti petiit quod sibi licuit dũ tamen ante præsentationẽ appellatiõis supiori factã seu uerius cõmissionẽ sup appellatione impetratã ut ibi. Sed in casu nostro appellatus nullas expensas fecit occasione appellationis: sed duntaxat desertionis quã licuit appellanti deserere illiq; renunciare tacite & expresse re integra appellato inuito etiam cõtradicente ut in dicto §. & c. cum sit. eo. ti. et. c. q̃uis. de electi. li. vj ergo res quæ culpa caret in damnũ uenire nõ conuenit. de consti. c. cognoscentes. ex iuris enim permissione nemo debet ledi nec damnũ pati. de electi. c. cũ ecclesia Vulterana. & in clem. una. de re. permut. cum similibus. & sic fuit obtentum & pronũciatum totum processum super desertione principaliter habitum & factum contra absentem nullum.

Decisio. XXIII. alias. 365.

Summarium.

Iudex appellationis potest addere & minuere sententiæ cõtinenti plures articulos in fauorem appellati tũc melius probantis.

IVdex ad quem ad instantiam appellati supplere põt sentẽtiã iudicis a quo quia põt oĩa quæ potuit & debuit primus. Si a diffinitiua sententia continente diuersa capitula per unam partem contra quam lata est appelletur & non ꝑ aliam: fuit dubitatum utrũ auditor datus in causa appellationis possit ad instantiam partis appellatæ pronuntiare sup omissis in dicta sententia & illam supplere in parte ibiq; addere? Et uidebatur aliquibus ꝙ non. quia ꝑs appellata non appellando a sententia uidetur acquieuisse sententiæ & eam ex toto tacite approbasse. ergo nil noui modo potest potere nisi simpliciter confirmationẽ illius. de re. iudi. c. ꝙ ad consultationem. de testi. c. significauerunt. de appel c. concertationi. li. vj. & pro hoc uidetur tex. de testa. c. Raynuncius & c. Raynaldus. in quibus per utramq; partẽ fuit appellatum ex ideo iudex causæ appellationis ibi suppleuit addidit & subtraxit primæ sentẽtiæ: quod alias nõ potuisset ut uidetur. quia iudici non licet supplere de facto sed de iure. ut. C. quæ desunt ad uoca. per totum. facit optime. l. eos. C. de appel. & de off. de leg. c. cum contingat. & not. in. c. ut debitus de appel. quia iudex appellationis dũtaxat potest & debet pronuntiare sententiam iustam uel iniustam & nil aliud: fuit per oẽs dños determinatum contrarium. nam exquo per unam partem fuit appellatum a tota sententia quæ appellatio ipsius effectũ suspẽdit. ff. ad turpil. l. i. & de iureiur. c. uenientes & sicut petitur per appellantem totalitet infirmari ita pars aduersa potest eam petere confirmari & suppleri omissa quæ forte in prima instãtia non fuerant adeo plene probata sicut in secunda. ergo. quia primo iudici non plene constitit de facto sicut secũdo. Iccirco super articulo omisso iudex appellationis poterat pronunciare de fide instru. c. cum Ioannes. C. de tempo. appel. l. per hanc. Præterea si iudex potest eam in partẽ infirmare ita & illi addere & supplere ut in dictis. c. Raynuncius & c. Raynaldus. Itẽ iudex appellationis succedit iudici primo ita ꝙ omnia que primus iudex facere potuit & debuit & ipse potest & debet. ar. iuriũ predictorum cum Io. Raynũcius. & Raynaldus. cum igitur primus iudex debebat super articulo omisso pronũciasse & nõ pronũtiauit. ergo iudex appellationis faciet id supplẽdo negligẽtiam primi. Præterea: sæpe cõsequitur quis ex persona alterius quod ex persona sua consequi non potuit ut in. l. petendæ. C. de resti. tu in integ. de conces. præbend. capitu. auctoritate Martini papæ li. vj. ex appella-

tione

tione igitur partis aduersæ pars appellata hoc consequit quod alias non posset. quam quidem appellationem ita bene potest prosequi sicut appellans seruatur c. oblatæ. &.c.ex.insinuatur.de appella.de confirma.uti uel inuti. c.bonæ Præterea, ubi constat iudici ex dictis testium uel instrumentis productis coram eo de aliquo facto, ibi tunc potest supplere de facto. quia notum est sibi ut iudici secundum Innoc.in.c.j.de postu.præ.super.uer.requisitus.& alleg.c.j.de cor.vi.&.l ulti.ff de ap.&insti.de acti.§.sancimus.ff.de edil.edic.l.bonæ.§.alij.at in casu nostro constitit & constare poterit ex actis & actitatis causæ tam primo quam secundo iudici fore pronuntiandū super articulo omisso ergo super illo debet proununtiare de testi.spo.c.cum ad sedem.de re iudi.ca.cum Bertol. Non ob.rationes in contrarium alle.uidelicet quod pars appellata non appellando a sententia uidetur illi sententiæ acquieuisse. Verū est si pars aduersa acquieuisset & eius effectum nō suspendisset.sed quia appellauit ex eius appellatione pars appellata consequitur hoc priui legiū ut supra deductum est. Nec ob.c.Raynuncius. & Raynaldus.ubi dicitur de hoc quod iudex appellationis posset addere & supplere sententiam primi iudicis. quia requiritur quod sit appellatum a sententia per utraq; partē quia sic contingebat ibi de facto ut.in.c.si duobus.de appella.licet necessarium non fuisset secundum omnes dominos.ad id quod iudex non potest supplere de facto responsum est,nisi factum ei notum sit ut iudici & quia ita fuit in casu nostro.ergo &c. Sicq; ego q habui cām huius modi appellationis de consilio omnium dominorum suppleui sententiam primi domini mei auditoris in duobus articulis omisis per eum & probatis clare coram eo.

Decisio. XXIIII. alias.478.

Summarium.

An & quando sententia lata inter duos litigantes præiudicet tertio posidenti.

Si tpre litis agitatæ inter.P.et.M A.possedisset beneficiū de quo.P.cōtra.M.latæ snīæ cōtra.M.an ipsi.A.in possessione ꝑiudiciū attulissent & afferre diceretur.& dicebat dn̄s Robertus ꝙ ita fuerat obtentū præsente.R.p,d,p,tituli sancti Eustachij Cardinalis in consilijs bonæ memoriæ cardinalis Guilhelmi dudum habitus.& quod Pau.hoc tenet in cle.j.de pœnis qui all. c.quia.V.de iudi.&.c.significauit.ꝑ quorū iurium allegationem dicit in.c.si clericus.de præben.li.vj.cum sua glo.quæ dicit talem allega.puto quod in casu illorum cōsiliorum possessor tertius reo condemnato possessionem habuerat.quia illa iura tunc bene faciunt alias non alle. c.ij.c.si clericus.prædictū cum sua glo.quæ dicit quod illi impetranti personæ præiudicatur.quia cum de suo ꝑiudicio ageretur sciens se opponere neglexit.alleg.simile in.c.quamuis.de re iudi.maxime quia illa oppositio consistebat in agendo,quæ grauior uidetur quam illa in defendendo quæ minus grauis secundum eum uidetur.pro hoc alle.tres glo. Prima est in.c.cum super.in glo.magna quasi in medio columnæ secundæ istius glos.ibi uidetur & si res aliqua ubi dic sicut dicitur in.l.sæpe.ꝙ agitatū iudicium cum liberto præiudicat patrono scienti.ita idē uidetur quod si res aliqua uendicetur ab aliquo qui eam non posidet sed tenet ego possessor debeo offerre me ad defensionem eius & nisi me offeram,fit mihi præiudiciū quo ad possessionem.ut.ff.depos l.bona fides.§.qualiter licet secus si ille reus posidebat. quia tunc non mitteret ad defensionem, nec sibi fieret præiudicium.ut.l.modo concess.§.fi.autem.&.§.si uero.Secundo alle.pro hoc aliam glo.eiusdē in dicta glo.magna post princi.tertiæ columnæ eiusdem glo.magnæ.uer.per istam autem decre. in princi.& ibi ex quo certus.Tertio alleg.aliam glo.Innocen.de re iudi.c.quamuis.in glo j.ubi uidetur id quod dicit textus quod sententia lata inter aliquos tertio non ꝑiudicat.est intelligendum quo ad actionem uel exceptionem patiendi Nam secus quo ad possessionē sed ista gl. non habet hunc intellectum qui sibi imponitur. quia intelligitur de iudicio mutatæ possessionis de persona rei cōdemnatæ in alium grauiorem patet quia hæc alle.Inno.in eadē gl.ꝓbo candē cōclusionem rōne.quia in casu c.cum super non sit præiudicium quo ad proprietatem ut ibi patet in fi.&ita nō est de casibus comprehensis sub.ca. quamuis.& tamen ibi præiudicatur quo ad possessionē igitur illa res iudicata inter alios non præiudicat.nec obstat quo ad proprietatem,dummodo ad eum& nō ad reū condemnatum possessio pertineat in possessione præiudicatur si sciuit causam agi & non defendit nec appellauit Secundo hoc probo sic quia si specialiter hoc diceret in casu.c.cum super.aut hoc diceret pro eo quod ad episcopum priori loco & ad monasterium secundo loco illius causæ defensio pertineret.aut pro eo quod episcopus a monasterio causam habuisset. Sed neutrum dici potest. quia sic præiudicaretur in proprietate.ut.c.quamuis.&.l. sæpe alle.& quia episcopus potuisset prohibere monasterio se defendere & hoc non eadem ratione qua supra per dictam.l.sæpe.aut ut dicit Bar.in dicta.l.sæpe.quia uidetur episcopus dedisse facultatem agendi ipsi monasterio & non hoc eadem ratione,quia in illo casu tenet idē bar. quo ad proprietatem præiudicium generari.& sic intelligit opi.Bar.quam non putat improbatam esse & etiā non uidetur ꝙ aliquis de dictis quatuor casibus ī dicto c cū super.ualeat proprie applicari.quia si sic,tum decisi essent contra.c.quamuis uel contra.l.sæpe.quod non est credēdum.aut tu poneres rationem specialitatis quam ponit Inno.in.c.quamuis.de re iudi.in princ.secundæ columnæ magnæ gl.in uer.ar.eius quod dictum est ibi ad hæc est ratio.quia sicut episcopus posset agere cōtra.A.si posideret &c.quod non esset ei ius exercere ibi iura episcopalia, multo fortius qn̄ ea petebat debebat excipere. & certe tunc hoc idē hoc casu.qa si P.possedisset ab initio de quo agitur contra.A.contra eum agere potuisset.&sic per consequens eo agente potuisset uenire ad causam & excipere ne fieret sibi præiudiciū in possessorio.prout hoc satis ponit Inno.in dicto.c.cum super.igitur cū ratio specialitatis no apparet in hoc casu idem est maxime si ratio Inn.posita in dicto.c.cū sup.in dicto.uer.ꝑ istā aūt decret.ibi exquo.n.quia ex quo iura uolunt quod contra cū rōne solius detentionis detur actio ut.l.effectū.ff.de rei uen.quod etiam fiat executione iudicium fiat delusoriū sit bona & per consequens generalis.idem uidetur in proposito si aduersarius dixit se posidere cum re uera non posideret.quia quo ad litem pro possessore habetur maxime cum per partem & iudicium pro tali reputatur.ut. ff.de rei uen.l.is qui se obtulit.allegatur pro parte ista dictum Arc.in.c.unico.de eo qui mit.in poss.lib.vj. & opi. Guil.de monte lau.qui idem dicitur tenuisse in cle.ut calumniijs.de re iud. In contrarium facit generalita.s§.fi.l. sæpe alle.ubi dicitur ualde generaliter quod si fundum a te Titius petierit:quē ego non ex persona Titij ad me ꝑtinere dico:quamuis contra Titium me sciente iudicatū sit tamen præiudicium patior.quia neque ex eo iure quo Titius uictus est uēdico,neq; potui interdicere Titio quo minus iure suo utatur hoc dicitur.si ergo nullum præiudicium isti etiam quo ad possessionem inducitur regula generaliter negatiua & quo ad possessionem ut uidetur res inter alios acta alijs non præiudicat quæ non reperitur uitiata hoc casu tu cogitabis.Caue quia iudiciū sisti loquitur & dicit probabiliter solui posse.ad.c.cum super.quia loquitur in casu quo agitur contra personas quæ uendicantur & de quarum possessione agitur ita quod duo faciunt pro actore.& quia de iure Titij agitur in casu nostro ergo sunt domini multum contrarij domino Valhardo &c.Et uide ad hoc decisionē supra de proba.de.14.

Decisio. XXV. alias.479.

Summarium.

Executio sententiæ contra illum contra quem est lata fit absque causæ cognitione sed non contra tertium cum quo nouū iuditium inchoabitur nisi consensisset ꝓcessui.

Si sententia fuit lata pro.P.& contra.M.& executor uelit eam exequi contra A.qui possessioni incumbit &.A.dicat eam de iure non exequendam quia nesciuit causam agi.&.P.dicat contrarium maxime uirtute quarundam commissionum papalium executori specialiter deputatarum alias directarum super quibus oporteat

causæ cognitionem habere, talis articulus nō potest sine
speciali mandato expediri durantibus ferijs. pro eo quia
causæ cognitionem plenam requirit cum in hoc casu de
pleno præiudicio in possessorio: contra illum contra quē
forte nullo iure sententia debet exequi modo super intru
sione possessionis requiritur plena causæ cognitio. ff. si p
uim uel alio modo. l. fi. & de præben. c. licet el. ij. & ita nō
obstat c. si super. de re iudic. per ea quæ ibi no. nec obstat
quod communiter dicitur idē iur. & fortius quo ad hoc
de executione sententiæ sicut de sentētia cum ex ea ma
gis debeat habere rem paratā quam sententiam. ut. l. mi-
nor. xxv. annis cui fideicommissum. ff. de mino. quia dico
quod uerum est in casu in quo debet fieri executio con-
tra illum contra quem sententia est lata & contra quem
de iure declararetur & per sententiam declaratio facta est
Sed ubi agitur de executione contra alium fienda, tunc
est quasi una noua inchoatio litis, propter personæ muta
tionem. ff. de exe. re. iu. l. cum quæritur. & requiritur alia
causæ cognitio quam primo. sed si partes expresse uel ta-
cite uidelicet non contradicentes in hoc consentirent p-
cessus in hoc ualidarentur prout omnes tenent per. l. j. ff.
de fer. cum ibi no. & per not. in. c. fi. de fer. & in cle. sæpe
de uerbo. signifi.

DE APPELLATIONIBVS.

Summarium.

Attentata appellatione pendente post ipsius desertio-
nem si de ea notorie constat ex actis uel aliunde, dum ta
men legitime, reuocari non debent.

Epitome.

1 Attentata pendente appellatione nō sunt post eius deser
tionem per modum attentati reuocanda.
2 Principali sublato censent̄ & sublata accessoria ad illud.
3 Attentata aepellatione pendente an ante ipsius desertio
nem sint reuocanda.
Exceptio desertionis dicitur præiudicialis in materia at-
tentatorum.
4 Desertio est prius per iudicem cognoscenda quam atten
tata ea pendente.
5 Appellatione deserta fingitur non appellatum.
6 Attentata post appellationem ab interlocutoria ante ta-
men diffinitiuā an ueniāt p modū attentati reuocāda.

Decisio. I. alias. 1.

1 ATTENTATA ap-
pellatione † pendente
a diffinitiua post ipsius
desertionē non ueniunt
per modum attētati re
uocanda. per. l. furti. in
prin. ff. de his quæ not.
infa. & c. licet. de sent.
excom. lib. vj a contra
rio cum ibi no. & no. &
in. c. uenientes de iure-
iuran. factum enim le-
gitime reuocari nō de-
bet. de resti. spo. audita. de re. iur. factum legitime. libr. vj.
2 & xxx. q. j. ad limina. præterea † sublato principali sub-
lata uidentur & omnia principalia quæ possunt accesso
rium sequi ex illo. C. depo. l. iiij. & § de fruc. & lit. expen.
l. terminato de procurato. capit. audit. de appella. c. cum
cessante. cum multis si. cum igitur in casu nostro cesset &
sublatū sit principale uidelicet appellatio. ergo & omnia
ex illo secuta per iura superius allegata. tum etiam quia
res deuenit ad eū statū a quo potuit habere efficax prin-
cipium. tum etiam quia paria sunt, non appellare, uel ap-
pellare & appellationem no prosequi seu appellationi re
nunciare. de ap. c. solicitudinem. & c. cum sit. eo ti. & c.
quamuis. & c. sicut. eo. ti. in cle. ¶ Postea uero in quibus-
3 dam alijs consilijs fuit dubitatum, utrū si constaret † ex
actis de desertione appellationis & de aliquibus ante ip-
sius desertionem attentatis constaret per probationem,
utrum ante pronūciationem iudicis super huiusmodi de
sertione deberent huiusmodi attentata terminari. Et fuit
determinatum & conclusum quod non. si ex actis consta
ret de ipsa desertione per regulam Dolo petit. & per. l. si
is a quo. ff. ut in pos. ea. hodie cōstat. hodie agat̄. de re iu-
di. c. cū olim. de resti. spo. c. literas. Tū etiā quia cōstat ap
pellationē desertā. ergo ipse non est iudex, sed ille qui tu-
lit primam sententiam per dicta iura cum sit &c. Si igitur
super attentatis pronunciaret sua sententia tanquam a
nō iudice suo lata nō teneret C. si a non cōpe. iudi. l. j. de
iud. c. at si clerici ergo. Secus uero si ex actis notorie non
cōstaret de p̄dicta desertione sed pars ipsam allegans uel
let probare. tunc enim propter priuilegium attentatorum
quæ in cursu omnium aliarum causarum sunt reuocan-
da. dixerunt domini quod iudex posset ea reuocare non
4 obstante desertione appellationis † allegata & probanda
sed non probata. ar. c. non solum. de appel. lib. vj. per Io.
mo. Mihi tamen uidebātur quod cum dicta exceptio de
sertionis esset præiudicialis petitioni attentatorum de illa
esset cognoscendum & pronunciandum. de ordi. cogn. c.
intelleximus. & c. tuam. cum ibi no.
5 ¶ Additio prima. Quia appellatione † deserta fingitur
non appellatum. ut no. Ioan. an. in. c. licet. de senten. exc.
lib. vj & ideo sicut factum per iudicem nulla interposita
appellatione non debet ut factum legitime reuocari, ita
& factum post appellationem ipsa deserta quæ pro non
facta habetur.
¶ Alia additio. Dic circa istum articulum quod aliquan
6 do sunt aliqua attentata † ante diffinitiuam, sed post ap
pellationem interpositam ab interlocutoria, & tunc non
reuocantur per modum attentati nisi prius iustificata ap
pellatione ut in. c. non solum. § illa uero de appel. lib. vj.
ubi casus. & in. c. significante. c. Rodulphus. de rescript.
c. significauit de iudi. c. exhibita & de except. c. dilecti &
c. dilectæ & c. significauerunt & de appella. c. dilecto. c.
ex parte & c. significantibus cum similibus. in quibus ha
betur clausula irritans uidelicet, reuocando in irritū &c.
Et est ratio quando reuocantur per modum attentati, q̄a
per appellationem legitimam iudicis a quo erat suspen-
sa iurisdictio. ideo per nō iudicē facta fuerunt, & sic nulla
sunt merito declaranda & tanquam nulliter attentata de
cernenda. Aliquando sunt per iudicem attentata post ap
pellationem a diffinitiua interiecta. & tunc non cognito
de iusticia appellationis nec p̄bata ueritate causæ ipsius,
p̄dicta per modū attentati reuocantur de iureiuran. c. ue
nientes. & de appel. c. non solum. in princi. libr. vj. & est
casus singu. secundum unam lecturam in capitu. ex par-
te Adde. de testi.
¶ Alia additio. Dic de hoc ut not. Bar. in. l. pluribus § &
si placat. ff. de uerb. obli. ubi examinat istud generale,
utrum res uicietur si peruenit ad casum a quo potuit
incipere.

Decisio. II. alias. 7.

Summarium.

Appellans ab uno uel duobus grauaminibus & gene-
raliter ab omnibus quæ colligi possunt ex actis non po-
test prosequi grauamina nisi in appellatione expressa no
minatim.

Epitome.

1 Appellans a grauaminibus quæ ex actis colligi possunt
non potest prosequi nisi illa, quæ in appellatione no-
minati sunt expressa.
2 Causæ grauaminis in appellationibus expressio duplici
de causa censetur inducta.
3 Appellatio certo modo formanda est, informiter enim
appellans non dicitur appellare.
4 Notorietas an semper releuet ab onere agendi uel p̄bādi.
5 Processus quibus modis impugnari possit respectu in-
terlocutoriæ.

1 SI appelletur † ante sententiam a grauimine uno uel
pluribus in appellatione expressatis clausula generali
secuta, & ab omnibus alijs grauaminibus quæ ex actis
siue processibus causæ colligi possunt, fuit dubitatū utrū
huiusmodi appellans posset prosequi grauamina non ex
pressa

pressa uigore clausulæ generalis antedictæ. Videbatur ali
quibus quod sic.per.c.qui ad agendum.de procura.libr.
vi.& dominus Viuarien.Cardi olim auditor sacri palatij
dixit hoc olim fuisse de stilo.quia omnia acta sunt publi/
ca & quicquid continetur in eis.de proba.ca.quoniam.&
not.Innocen in.c.cum in iure.de off.deleg.ergo tanquã
notoria & publica & se exhibentia non sunt alias expri/
menda.ut lit.non contest.c.accedens.de accu.c.euiden
tia.cũ similibus.& in hanc partẽ uidetur declinare Pau.
in dicta clemen.Contrarium uero fuit per omnes domi/
nos determinatum & decisum,prædictum appellantẽ au
diri non debere nisi super expres.ut sit litium finis& ne ua
getur in incertum.de dol.& contu.c.finem.cum si.&hoc
uult.c.cordi.de appel.li.vj.iuncta cle.appellanti.e.ti.Et
hoc dixit etiam quidam dominus Guil Galteri se uidisse
seruari de tẽpore Io.Robumelli.Dominus uero Egidius
Bella.distinguebat.&placuit aliquibus dominis ipsius di
stinctio,quia aut appellatur a certo & specialiter nomina
to grauamine.& pro causa grauaminis iustificanda alle/
gatur generaliter id quod colligitur ex actis nil speciali/
ter exprimendo,& tunc posset habere locum opinio do/
mini Pauli & stilus antiquus.quia satis certum est,cuius
certitudo ex actis colligitur quæ sunt publica ut supra di
ctum est.ff.de re iudi.l.in sua.C.de sent.quæ sine certa
quan.profer.l.iij.de testi.spo.cum ad sedẽ.de restit.in in/
teg.tum ex literis,aut appellatur genēneraliter nullo gra
uamine expresso specialiter.ut si appelletur ab omnibus
& singulis grauaminibus quæ possunt colligi ex actis.&
tunc non ualet appellatio propter nimiam ipsius genera/
litatem & incertitudinem quæ reprobatur a iure.de rescri
ptis.c.ad aures &.c.fi.& de li.ob.c.j.&.ij.& de appella.
c.ij.&.c.consuluit.si.n.relatio ad acta sufficeret,fatuus
esset qui aliquod grauamen exprimeret immo nunquam
cancellaria rescriptum super tali appellatione daret.quæ
etiam licet multa grauamina sint in appellatione expres
sa nominatim,nunquam dat rescriptum appellationis ni
si super uno grauamine quod appellans duxerit ex omni
bus eligendum per eum expressum prout no.per Ion.an.
2 de appel.c.cum causam.Præterea † expressio causæ gra
uaminis est inducta duplici de causa.Primo ut defera/
tur honor iudicibus.de appel.c.ut debitus.ut iudex pos/
sit cognoscere si & in quo grauauit & quales apostolos
dare debet,ut in.c.cordi.e.ti.li vj.Secũdo ut pars nõ pos
sit amplius uariare,sed generaliter in appellatione se refe
rendo solum ad acta non satisfit alicui prædictarum ra/
tionum ergo &c.& idem putauit dominus Egid.si a cer/
to & expresso grauamine,& cum hoc ex alijs quæ ex a/
ctis colligi possunt appellatur quo ad non expressa.quæ
tamen ex actis colligi possunt,quia quo ad illa censetur
idem ac si ex illis solum fuisset appellatum.ar.ff.de uer.
obli.l.scire debemus.de spon.ca.ex literis,nec ob.prædi/
cta decre.qui ad agendum alleg.pro cõtrario quia ibi nõ
agitur de præiudicio procuratoris constituti cuius uolun
tas ibi solum requiritur.eo ti.licet & ideo cum constet de
eius uoluntate ad uagam generalitatem quæ sibi præiu/
dicat non reccurratur,hic uero agitur nedum de præiudi
cio suo sed etiam partis iuris & iudicis.quibus posset illu
di per huiusmodi incertam uagam generalem & obscu/
3 ram appellationem,& ne huiusmodi illusio † & uariatio
fiat,certus modus statuitur appellãdi.qui si non seruetur
ut in.c.cordi.iuncta cle.quamuis de ap.reputabitur non
appellans.

¶ Sed ex hoc insurrexit aliud dubium uidelicet si appel
latur ab interlocutoria alicuius iudicis simpliciter nulla
causa iniquitatis nullitatis uel iniusticiæ expressa,nunqd
ualeret talis appellatio?Secundum dominum Egid.uide
tur quod sic.qui dixit se hoc audiuisse a quodam magno
uiro non obstante clem.appellati.quæ intelligitur secun/
dum eum in casu quo aliqua causa grauaminis fuit ex/
pressa,& alias non.Sed hanc opinionem non putat idẽ
dominus Egi.fore ueram quia secundum eum considera
tis rationibus prædictis quæ mouerunt ad condendũ.cle.
appellati magis fauendum est appellãti qui in aliquo ap
pellatum & iudicem certificat,nullum tamen exprimẽs
in nullo certificat ergo &c.Præterea uerba cle.si proprie
recipiantur dicto intellectui repugnant ergo &c.Item si
prædicta opinio procederet nulla diuersitas esset inter
appellationem interponendam a diffinitiua uel ab inter/
locutoria quæ tamẽ est magna.ut.j.c.sæpe & in.c.cordi.
de appel.li.vj.&.ff.eo.ti.l.ij.&.iij.& breuiter ego reputo
textum clarissimum in dicto.c.cordi.post princ.ibi dum
dicit ab interlocutoria uel grauamine &c.

4 ¶ Additio.Hoc non uidetur uerum.quia † licet notorie/
tas excuset ab onere probandi.quia de se dat finem pro/
bationis,non tamen excusat a necessitate formaliter op/
ponendi.quia notorium sui natura non dat hunc finem
expressionis.ut dicit glo.in dicta cle.appellanti.& no.do
cto.in.d.c.accedens.Vel dic subtilius ut infra in fine apo
stillæ sequentis.

¶ Alia additio.Dic circa istam materiam quod aliquan
do iniquitas interlocutoriæ detegitur ex allegationibus
iuris.&tũc nõ requiritur expressio iustitiæ causæ expressæ
in appellatione & ita intelligatur & saluetur opinio In/
nocen.quam ponit & recitat glo.in dicta clem.appellan
ti.in glo.ij.Et ratio est.quia ex tenore sententiæ apparet
iniquitas eius ut no.in clem.pastoralis.de re iudic.aliquã
do iniquitas debet detegi ex allegationibus & probationi
bus facti ita quod quæstio est facti nõ iuris,& tunc est ne
cesse quod causa exprimatur in appellatione ab interlo/
cutoria.ecce primo.& quod exprimatur etiam quare sit
iniusta.ecce secundo.& ita intelligitur glo.ij.in dicta cle.
appellanti.& opinio.d.Pau.ibidem & Lapi qui concor/
dat cum eis.Ex quibus infertur quod ubicunq; ex actis
apparet iniquitas interlocutoriæ quod tunc sufficiat dice
re.appello propter iniquitatem sententiæ quæ euidẽs est
ex actis.Nec obstat quod dicit glo.in dicta cle.appellan/
ti.quod notorietas nõ excusat ab expressione,qa intelligẽ
da est de alio notorio quã de notorio ex actis cõstante uel
ex tenore sententiæ quod est ualde notandum secundum
dominũ Anto.in dicta cle.appellanti.

¶ Alia additio.Ratio quare in appellatione ab interlocu
toria requiritur expressio causæ adde quod no.dominus
Antonius.in capitu.ex parte Adde.de testi.in princ.i sua
repetitione.

5 ¶ Alia additio.Quoniam † illa arctant appellantem ad
expressionem causæ nominatim & expresse,ideo non suf
ficit q in genere uel tacite exprimat & ratio potest esse
ut superius dictum est quia talis interlocutoria non iusti
ficatur nisi per causam in ea expressam,& causa non iusti
ficatur nisi per eadem acta,nam appellare ab intelocuto
ria est appellare a processu quia interlocutoria est de pro
cessu causæ,sed processus non potest impugnari nisi per
causas extrinsecas quæ nõ sunt inclusæ i processu,& hoc
de causis facti,sed causæ iuris sunt liquidæ per aperturã
librorum de quibus non loquitur clem.appellanti ita no.
Inno.in.c.fi.de no.ope.nuncia.ipse tamẽ iudex qui fuit
interlocutus bene potest ex nouis actis suam interlocuto/
riam reuocare.l.j.§.hæc uerba.ff.ne ius si ci.&.l.quod
iussit.ff.de re iudi.c.cum cessante.de appella.& idem in
superiore interloquente qui est aditus per uiam quærelæ
& officij iudicis,non per uiam appellationis.l.arbitrio.ff.
qui satisda.co.quod bene nota.

Decisio. III alias.II.

Summatium.

Auditor datus ĩ causa appellationis interpositæ ĩ par
tibus cum negocio principali statim potest inhibere con
stito de appellatione & quod per eam sit causa ad sedem
apostolicam deuoluta.Secundo auditor cui commissa
est causa appellationis non deuoluentis & negocij princi
palis cum potestate citandi ad partes iudici a quo statim
potest inhibere secundum æquitatem canonicam & stilũ
palatij.Tertio auditor cui commissum est negociũ prin/
cipale de speciali mandato papæ cum potestate citandi
ad partes potest inhibere citatione decreta licet non exe
cuta.Quarto auditor palatij in causis appellationum ab
auditore cameræ uel alijs iudicibus statim parte citata ad
dicendum contra commissionem inhibere potest & cau/
sas nunquam remittit sed penes se retinet.

FVit dubitatum utrum auditor datus in curia cum
negocio principali in causa appellationis inter/
positæ in partibus siue ante sententiã siue post fue
rit appellatum,statim posset inhibere iudici a quo extitit

appellatum.& fuit conclusum per omnes dominos quod sic. dummodo auditori constet appellatum & per appellationem causam ad curiam deuolutam uel si appellationem recipiens tanquam deuoluentem incipiat de ueritate causæ appellationis aut de negocio principali ex certa scientia cognoscere.de appel.c.romana.§.quod si obijciatur.lib.vj.alias non ut in.c.non solũ eo ti.& li.§.illa quoque.ratio est.quia antea super principali negocio iurisdictio non censetur esse fundata cum interim super deuolutione de exceptione quæ habentur in dicto.c.romana.§.si uero uocatur ualeat disputari.super quibus partibus defensio auferenda non est,maxime quia tales commissi. non dant iurisdictionem sine speciali mãdato nisi in causa deuoluta cum super alijs committendis uicecancellarius sine speciali mandato non habet potestatem.quia contra ius esset secundum not.per Io.mo.de reg.iur.in generali.& compost.de elect.c.statuimus.li.vj.

¶Additio.Et differt istud principium a uersi.sed pone.immediate sequẽte.quia hic appellatio erat talis quæ deuoluit negociũ ad curiã.in uer.sequẽti nõ fuit talis appellatio.ideo data fuit auditori citãdi ptẽs hic, sed non ibi.

¶Alia additio.Triplicẽ causæ cognitionẽ iudex appellationis debet præmittere antequam principale negociũ aggrediatur.Prima,an sit appellatũ & an sit talis appel.q̃ deuoluat.puta quia sit interposita infra decem dies.& an in scriptis.Item an ex causa rationabili & si in hoc iudex male fuerit arbitratus.puta q̃a friuola erat causa expressa in appellatione uel econtra, potest ab eo appellari.& hæc est prima cognitio quam facit iudex appellationis.unde consueuerunt appellantes portare instrumẽtum sententiæ a qua appellatum est ut sic appareat appellatum infra decem dies & etiam instrumentum appellationis p̃ quod iudex cognitionem appellationis recipiat.quo facto iudex poterit inhibere inferiori.ut not.in.c.non solum de appella.lib.vj non tamen poterit adhuc de principali cognoscere & tunc assumet causæ cognitionem secundam,hoc est citabit appellatum nisi esset casus in quo esset citatus a iure.ut in.c.sæpe.de appella.& eo citato fit litis contestatio in articulo appellationis.ut in.c.Raynaldus.uer.dilectus.de testa.qua cõtestatione facta recipiat probationes appellantis super ueritate grauaminis uel oblatione probationis uel super delatione & altero ipsorũ probato pronunciabit se iudicem appellationis & remouebit grauamen & si aliquid est innouatum reuocabit illud per modum nullitatis & attẽtati & dicit se debere in principali procedere.Et hæc est secunda cognitio demũ citabit partes ad principale & assumet causam in eo statu in quo erat remoto grauamine.ut not.per glo.in dicto c.sæpe.& hæc est tertia cognitio. Si uero appellans non probaret alterum istorum, tunc iudex ad quem deberet appellantem remittere ad iudicem a quo secundum dispositionem.c. ut debitus.de appella.& c.cordi.codẽ.ti.li.vj.Sed secundum stilum nõ fit remissio immo remanet in curia & ibi terminabitur & decidetur, ut infra in hac decisione notatur.quando dicatur canonica inhibitio,ut post eam factũ reuocetur.uide infra decisio.lviij.eo.ti.alias.412.

¶Alia additio. Quia causa deberet remitti ad iudicẽ a quo fuit appellatũ nisi partes essent cõtentæ quod omisso appellatiõis articulo iudex appellationis cognosceret quia etiam tunc non fieret aliqua remissio ut in.c.cordi.hic alle.quod intelligas in papa & in alio iudice qui possit per querelam adiri.in alijs autem iudicibus secus.unde non possent subditi episcopi consentire quod metropolitanus ad quẽ fuit appellatũ cognosceret de negocio principali omisso appellationis articulo cum illo omisso nullam habeat iurisdictionẽ metropolitanus in subditos sui suffraganei etiam ipsis uolentibus nisi suffraganei consensus accedat.ut in.c.romana.de fo.compe.li.vj.alias esset facile partibus confingere appellationes forte ad hunc finem solum ordinarium iurisdictionem eludendi.Concludẽ ergo quod pronũciato male appellatum iudex appellationis de iure regulariter remittit causam fallit in iudice qui potest per querelam adiri qui non tenetur remittere partibus consentientibus quod ipse de principali cognoscat.d.c.cordi.Secundo fallit q̃n̄do stilus palatij q̃ pro iure habetur. ut in.ca.ij de præben.lib.vj prohibet talem remissionem fieri ut hic.

¶Sed hic oritur dubitatio eo casu quo remissio fieri debet,puta quia appellatio a grauamine non fuit iustificata secundum formam.c.ut debitus.an iudex a quo possit cognoscere non facta sibi uerbali remissione per iudicem ad quem.Dic quod aut iudex a quo non detulit appellationi,& tunc cum sit finita causa appellationis statim potest de principali cognoscere,quãuis non sit ei facta uerbalis remissio,etiam si iudex appellationis pendente ipsa appellatione inhibuerit ipsi iudici a quo,ne in causa procederet aut iudex a quo detulit appellationi tunc quia per hoc abdicauit a se iurisdictionem necessaria erit uerbalis remissio ut in.c.cum appellationibus de app.lib.vj.

¶Sed pone quod committitur causa appellationis cum negocio principali auditori cum potestate citandi ad partes de speciali mandato.quia forte appellatio non deuoluit utrum statim ante decretum citationis possit inhibere iudici a quo dicitur appellatum.de rigore iuris dicebatur quod non per.clem.ij.ut li. penden.Sed de æquitate canonica & stilo palatij dicebant seruari cõtrarium,maxime si dicitur post sententiam diffinitiuam appellatum,quia statim in ius inhibet.ut in.c.non solum.i.Respon.supra alle.si igitur iudex datus ad iuris executionem potest etiam inhibere cum factum suum hoc casu non sit nisi q̃dam iuris executio uel declaratio.probatur argumentũ,quia quando papa causam quam scit esse coram uno auditore ex certa scientia ad manum suam recipiens eam committit in audientia sua ut ibi sit in omnem euentum suum remansura ipsam aduocando ad se, aduocat totã causam ab illo iudi.sibiq; & partibus inhibere uidetur.ut de app.ut nostrum.per Innocen.& de consti.c.cum.M.cum ibi no.modo sic est in proposito.per hoc enim quod dicitur sibi appellatum apparet quod scit causam esse apud illum a quo dicitur esse appellatum.intelligas etiam per hoc quod concedit potestatem citandi ad partes. apparet quod ex certa scientia uult causam suam in auditore suo perpetuo remanere.& si appellatio non deuolueret,frustra daret potestatem citandi ad partes. cum ipsa appellatio siue termini præfixio citaret.ut in.c.sæpe.&.c.cordi.de app.lib.vj.& in causa beneficiali in.c.statuimus.de elect.lib.vj.& ideo stilus curiæ habet quod etiam in casu prædicto auditor datus tam in causa appellationis quam negocio principali citata parte.de appellationibus cognoscet forte ad instantiam importunam partium & bene processum per iudicem a quo, & male ab ipsum appellatum pronunciaret,nihilominus tamẽ causa in curia remaneret & non remitteretur ad partes.& hoc p̃pter appositionem manus papæ & aduocationem causæ principalis & hoc habet stilus licet de iure esset contrariũ asserendum per.c.cum in ecclesia.&.c.ut debitus de app. cum ibi notatis.

¶Sed quod si nulla appellatione interiecta committatur causa principalis in curia de mandato specili cum potestate citandi ad partes & decreta citatione licet non executa utrum auditor statim ante execut.citationis huiusmodi posset inhibere? Videbatur aliquibus quod non quia ante executionẽ ius nõ inhibet.ut lit.pen.c.ij.in cle.nec ex certa scientia uidetur papam uelle auferre iudici iurisdictionem quam ignorat.ff.de iur.om.iu.l.i.nec ante lapsum termini ad dicendum contra commissionem dicitur fundata iurisdictio q̃a excipi poterit in termino causa pendente coram illo iudice a quo papa ignorans in dubio non uidetur uelle iurisdictionem auferre.ut probant communia iura. Quibus etiam rationibus supra dictis non obstante fuit per maiorem partem saltem de æquitate dictum & conclusum contrarium,quia in causa proximæ conclusionis ita bene posset & deberet opponi de surreptione commissionis sicut in casu isto.tamẽ propter appositionem manus papæ & auocationem causæ a quocunq; æquum est quod inferior de cætero de huiusmodi causa non se intromittat maxime hæc æquitas procedit quando totus tenor commissionis causæ de qua agendũ est inhibitioni fiendæ inseritur,immo secundum aliquos simplex intimatio quæ induceret perfectam noticiam p̃dictorum ex iuris dispositione inhiberet per clem.ij.ut li.pen.licet aliqui magni uiri de hoc fortiter dubitabant q̃a intimatio nec uim citationis nec inhibitionis habet.Sed si in eodem instanti inhibitio cum citatione emanaret non posset ibi notare grauamen per clemen.nec tolleretur per

hoc

hoc defensio partis. quia surreptio postea opposita in termino bene inficeret inhibitionem & citationem sicut cõmissionem cum citatio & inhibitio ex commissione descendant. destructo igitur principali & omnia quæ sequũtur ex illo. de elec. c. qualiter. de procur. ca. auditur. de re iudic. c. pastoralis in cle. cum si. In causis uero appellationum interpositarum ab auditore cameræ uel alijs iudicibus in curia etiam ante sententiam & commiss. in palatio statim citata parte ad dicendum contra commis. auditor inhibet. ratio quia sacrum palatium nunquam causas huiusmodi ad eos remittit, etiamsi auditor bene pronunciauit processum & male appellatum. Saluis. d. Cardinalibus & coauditoribus sacri palatij ad quos bene remittuntur causæ in quibus pronunciatum fuerit bene processum & male appellatum. seruatis tamen tribus terminis antea consuetis. ante quorum terminorum obseruationem nunquã inhiberet auditor coauditoribus suis uel dominis Cardin. a quibus si appellatur ante sententiam siue post raro uel nunquam huiusmodi causas appellationũ uidi committi in palatio. sed semper consueuerunt committi alijs dominis Cardi. &c.

Decisio. IIII. alias. 20.

Summarium.

Siue causa appellationis interpositæ a sententia auditoris cameræ uel alterius iudicis ordinarij uel delegati cõmittatur in rota, omnes termini debent ut in prima instantia obseruari. Mos siue consuetudo in iudicijs tolleretur dummodo substantia iudicij seruetur.

Anno domini millesimotrecẽtesimoseptuagesimo sexto die. iij. mensis Aprilis, fuit in Auinioñ. per omnes dominos auditores concorditer ordinatũ quod si a diffinitiua sententia auditoris cameræ uel alterius cuiuscunq; iudicis ordinarij uel delegati in curia uel extra ad sedem apostolicam appellari & causam appellationis huiusmodi alicui de auditoribus sacri palatij cõmitti contingat. quod omnes termini in causa huiusmodi appellationis ut in prima instantia consueti in curia seruari sunt seruãdi. Mouebantur domini principaliter ad huiusmodi ordinationem faciendam propter expeditionem executoriæ quæ alias per cancellariam non transiret. prætera licet reuera sit hæc secunda instantia ut in. c. cũ Io. de fi. instru. & de testa. c. raynuncius & raynaldus. & in. l. per hanc. C. de tẽp. ap. tamen quia corã domino auditore cameræ uel alijs iudicibus in partibus raro uel nunquam termini palatij solent seruari. Iccirco ne propter defectũ ordinis iudiciarij sententia tam prima quam secũda posset impugnari & eiusdem executio impediri. Iccirco domini taliter ut præmittitur ordinauerunt & uoluerunt sic de cætero obseruari & procedi. hoc uerum nisi constaret coram dictis dominis iudicibus in dicta prima instantia omnes & singulos terminos palatij fuisse & esse seruatos quæ tamen ordinatio secundum dominum Egi. magis de una bona & grossa æquitate quam de iuris rigore procedit. hinc est quod si auditor. seruaret terminos sicut in secunda instantia non credebat propter hoc quod grauaret nec quod ob hoc ab eo posset appellari. quia in partibus & in dicta curia auditoris cameræ alius mos siue consuetudo procedendi est quam in palatio quia mos siue consuetudo dummodo substantialia iudicij seruentur tolleratur in iudicijs. prout le. & not. in. c. cum uenisset. de eo qui mit. in pos. ca. rei. ser.

Decisio. V. alias. 29.

Summarium.

Recipiendorum apostolorum tempus currit a tempore appellationis non sententiæ secundum ueram opi. Hosti. quæ seruatur in rota.

Epitome.

1 Tempus ad recipiendum apostolos quando currere incipiat.

2 Tempus. xxx. dierum in casu petendorum apostolorum uel dandorum dupliciter consideratur.

3 Iudex quanto tempore habeat deliberare de appellationis acceptatione uel refutatione.

1 Fuit dubitatum a quo tempore. † xxx. dies ad dandum & recipiendum apostolos inciperent currere tam iudici quam appellanti. hoc est quærere utrũ a tpe appellationis interpositæ uel a tempore prolationis sententiæ. In qua quæstione doct. antiqui & moderni erant uarij & diuersi Hosti. fuit in opi. quod a tempore appellationis & non sententiæ per multas rationes quas ponit in. c. cordi. de ap. li. vj. per quas rationes & quã plures alias idem tenuit Genze. in cle. quamuis. de appe. Pro quorum opi. uidetur tex. in. c. ab eo. de ap. li. vi. ubi Ioan. an. & etiam in dicta cle. sensit & tenet contrarium. uidelicet quod a tempore sententiæ & non appellationis incipiun dicti. xxx. dies currere. cum quo concordat Pau. in dicta cle. quamuis. mouentur principaliter per. l. iudicibus C. de appellat. canonizata. ij. q. vj. ubi expresse dicitur quod prædicti dies currunt a tempore sententiæ uerũ est. secundum Genze. ubi setententia est appellatione suspensa. & sic intelligit ipse hanc legem. per hoc subauditum alias esset ibi clarus tex. pro opi. Ioann. an. & Pau. simili modo intellexit prædictam legem Dominus Io. de lign. in. c. dilectis. de app. declinando in partem Hosti. & Genze. ad prædictas opi. concordandas credebat probabiliter fore distinguendum sic. Aut loquimur quo ad petio-
2 nem † respectu appellantis. Aut quo ad dationem apostolorum respectu iudicis. Primo casu aut appellans appellauit uiua uoce statim post sententiam. & tunc iste casus ẽ clarus secundũ eum quod a tempore appellationis & sententiæ tunc simul currunt aut post sentẽtiam ex interuallo. puta ultima die decendij appellauit quo casu dubium currit. & tunc Aut ignorauit usque ad tẽpus quo appellauit sententiam fuisse latam & tunc a tempore appellationis currit tempus petẽdi apostolos quia nõ prius currit tempus appellandi. ut in authen. hodie. signata. super. l. eos. C. de ap. eo. ti. c. concertationi lib. vj. & ita nota. Cyn. in. dicta. l. iudicibus. Aut ante appellationem sciuit sententiam fuisse latam & tunc propter æquitatem nota tam per Ioann. and. in. d. c. ab eo. credebat dominus Egi. quod a tempore sententiæ. si tunc sciuit alioquin a tempore appellationis. per. d. l. iudicibus. cum ibi nota. per Cyn. postquam enim a tempore sententiæ statim potuit appellare sibi imputet si non appellauit quo ad id de quo quæritur. maxime si deliberare uoluit an sibi expediret appellare eo ipso deliberare debuit an expediret petere apostolos quos petere non fuit difficile. & quia quo ad hoc impedimentum legitimum excusaret. si uero loquamur in iudice qui habet dare apostolos quo ad ipsum credit dominus Egi. magis exuberare æquitatem. de quã loquitur Ioan. an. in dicto. c. ab eo. quia secundum eundem Ioan. an. ibidem non debet esse iudex quo ad hoc deterioris cõditionis quam appellans. quia diligentior debet esse appellans in facto proprio quam iudex quem negocium nõ ita tangit. Tum quia debet præsumere suam sententiam esse bene latam & ei stãdum & per consequens ab ea nõ appelland. tum quia facilius est apostolos petere quã dare. tum quia in potestate grauati est quando appellet & apostolos petit. nõ sic in iudice. facit de except. doli. l. pure. § fin. tum quia in casibus infinitis in quibus licet a tẽpore notitiæ appellare esset inquum si post centum dies a tempore sententiæ. licet post decem dies a tempore notitiæ appellaretur. cucurrisse iudici tempus dãdorum apostolorũ a tpe sniæ. & per hoc in hoc casu credit ipse nedum a tempore appellationis. immo a tempore intimationis factæ iudici currere prædictum tempus apostolorum petendorum & ita fuit obtentum in cõsilijs eo præsente secundum eum. Tempore uero meo sine prædicta & quacunq; distinctione fui conclusum & determinatum per omnes opi. Hosti. & Genze. æquiorem & iustiorem & ipsam seruatam. & seruandam semper in palatio propter efficaces rationes quas allegant.

¶ Additio. Et sic tempora petendorum apostolorum incipiunt currere una cum tempore appellationis interponendæ. unde a tempore latæ sententiæ si interfuit prolationi ipsius uel aliter eam fore latam sciuit. Si uero dudũ

postea superuenit scientia sententiæ tunc a tẽpore ipsius scientiæ.

3 ¶ Alia additio. pro qua † facit quia dicti. xxx. dies currũt etiam iudici ut deliberet interim an uelit admittere uel re futare appellationem. sed cum ante interpositionem non cadit deliberatio. ut in. cap. ad dissoluendum. de despon. impu. ergo nec ante debet incipere præscriptio. Item ex contrario sequeretur absurdum quia si peterẽtur in ultimo momento. xxx. dierum iudex nullum haberet terminum ad tradendum apostolos.

Decisio. VI. alias. 41.

Summarium.

Appellatus ueniens quandocunque ad curiam prosequi potest appellationem per aduersarium interpositam si de ea constat, etiam si sibi intimata non fuit.

VOluerunt domini & in hoc omnes concordauerunt quod opi. domini Ioan. an. posita in clemẽ. causam. de elec. super. uer. deuoluta. circa fin. seruetur uidelicet quod appellatus * ueniens quandocunque ad curiam potest prosequi appellationem per aduersarium suum interpositam in partibus. dummodo de ea constat licet non fuerit sibi intimata. Nam inuito appellante potest prosequi appellationem secundum Pau. & Genze ibidem. Guil. contra & no. in cle. constitutionem. eo. ti. faciunt etiam in ratione sui no per Inno. in. c. interposita. de app. & eo. ti. cordi. li. vj.

* Appellatus add. supra de elect. deci. 1.

Decisio. VII. alias. 65.

Summarium.

Si appellatus infra terminum ab homine assignatum appellanti commissionem impetret illa diligentia prodes rit appellanti.

Epitome.

1 Appellatus in termino & intra terminum assignatum ab homine appellanti si commissionem impetret non impedit appellantem a defensione si ipse appellatus procedat in causa.

2 Appellatio non dicitur deserta licet causa appellationis intra annum non terminetur.

3 Impedimentum appellanti petentis remissionem excusat appellantem, & contra impedimentum appellantis absorbet diligentiam appellati.

1 SI appellatus † in termino & infra terminum assignatum ab homine appellanti ad prosequendum appellationem suam impetret commissionem licet appellans det exceptiones generales contra illam, dummodo in eis nõ persistat nec propter eas appellet, huiusmodi diligentia appellati prodest appellanti. Item quod si post. x. dies appellatus ulterius procedat in causa appellans potest se defendere quia rescriptum comune est. de mu. pe. c. j. & ij. & no. Inn. in c. ex conquæstione. de resti. spo. alleg. etiam. l. omnem honorem. C. de temp. ap. non ob. cl. Si appellationem quæ loquitur quando neutra partium infra terminum prosequitur appellationem. Sed post terminum lapsum tunc enim diligentia etiam utriusq; non prodest. Præterea appellatus inuito appellante potest ꝓsequi appellationem circa finem anni. C. de ap. l. eos. & not. Inno. in. c. cordi. de ap. li. vj. facit. c. oblatæ. eo. ti. igitur si ipse potest prosequi alter potest se defendere. ut in. d. c. oblatæ. de exceptio. c. cum inter. & c. dilecti. Spe. tamen uidetur innuere & tenere contrarium ti. de ap. §. nũc breuiter. uer. Item pone præfixus fuit in termino uero iuris. dici t prædictã opi. fore uerã dummodo nimiũ nõ præcurrat. ut in. d. c. oblatæ. hoc tenet Spe. e. ti. & §. uer. licet autem sub. uer. appellator tamen.

2 ¶ Additio. Solet dubitari utrum appellanti † sufficiat ꝙ appellatus infra annũ dederit petitionem ad effectũ ꝙ si causa appellationis infra annũ non fuerit terminata non dicatur appellatio deserta. & uidetur ꝙ datio petitionis non sufficiat nec impediat cursum fatalis ut in. l. si. C. de tem. ap. ubi tex. dicit ꝙ appellans debet summa ope niti. ut causa finẽ infra annũ accipiat sed per exhibitionẽ petitionis factam per appellatũ summa diligentia non probatur ut patet ex significatione huius uerbi summa. quã ponit Ioã. an. in. c. ex ratione. circa prin. de ap. ubi etiã plus dicit ꝙ nõ sufficit quod stet per iudicem. nisi pars adeat superiorem qui compellat iudicem ad expeditionẽ causæ si superioris copia possit haberi. quia alias appellans nõ dicitur summa ope niti. licet super hoc fuerint opiniones. utrum cum stat per iudicem currat tempus prosequẽdæ appellationis uel non. præterea cum ut in facto proponitur ipse appellans post petitionem appellati impedierit expeditione causæ instãdo in petitione remissionis ad partes. quis dubitat. istum non adhibuisse diligentiam in ex-

3 peditione sicut † enim ut dicunt doc. in. d. c. ex ratione ĩpedimentum appellati petentis remissionem excusat appellantem. ita econtra impedimentum appellantis absorbet diligentiam appellati & accusat maliciam ipsius appellantis expeditionem causæ impedientis. non ob. si dicatur quod diligentia appellati debeat sufficere ut hic in prin. decisionis dicitur. quia illud intelligendum est de diligentia finali de conatu. Si enim ad instantia appellati causa esset finita per sententiam non posset dici appellatio deserta sicut dicitur hic de cõmissione causæ. qa hic aliud non requiritur Nam ex quo causa semel est cõmissa in tẽpore. frustra appellans fecisset iterato cõmitti. immo non potuisset quia iam præuẽtus erat. Sed in casu nostro aliud restat quã petitio appellati quã ut supra dixi petendo remissionem ad partes impediebat causam expediri. in qua remissione instanter perseuerabat. Item quod non sufficiat dare solam petitionem probatur quia alias oblato libello nũquam desereretur appellatio, immo propter uerbum summa ope. de quo supra dixi necessarium esset quod pluries & instãter peteretur causam expediri. sicuti in apostolis dicitur. ut not. Bal. in authen. Item si apostolos. C. de tem. ap.

Decisio. VIII. alias. 70.

Summarium.

Si iudex det acta pro apostolis reuerentialibus appellationi deferre uidetur.

SI iudex det acta ꝓ apostolis reuerentialibus. licet, uerbum deferimus non proferat satis deferre uidetur & a se iurisdictionem abdicare & in superiorem transfundere in tantum quod etiam si de communi consensu partiũ postea in eadẽ causa procedat nullus est ipsius ꝓcessus nisi causa per superiorem sibi remittatur. prout le. & no. in. c. cum appellationibus friuolis de ap. li. vj.

¶ Additio. Et qñ iudex dedit apostolos simpliciter nõ dicendo reuerentiales uel refutatorios quales tunc dati intelligantur. uide in consilio Bald. posito in li. paruo charta. 242.

Decisio. IX. alias. 74.

Summarium.

Auditor qui pronunciat appellationem desertam põt reponere appellantem si de sua diligentia doceatur.

SI auditor pronunciat super desertione appellationis. tamen si appelletur & interim doceatur de diligentia appellãtis potest reponere. quia quo ad hoc censetur interlocutoria & remansit iudex reuera quam semper potest reuocare. de app. c. cum cessante. & capit. si a iudice. libro sexto.

Decisio. X. alias. 82.

Summarium.

Intimatio appellationis facta in ecclesia parrochiali de qua agitur, & etiam in ecclesia cathedrali ualet, quia ecclesia cathedralis succedit loco domicilij.

Quod

Supra. de rescrip.22.d do. & contu.j.circa medium.

QVod in causa beneficiali super aliqua ecclesia parrochiali quo ad deuolutionem ipsius causæ ad curiam sufficit appellationem esse intimatã in ipsa ecclesia de qua agitur& et in ecclesia cathedrali licet possessor seu intrusus personaliter non apprehendatur nec alia diligentia fiat de ipso perquirendo. quia appellans non tenetur ipsum alibi quærere quam in ecclesia sua parrochiali in qua personaliter residere tenetur sicut maritus cum uxore.ar.not.per.Innocen.de eo qui mit.in posses.c.fin.de cle.non resi.c.ex tuæ. Præterea quia ecclesia cathedralis succedit loco domicilij.ut in cle.causam electionis de elect. Si igitur ibi & in beneficio de quo agitur fiat intimatio sufficit ar.not.in cle.antedicta dummodo sit tale beneficium quod requirat personalem residentiam.tale enim debet pro domicilio reputari. ut not.Innocen.& Hostien.de priuileg.capit.ex ore.& Arch.de rescript.capitu. statutum. super.uersiculo. actor & reus.libro sexto.

¶ Additio. Et quando extra iudicium appellatur licet appellatio per procuratorem debeat interponi tñ intimatio potest fieri per non procuratorem. ut infra decisione. cxxvij.eo.ti.xviij.

Decisio. XI. alias.85.

Summarium.

Clementina appellanti de appella. nõ uendicat sibi locum ubi a lata sententia super attentatis appellatur.

SI a sententia lata super attentatis appelletur cle.appellanti.non uendicat sibi locum quo minus auditor causæ appellationis possit recipere testes & de alijs quam in appellatione expressatis cognoscere maxime incidenter. Nam licet huiusmodi sententia sit reuera interlocutoria.prout per Ioann.an.in.capitu.non solum. de ap.libr.sexto.not. quia per eam nõ diffinitur negocium principale tamen uim diffinitiuæ habet tanquam super exceptione peremptoria lata maxime si per eam fit restitutio possessionis adeptæ, lite uel appellatione pendente. uel post inhibitionem.ar.no.in cle ad cõpescendas de sequest.& cle.fi.de ap.per Io.an.

Decisio. XII. alias.86.

Summarium.

Iudex qui pronũciauit appellationem desertam addocendum de sua negligentia potest reponere appellantẽ.

Epitome.

1 Appellantem quo casu iudex reponere possit.
2 Iudex an possit suam pronuntiationem reuocare.
3 Clementina appellanti de appella.non procedit quando noua exceptio uel allegatio ex facto aduersarij oritur.

1 SI a pronuntiatione † iudicis qui pronunciauit appellationem interpositam fuisse & esse desertam. pro eo q non probauit appellans diligentiam suam & in prosequendo appellationem appelletur.iudex a quo potest reponere si uult ad docendum de huiusmodi diligentia.uel si datus sit iudex in causa appellationis & coram eo de p dicta diligentia doceatur potest & debet remittere causam iudici a quo.ut ipse in causa appellationis quam ipse pronunciauit desertam per errorem quæ reuera deserta non erat ulterius procedat.quia licet prædicta pronunciatio uim habeat diffinitiuæ.quo ad hoc quod clem.appellanti non habeat locum.& etiam quo ad terminorum obseruationem ut & diffinitiua tamẽ reuera interlocutoria est in.c.sua de appella.de electi.c.cum dilectus.&nota.Io.mo.in decre.cupientes.super.uer.priuatos.de elec.lib.sexto.quæ non transit in rem iudicatam quo ad iudicem.de appel.c.cum cessante.&.c.si a iudice.eo.ti.li.vj. Licet aliqui domini uoluerunt dicere quod per dictam pnuntiationem † desierat esse iudex per.c.significantibus. de offic.deleg.quod forte posset procedere si non appellaretur ab huiusmodi pronunciatione. Sed si appellaretur cum appellans iudicem sic pronunciantem dicat fuisse & esse iudicem adhuc ipse iudex potest suam pronunciationem reuocare. Nec istud per omnia est uerũ quod si iudex pronuntiat se non esse iudicem qui reuera est iudex.quod per huiusmodi pronuntiationem desinat esse iudex.ar.eorum quæ le.& not.in.c.dilectus.el.iij.de præben.& ar.eorum quæ dicuntur & obseruantur de stilo palatij quando iudex pronunciat super deuolutione causæ.quia hoc non obstante si non est deuoluta non est iudex uel si non sit deuoluta.licet millesies pronuntiet eam deuolutam non propter hoc erit iudex.ar.not.per Io.mo. in regula.in generali.de re.iur.li.vj.

¶ Additio. Ratio est.quia lata est super processu & non
3 super negocio principali.ut not.in clem.† fin.de appella. tamen requirit causæ cognitionem idest partium citationem uel peremptorium edictum l.maiorem.C.de appel.per quam.l.ita consuluit Bar.ut dicit Bal.in l.eos C. de appel.& nota.quod.d.clementi.appellanti non habet locum quando noua exceptio uel allegatio ex facto aduersarij oritur.quia tunc per talem exceptionem bene potest appellatio iustificari ac etiam impugnari.ar.l.tale pactum.§.qui prouocauit in ratione sui.ff.de pact.&.ff.de condi fur.l.siue manifestus.§.tam diu. Item non habet locum.d.clem.quando interlocutoria talis est cuius grauamen aliter reparari non potest.ut si iudex interlocutus est aliquem torquendum. Idem si appelletur a secundo decreto.quia eadem est ratio finalis quæ est in diffinitiua secundum Bal.in.l.per hanc.C.de tempo.appel. Istam apostillam adde supra deci.j.ut lit.penden.quæ incipit. Item si iudex quædam.

Decisio. XIII. alias.94.

Summarium.

Sufficit appellanti in partibus a diffinitiua infra terminum præfixum ad prosequendum iter arripere.

SI iudex in partibus appellanti a diffinitiua certum terminum * ad prosequendum appellationem.puta mensem & alium terminum ad ipsum de huiusmodi prosecutionem certificandum præfixit.sufficit appellanti iter arripere infra primum terminum ad huiusmodi appellationem prosequendum statutum.licet super illa nõ impetret rescriptum infra eundem terminum.quia iter arripiendo fecit diligentiam in prosequendo. Debuit enim etiam parare sarcinulas ad uiam &causam.ita quod si infra prædictum terminum effectualiter non prosequatur non est sibi imputandum.ar.eorum quæ leg.& not.in.ca. statuimus.&.c.cupientes de elect.libro.sexto. & licet iudicem non certificauerit infra alium terminum de huiusmodi prosecutione.& ipse iudex posset propterea exequi suam sententiam.iuxta nota.in capitu.personas.& capit. cum sit romana.& capitu.reprehensibilis de appella.tamen propter hoc appellatio non censetur deserta . dummodo eam ulterius prosequatur.& si obtinuerit infirmari sententiam cassabitur & eius executio. de electio.capitu. qualiter.de iureiuran..c.uenientes. de re iudi.c.pastoralis.in clem.

* Terminum add.infra i an. deci.40.

¶ Additio.hoc adde quod not.Lapus in clemẽ.j.de ap. cuius dictum posui infra deci.xxv.eo.ti.quæ incipit.Itẽ si certus terminus.

Decisio. XIIII.alias.98.

Summarium.

Iudex appellationis potest pronũtiare appellationem desertam seu sententiam confirmare.

Epitome.

1 Sententiam an confirmare possit iudex post ipsius desertionẽ.
2 Iudex appellationis post lapsa tempora an possit pronuntiare male appellatum & condemnatum uel absoluere.

Deci.no. L

Licet appellatio interposita a diffinitiua sit deserta, auditor tamen datus in huiusmodi causa appellationis potest pronunciare appellationem desertam uel cōfirmare primam sententiam si uoluerit, præsertim si in cōmissione sibi facta negocium principale per expresse cōmittatur. Nam ex quo transiuit in rem iudicatam & tempora appellationis sunt elapsa, & sic per ius est confirmata, ut de appellatio. capitu. personas. & capitu. cum sit. & capitu. reprehensibilis. de electio. ca pitu. cum dilectus, iudex non male fecit confirmando sententiam per legem iam confirmatam. hoc uidetur etiam tenere Innocent. in capitu. j. de confir. uti. uel inuti. in fine. adde deci. infra eodem ti. 24.

Additio. hoc est uerum secundum unam decisionem quæ est in antiquis, si in suis manibus appellatio est deserta alias secus. de rescript. capitu. ex parte. el. ij. Sed nunquid post lapsa tempora * appellationis iudex appellationis possit iudicare bene uel male appellatum. uel cōdemnare uel absoluere. glos. in l. eos C. de appella. dicit quod non, quia ipso iure iurisdictio reuolauit ad iudicem primum per glo. facit. ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. consequens. dicit Iacobus butri. quod aut est certum tēpora instantiæ fore elapsa, & tunc non potest pronunciare. Aut est dubium. & tunc super dubio instantiæ pronunciat non super negocio principali. Bal. in dicta l. eos. dicit quod si est dubium an appellatio sit deserta tunc iurisdictio ad primum iudicem non redit, & ideo nisi pronunciet eam desertam remanet iudex etiam super negocio principali ratione dubij. Tamen p domino Iac. facit clemen. si appellationem. de appella. ubi dicitur quod de consensu partium etiā nō ualet. Sed illud intellige qñ existenter & apparēter est deserta, alias sequeretur quod super isto dubio iudex ad quē cognoscere non posset quod est falsum. Sed si constat ex actis quod est deserta tunc glo. dictæ. l. eos est uera. Scias tamen quod hoc ex solo cursu temporis non constat, nisi biennium sit elapsum. ut not. per Innocen. in capitu. in præsentia. de renun. nam ante biennium potuerunt interuenire impedimenta quorum probatio uel reprobatio in facto consistunt. & ideo dubium est. & adde quod not. ipse Bald. in. l. præsens. C. quomodo & quando iud.

*Infra. in. an. 2. eo. titu.

Alia additio. Nota uerbū quā loquitur quando appellatio est deserta propter non prosecutionem infra annum fatalem. Secus si fuisset deserta quia non commissa infra tempus sibi assignatum.

Decisio. XV. alia. 102.

Summarium.

Fatalia non currunt appellanti super attentatis procendenti quia attentatorum prosecutio impedit cursum fatalium.

Fatalia ad prosequendum & finiēdum appellationem interpositam a diffinitiua statuta non currunt appellanti qui prosequitur & agit super attentatis, immo illud tempus & etiam tempus executionis finiendum post sententias super attentatis latas est de fatalibus subducendum. Nam licet appellans possit appellationem suam & negocium principale & causam attentatorum simul prosequi, tamen ad hoc non arctatur nisi uelit. immo indultū est sibi a lege. ut super attētatis. ante omnia audiatur. de appella. capitu. non solum. libro sexto. quod nemini est auferendum. de re iudi. indultum. lib. sexto. & quia culpa aduersarij attentantis. & causam huic edicto datis uidetur legitime impeditus. ita ꝙ interim sibi fatalia currere non debent. facit in arg. capitu. quam diu. de appella in clementi. & not. in capitu. ex ratione. de appella per Innocē. & Hostien. Secus uero dicebant domini in alijs consilijs si succubuisset in attentatis. quia tunc ipsemet impedimentum sibi præstitisset & dolose egisset. & sic fraus & dolus prodesse sibi non debent. de rescript. c. cæterum. capitu. ex tenore. c. sedes. ca. super literis. cum si.

Decisio. XVI. alias. 104.

Summarium.

Capitulum oblatæ. de appella. de non præueniendo in impetrando non habet locum in curia.

Capitulū oblatæ. * de appell. de nō pueniendo partē appellantem in impetratione rescripti appellationis per partem appellantem non habet locum in curia. ubi statim datis apostolis pars appellata potest impetrare commissionem super appellatione. uigore cuius appellans tenetur procedere & hoc siue terminus fuerit præfixus per auditorem siue non. Rationem huius conclusionis ponit Ioann. mona. super rubrica. de rescript. ibi quid est ergo & cætera. Quæ est ista quia in curia iudex datur ex officio. Sed quando committitur causa extra curiā impetrans habet quem uult nisi contradicatur in audientia. Alia ratio potest etiam assignari ut citius litis finis imponatur & circuitus euitetur. de do. & contu. c. finem. & in cle. auditor. de rescrip.

*c. oblatæ in. de de rescript. in an. 12.

Decisio. XVII. alias. 114.

Summarium.

Causa beneficialis per appellationem extraiudicialē legitime deuoluta remanet in curia etiam appellatione deserta. ita quod in ea potest procedi parte tamen de nouo citata.

Epitome.

1 Appellatione extraiudiciali legitime intimata deserta nihilominus negocium principalem remanet in curia romana, & noua citatione opus est ad eius prosecutionem.

2 Iudex quem terminum possit in causa appellationis assignare.

1 Maior pars dominorum concordauerunt & tenuerunt quod licet appellatio † extraiudicialis in causa beneficiali in partibus interposita & legitime intimata sit deserta quia pars appellans eam infra annum uel biennium non fuit prosecuta. nihilominus post lapsum fatalium pars appellata potest causam huiusmodi appellationis facere committi, & in negocio principali procedere per audientiam. Motiua dominorum fuerunt, quia non obstante desertione huiusmodi appellationis negocium principale semel ad curiam deuolutum. per capitu. statuimus. de electio. libr. sexto. iuncta clementi. causam. eodem titulo semper mansit & potuit tractari in curia. * nec alius inferior de illa potuit se intromittere ammodo. de appella. capi. ut nostrum. de electio. capitu. quamuis. lib. sexto. nec requiritur secūdum eos noua citatio ad partes quia lex uidelicet capitu. statuimus. citauit omnes quorum interest. & cætera. Dominus Robertus. & ego contra. nam licet dicatur negocium principale deuolutum ad curiam. hoc est uerum uigore appellationis legitime intimatæ qua cessante cessat & ipsa deuolutio. Præterea tempora. capitu. statuimus. sunt communia tam parti appellatæ quam appellanti. si igitur ambæ partes fuerant negligentes non seruando tempora uel deserendo omnino appellationem ammodo ipsam uel etiam quicquid occasione ipsius fiendum foret prosequi non poterunt. ar. clementi. si appellationem. de appella. sed supposito quod cessante seu deserta appellatione nihilominus posit procedi in negocio principali secundum me requiritur noua citatio ad partes. quia non in uim appellationis quæ non est proceditur. sed per uiā & modum simplicis querelæ quæ uia non prohibetur. de appella. c. cōcertationi. & no. Pau. de elect. constitutionē. super. uer. repellitur in cle. ad hoc induxi etiā c sæpe. de ap. & no. in. c. Nicolao. e ti. & de renun. c. ueniens. Postea fuit dubitatum de appellante appellationem infra terminum non prosequente sed postea prosequi uolente. utrum requireretur noua citatio contra appellatum. & maior pars

*subaudi post cōmissum i curia d spāli mā dato uel pap pellatione deuolutā ut infra. patet alias decisio pcedere.

pars dominorum tenuit de rigore iuris quod non. ſed de æquitate ſic. & dominus Robertus mutauit opinio. ſuam antedictam.

2 ¶ Additio. pone ꝙ iudex † a quo in cauſa beneficiali defert appellationi & aſſignat terminum de quo in. ca. j. de elect. lib. vj. uel alium terminum conſentientibus uel non contradicentibus partibus ad iter arripiendum uel ſe præſentandu. & appellans uel appellatus nihil faciunt in termino an appellatio ſit deſerta. Lap. in clemen. j. de ap. uidetur tenere quod ſic. ſi nullum ſubeſt impedimẽtum. ut in. c. cum ſit. c. perſonas. de ap. & clemen. quam diu. c. ti. Pet. de ancha. in dicta clem. j dicit quod iudex non poteſt aſſignare alium terminum quã illum, de quo in dicto c. j de ele. li. vj. quia hoc eſſet tollere legem ſuperioris cõtra id quod no. de accuſa. in c. cum. P. in glo. ſi & de ſortile. c. ij. &. c. cupientes. §. quod ſimi. de elect. li. vj. Sed p̃ſuppoſito quod poſſit alium terminum ſtatuere. & dic ꝙ non comparendo in illo termino appellatio non erit deſerta quia non comparenti alia pœna imponitur in dicto c. j. ſcilicet ut in eius abſentia procedatur cui ſtandum eſt per prædicta, & hoc uidetur probabiliter dictum pro Lapo tamen eſt. quia ipſe loquitur quando ſtatuitur terminus partibus conſentientibus uel non contradicentibus. poſſent autem partes ex toto renunciare appellationi. de elec. c. quamuis. li. vj. ergo poſſunt conſentire quod diſpoſitio illius. ca. in ſuum præiudicium alteretur. & ſic quod iudex alium terminum quam ibi ſtatutum aſſignet. Nec iſtud eſt tollere legem ſuperioris ſed partes renunciãt ſuo fauori quod poſſunt. de regula. c. ad apoſtolicam. Et dato quo iudex aſſignet terminum iuris quamuis non eſſet deſerta appellatio ſi a iure tantum eſſet terminus aſſignatus. tamen ſecus eſt quando idem terminus a iudice aſſignaretur. ut in. c. perſonas. ſuperius alle. ſecundum Lap. in dicta cle. j ꝓ quo facit ratio quia durius agitur cũ miniſtro legis quam cum ipſa lege. l. celſus. ff. de arbi. c. cũ dilecti. de do. & contu.

Deciſio. XVIII. alias. 127.

Summarium.

Appellatio ſine mandato intimatur per quemcunq;.

VAlet intimatio * appellationis in cauſa beneficiali facta per quemcunque appellato etiam nõ habentem ſpeciale mandatum. dummodo conſtet de appellatione. Nam ſufficeret tunc qualitercunq; in notitiam appellati deueniat fore appellatum. ut. ff. de peti hære. l. item ueniunt. §. poſt petitionem in ſi. cle. cãm. de elect. Qui enim certus eſt certiorari non debet. ut in regula cum qui certus. de reg. iur. lib. vj. licet gloſ. uideatur ibi innuere contrarium. ſuper uerſi. appellanti. remittens ad not. in. c. procurator. de elect. lib. vj. & ibi uideas gloſ. Ioann. an. in nouel. in ultima gloſ. Ar. in. c. ſi quis præpoſtera. l. di. ubi tenet expreſſe contra dictam concluſionem alleg. tamen in contrarium prædictam. l. Item ueniunt. &. c. cum contingat. de offi. deleg.

* Intimatio add. ſupra eo. ti. x. in ſi. & de ci. 3. in an. c. ti.

Deciſio. XIX. alias. 123.

Summarium.

Validus eſt proceſſus factus pendente termino ad recipiendos apoſtolos.

Epitome.

1 Termino pendente ad recipiendum apoſtolos an iudex procedere poſſit.
2 Proceſſus per iudicem a quo poſt appellationem interpoſitam a grauamine habitus non reuocatur ex ſola pendentia per modum attentati.
3 Actus quilibet uenit ſecundum cauſam uel antecedẽtem uel propoſitam conſiderandus & interpretandus.
4 Pendentia termini dandorum apoſtolorum idem operatur quod ipſa datio.

1 SI iudex procedat pendente † termino ad dandum & recipiendum apoſtolos a iure uel ab homine præfixo ualebit proceſſus ſecundum omnes ſolo me excepto. Allegabatur pro dicta opinione. c. ut ſuper. &. c. ab eo de appella. libro ſexto. propter uerbum ibidem poſitum ex tunc. quod denotat extremitatem temporis. de appella. cap præterea. & hoc uidetur tenere Ioan. andr. in. dicto. ca. ut ſuper in nouel. ſuper gloſ. antepenulti. reprobando gloſ. Hoſti. in. c. cordi. eod. ti. quam allegaui pro me. Allegabam etiam c. ſignificante. &. capitu. ſæpe. capit. oblatæ. capi. perſonas. de appel. &. ca. non ſolum. eodem titu. libro ſexto. Nam dilatione pendente data ab homine uel a iure conquieſcit officium iudicis & nihil in præiudicium partis eſt attentandum ut in dictis iuribus patet, faciunt etiam alia iura multa de conceſ. præben. capit. nulla. &. c. quia diuerſitatem. de loca capitu. potuit de commo. cap. uno. de elect. c. commiſſa. de præben. capi. ſtatutum. lib. ſexto. de conceſſio præben. c. cum ei quem. §. ſecus in clemen. cum multis ſi. Hanc opinionem tenuit dominus Ioann. de ligna. in. cap. dilectis. de appella. ubi tamen uacillando diſtinguebat ſic. Aut iudex a quo appellatũ eſt & per quẽ aliquid attentatũ eſt pendente termino ad dandum apoſtolos. poſtea appellationi huiuſmodi detulit. Aut non. In primo caſu dixit non ualere proceſſum habitum pendente termino apoſtolorum. In ſecundo caſu dixit ualere & tenere. Finaliter tamen tenuit in utroque caſu non ualere proceſſum. Dicit tamen Ioan. cal. in quadam ſua quæſtione tenuiſſe opinionem patris ſui Ioann. an. adoptiui antedictam. Idem tenet ut dicit Pau. etiam in quadam ſua quæſtione per eum diſputata. ¶ Additio. hæc decre optime facere uidetur pro opi. iſta
2 Ioann. and. ubi proceſſus † habitus per iudicem a quo poſt appellationem interpoſitam a grauamine non reuocatur ex ſola pendentia per modum attentati & tamen includit omne tempus ab interpoſitione appellationis uſque ad inhibitionem uel iuſtificationem appellationis & ſic tẽpus dandorũ apoſtolorũ. Præterea hanc partẽ uidetur clare confirmare tex. in dicto. cap. ut ſuper. &. c. ab eo in quibus tria tempora uidentur notari. Primum eſt tempus denegationis apoſtolorum. Secundum eſt tempus negligentis apoſtolos oblatos recipere. requiſitione præmiſſa. Tertium eſt tempus antecedens denegationem & negligentiam. De primis duobus ius diſponit poſt terminum non ualere proceſſum. hæc patent per rationes & iura. Nam dictio tunc poſita in illa decre. ut ſuper extremum tempus ſignificat. ff. de condi. & demon. l. iij in ſi. de conſtitu. ex literis. de appella. ca. ſuper. eo. ij. in fin. &. c. cum ſpeciali. uer. exceſſu quoque. de ſacra. un. c. uno. uerſi. unde in ueteri de elect. quam ſit libro ſexto. de præben. cap. ſi tibi abſenti in fin. cum ſimi. & per hoc innuitur quod ante illud extremum tempus quod ſonat in cõditionem ualet proceſſus. ar. ſumpto a contrario. d. iurium. quod eſt in iure fortiſſimum argumentum. xxv. diſ. qualis. & maxime cum de contrario non reperiatur ſtatutum unde uidetur remanere ſub regula permiſſiua. quia ſic de eo poterat exprimi ſi idem iuris eſſet ſicut expreſſit de alijs duobus. de tranſla. præla. capitu. inter corpo. & de deci. capitu. audientia. de uerb. ſignifica. cap. cum in partibus. præterea quod pendentia termini non impediat proceſſum probatur alia ratione. Nam termini exceptio & pendentia id ſolum impedit fiendum interim quod prorogat & pro quo expediendo præfigitur illud autem quod in termino uel poſt non debet fieri per terminum non impeditur tanquam ſeparatum ab illo. ſic intelligitur. l. ſiue pars. C. de dila. & de. app. c. ſignicante. & probatur. C. de non nu. pe. l. generaliter. §. hijs autem. uerſi. nullo tamen. unde pendente appellatione non prohibetur appellans uel appellatus ſi ſpolietur coram iudice a quo de hoc cõqueri. ut in capitu. cum teneamur. de appella. ſic eſt in caſu noſtro quia terminus eſt aſſignatus ad recipiendum apoſtolos. unde illa quæ ſunt ſeparata ab eis non ĩpediũtur in termino uel poſt quæ neceſſario habeant expidiri hoc probo æquiparando terminum iuris, & hominis. quod bene licet hoc caſu. ut in. c. perſonas hic alleg. & in cle. quamuis. de ap. Sed uideo quod pẽdentia termini iu-

ris sola & per se non impedit processum. siue loquamur de termino appellationis interponendæ. siue prosequendæ. primum probatur per not. per Spec. de ap. §. restat. in fi. secundum Inno. c. non solum. eo. ti. li. vj. Si ergo nõ impeditur processus per terminum iuris. ergo nec hominis illum restringentis uel arctantis.

¶ Alia additio quæ incipit a prælato regulari. sed quod opinio Hosti. sit uera. probatur quatuor rationibus. Prima
3 omnis actus † debet considerari secundum causam antecedentem uel productam ut secũdum illam fiat interpretatio. xv. q. vj. c. j. in fine. xxiij. q. iij. ipsa pietas. l. uerum. ff. de furt sed si consideremus causam apostolorũ secundum casum antecedentem siue loquentem semper inuenimus. quod est appellatio & eius instructio & informatio siue aliud dependens. sed sicut appellatio facit irr tum ꝑcessum ex sola sui pendentia. ita & terminus dependens ab ea. nam omnis sequæla appellationis assumit naturam ab ea. & sic de sequæla disponitur sicut de principali de ap. c. solicitudinem. Secũda ratio est. quia talis terminus participat de causa appellationis propter quam datur. Ex hoc arguo sic. quotiens sunt duo quæ se habent per modum causæ & causati illa sunt omnino separabilia. ff. de donat. inter vi. l. sponsus. §. generaliter. de iude. cap. ita quorundam. & de lati. lib. tol. l. j. §. j. sed appellatio per se impedit diffinitiuam sententiam & facit eam nullam. de senten. excom. c. per tuas ergo & terminus causatus ab ea Tertia ratio. quia quãdo aliqua participant eandem causam directo uel per medium principaliter uel secundario unius pendentia facit similem processum in alia. primum patet. ff. de excep. l. fundum & l. fundi. de ordi. cogni. ca. tuam. qui fil. sint legit. c. lator. Secundum probatur. ff. de iureiur. duobus. §. exceptio. & l. si actor. sed appellationis & dationis apostolorum eadem est causa. quia si appellatio causam habet legitimam datio apostolorum eam irritabit & erunt delatorij. alias deberetur pœna. de appe. de priore. C. eo. ti. quoniam. ij. q. vj decreto. si tamen est illegitima apostoli erunt refutatorij quod totum in eis debet exprimi. sicut causa in appellatione. de ap. c. cordi. li. vj. ergo pendentia dationis ipsorum apostolorum sic facit similem processum sicut pendentia appellationis quæ participat eandem causam cum eisdem. Quarta. pendentia termini dandorum apostolorum idem uidetur operari ꝙ ipsa datio & appellationis subsequens motio. probatur sicut aliquid pendere uel sperare de proximo pendere sunt paria. l. si. testis. & l. sequenti. ff. de peti. hære. & in. c. eccle sia. ut lit. penden. de ap. c. suggestum de alie. iu. mu. cau. fa. capitu. j. cum sua glos. sed spes firma est datis apostolis uel denegatis in termino litem pendere quæ uiciaret processum iudicis a quo. ut supra dictum est. ergo & ipsa spes propinqua idem operabitur. ad quod facit. ff. de except. rei iudic. l. si. quis cum totum. §. si ancillam. ubi dicitur quod quotiens apud secundum iudicem id petitur quod appellatione quæsitum est. obstat exceptio rei iudicate sed certum est quod secundus iudex debet cognoscere de remissione & apostolis sicut de appellatione. ergo quo ad utrumque iudicem erit in suspenso æqualiter. & per has rationes & plures alias concludit Paulus de leam. in præallega. quæstione. pro ista parte ubi omnino uideas.

Decisio. XX. alias. 130.

Summarium.

Processus post appellationem legitimam factus irritus est multo fortius post inhibitionem etiam si contingat appellationi renuntiare.

SI post inhibitionem iudex a quo appellatum est procedat eius ꝓcessus irritus est & nullus. et si pars appellans postea appellationi renunciet tacite uel expresse. per regulam quod ab initio. & cætera de electio. capi. auditis. cap. dudum Sed quod processus habitus post inhibitionem iudicis. immo post legitimam appellationem sit nullus. multi sunt text. de rescript. capitu. Rodulphus c significante. capitu. significauit. de iudi. capit. exhibita. de except. capitu. dilecti capitu. dilectæ. & cap significauerunt. de appella. capitu. dilecto. & cap. ex parte. & c. significantibus. cum multis similibus. In quibus habetur clausula irritans uidelicet reuocato in irritum. & cætera. probat optime. c. per tuas. & c. solet. de sente. excommu. lib. vj. In quibus apparet sententiam excommunicationis nullam latam post appellationem legitimam. De nullitate post inhibitionẽ hr̃ in. c. roma. & c. non solũ. in fi. li. vj faciunt etiam pro hoc iura alia in simili uidelicet de dolo & contuma. c. ueritatis. in fin. de despon. impub. ca. ad dissoluendum in fi. de præben. inter cætera. & c. dudũ li. vj. de rescrip. c. tibi qui de conces. præbend. c. si soli. & c. si capitulo. & c. executor. li. vj.

Decisio. XXI. alias. 132.

Summarium.

Appellans in causa beneficiali post tempora. c. statuimus. de elect. li. vj. quandocunque infra annum ueniens procedere potest etiam in contumaciam appellati.

APpellans in causa beneficiali post lapsa tempora in. c. statuimus. de elect. lib. vj. potest infra annũ quandocunque appellationem suam in curia ꝓsequi & procedere per audientiam contra appellatum absentem & hoc uidetur innuere Archi. qui recitat opinionem Innocen. & Hostien. in. capitu. statuimus. super uersi. expectata. non obstante glo. Compost. quam recitat ibibidem Archi. super. uer. sicut de iure. ibi dum dicit. & a præsente tempora fuerunt seruata. quia debet intelligi idest post lapsa. Ratio potest assignari. nam licet. capitu. statuimus. disponit quod antequam sint seruata. idest lapsa illa tempora non possit procedi in contumatia partis absentis. tamen non disponitur ibidem quod illis lapsis non ualeat procedi. immo ibi potius ibidem innuitur quod tunc ad ulteriora procedatur uerum secundum Cõpost. per uiam simplicis querelæ sed non in uim appellationis. quia tempora non seruauit. quem recitat Pau. in clemen. constitutionem. super. uersi. repellatur. de electio. nec est necessaria noua citatio nisi per audientiam. quia a lege citatus est & sic tanquam contra contumacem posset procedi ar. capitu. sæpe. de appella. fecit ergo magna gratiam appellans appellato ipsum diutius expectãdo datur enim simile in citatione hominis qui ex speciali mandato citauit aliquem: ut. lx. die compareat in curia cum comminatione scilicet quod siue ueniat siue non ad ulteriora usque ad diffinitiuam sententiam inclusiue in eius contumaciam procedatur. licet ille ad cuius instantiam citatio emanauit in prædicta. lx. die non compareat & diutius aduersarium suum expectare uoluerint poterit qui a duo tenetur. uidelicet comparere & certo die comparere. & licet quo ad secundum circum ductum sit edictum tamen non quo ad primum. Et ideo quandocunque actor postea ueniens potest procedere in contumaciam citati si non comparuerit. ar. eorum quæ leg. & nota. in. capitu. cum dilecti. de dolo & contumac. Eandem etiam uim siue effectum habet citatio iuris. ut in dictis iuri. & in capitulo. cupientes. de electio. libro sexto. Supra de dol. & contu. 14.

Decisio. XXII. alias. 137.

Summarium.

Appellatus in cuius præsentia fuit appellatum in causa beneficiali si post modum feratur sententia contra eũ infra. x. dies a tempore sententiæ de æquitate auditur appellans.

APpellatus in causa beneficiali. licet in eius præsentia fuerit appellatum uel ibi personaliter intimata appellatio iuxta formam clem. causam electionis. Si procedatur per audientiam contradictarum & sententia feratur contra eum poterit ab huiusmodi sñia appellari ifra. x. dies a ꝓlatione sñiæ cõputãdos de æquitate. licet de rigore iuris non posset. quia pro uero contumace habetur qui non appellat. ut not. Archi. in. c. statuimus

mus de elect.super.uer.infra mensem.libr.vj.post tamen decem dies etiam a tempore sententie minimæ poterit appellare quia uerus contumax fuit in non ueniendo.& sic poterit opinio Archi.procedere posita in c.statuimus ubi supra. Pro quo uide Ioan.an.in clem.causam electionis in glo.penul.ubi allegat Compost.remittens ad no.p. eum in clem.si ante.de do.& contum. postea uidi sæpius obseruari contrarium.uidelicet quod recipiebatur appellatio interposita a tempore scientiæ.præsertim quādo appellatio non fuit intimata appellato. uel suo procuratori personaliter apprehenso sed ad domum uel in ecclesia cathedrali.quia tunc ficte contumax reputatur qui bene auditur appellans ut notatur in dicta cle.si ante.

℄ Additio. Adde hic decisionē q̄ est infra.eo.ti.xxviij. quæ Incipit.licet ficte contumax.& supra de do.& contu.decisi.xvj.quæ incipit cum iura clamitent.

Decisio. XXIII. alias.139.

Summarium.

Appellatio iudicialis legitime intimata causam beneficialem ad curiam deuoluit.

SI in causa beneficiali in iudicio in partibus ꝓpter causam suspitionis uel aliam probabilem exceptionē non admissam ad se.ap. appelletur,& appellatio debite, iuxta formam cle.causam electionis intimetur totum negocium principale ad curiam censetur deuolutum.per not.in ca.statuimus.super uerbo propter hoc per Io.mo.& Archi.in dicta clem.super.uer.occasione.Ioann.and. Pau.& Genze.

Decisio. XXIIII.alias.153.

Summarium.

Auditor causæ appellationis sine noua commissione potest de desertione cognoscere.

AVditor datus in causæ appellationis a diffinitiua interposita.si excipiatur de desertione appellationis potest de ea sine alia noua cōmissione cognoscere.qa judicis est cognoscere an sua sit iurisdictio.de rescrip.c.super literis.de offi.deleg c.significantibus.de p̄ben.c.dilectus.de ap.c.sua.& ibi tex.de prædicta materia.ad quod.facit.l.ij.§.fi.cum ibi not.ff.de tempo ap.tū etiam quia omnes causæ in curia solent comitti cum incidentibus depēdē.& connex.at huiū desertio est unū incidens siue emergens de quo tanquam de præiudiciali ante omnia est cognoscendum.ar.not.de ordi cogni.c.j.&.c.tuā. pronunciare enim super desertione in casu prædicto est pronunciare se non iudicem.quod potest & debet quilibet iudex facere quando de eius iurisdictione dubitatur. per iura superius ad hoc inducta.

Decisio. XXV. alias.155.

Summarium.

Sufficit appellanti iter arripere infra terminum ad p̄sequendum præfixum sed cum præfigitur ad se præsentandum tunc requiritur personalis præsentatio & non sufficit quod iter arripuerit.

Epitome.

1 Terminus si præfigat ad prosequendum quid sufficiat.
2 Terminus ad prosequendam appellatione an possit per appellatum abbreuiari.
3 Appellatio an censeatur deserta fide non facta de prosecutione appellationis.

1 SI certus terminus † præfigatur per iudicem extra curiam ad prosequendum appellationem sufficit appellanti iter infra illud tempus arripere. ut nota. Specu. titulo.de appel.§.nunc breuiter.uer.item quid si pars.qui alleg.de re iudi.capitu.cum causam.& de.elect.capitu. statuimus libro sexto Ratio quia cum terminus assignatur ad prosequendum duntaxat sufficit inchoare uel incipere ultima.die secus uero si assignaret terminus uedū ad prosequendum sed ad præsentandum se apostolico conspectui.tunc enim non sufficit itineris arreptio nisi se quatur realis præsentatio, si poterit habere præsentiam domini papæ.alioquin fiat protestatio in ualuis palatij vt est moris.& quomodo quis debet se præsentare apostolico conspectui uide Ioan.an.in nouel.in.ca.quamuis.super. uerbo sedi apostolicæ.de off.ordi.li.vj. Hæc procedunt qn̄ appellatur&terminus præfigitur per hoīem extra curiā.secus si in curia.qa ibi requirit maior diligentia in p̄sequendo.uidelicet quod nedum uadat uel iter arripiat uersus cancellariam nisi etiam ipsum uicecancellarium uel locum eius tenē.accedat si poterit.alioquin de hoc protestetur & præsentet commissionem signandam & recipiat super hoc publicum instrumentum.quæ si infra terminū præfixum signata uel præsentata non fuerit non sibi nocebit.quia quod per me non stat &cætera.de eo qui mit. in possesc.c.ij.& in reg.iur.c.quod per me.lib.vj.Pro prima cōclusione facit optime.ca.meminimus.de appella. quod.c.alleg.ar.in simili materia de diligentia facienda. ne se.ua.c.uno.super.uer.mora.li.vj.add.supra de.xiij.

ADDITIO.

2 An iste terminus † ad prosequendum possit per appellatum abbreuiari uide infra.decisio.xxxij.eodem.titulo quæ incipit.appellatus. Item an iudex qui detulit appellationi & terminum præfixit ad prosequendum possit postea ex interuallo circa finem illius termini dictum terminum prorogare.uide deci.in antiquis quæ incipit nor. Vtrum iudex qui appellationi detulit.& tenet quod sic. infra in anti.eo.ti deci.xxxv.

℄ Alia additio Sed pone quod datus fuit terminus xx. dierum ad iter arripiendum & unius mensis ad comparēdum coram papa cum actis & munimentis causæ ad p̄sequendum dictam appellationem, aliusque mensis datus fuit ad fidem faciendum de prosecutione prædicta.infra quos terminos nullam fidem fecit appellans. elapsis uero quinque mensibus talis appellans fecit fidem coram iudice qui tulit sententiam qualiter in primo termino iter arripuit & comparuit in termino in curia apostolica ad prosequendū dictam appellationem & quod sibi responsum fuerat quod clausa erat audientia & qualiter pro parte dicti appellantis protestatum fuit per eum non stare quod interim sibi non currerent

3 dicta tempora. Modo quæritur quia † non fecit fidem infra terminum sibi statutum coram dicto iudice an dicta appellatio sit deserta uel non, de iure communi appellatione pendente a diffinitiua nil faciendum est. per iudicem a quo l.j.ff.nil no.appella.pen.de iureiurando capitu.uenientes.de appella.capitu.non solum libro sexto per iura noua est concessum iudici a quo appellatur quod possit statuere terminum appellanti ad iter arripiendū uel prosequendū uel ad se præsentandū de ap.c.personas.&.c.cū sit.& si infra illum terminū appellans non prosequitur rata manet diffinitiua uel interlocutoria ut in dictis iuribus.& de sentent.excommuni. capitu.licet libr. sexto.& si de hoc iudex certus est potest exequi suam sententiam, etiam appellante non citato. ut not.Inn.de appella.cap.ex ratione. Hoc non vr̄ Fede.de Senis prima facie uerum scilicet quod iudex possit compellere appellantem ad faciendum sibi fidem de prosecutione.ar.ad hoc de appella.capitu.ex insinuatione. quia non inuenitur hoc sibi permissum a iure. unde dici posset secundum eum quod ex quo iniusto impedimento cessante non facit sibi fidem de prosecutione infra terminum, sibi assignatum cui non. contradixit quod talis executio non debeat retractari. sed pendeat ex futuro euentu causæ appellationis. sicut in simili nota.de appella.capitu. pastoralis. in glos. ante penulti. circa medium. sed propter hoc appellatio non debet dici deserta.non enim est nouum quod iudex a quo cognoscat ad sui instructionem an appellans

fit infra terminum suam appellationē prosecutus ut not. de app.c.constitutus.per Inno.& facit quod no.Ber.de appel.c.sæpe.in glo.ut si lis est contestata & pro tanto in ualuit consuetudo per iudices a quibus appellatur assignari terminum ad fidem faciendum de prosecutione appellationis ut sine nota reprehensionis possint suas sententias exequi si non constat eis de prosecutione appellationis facta. Et ita determinat Sed consilio.cxxviij.dicit autem Lap.in clem.j.de app.quod si appellans cui fuit terminus assignatus per iudicem a quo ad se præsentandū & fidem faciendum paruit primo termino sed non secundo,ut quia fidem non fecit in termino quod propter hoc appellatio non est deserta. quia hoc cautum non reperitur in iure nisi iudex in termini assignatione adiecisset ꝙ alias fide non facta haberet appellationē pro deserta.quo casu non foret deserta appellatio ipso iure,sed opus esset sententia.quod est notādum.ubi uero primo termino nō paruisset ut quia contumax fuisset in appellatione introducenda,tunc siue terminus statutus sit a iure uel ab homine,puto quod habeatur pro desertore appellationis.& ita intelligo Inno.in.c.personas.de ap.quod intelligo uerum nisi fuisset impeditus. quia ille qui habuit prosequi appellationem in termino assignato non uidetur appellationem deserere si fuit impeditus,etiam propter inopiā quia terminus hominis succedit loco termini iuris.ff.de re iudi.l.iiij.§ si quis.& per Innocen.in.c.ex ratione.de appe. ¶ Sed dubitatur si appellans fuit infirmus uel alias iusto impedimento detentus ita quod appellationem nō potuit prosequi nec potest impedimentum per testes probare,utrum possit ipsum probare per proprium iuramentum.Spe.in ti.de appel.tenet quod sic.allegat ad hoc.ff. de excus.tu.l.si tutorū.& per Innoc.c.fi.quod met.cau. ¶ Quid si infra terminum statutum appellans procuratorem constituit quem misit ad prosequendum. sed procurator decepit dominū & non iuit,an talis procuratoris malicia debeat dño imputari? Arch.in.c.uno ne se.ua.li. vj.dicit quod non ut.l.qui mittuntur.ff.ex quibus causis ma.dic ut ibi per cū.

Decisio. XXVI. alias.168.

Summarium.

Appellatio sub simplici copia non sub manu publica appellato data non dicitur esse legitime intimata.

SI in causa beneficiali per appellantē tradatur appellato copia appellationis animo intimandi sibi appellationem,nō sufficit quo ad deuolutionem causæ ad curiam nisi per aliqua alia iudicia constiterit appellatū de huiusmodi appellatione certam & indubitatam noticiam habuisse.Nam ad hoc quod appellatio deuoluat requiritur quod legitime fuerit intimata parti appellatæ vel eius procuratori iuxta formam clem.causam electionis. de elect.quæ est ꝙ appellatio sub scriptura authētica porrigatur & tradatur appellato licet non legatur sibi tenor secundum glo.ibidem.Si uero non traditur sibi huiusmodi scriptura sed ostendatur tūc perlecto ipsius tenore sufficit tradere nudam copiam appellato nisi petat eam sub manu publica sibi tradi:tunc requiritur quod sic sibi tradatur.alioquin causa non censetur deuoluta ad curiam. prout leg.& not.in cle.antedicta.

Decisio. XXVII.alias.185.

Summarium.

Appellans lite contestata super principali negocio potest petere reuocationē attētatorū sicut ultimo spoliatus.

LIcet pars rea in causa appellationis a diffinitiua in partibus interpositæ coram auditore huiusmodi causæ in curia super libello dato per actorem in negocio principali litem contestetur , nihilhominus poterit post ea agere de & super attentatis post & contra prædictam suam appellationem in partibus interpositam & ea petere reuocari.quia in hoc est priuilegiata huiusmodi actio quod autē omnia in quacunque parte litis est expedienda.ut in capitu.non solum.de appellatio.li.sexto. nec per lit.contest.antedictam uidetur renunciasse huic priuilegio.tum quia ad hoc compulsus per iudicem & non uoluntarie hoc fecit.tum quia licet actor dixisset se spoliatum quibusdam rebus per reum & reus super hoc esset litem contestatus tamen reus ibi etiam poterat dicere & excipere se ultimo spoliatum eisdem rebus per actorem & petere huiusmodi spoliationem reuocari per uiam nullitatis siue attentatorum . quia ultima spoliatio siue uiolentia semper purganda est iuxta not.in.c.fina.de ordi.cogni.

Decisio. XXVIII. alias.187.

Summarium.

Licet ficte contumax.infra.x.dies a tempore scientiæ ualeat appellare.facta tamen per iudicem a quo post decem dies a tempore sententiæ non ueniunt per uiam attētatorum reuocanda.

LIcet fictæ* contumax possit a sententia diffinitiua infra decem dies a tempore scientiæ computandos appellare prout le.& not.in clemen.causam. de electio.& in clemen.si ante.de do.& contuma.tamen ea quæ fiunt post decem dies a tempore prolationis sententiæ & ante interpositionem prædictæ appellationis p iudicem seu executorem ualent & tenent nec reuocabūtur per modum attentati seu nullitatis,sed bene iniusticiæ docto & cognito de hoc in causa appellationis.ratio quia statim lapsis decem diebus iudex non tenebatur plus expectare sed poterat debebat ad executionem procedere. de offic.delega.capitu.pastoralis.de re iudica.cap.quod ad consultationem.de testi.capitu. significauerunt.de elect.capitu.cum dilectus.& sic dicebant domini intelligendum.capitu.non solum.de appella.libro sexto.quod quidem capitu.dicebant aliqui non habere locum in sententia excommunicationis infra etiam decem dies datos ad appellandum promulgata.propter not.in capitu. uenerabilibus.§.porro.& per Ioann.and.& capitu.licet.de senten.excommu.libro sexto.licet Io.mo.contra.in capi. is cui.eodem titulo.§.fin. Archi.uero ibi & in capitu.non solum.uidetur sibi contrarius in hoc. secundum Ioann. and.in nouel.qui remittit ad Specu.ti.de appel.§.officio. uer.si uero.

* Ficte adde supra de do. et cōtu. 2. & 16.

Decisio. XXIX. alias.188.

Summarium.

De desertione appellationis cognoscit iudex a quo extitit appellatum uirtute nouæ commissionis ad eum obtētæ,quia ista est alia a causa principali.

SI auditor qui tulit diffinitiuam sententiam licet detulerit appellationi interpositæ ab eadem & terminum decem dierum præfixerit ad prosequēdum ut est moris,si postea sibi committatur desertio huiusmodi appellationis de illa potest cognoscere. quia alius articulus est a principali,& quia de iure communi iudex qui tulit sententiam diffinitiuam si pars non est prosecuta appellationem suam infra terminum a iure uel ab homine præfixum potest & debet illam exequi.de appellatio.capitu. personas.capit.cum sit.&.c.reprehensibilis.de off.dele. capitu.pastoralis.

Decisio. XXX. alias.190.

Summarium.

Appellans non potest per confessionem appellati probare appellationis interpositionem,nisi de illa legitime constet.

Quo

QVo ad reuocationem attentatorum post appellationem interpositam a diffinitiua non sufficit probare per confessionẽ partis appellatæ fuisse appellatum: nisi probetur infra decem dies & per habentem potestatem appellationem huiusmodi interpositam. de elect. c. cum dilectus. & ibi not. in fi. & sic dicebant domini intelligendum. c. non solum. primo responso. de appel. li. vi

¶ Additio. oportet ergo quod duo probet appellans. primo se appellasse. secundo quod infra decem dies appellauerit. quia non sequitur. talis appellauit ergo infra decendium. quia qui dicit solennitatem extrinsecam illam probare debet. l. quæcunque. ff. de publi. secundum Cõpost. in. d. c. cum dilectus.

Decisio. XXXI. alias. 193.

Summarium.

Processus post inhibitionem factus est nullus.

SI ab excommunicatione uel excommunicationis reintrusione latæ aut factæ ꝓpter contumaciã. quia pars rea uoluit respondere libello appelletur & auditori primo per iudicem appellationis inhibeatur. & post huiusmodi inhibitionem primus iudex procedat: totus processus ẽ nullus ꝑ. §. ij. in. c. nõ solũ. & c. romana. §. si uero. de appel. li. vi. nec obstat quod prædicta reintrusio uideatur alius. & seperatus articulus a negocio principali. quia non est uerum. quia ipsa reintrusio est facta occasione & ratione negocii principalis. quia noluit respondere libello & litem contestari in causa principali & si reintrudendo uel excommunicando grauauit cum in totum erat suspensa sua iurisdictio. per. c. ad hoc si in una de appel. Secus uero si fuissent & essent diuersæ & distinctæ causæ. tunc enim licet esset appellatum in una. non propter hoc retardaretur processus in alia. de appel. super eo. & in dicto. c. ad hæc.

Decisio. XXXII. alias. 204.

Summarium.

Appellatus licet posit appellationem approbare & petere quod infra certum terminum ueniat appellans cũ omnibus actis iuribus & munimentis ad curiam uel quod procuratorem sufficienter instructũ transmittat. nõ tamen appellantem aliquem terminum sta

Epitome.

1 Appellatus non potest appellanti terminum præfigere ad appellationem prosequendam.
2 Terminus primus ad causam finiendam non potest abbreuiari.
3 Renuntiare iuri introducto cuicunq; licet.
4 Appellatus non tenetur ad prosecutionem negocij principalis. sed solum appellationis articulorum.
5 Appellatus an posit præfigere terminum appellanti ad appellationem prosequendam.
6 Termino ad prosequendam appellationem præfixo per appellantem transgresso: an requiratur noua citatio.

1 APpellatus †terminum ad prosequendum appellationem interpositam parti appellanti præfigere non potest licet posset appellationem approbare in. c. sæpe. pe appel. & petere quod appellans infra terminum iuris ueniat cum omnibus actis & munimentis ad curiam uel mittat procuratorẽ sufficienter instructũ tunc dicitur procurator sufficienter instructus quando portat acta iura & munimenta seu instrumenta ut in. c. cupientes in primo respon. in. fi. & in. c. i. super uerb. instructus de elect. lib. vi. & iuxta formam. c. cordi. de appel. li. vi. ubi de hoc per omnes scribentes. & uide Specu. ti. de appel. §. qualiter. uers. hoc autem. ubi ponit duas rationes. Prima est: graue enim esset appellantem qui in causa appellationis actoris uices gerit & qui probare habet metiri terminum ex parte rei & conformare se uoluntati appellati. ar. ff. qui satisda. co. l. de die. in princi. & iij. q. iij. §. spacium. uers. ei autem. Secunda ratio quia indultum a iure beneficium nemini est auferendum. ut in regula iudultum de regu. iur. li. vi. & xxvij. di. de his. sed appellãs a iure habet annum uel. ex causa biennium ad suã appellationem prosequendam. ut in. c. cum sit romana. & c. ex ratione. de appel. quod per appellatum non est in parte nec in toto sibi tollendum uel abbreuiandum nec etiam per eum in impetrando præueniendũ. ut in. c. oblatæ. de appel. & ibi clarus tex. pro dicta conclusione In qua remanserunt omnes domini exceptis dominis egidio & Galhardo quibus uidebatur contrarium fore dicendum. uidelicet quod sicut licet appellanti terminum iuris abbreuiare: ita & appellato per regulam communem Quod licet actori licet & reo. & econuerso. de mu. pe. c. i. & iij. de reg. iur. c. non licet. li. vi. Hinc est quod si causa committatur simpliciter de plano uel appellatione remota decidenda. ad instantiam actoris reus potest uti eodem rescripto & eodem modo procedere ut in iuribus antedictis. Dominus Egidius bene concessit appellatum non posse terminum a lege concessum appellanti ad finiendũ causam abbreuiare uel. illum infra quem si non ꝓsequeretur: desereretur eius appellatio. sed terminum etiam iuris datum ad impetrandum uel inchoandum prosequi appellationem dicebat per appellatum sicut per appellantem posse abbreuiari quia in primo uertitur magnum periculum siue præiudicium qui fieret appellanti in secundo non. Ad quas rationes respõdebatur quod

2 primus † terminus ad causam finiẽdam etiam per iudicẽ non potest abbreuiari. prout leg. & not. in. c. oblatæ. & in clem. sicut. de appell. ergo nimirum si hoc non poterit appellatus, de termino uero deferendi appellationem in casu non prosecutionis dicebatur idem. Nam aut loquimur de termino iuris dato ad prosequendum uel hominis. si iuris: est annus nedum ad prosequendum sed ad finiendum. ut in clem. sicut. de appell. quo ad appellantem qui quandocunque uoluerit potest impetrare & prosequi appellationem suam infra illum annum. sed appellatus nequaquam nisi circa finem anni. ut not. in. c. oblatæ. eodem ti. Terminus uero hominis præfigitur duntaxat ad prosequendum & non finiendum ut prædictum est infra. quem si appellans non inchoauerit prosequi: puta impetrando uel iter arripiendo secundum aliquos deserta est sua appellatio & redibit ad iudicem a quo appellauit ut in. c. personas. & c. cum sit. & c. sæpe & c. reprehensibilis. de appell. loquendo igitur de quocunque termino semper per eius lapsum inducitur desertio appellationis ergo secundum opinionem domini Egid. esset absurdum dicere partem appellantem per appellatum astringi ad suam appellationem deserendam. non obstat regula Non debet licere actori. nam † cuilibet licitum

3 est renunciare fauori pro se introducto de reg. c. ad apostolicam. in fauore enim appellantis est annus sibi indultus a lege ad prosequendum & finiendum suam appellationem. ut in iure superius alleg. cui fauori potest renũtiare & seipsum arctare & breuiorem sibi ipsi terminum asignare si uult. mos enim in hoc gerendus est sibi. de resti. spo. c. i. Sed nullibi reperio cautum hunc fauorem per partem aduersam fore auferendum. ergo. & c. quod enim ob fauorem alicui concessum est in eius lesionem non debet retorqueri. de reg. iur. quod ob gratiam. li. vi. Ad regulam Non debet. licere actori & c. respondebatur per unum de dominis illam ꝓcedere. ubi est per omnia æqualitas rationis. ut ecce. sic. appellatus potest petere iudicẽ appellatũ. qa hoc uoluit appellans: ita appellãs pœnitendo potest reuerti ad iudicẽ a quo appel. qa hoc uoluit appellatus. & pœnitendo præsumitur quod hoc uelit. ita in proposito permittitur appellanti suæ prosecutionis terminum præfigere. quia præsumitur quod hoc uelit appellatus ut sic uel cito causa appellationis terminetur & appellans ad iudicem a quo remittatur. uel quod sic arctetur quod sua appellatio per non prosecutionem deseratur. uel ut saltem citius tempus datũ a lege appellãti ad prosecutionem præueniatur in præiuditium appellantis. Sed non est uerisimile quod placeat appellanti e con

tra quia cessat ratio prædicta & semper tenderet in suum
præiudicium quod est contra priuilegium iuris dantis sibi
longius tempus per factum appellari arctaretur. Modo li
cet sit uerisimile quod in fauorabilibus quis libenter con-
sentiat: tamen non est ita in odiosis.ut.l.inuitus. cum ibi
not.per Cy.C.de procura.ergo non est rationis identitas
utrobique.nec ob c.cordi.§.post hæc.quia ibi appellatus
potest arctare appellantem nedum ad prosequendum
causam appellationis: sed etiam negocij principalis in cu
ria si hoc uoluerit & petat.ergo multo fortius terminum
coarctare. Respondeo dupliciter. Primo per huiusmodi
petitionem sine principalis causæ in curia prosecutionem
nil deperit appellanti immo consequitur quod intendit.
nam prosequendo appellationem suam si pronunciaretur
bene appellatum & male processum propter quod appel-
lauit: habet intentum & sic non remittetur ad iudicem a
quo sed negocium principale remanebit in curia penes iu
dicem ad quem.ut leg.& not in cap.cum in ecclesiis &
c.ut debitus.de appell.ergo multum releuatur in hoc quod
omisso articulo appellationis ut sic euitetur circuitus co-
gnoscatur de negocio principali de quo tamen non co-
gnosceretur nisi circa finem anni a iure indulti, & sic per
prædictam petitionem appellati de qua in cap.cordi. ni-
hil deperit sibi de tēpore prosecutionis appellationis suæ,
immo secundum me augetur & duplicatur sibi tempus.
Nam ubi alias non fieret prædicta petitio appellans ne-
dum debet incipere prosequi appellationem suam: sed
eam finire infra terminum iuris.ut in clem.sicut.sæpe.al-
leg. At ubi appellatus uult & petit secundum formam.c.
cordi.tunc sufficit sibi mittere procuratorem sufficienter
instructum circa finem anni ad prosequendum & incipe
re prosequi negocium principale. & sic habet duos an-
nos ubi alias non haberet nisi unum. Si igitur grauaretur
in aliquo ex dicta petitione appellati releuaretur in alio ui
delicet in termino ad finiendum ut præfertur.& hæc est
secunda ratio. Pro alijs rationibus uide Innocen. & per
Io.an. in nouel.& Io.mo.super uer.uoluntate.in.c. cor-
di. Dominus uero Robertus non declinauit nec ad unam
nec ad aliam partem sed dixit se uelle deliberare. Qui
postea deliberatus dixit sæpe tenuisse quod licet appella-
tus non posset præfigere terminum appellanti ad prose-
cutionem suæ appellationis per rationes superius tactas:
tamen sibi ipsi & prosecutioni suæ terminum præfigere
poterit.Sed non uideo quid operetur huiusmodi præfixio.
cum appellans possit nihilominus uti termino iuris. esset
enim appellatus qui habet sententiam pro se bene fatuus
arctando se ad prosecutionem ad quam non tenetur ut
not.doct.loc.superius alleg. & licet hoc dixerit Specu.&
Innocen.incidenter in.c.cordi tamen ambo recedunt ab
huiusmodi opinione dicentes uerius appellatum nullum
terminum præfigere posse nisi terminum iuris.& in hoc re
sidebant quasi omnes domini.

¶ Additio. Hæc petitio non uidetur necessaria in causis
beneficialibus ut dicit Ioann an.in.cap.cordi.super uer-
bo petierit.in princi.qui remittit ad not.in cap.i.de elect.
libro sexto.& tene quod ibi dicitur & infra proxima con-
clusione.

¶ Alia additio. Hanc petitionem facere non potest ap-
pellans & est ratio quia appellans tenetur solum ad pro-
sequendum appellationis articulum non autem nego-
cium principale. Ratio rationis est: quia ante senten-
tiam ipse asserit suam appellationem fore legitimam, cu-
ius uigore ad iudicem appellationis prætendit principale
fore negocium deuolutum. igitur appellato resistere non
potest petenti id ad quod ipse appellans principaliter ten
dit. sed appellatus appellationi resistendo innuit principa
le negocium non fore deuolutum, non mirum ergo si per
appellantem ad portandum acta principalis causæ cogi
non potest, cum ipse tendat ut causa ad iudicem a quo re
mittatur & fiat consequenter condemnatio expensarum.
ut notatur in.c. interposita. § ij.de appella.& per Ioann.
an.in.c.cordi.eod.titu.libro sexto.

5 ¶ Ex præmissis † igitur insurrexit aliud dubium: si iudex
deferat & terminum non præfigat: appellatus tamen pe-
tat quod ueniat ad curiam cum omnibus actis & muni-
mentis & etiam ut in.c cordi.& sic appellans habebit an-
num ad prosequendum a iure præfixum: utrum appella-
to ueniente circa finem anni & petente procedi in nego-
cio principali procedi poterit sine noua citatione in absen
tia appellantis per audientiam? Volebant aliqui dicere &
maior pars quod opus sit noua citatione per c.sæpe.& c.obla
tæ de appel.ubi apparet quod etiam quando appellatio re-
cipitur a iudice & terminus ab ipso uel a prouocante ad
prosequendum appellationem præfigitur.qui quidem ter
minus licet habeat uim peremptorij quo ad appellatio-
6 nem prosequendum: tamen illo † elapso opus est noua ci
tatione quo ad processum fiendum in negocio principa-
li. Sed antequam transeam ulterius: respondeo hoc esse
uerum quando appellatus nil fecit nec petijt quod appel
lans ueniret uel mitteret sufficienter at ubi hoc peteret &
iudex deferret crederem sub dubio tamen quod nisi ap-
pellans ueniat uel mittat procuratorem sufficienter quod
circa finem anni poterit per audientiam in negocio prin-
cipali procedi. Et sic intelligo Innocen.qui alleg pro con
trario in.c.cordi.super uer.petierit.ibi habebit ergo locū
&c. & super uer. appellans. ubi ponit duas conclusio-
nes.quarum prima est hæc: quod quando pars appellata
petijt ut appellans ueniret cum omnibus actis & muni-
mentis &c. nisi ueniat in termino iuris uel hominis non ha
bebit remissionem siue nouum terminum pro eis produ-
cendis: immo eis nō expectatis procedetur ulterius in cau
sa. pro quo nil alleg. sed possunt allegari ea quæ leguntur
& notantur in.c.statuimus.& c. cupientes. de elect. libro
sexto. Secunda conclusio est ista quod quando nil petit
appellatus sed tantum terminus est appellanti ad prose-
quendum appellationem præfixus per iudicem quod ne
dum in causa appellationis sed etiam in principali potest
procedi sine ulla citatione. allega. c. ueniens.de renunc.
licet aliqui secundum eum contradicant: tamen ipse ui-
detur residere in prædicta opinione quam credo uerissi-
mā; dummodo appellatio sit recepta a iudice uel appro
bata a parte prout suppletur in.c.Nicolao per Io.de Lig.
ar. etiam unius notulæ Ber.in c.cum causam.de re iudi.
in princi. alias enim non procederet prædicta Innocen.
conclusio.quia sola termini præfixio non operatur dela-
tionem nec deuolutionem negocij principalis ad curiam.
prout leg.& not.per Ioann.an.& archi.in c.cum appel-
lationibus friuolis libro sexto.& Specu in spe.ti.de appel.
§.qualiter.uer.porro.ubi dicit quod termini præfixio nil
operatur nisi quod per neutram partium possunt antea li-
teræ super appellatione impetrari: ad quod duntaxat suf
ficit mittere procuratorem ad curiam.ut in.c.Nicolao.de
appell.at ubi iudex defert & terminum præfigit tunc par
tes nedum ad impetrandum & contradicendum sed etiā
sufficienter debent mittere ad totam causam.& hoc non
ex ui præfixionis termini sed delationis iudicis quæ deuo-
luit & transfert totum negocium principale ad curiam.ut
in.c.cum appellationibus superius allegato. de quo ta-
men sunt opiniones diuersæ.si igitur iudex defert & ter-
minum non præfigit & pars appellata petit iuxta formam
c.cordi.credo casum indubitatum. nam tunc succedit
terminus iuris loco termini hominis.infra quem debet ap
pellans uenire & mittere sufficienter.ut si appellatus uo-
luerit uel etiam superior quod omisso articulo appellatio
nis procedatur in negocio principali possit ulterius pro-
cedi etiam ipso ulterius non uocato ex quo non misit suf-
ficienter. Pro hoc alleg ar.in.c. appellationi.ii.quæst.vj.
in additione. Adde de hac materia: quæ quidem lex ibi
canonizata multum uidetur facere pro contraria opinio-
ne. sed intelligo eam quando non fuit appellatio recepta
a iudice uel approbata a parte nec petitio facta secundū
formam.c.cordi.his enim duobus concurrentibus secus
secundum dominum meum & per Io.de Ligna. in.c.in-
terposita de appella. Si enim diceretur fore necessariam
nouam citationem: quid operaretur tunc prædicta appel
lati petitio: immo esset superflua ex quo idem deberet re-
peti & de nouo cum omnibus actis & munimentis citari
ut est moris Credo ergo si non ueniat uel mittat appellās
sufficienter. posse procedi in eius contumaciam per au-
dientiam ad diffinitiuam sententiam. seruata tamen for-
ma & modo procedendi traditis per glo in.c sæpe. super
uer.ac si peremptoris & per Innocen.& Io.mona. in.c.
cordi, superius alleg. Pro prædicta opinione facit unum
dictum Io.an.in.c. Romana.de foro compe.super uer uo
luntate in nouel.libro sexto. Sed pone quod iudex nolit
appellationem admittere: nunquid pars appellata pote
rit

rit ipsam approbare Dicit Hostien.in c.sæpe superius all. super uer.a parte.quod fic.& alleg.pro hoc.c. interposita §.1.eo.ti & meo iudicio reputo de hoc clarum tex.in dicto c.sæpe.qui loquitur alternatiue.Et credo per solam huius modi appellationem causam appellationis sed non nego eii principalis ad curiam deuolutam.sed si petatur iuxta formam.c.cordi.tunc utrunque negocium est deuolutum.

℄ Additio.Et pro hoc uide in.c.i.de elect.li.vi.& hoc habet locum cum appellatur in beneficialibus:ut ibi.Sed quid dices in prophanis.Videtur quod una partium comparente debet alia de nouo citari.l fi.§.illud.de tempo.appel.unde tex.in.c.cordi.potest intelligi quod partes instructæ debeant comparere super appellationis articulo sed ut eo finito possit procedi in principali: noua citatio & processus requiritur.hoc uult tex.in dicto.c.cordi.ibi dum dicit quantum de iure poterit & debebit.ad hoc.c. sæpe. de appel.& quod ibi not.in glo.ut si lis.speciale ergo uidetur cum appellatur ab interlocutoria uel grauamine ut partes compareant cum actis & munimentis & pro eis producendis non detur eis post primam comparitionem alia dilatio quod an sit speciale cum appellatur ad papã uel generaliter ad quæcunque:cogita.

Decisio.XXXIII.alias.209.

Summarium.

Appellatio alternatiua uel disiunctiua ut puta ad papam uel archiepiscopum seu episcopum interposita in partibus ualet & tenet.

APpellatio alternatiua uel disiunctiua interposita in partibus puta ad papam uel ad archiepiscopum ualet & tenet prout not.Spe.ti.de appel §. nunc tractemus.uer.sed pone aliquis.& uer.quid si dicat: licet Io.an.in.c.si is cui.de offi.deleg.libro sexto.teneat contrarium de iure canonico.& Ar.in cano.si quis a iudice.ii.quæst.vi.quia non licet cum discrimine alterius uagari in incerto.ff.de iureiurand.l.prætor.de elect.cap.ii. &.c.ut quis duas.de elect.libro sexto.quam tamen quæstionem plenius dominus Ioann.and.prosequitur in regula in alternatiuis in mercur.& idem ibidem decidit & male.quia prædicta incertitudo si qua sit reducitur ad certitudinem cum appellans appellationem prædictam coram uno de illis prosequi incipiat & partem aduersam citari faciat.per hoc enim satis certificatus est appellatus coram quo procedere debeat in huiusmodi causa appellationis.Dominus Io.de Ligna.in.c.si duobus.de appella. dicit appellationem alternatiuam ualere indistincte de iure ciuili.quia lex dat iudicem immediatum scilicet superiorem.ff.de appella.l.imperator.&.C.eod.titu.l.præcipimus. Idem dicit cum appellatur ad episcopum uel archiepiscopum.quia lex dat certum ut supra dictum est. In appellatione uero interposita ad papam uel archiepiscopum dicit eam ualere si apponatur clausula reseruata sibi optione illius quam prosequi uelit per.l.v.§. si quis illud.ff.de uerbo.obliga.uel si certificet aduersarium infra decendium quo potuit & debuit appellare secundum Ioann.and.ubi supra.Subdit tamen dominus meus quod curia indistincte admittit appellationem alternatiuam etiam sine clausula supradicta.quia in casu magis uerisimiliter dubio alternatiua admittitur.de restit.in integ.c. constitutus.nec est necesse quod infra decem dies fiat huiusmodi electio siue certificatio.quia cum appellans eam prosequitur eo ipso elegit & per citationem postea subsecutam aduersarium certificat.ar.c.præterea.de dila.& ele.causam.de elect.& clem.ii.ut lit.pen.ergo cessant omnes rationes supradictæ.

℄ Additio.Adde hic consilium domini Pe.de Ancarano positum in libro paruo consiliorum? ubi est repetitio. c.commissa.de elect.li.vi.folio.296.

Decisio. XXXIIII. alias.224.

Summarium.

Quandiu quis potest appellare restitutionem aduersus sententiam petere non poterit.

SI contra absentem & indefensum ac præsumptiue contumacem feratur sententia & ab ea non appellatur infra decendium a tempore quo sciuit eam latam computandum non potest infra illud idem tempus petere restitutionem in integrum ad appelladum quia quamdiu superest remedium ordinarium non est recurrendum ad extraordinarium.ff de mino.l.in causæ.de offi.iudi.c.ii.licet aliqui allegauerint.c.ex literis.de in integ.resti.pro contrario.quod tamen facit pro meo iudicio quia illa puella propter deceptionem & fraudem non fuit restituta per uiam restitutionis ad appellandum sed per uiam supplicationis ad audientiam & totum negocium principale prosequendum per eundem modum tollitur contrarium etiam allegatum de.c.cum Bertoldus. de re.iudic.quia ibi ex diuersis causis & præsertim propter iustam absentiæ causam fuit restitutus aduersus sententiam iniuste uel secundum aliquos nulliter contra absentem promulgatam & non fuit restitutus ad appellandum.

Decisio. XXXV. alias.234.

Summarium.

Si appellanti resistit ius commune non prius reuocantur attentata quam ipse appellans ueritatem causæ suæ appellationis probauerit.

SI rector alicuius ecclesiæ parrochialis episcopo alicui subiectæ appellat a sua uisitatione & procuratione exprimendo & allegando in sua appellatione se exemptum per priuilegium apostolicum uel præscriptionem tanti temporis &c.& petat reuocari quædam attentata per dictum episcopum post suam appellationem licet attentata probet sed non probet prædictam exemptionem:huiusmodi attentata non uenient reuocanda. Nam siue dicamus prædictam appellationem iudicialem siue extraiudicialem exquo non est a diffinitiua ueritas causæ ante huiusmodi reuocationem est probanda de rescrip.c.significauit.c.rodulphus.&.c.significante. de maio.& obe.c.dilecti.& ibi per Innocen.de appella. c.dilecto.&.c.ex parte significantibus cum multis similibus.sed optime & ibi clarus tex.est hodie.de appella. c.non solum.§ fi:libro sexto.Pro hoc facit etiam dictum Inncoen.in.c.solet de senten.excommu.libro sexto.uide licet quod allegans se exemptum a iurisdictione episcopi & petens se absolui ad cautelam a sententia excommunicationis per episcopum in eum prolata non auditur nisi doceat de exemptione ante omnia licet Ioann.and.in nouel.ibi uariet:tamen dictum Innocen.tenet rota uidelicet quod aliqualiter licet non plene debeat constare de huiusmodi exemptione antequam absoluatur ne illudatur ordinariæ potestati.pro qua facit ius commune & resistit agenti siue absolutionem petenti.ar.c.ad decimas. de resti.spo.li.vi.

Decisio. XXXVI. alias.267.

Summarium.

Capitulum ut circa de elect li.vi.non extenditur ad illum qui in sua appellatione dixit se canonice institutum & aduersario ius non competere.

Epitome.

1 Dispositio c.ut circa an recipiat interpretationem extensiuam.

2 Appellans in causa beneficiali extra iudicium nullos obiectus deducendo an postea repellatur ab obiectionibus dandis.

SI possessor beneficii appellet in partibus extraiudicialiter asserens sibi canonice de illo beneficio fore prouisum & aduersario suo nullum ius competere & quod ipsum indebite inquietat & molestat nihil obiiciendo uel

exprimendo in sua appellatione in personam uel in formam non repelletur ab obiectibus postea dandis in curia. nam.c.ut circa.quod est a iure exorbitans & multum pœnale.quia excludit a iure iam quæsito est restringendum & strictissime interpretandum de elect.c.statutum libro sexto. de regu.iur quæ a iur.&.c.odia.eo.libro. Sed cum prædicta constitutio arctet non tantum appellantem sed appellatum & crimina & defectus opponentem in personam uel formam ad illam exactam specificationem & in casu proposito nihil opponitur.sed tantum appellatur a molestationibus &c.ergo nec obstat quod uideatur impugnare prouisionem aduersarii indirecte in eo quod dicit sibi nullum ius competere in beneficio quod possidet.nam eo ipso quod dico mihi ius competere: per consequens dico tibi nullum ius deberi.quia duo unam rem &c. de fide instrumen.c.inter dilectos.de conces. præben.c.i.libro sexto.Subintellecta igitur & quæ de iure insunt exprimere non nocet de iureiuran.c. quemadmodum de elect.c. significasti de præben.c. significatum cum ibi not.&.ff. de solut.l.cum quis & in decre.ii.de Rescriptis cum ibi not.Præterea? non sufficit prouisionem impugnare nisi propter hoc appellet.ut in.c.i.de appel libro sexto.at hic appellans prouisionem non impugnat sed pro conseruatione iuris sui appellat.ergo &c.licet dominus Robertus tenendo contrarium dixerit quod expressa nocent non expressa non nocent.de procura.c.fin.cum ibi not.& dixit quod ita tempore domini Innocen.sexti & Vrbani quinti semper fuit obseruatum quod omnes
2 † appellantes in causa beneficiali extra iudicium etiam nullos obiectus in appellatione deducendo uel exprimendo repellantur ab obiectibus postea dandis.& pro hoc alleg.unam not. Io.mo.c.statuimus.de elect.super uer.contingat.libro sexto. quæ nihil facit.nec obstat meo iudicio quia loquitur quo ad deuolutionem causæ beneficialis ad curiam quæ de sui natura sunt tractandæ ibidem.& leuius possunt ibi tractari & diffiniri quam alibi. seruata tamen forma clem. causam electionis.de elect.& pro primo dicto fuit allegatum.c.constitutionem.in princi.eod.titu.in clemen. nam si quis appellat propter ius suum licet impugnet indirecte ius partis aduersæ:dummodo nil obiiciat in personam uel in formam non habet locum constitutio ut circa.quæ est multum rigorosa & ad occurrendum fraudibus inuenta:quæ cessat in casu proposito ergo.&c.& si iudex dubitet de aliqua fraude uel malitia contra nunc dantem obiectus recipiat iuramentum de malitia. de iura. calum.c. ii.libro sexto.in fin.de except.c.pastoralis.Secus uero secundum aliquos si appellans ius suum non deducendo sed ius partis aduersæ impugnando ab eius intrusione. uel non canonica institutione etiam in genere appellaret nisi tunc causas & circumstantias huiusmodi intrusionis uel non canonicæ institutionis in appellatione exprimat: repellitur postea ab obiectibus & cadit a iure suo. Clare enim constat quod non pro iure suo tuendo seu conseruando forte quia nullum ius habet: sed ius alterius impugnando directe appellat. Secus uero si indirecte ut in clem.constitutionem.superius alleg.

Decisio. XXXVII. alias.395.

Summarium.

Si post apppellationem & terminum assignatum appellanti appellatus commissionem impetret uigore cuius procedatur in causa.ualidus est processus dummodo appellans doceat de diligentia sua.

SI appellatus post terminum assignatum appellanti ad prosequendum impetret commissionem uigore cuius usque ad conclusionem in causa procedatur: & postea appellans doceat de diligentia prosecutionis per eum facta infra terminum præfixum sibi. Dixerũt omnes domini concorditer ualuisse & ualere processum habitum uigore commissionis antedictæ. Ratio. quia ex quo appellatio prædicta non fuit deserta: utraque pars poterat eam prosequi per.c.oblatæ, &.c.sæpe.&.c.ex insinuatione.de appell.& sic diligentia appellati prosit appellanti.C.de appell.l.eos. de quo tamen uide supra in 7.eo.ti.nec tunc habet locum clem.si appellationem. de appell.

Decisio. XXXVIII. alias.309.

Summarium.

Attentata post appellationem extraiudicialem per iudicem uel per partem non sunt reuocanda per modum attentati antequam intimetur eisdem.

ATtentata * per iudicem uel partem post appellationem extra iudicium interpositam ante notificationem eiusdem eis factam non ueniunt per modum attentati reuocanda propter iustam causam ignorantiæ.& quia de nulla temeritate redargui potuerunt.ar. clemen.ii ut lit.penden.& allega.no.Io.mo.in.c.cupientes.de elect. super uer.a gratia.libro sexto. cui uidetur multum obstare quoddam dictum Innocen.in.c. dilectis super uer.innotuerit.de appella.ubi dicit expresse quod appellans in absentia iudicis etiam ante notificationem sibi factam ita eximitur a iurisdictione iudicis a quo appellauit sicut si in eius præsentia appellasset allega.c.pastoralis.eod.titu.&.ii.quæst.sexta biduum.cuius dictum modifica & intellige iuxta not.per Archi.in.c.appellatio super uer.iudici.eod.titu libro sexto.Concedatur dictum Innocen.quo ad translationem iurisdictionis.non sequitur ergo quod hoc solum sufficiat quo ad reuocationem attentatorum in quo articulo oportebit appellantem probare duo.uidelicet se ex causa probabili appellasse & ueram causam appellationis fuisse uel esse uel saltem illam se proposuisse coram iudice a quo appellauit & obtulisse se ad probandum & non admiss.fore.de appell.c. interposita.de testi.c.ex parte Ade.& hæc duo etiam habet probare appellans quo ad translationem iurisdictionis. intelligas effectualiter prout not. per Io.mo.& Archi.in c.romana.de appel.§.quid si obiiciatur.super uer. an sit uera libro sexto.Pro conclusione facit not.in.c. si postquam.de elect.per Ioann.an.& Io.mo.

* Adde infra eo.ti.deci.4..

Decisio. XXXIX. alias.316.

Summarium.

Appellatio præsumitur infra decem dies a die noticiæ appellantis interposita.attamẽ facta post decem dies a tempore grauaminis causam beneficialem non deuoluit: sed facta infra decem dies a die scientiæ sic.

SI possessor beneficii appellat extraiudicium a publicatione quorundam processuum aduersarii sui impetrãtis apostolici quosquidem processus & eorum publicationem dixit ei a decem diebus proxime præteritis citra ad noticiam suam peruenisse: dubitatur utrum præsumi debeat prædictam appellationem post uel infra decem dies interpositam.fuisse in quo dubio domini erant uarii. Aliqui dicebant ipsum præsumendum.x. die præterita, noticiam dictorum processuum habuisse & tunc decendium incepisse ad appellandum.& sic post x.dies appellatum fore & nulliter alleg.c.concertationi. de appella. libro sexto. Alii asserentes contrarium allegabant pro se. c.licet.de proba.& ea quæ ibi not.nam aliud est dicere a decem diebus citra ad cuius uerificationem sufficit quod una die ex decem diebus sciuerit secus si adderetur copula * & citra:quæ denotat continuationem temporum & dierum.& ut res potius ualeat quam pereat.de uer. signi. c.abbate.attento etiam quod de facili causæ beneficiales ad curiam deuoluuntur.quia melius ibi quam alibi expediuntur. dicebant domini isti de æquitate melius interpretandũ

Francus.in.c. cõcertationi de appell. li. vi.

* Copula & an aliquando ponantur, pro ld est: uide Alex. de inmo.c.c... xxii.in.ii.&.iii. col.i.uol. ubi ponit et de alternatiua. uel item in .cxx.i. col.in.i. uolu. ubi ponit an copula capiat. p uel & in c... xlviii.in.ii.co. in fi.

pretandum fore infra decendium fore appellatum. præsertim cum nedum a prouisione facta sed etiam facienda & sic a futuris grauaminibus in causa beneficiali poterit appellari quod est in illis speciale. de elect. c. qui contra certam. li. vi. Fuit finaliter per omnes conclusum melius & tutius fore partem aduersam uidelicet appellatam citari de nouo cum idem auditor haberet commissionem de speciali mandato cum potestate citandi in curia & extra ne processus postea rueret. quia ubi deest fundamen tum nihil superædificari potest. i. quæst. i. cum Paulus. de pres. non bap. c. ueniens. quod est citatio. de proba. c. quoniam. ii. quæst. i. nos in quenquam. de consti. c. ecclesia. de maio. & obe. c. inter quatuor. de cau. pos. c. i.

Decisio. XXXX. alias. 356.

Summarium.

Si iudex a cuius diffinitiua appellatur appellationi deferat & post triduum terminum ad prosequendum præfigat ualet talis præfixio.

Epitome.

1 Terminus ad prosequendam appellationem an & quando iudex possit statuere.

2 Appellatur a diffinitiua sententia etiam extraiudicialiter.

SI appelletur a diffinitiua sententia & auditor deferat appellationi & per treis dies postea præfigat ter-
1 minum † decem dierum ad prosequēdum: fuit dubitatum utrum ualuit huiusmodi termini præfixio: hoc est quærere utrum iudex postquam detulit appellationi potuerit terminum ad prosequendum statuere. quæ quidem quæstio satis ruminatur per Ioann. and. in nouel. in c. cum appellationibus friuolis. super uer. iurisdictionem. de appella. libro sexto. Et dicit aliquos doct. quos nominat tenere quod non. quia per delationem huiusmodi tam accessorium quam principale negocium uidetur in superiorem transfusum supra de appell. c. dilectus. §. præterea nec est appellans sine termino. quia statim habet terminum iuris supra de appella. c. cum sit. & uidetur tenere hanc opinionem Genze. in clem. i. de appella. Ioann. an. breuiter in loco quo. supra tenet expresse contrarium allegans multas rationes & tandem clarum textum pro sua opinione in. c. cordi. §. post hoc ibi postquam fuerit appellatum & appellationi delatum. de appella. libro sexto. & ibi uidetur hoc idem tenere Ioann. and. in nouel. Hosti. & Archi. allegat & Ioann. and. test. unum pro se uidelicet glo ordinariam Ber. in. c. ii. de matri. contract. contra inter dic. eccle. in. iiij. glo. ubi alleg. decre. sæpe. de appell. quæ bene facit. Nam ibi litera loquens de dilatione iudicis. subdit postea de termino sicut in. c. cordi. §. post. hæc. & in clem. i. de appella. ubi uidetur Pau. innuere quod deferre & terminum præfigere sint actus iudiciales & debent simul & non diuisim expediri cuius opinio non seruatur.
2 nam extraiudicialiter † etiam a diffinitiua sententia appellatur in domo uel in camera & dantur apostoli reuerentiales & defertur appellationi nec requiritur partis uocatio quæ esset necessaria si essent actus iudiciales ii. qst. i. uos in quenquam de consti. c. ecclesia de maio. & obe. c. inter quatuor cum si. & in hanc partem uidelicet opinionem Io. an. & sequacium. declinauerunt omnes domini & etiam ego. licet pro concord. doct. allegaueram dominum & patrem meum dominum Io. de ligna. qui uidetur distinguere & concordare prædictas opi. sic. Aut iudex deferens statim præfigit terminum appellanti ad prosequendum & potest. & sic dixit intelligendum. c. sæpe. & c. cordi. §. post hoc. aut ex interuallo terminum præfigat & non potest. & sic dixit intelligendo opin. contrariam.

Decisio. XLI. alias. 357.

Summarium.

Pendente termino ad dandum apostolos super appellatione ante diffinitiuam iudex impetrari non potest quoniam apostoli sunt pars appellationis.

FVit dubitatum si appelletur a diffinitiua & antequam auditor det apostolos & terminum præfigat ad prosequendum pars appellans porrigat uicecancellario unam cedulam pro commissione in dicta causa appellationis obtinenda. Si iudex postea appellationi deferat & terminum decem dierum ut est moris præfigat ad prosequendum infra quem terminum prædictus appellans confisus de sua prima diligentia nullam aliam facit. utrum sufficiat sibi illa prima ad hoc quod non dicatur huiusmodi appellatio deserta. Dicebant omnes me solo excepto quod sic. Nam ex quo ius huiusmodi appellationi defert & terminum statuit. ut. ii. quæst. vi. §. biduū de appella. c. cum sit. statim potuit prosequi. de appella. c. oblatæ. & c. ex insinuatione. de confir. uti. uel inuti. c. bonæ. immo posset commissionem ante dationem apostolorum super dicta appellatione impetrare. hoc uerum de appellatione a diffinitiua. Secus uero si ab interlocutoria ut in noua constitut. domini Gregorii papæ. xi. Præterea si debitor soluat ante terminum uidetur liberatus. melius est igitur præuenire quam præueniri. cum igitur iste præueniendo terminum fecerit diligentiam suam. merito a negligentia quæ desertionem inducit debet exscusari Mihi uero salua correctione uidebatur contrarium. & moueor ac præsuppono quod apostoli sunt pars appellationis. ut in. c. cordi. & in. c. ab eo. de appella. libro sexto. in tantum quod si petiti debite non fuerunt reputabitur non appellās. ut in dicto. c. ab eo. & clem. quamuis. eo. ti. Modo autem aut fuerunt apostoli petiti per uerum appellantem aut non. In primo casu si fuerunt petiti & terminus ad dandum & recipiendum apostolos per iudicem præfixus ante dationem eorundem nihil potuit uel debuit fieri per partem uel iudicem cuius officium pendente termino conquiescit de appella. c. significāte. In secundo casu si non fuerunt petiti. non reputabatur adhuc appellans. ergo super eo quod non erat in rerum natura nihil poterat fieri uel impetrari. de despon. impub. c. ad dissoluendum cum ibi alleg. Præterea iudex habet potestatem a lege abbreuiandum terminum iuris ex causa datum ad prosequendum. ut in. c. cum sit. & c. oblatæ. de appella. quod quidem beneficium legis pars sibi auferre non potuit. de regu. iur. c. indultum. cum si. quod sibi in præmisso casu auferetur cum sui termi præfixio nil operaretur quæ cum ratificatione sententiæ operatur & eius executionem ut in prædictis iuribus. ergo. &c. frustra enim terminus ad prosequendum daretur si iam esset prosecutus & ualeret prædicta huiusmodi prosecutio. quæ quia facta est cum non potuit nec debuit. & quando potuit & debuit eam non fecit pro nulla reputari debebit. de appella. c. dilectis. §. præterea. nullum enim & inutile æquiparantur in iure. de transla. c. inter corporalia. cum igitur infra terminum sibi statutum ab homine qui præueniri non potest. ut in. c. oblatæ. nullam diligentiam de prosequendo suam appellationem fecerit fecit ergo appellationem suam desertam & firma & rata mansit iudicis sententia. ut in dictis iuribus. c. cum sit. c. oblatæ. c. reprehensibilis. & c. personas. de appella. non exscusat eum sua diligentia quæ ut supra probatum est nulla fuit. ergo nil rationale poterat ad hoc agi. Sed quod irrationabiliter actum erat prudenter & iuste debebat reuocari & emendari. & sic denuo debuisset diligentiam suam infra terminum sibi ab homine præfixum alium auditur. impetrando fecisse de accusa. qualiter. i. de elect. c. nosti. quod potuit uoluit quod uoluit adimplere nequiuit. de offi. deleg. c. cum super.

Decisio. XLII. alias.336.

Summarium.

Camerarius uel eius auditor non potest se intromittere de causis extra romanam curiam ad papam per appellationem deuolutis.

SI a iudice in Campania appelletur ad papam uel eius officiales. auditor cameræ de huiusmodi causa appellationis sine speciali mandato seu sine speciali commissione non potest se intromittere. quod si fecerit totus processus ipsius est irritus atque nullus tanquam a non suo iudice factus. de iudi. c. at si clerici. & .l. si quis ex aliena. ff. eo. ti. causæ enim appellationum quarumcunque ab extra ad sedem apostolicam interiectarum consueuerunt & solent in palatio apostolico per dominum uicecancellarium committi & tractari nec de hijs potest se dominus auditor cameræ intromittere. quia nec est auditor nec officialis papæ sed auditor cameræ & camerarij. Et quemadmodum camerarius de huiusmodi causis per appellationem ad curiam delata se non posset intromittere, ita nec eius auditor. de rescrip. c. super literis. in. fi.

Decisio. XLIII. alias.321.

Summarium.

Causa semel in curia deuoluta ibi semper remanet tractanda. & si econtra appelletur ab executione processuum licet ipsi appellationi non detulerit pro confirmatione suorum iurium nihilominus eam prosequi potest.

SI appellatus in causa beneficiali post & contra appellationem contra eum & a suis processibus in partibus interpositam & sibi legitime intimatam facit nihilominus per suos executores continuare processus a quibus extitit appellatum excommunicando & aggrauando. & postea uigore dictæ appellationis causam in romana curia obtineat committi contra suum aduersarium. Fuit dubitatum utrum uigore huiusmodi commissionis & appellationis posset contra absentem appellantem procedi. Causa dubitandi fuit quia uidebatur quod exquo appellationi prædictæ non detulit imo contra eam plura attentauit. quod ex ea se intromittere non debuit. neque potuit. per. c. an. sit. de ap. & de elect. bonæ me. magunt. uidebatur etiam iuri sibi quæsito ex prædicta appellatione. uidelicet quo ad deuolutionem causæ quantum ad se tacite renunciasse ueniendo contra eam. ar. c. ex parte. supra de rescrip. Fuit dictum & conclusum per omnes dominos contrarium nam exquo semel causa fuit legitime ad se. ap. deuoluta semper mansit ibidem tractanda. quæ quidem deuolutio per huiusmodi tacitam renunciationem non cessat immo nec per expressam. nisi ea interueniant quæ. leg. & not. ac habentur in. c. quamuis. de elec. li. vi. nec. ob. quod dicitur quod illi non detulit. ergo se ex ipsa iuuare non debuit quo ad illum effectum. uidelicet quo minus possit ius suum prosequi deferre non tenebatur. maxime si expressa in appellatione contra eum interposita erant friuola & non uera. Et ideo quicquid per suos executores fiebat totum factum fuit protuitione & defensione iuris sui immo executione iuris sibi quæsiti cuius effectus per appellationem extraiudicialem impediri non potuit. prout. le. & no. in. c. constitutus. de ap. & ibi per Innocen. & ideo non potest dici innouatio. quia fuit iuris sui antiqui continuatio & conseruatio. ar. c. ij. ut lit. pen. nec forte illa reuocarentur per modum attentati. nisi probaretur ueritas causæ appellationis huiusmodi extraiudicialiter & ante diffinitiuam interpositæ. ar. eorum quæ leg. & not. in. c. non solum. §. fi. de. ap. lib. vi. et. in. c. si postquam. de elect. eo. li. dum igitur uidebat se non posse proficere in partibus per continuationem & aggrauationem processuum habuit recursum ad prosecutionem appellationis non suæ sed partis aduersæ. sibi tamen intimatæ per quam tota causa fuit ad curiam translata. ut. in. c. statuimus. de elect. li. vi. iuncta clemen. causam. eo. ti. cui priuilegio seu translationi per prædicta renuntiare non potuit. Non obstat. c. an. sit. quod loquitur in appellante qui proprie suæ appellationi non detulit. At hic loquitur in appellato. ergo non obstat. c. bonæ me. magunt. Nam ibi fuit per utramque partem appellatum et neutra partium deferebat appellationi alterius. & sic paria delicta. & c. de adult. c. intelleximus Præterea ibi appellatio maioris partis capituli postulantis episcopum Vormacien. & appellationem interponentisne minor pars ad electionem aliam procederet postulatione eorum non cassata fuit friuola manifeste. quia notori constabat postulationem huiusmodi factam per impræssionem. & sic remansit tota potestas penes partem minorem quæ post postulationem & electionem prædictas elegerat in archiepiscopum præpositum sancti Petri. & ante huiusmodi postulationem etiam appellauerat. ne sine eis propter iustam causam timoris quam habebant ad electionem aliquam procederent. qua tamẽ appellatione non obstante maior pars processit in negocio electionis spreta minori parte. et postulauit Vorm. ad instantiam ducis Sueuiæ tunc in Romanorum Regem electo in archiepiscopum Maguntinen. & appellauit ut supra dicitur & quia maior pars nõ detulit appellationi minoris partis ergo nec minor pars apud quam residebat tota potestas eligendi non tenebatur appellationi maioris partis deferre per regulam. cap. quia frustra legis auxilium. & c. de usur. c. quia frustra cũ similibus ibidem alleg.

Decisio. XLIIII. alias.344.

Summarium.

Attentata post & contra appellationem a grauamine non reuocantur nisi prius constiterit de grauamine. uel quod appellans se illud obtulerit probaturum.

Epitome.

1 Attentata contra appellationẽ quando reuocari debeant.
2 Desistere a sui iuris prosecutione nemo cogi potest.
3 Præsumptio non habet locum pro ueritate causarum in appellatione extraiudiciali expressarum sed probandæ sunt.

LIcet in causa beneficiali extraiudicialiter contra aliquem impetrantem apostolicum. puta a gratia & processibus suis appelletur sibique huiusmodi appellationi intimetur & ipse post & cõtra huiusmodi ap pellationem nihilominus ius siue gratiam suam prosequẽdo aliqua faciat & attentet. puta apprehendendo possessionem absque tamen uiolentia recipiendo fructus & alia iura beneficii sui exercendo secundum omnes dominos
1 præmissa † non sunt per modum attentati reuocanda. nisi ante omnia cognoscatur & doceatur de ueritate causæ appellationis. Ratio. est qa quãdo appellatur ante diffinitiuam regulare est non reuocari attentata post appellationem nisi in euentum causæ appellationis. de appel. nõ solum. §. illa libro vi. Stemus igitur regulæ utile per inutile non uiciatur. C. de appel. l. præcipimus. Præterea quando quis ius suum prosequitur ipsum continuat & conseruat. non innouat sed totum quicquid facit hoc fit ad tuitionem & conseruationem iuris sui antea quæsiti. ut lit. pen
2 de. c. ij. Nullus † enim tenetur uel debet dimittere ius suum uel desistere a prosecutione & continuatione sui iuris uel possessionis suæ propter aliquam contradictionem uel appellationem. immo desiperet qui hoc saperet. ut. no.

not. Innocen. de maio. & obe c. dilecti. & in. c. uenerabil. de censi. de his quæ fi. a. ma. par. ca. c. i. Ratio quia nemini facit iniuriam qui utitur iure suo. de elect. c. cum nobis olim & c. cum ecclesia Vulterana. poterit etiam dicta appellatio esse friuola cui deferre non tenebatur. de appell. 3 cap. cum appellationibus friuolis. libr. vj. nec † unquam pro ueritate causarum in appellatione extraiudiciali expressatarũ præsumitur. nisi earum ueritas probetur. ut in dicto. c. non solum. & c. romana. §. cum uero. eo titu. & lis. Hoc uerum nisi appellans causas per ipsum ante propositas obtulisset se probaturum. ut in. c. interposita de appell. quæ dec. & consimiles possunt intelligi de appellatione iudiciali & non extraiudiciali. Verumtamen si dicamus & intelligamus eam loqui in appellatione extraiudiciali. tamen non comprehendit casum nostrum in quo nõ fuit facta huiusmodi oblatio. sed ubi foret facta tunc quo ad translationem iurisdictionis & quo ad reuocationem attẽtatorum. sufficit hæc duo probare. scilicet quod ꝓposuerit grauamen & illud obtulit se legitime probaturum. licet non probet ueritatem causæ in appellatione expresse Rationem uide per Io. monach. & adde in. c. romana superius alleg. super. uer. an sit uera. nec obstat. c. si postquã de elect. lib. vj. quia hoc est speciale contra regulam ante dictam. ut in electionibus cathedralium uel regularium ecclesiarum quicquid factum fuerit post & contra appellationem etiam extraiudicialem ex causa probabili emissam sit nullum ipso iure. Secus uero in electionibus inferiorum ecclesiarum secundum Ioan. an. Io. mo. & etiam Archi. ibidem. uide de hac cõclusione aliqualiter sed nõ ita plene supra dec. xxxiij. eodem ti. quam conclusionem intelligas sane. uidelicet de attentat. ante impetrationem commissam super dicta appellatione. quia si causa appellationis esset commissa alicui auditori in palatio uel alibi manus executorum statim essent clausæ. per. c. ut nostrũ de appel. & per. c. quãuis. de elect. lib. vj.

Decisio. XLV. alias 346.

Summarium.

Si in partibus ab executione trium sententiarum uel unius quæ transiuit in rem iudicatam causis rationabilibus expressis appelletur. Iudex tamen in curia inhibere non potest. nisi postquam sibi de illorum ueritate constiterit. quia appellari non potest nisi modus excedatur. nec præsumitur excessus nisi doceatur.

SI appelletur in partibus ad papam ab aliqua executione trium sententiarum diffinitiuarum latarũ in curia uel unius sententiæ quæ alias in rem trãsiuisset iudicatam. pro eo quod prætenditur de potestate dicti executoris nõ constitisse neque constare. Et si constare posset dicitur quod modum suæ potestatis excessit & quod dictæ sententiæ fuerunt per falsa instrumenta latæ. & committatur causa huiusmodi appellationis sacri palatij & petatur ante omnia inhiberi prædicto executori ne ad ulteriorem executionem procedat huiusmodi inhibitio. nisi aliqualiter de præmissis in appellatione expresis cõstiterit non est aliquatenus concedenda. Ratio propter uerisimilitudinem duorum primorum grauaminum in appellatione expressatorum. Tum quia regulariter ab executore non potest appellari. nisi modum excedat quem excedere non præsumitur nisi doceatur. de appella. ca. nouit. de re iudi. c. quod ad consultationem. ubi de hoc. Tum qa huiusmodi appellatio est extraiudicialis. quæ uerificari debet antequam inhibeatur iudici a quo est appellatum. ut de appel. c. interposita. & c. non solum. §. fi. li. vj. Tum quia certa causa est in appellatione expressa uidelicet ꝙ sententiæ fuerunt latæ per falsa instrumenta tangit nullitatem ipsarum trium sententiarum quæ non impedit earum executionem de re iudi. c. ut calumnijs. in cle.

Decisio. XLVI. alias. 351.

Summarium.

Tenet appellatio a diffinitiua cui delatum est & terminus præfixus. quamuis apostoli petiti fuerunt. nõ tamen instanter.

SI appelletur a diffinitiua & appellans petat apostolos licet non instanter. si tamen iudex incontinenti deferat huiusmodi appellationi & terminum ad prosequẽdum præfigat quem appellans acceptat ualebit & tenebit huiusmodi acceptatio & appellatio non ob. quod apostoli cum instãtia, debita non fuerunt petiti saltem unico contextu iuxta formam clemẽ. quamuis rigor. de appel. Ratio quia petitio apostolorum cum tãtis instantijs ideo debet fieri ut iudici debitus honor deferatur & ipse moueatur ad reuocandum grauamen si grauauit. quod forte non faceret si talis instantia non fieret. quæ ratio cessat ex quo detulit. licet etiam appellatio friuola fuerit. de appella. c. cum appellationibus friuolis. lib. vj. Superfluum enim esset apostolos datos iterato petere cum iam dando & deferendo iudex esse desierat. nec eos ammodo dare posset. ut i dicto. c. cum appellationibus friuolis. Pro hac conclusione facit optime quoddam dictum Inno. recitatum per Arch. in. c. cordi. de appel. super. uer. de partium lib. vj. modicum ante fi.

Decisio. XLVII. alias. 353.

Summarium.

Is pro quo lata est sententia sine condematione expensarum potest appellare ab illa omissione expensarum & denuo illas petere.

Epitome.

1 Victor potest ab omissione condemnationis expensarum appellare & denuo illas petere.
2 Expensæ post litis contestationem factæ nõ ueniunt iure actionis exigendæ sed officio iudicis.
3 Appellari non potest ab his quæ iudicis arbitrio relinquuntur.
4 Actori licere non debet quod reo non licet & econtra.

SI aduditor ferens diffinitiuam* sententiam pro actore & contra reum non condemnat ipsum in expensis non petitis per actorem in libello. si actor habens sententiam pro se ab huiusmodi omissione condemnationis expensarum appellet. Fuit reuocatum indubium utrũ 1 appellatio † teneret. & an in causa appellationis prædictus appellans posset de nouo petere expensas & agere super illis Super quo domini erant uarij. Aliqui dicebant ꝙ non teneret appellatio. per. l. omnem honorem C. quãdo prouocare non est neces. Tum etiam quia non erant petitæ in libello & iudex ideo non grauauit si in illis non condemnauit quia secundum formam libelli. & c. de accu. c. qualiter & quando. de simo. c. licet hely. Et si dicatur ꝙ 2 non erat necesse eas peti in libello † quia omnes expen. quæ post litem contestatam accidunt uenient ex officio iudicis & non iure actionis. ut in. l. ediles. §. sciendum. ff. de ædi. edic. & nota. per Innocen. in. capitu. finem. de dolo & contuma. & in capitu. sæpe. de appell. & per Spe. titu. de expen. §. nunc de expen. uer. hoc quoque notandam. & ideo iudex poterat condemnare uel non condẽnare. per. l. non quicquid. ff. de iudic. & de offic. deleg. ca. consuluit. & ideo si condemnationem expen. omisit ap- 3 pellare non potuit. nam in hijs quæ † iudicis arbitrio * relinquuntur appellari non potest. ut not. S pecu. tit. de offi. iudi. §. impedit. Alij & maior pars de quorum numero ego eram tenebant & dicebãt contrarium. uidelicet quod appellare & expen. in quibus primus iudex non condemnauit petere potuit. Mouebantur quia regulariter uictus uictori de iure communi debet condemnari in expensis. ut. l. properandum. C. de iudic. de pœnis. l. calumniam. Et licet secundum unum intellectum. l. omnem honorem. quando uictus non appellat uictor ab omissione condemnationis, expensarum appellare non poterit. tamen secundum maiorem partem si ui-

* Diffinitiuã adde fely. i. c. significauerũt ḋ excep. Car. in cle. sæpe. §. fi. pe. q. de uer. sign. franch. in c. sæpe. uersic. xvij. quæritur. num. 53.

* Add. iudicis arbitrio. Secus est quãdo aliqs iudex ex officio suo facere põt & nõ uult facere, qa tũc appellari põt ut hr per do. fely. in. ca. per tuas. de. test. in iij col. uer. Itẽ inquãtũ dicit hic glo.

ctus a sententia contra se lata appellat. uictor etiam ap-
pellare poterit. Nam utraque pars a sententia appellare
potest. de testa.c. Raynuncius &.ca. Raynaldus. & pro
hoc alleg. una not. Ber. in.c. significauerunt. de excep. su
per. uer. absoluitur. quæ reprobatur ibidem per Abba. &
etiam per Specu. ti. de appella. §. in quibus. uersic. xxxiiij.
ubi Specu. aliter prædictam. l. omnem honorem. intelli-
git dicens quod uictus si appellet tunc uictor appellare
non poterit. pro eo tantum quod iudex non adiudicauit
sibi expen. uel quod adiudicauit insufficienter. & pro hoc
alleg. l. omnem honorem. & nota per eum ti. de expen. §.
postmodum. uersi. illud quoque. Si uero uictus non ap-
pellat tunc uictor appellare poterit ut ipse nota. in uersi.
sed quid si uictus. Ratio diuersitatis est secundum eum.
nam quando uictus appellat tunc uictor etiam sine qua-
cunque appellatione expensas & omnia alia petita in pri
ma instantia petere & prosequi poterit per. l. per hanc. C.
de tempo. appel. de fi. instrumen. capit. cum Ioannes fru
stra igitur tunc ipse appellaret ex quo ex appellatione
partis aduersæ se iuuare poterit. & illud cõsequi quod ex
sua. de appella. c. oblatæ. & de honestat iudicem qui eum
honorauit. ut in. l. omnem honorem. at ubi uictus non ap
pellaret si ipse uictor etia appellare nõ posset expen. suas
nũquam recuperaret. sicque sibi magnum præiudicium
4 fieret ex facto aduersarij sui ꝙ esse non debet. non † enim
debet licere actori quod reo non licet & contra. de mu. pe
ti. c. j. &. ij. de reg. iur. non licet. libro sexto. Concludendo
igitur dicitur quod id seruat curia & quod hæc est mens
prædictæ. l. remittens ad not. per eum quæ modicum ad
hoc faciunt. ti. de expen. §. nunc uidendum. ad fi.

Decisio. XLVIII. alias. 361.

Summarium.

A sententia nulla appellatur & in uim talis appellatio
nis potest appellatus prosequi nullitatem ipsius.

Epitome.

1 Appellatione facta a sententia ipso iure nulla an deser-
ta appellatione debeat super huiusmodi appellationis
desertione pronunciari.
2 Appellatio interposita ad papam treis habet effectus.
3 Appellatione facta a sententia nulla potest appellatus in
uim talis appellationis prosequi nullitatem.

1 FVit dubitatum utrum si appelletur † a diffinitiua
sententia quæ est ipso iure nulla. & deferatur ap-
pellatio posit & debeat pronuntiari super desertio
ne huiusmodi appellationis. Et uidebatur aliquibus do-
minis quod non. quia sicut nõ tenebatur a sententia quæ
est nulla appellare. ut de re iudi. c. j. ita nec tenebatur pro
sequi. frustra enim prosequeretur cum nullum effectum
operaretur. de offic. deleg. c. cum contingat. de appella. c.
qua fronte. Ad hoc respondebatur quod prædicta appel
2 latio † treis effectus operari poterat. Primo causam ad cu
riam deuoluebat nedum appellationis sed totius negocij
principalis. maxime si delatum erat per iudicem ut pone
batur in facto. de appella. c. sæpe. §. saluis. & eodem titu.
capitu. cordi. lib. sexto. uersi. hijsque &. c. cum appellatio
nib. eodem titu &. lib. Secundo per eum pars appellata
ad curiam citabatur. præsertim si terminus a iudice uel
ab appellante erat præfixus. ut in dictis iuribus. ca. sæpe.
&. c. cordi. sicque si pars appellata uenit uel misit ad cu-
riam propter huiusmodi appellationem deuoluentem &
citantem. & pars appellans non uenit neque misit tene-
batur parti appellatæ competenter facere recompensa-
tionem expen. ut prædictis. cap. sæpe. &. c. cordi. &. capit.
3 reprehensibilis. uersic. si autem. Tertio. quia in uim † præ
dictæ appellationis poterat appellans prosequi nullita-
tem sententiæ a qua appellauit. iuxta nota. per Innocen.
in. cap. dilecto. de appella. quod facere non poterat si erat
deserta. Sicque multum expediebat ut pars maior domi-
norum dicebat pronunciari super desertione * appellatio
nis huiusmodi. & sic factum est per me qui habui cãm. Et
prædictum dubium posui in consilijs. uide Ioann. andr.

* Add. super desertione. Et adde ꝙ iudex a quo põt p̃fi- ger terminum appellãti quo elapso ita erit deserta appellatio ex lapsu illius termini sicut per lapsuȝ termini iuris ita dicit do. abb. i. c. persona tur de app. i ulti. no. & ibi per dominũ fely. in prin.

& Paulus in clementi. si appellationem. de appel. in pe.
& ultima glos.

Decisio. XLIX. alias. 363.

Summarium.

Si iudex non defert appellationi re integra de uolunta
te partium reassumit iurisdictionem. Secus si deferat aut
appellatio sit superiori præsentata. cũ tunc ad eũ sit prin
cipale negocium deuolutum. nisi per superiorem causa
ad primum delegatum iudicem remittatur. partes tñ ad
iudicem ordinarium possunt redire.

Epitome.

1 Appellationi cui per auditorem delatum est partes renũ
tiare non possunt.
2 Appellationi interpositæ & interponendæ an & quando
posit renuntiari.
3 Iuri suo renuntiare cuilibet licitum est.
4 Iudex deferens transfundit suam iurisdictionem in supe
riorem, nec potest absque noua cõmissione de causa
delata cognoscere.

EX hoc insurrexit aliud dubium. uidelicet utrum
1 ad iudicem † in partibus a quo iudicialiter a qui-
busdam grauaminibus ad sedem apostolicam fue
rit appellatum & appellationi delatum. ac terminus ad
prosequendum huiusmodi appellationem præfixus am-
bæ partes re integra. hoc est antequam sit huiusmodi ap-
pellatio superiori præsentata & per ipsum recepta. pos-
sint ad prædictum iudicem a quo sic erat appellatum &
delatum redire. & in principali negocio procedere ad ul
teriora. Aliqui domini dicebant quod sic. per. c. interposi
ta. §. ille denique. de appella. ubi uidetur textus rotundus
2 de appellante † quod posit renunciare * appellationi
suæ expresse & redire ad priorem iudicem. saluo iure ex
pensarum reficiendarum parti appellatæ. quæ tunc locũ
non habet si de ipsius consensu & uoluntate huiusmodi
habeatur reditus siue regressus. Pro qua parte facit opti-
me textus in. c. quamuis. de elect. libro sexto. & facit cle.
quãuis rigor. de appel. & in atiquis. c. personas. c. cum sit
capitu. sæpe. &. c. reprehensibilis. in quibus apparet quod
propter tacitam renuntiationem appellantis & non petẽ
tis apostolos debito tempore nec in termino prosequentis
appellationem partes redeunt ad priorem iudicem & ad
ipsius examen. multo fortius propter renuntiationem ex-
3 pressam. Nam cuilibet licitum est renuntiare † iuri suo.
de regula. cap. ad apostolicam. Pro hac etiam parte fa-
ciunt & possunt induci omnia argumenta & rationes in
ductæ per Ioann. monach. in. c. cum appellationibus. de
appella. lib. sexto. ubi quærit & disputat de iudice appel-
lationis deferente. An posit re integra huiusmodi delatio
nem reuocare & in causa ulterius pcedere. & tenet quod
sic. per multas rationes. quas dominus Ioann. and. repro
bat in duobus locis. atque ibidem in nouel. remittit dicẽs
Tancredum tenuisse cõtra Io. monach. remittit enim pri
mo ad notata per eum in. c. constitutus. ij. de appellati. su
per uerbo confirmauit. & in. c. meminimus. de accusat. su
per uerbo deferre. Quem secuti maior pars dominorum
in prædicto dubio tenuerunt & concluserunt contrarium
per. c. cum appellationibus friuolis. ubi expresse apparet
4 quod per delationem † iudicis transfunditur tota iurisdi
ctio in superiorem. in tantum quod de illa causa ammo-
do se intromittere non potest. etiam de consensu & uolũ-
tate partium. nisi per superiorẽ sibi remittatur. quæ remis
sio censetur noua commissio. & in uim illius nouæ & non
antiquæ commissionis procedere potest. Consensus enim
partiũ quo ad hoc nil operatur. qa pactũ priuatorũ. &c.
de for compe. c. si diligenti. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si con
uenit. Nec obstat iura in contrarium allegata. quæ loquũ
tur quando iudex a quo appellatur non detulit. & sic re-
mansit iudex tunc enim tacite uel expresse appellationi
renuntiare possent & ad illũ redire. Pro hac parte faciunt
duo iura antiqua. uidelicet c. solicitudinẽ. &. c. dilectis. d
appel. in quibus dicitur ꝙ per appellationem legitimam
nedum

* Add. renun tiari adde q̃ appellationi ... nuntiar posit fely. i. c. expre el. ij ... gen. col. ij ... Sed de illo ar ticulo & Bal. in. l. edita. C. de eden.

nedum negocium principale sed omnia accessoria sunt ad sedem apostolicam delata. & ideo cassantur omnia post huiusmodi appellationem per iudicem a quo attentata & facta. facit capitu. dilecti. eodem titu. Prima tamen opinio posset procedere & locum habere in ordinario uel tali iudice qui potest adiri per simplicem quærelam ad quem partes possunt redire, nō obstante delatione arg. capitu. primi. de foro competen. de appella. capitu. romana. lib. vj.

Decisio. L. alias. 366.

Summarium.

Quamuis ius deferat appellationi interpositæ a diffinitiua, tamen in præsentia iudicis si publice haberi potest appellari & apostoli peti debent quos iudex a quo dat reuerentiales, & dat etiam acta pro apostolis.

Epitome.

1 Appellari an & quando possit in absentia iudicis.
2 Appellans non petens apostolos dicitur non appellasse.
3 Apostoli sunt pars appellationis & de eius substantia.

SI appelletur a diffiuitiua sententia in absentia iudicis & ad domum suam quam inhabitare consueuit & coram notorio causæ. Dubitatur † utrum ualeret huiusmodi appellatio, præsertim ut præsupponebatur in facto quod bene sciebatur per appellantē ubi erat auditor in loco tamē a domicilio suo distāte bene per duas dietas & sic ut uidebatur debebat appellans fuisse & apostolos infra. xxx. dies petijsse. quia illos non petijt nec prædictam appellationem prædicto auditori quando potuit intimauit uidebatur appellationi renunciasse. per capitu. cordi. & capitu. ab eo. de appella. libro sexto. iuncta clementi. quamuis. eodem titulo. Fuit determinatum & conclusum contrarium. nam licet iura uelint quod coram iudice sit appellandum ut ei debitus honor deferatur ut in capitu. ut debitus. de appella. & . ij. q. vj. §. biduum. & ibi per Ioan. & de appella. capitu. saggestum. per Hosti. tamen hoc est intelligendum si potest haberi eius copia & in publico non in ortis uel uilla suburbana ut in dicto. §. biduum. uel nisi iustus metus appellantis excusat ut in capitu. fin. de appella. in his enim ualet appellatio interposita in absentia iudicis facta cum protestatione de metu. uel eius absentia ut in dictis iuribus & not. per Ioann. andr. & arch. in capitu. appellatio. de appella. libr. sexto. super. uersic. iudici. at hic nedum fuit in orto iudex sed fuit ultra duas dietas in aliena diœcesi. a loco quo iudicauit ubi eum quærere non debuit nec tenebatur. arg. capitu. statutum. §. in nullo. de rescript. libro sexto. ex hoc 2 † etiā infertur quod non tenebatur ibidem ipsum quærere pro apostolis dandis qui sunt * petendi tempore & loco congruis. at hic uidelicet locus domicilij fuit congruus ubi appellauit infra tempus debitum & apostolos instanter petijt. ergo appellationi non renunciauit. quia iuribus hoc suadentibus satisfecit. Præterea unus de dominis dixit quod non esset multum necessaria apostolorum petitio quando appellatur a diffinitiua quia iudex non posset dare alios apostolos quam reuerentiales. quia ius defert appellationibus huiusmodi. & si non deferret puniretur ut leg. & no. in capitu. de priore. de appella. Superfluum enim illud impetratur quod a iure conceditur C. de thesau. l. unica. præterea si capitu. cordi. recte inspiciatur ibi de apostolis petendis per appellantem a diffinitiua nihil disponitur. immo ibidem de his quæ antiquitas statuit in appellationibus a diffinitiuis sententijs interpositis nihil immutatur. sed in antiquis de hoc nihil disponitur. ergo. Probatur hoc etiam in capitu. sæpe. de appella. uersi. saluis. Tamen domini non stabant huic rationi. quia 3 apostoli † sunt pars, immo de substantia appellationis. licet Arch. uideatur innuere cōtrariū i. c. ab eo. de ap. ꝓ qdē c. & c. ut sup. & cordi & oīa iura loquentia de apostolis petendis uel dandis, loquuntur generaliter siue in iudicio siue extra appelletur ergo generaliter sunt intelligenda. ij. q. v. consuluisti. xix. di. si romanorum. de maio. & obedi.

*Add. sunt petendi. nā si appellans non petijt apostolos dicitur non appellasse uide p do. de sancto gemi. in. ca. ab eo. §. fi. de ap. li. vj. & fely. in. c. p̄sonas. de ap. col. fina.

capitu. solite de coniura. lepro capitu. quoniam. Præterea si apostoli per appellantem a diffinitiua non deberent peti, ad quid disputarent doctores in. c. ab eo. & in clemen. quamuis superius alleg. utrum illi. xxx. dies dati ad petēdum apostolos currāt a die prolationis sententiæ siue appellationis interpositæ. frustra enim tunc circa hoc instarent doctores. §. his quoque. in. c. cordi. & uersic. saluis. in capitu. sæpe. non ob. quia alius est modus appellandi a diffinitiua. puta sine causa & sine scriptis & etiam prosequendi & partem non prosequentem puniendi. quod in appellationibus interpositis ante sententiam & in illis prædicta iura uoluerunt aliquid imutare. Sed quo ad apostolorum petitionem & dationem qui sunt pars appellationis & de eius substantia nihil immutatum est, immo statutum & ordinatum est quod per quemcunque appellantem infra. xxx. dies ac loco & tempore congruis cum debit. instantia apostoli petantur. alias prædictus appellans appellationi suæ renunciasse uidetur. immo reputabitur non appellans. ut in clementi. quamuis. & capitu. cordi. hoc etiam per antiquos canones expresse probatur. ut. ij. quæstio. vj. capi. siquis iudicem. uersic. post datam uero sententiā. & capitu. sententiam. c. post appellationem. §. sunt quorum. uersi. iudicibus autem. ita quod si iudex appellationem recipiat siue non, semper apostolos tradere & exhibere tenetur prout legitur & notatur in dicto. c. cordi. & c. ut super. de appel. li. vj.

Decisio. LI. alias. 379.

Summarium.

Lite super restitutione ad appellandum pendente nihil debet innouari & innouata debent reuocari.

Epitome.

1 Attentata pendente causa restitutionis ad appellandum ueniunt reuocanda.
2 Sententia excommunicationis pendente causa restitutionis ad appellandum lata per modum attentati an absque absolutione ueniat reuocanda.
3 Sententia excommunicationis an per appellationem annulletur.

1 SI committatur † causa restitutionis ad appellandum a diffinitiua sententia qua pendente hæc sentētia mādatur executioni. & fiunt processus censuras ecclesiasticas continentes contra restitutionem petentem, dubitabatur de duobus. Primo utrum prædicta executio facta huiusmodi causa sine negocio restitutionis pendente sit reuocanda per modum attentati. & si sic, utrum huiusmodi reuocatio locum habeat in huiusmodi censuris ecclesiasticis sicut in aliis De primo uidebatur quod non. quia ex quo sententia diffinitiua nulla appellatione suspensa transiuit in rem iudicatam. poterat & debebat executioni mandari. de re iudica. c. cum inter. c. quod ad consultationem de elect. c. cum dilectus. de appella. capitu concertationi. libro vj. cum similibus factum igitur legitime retractari non debet. ergo. de resti. spol. capitu. audita. de regu. iur. factum legitime. libro vj. Effectus etiam confirmationis prætextu appellationis impediri non potest. de appella. capitu constitutus. de except. c. cum ecclesiasticæ. Præterea cum adhuc non sit restitutus ad appellandum stat sententia firma. & si esset restitutus & ideo esset appellatum uideretur idem. quod tamen est falsum per. capitu. non solum. §. j. de appella. libro. vj. Et ideo fuit cōclusum & determinatum per omnes dominos contrariū. uidelicet prædicta attentata huiusmodi causa restitutionis pendente fuisse & esse reuocanda per modum attentati. maxime quia ut ponebatur in facto per auditorem antedictum ante huiusmodi executionem factam fuerat inhibitum & canonice. & postea restitutus sententialiter ad appellandum. Et ideo, quicquid medio tempore factum fuerat post & contra huiusmodi inhibitionem erat reuocandum. ut in dicto. c non solum. in fi. & capit. romana. § cum uero. eodem titulo libro. sexto. Præterea non potest negari quin lis pendebat saltem super huiusmodi restitutione, an esset concedenda uel ne

Vide infra eodem. 62.

& ex causis in petitione restitutionis deductis pars contra quam poterat instrui plene & uerisimiliter præsumere ipsam restitutionem dandam & concedendam, ergo merito debebat supersedere executioni donec de eo esset cognitum & discussum. facit in ar. clemen. ij. ut lit. penden. & c. præterea. de dilat. nam si sententia aduersus quam petitur restitutio in integrum non est executioni demandanda nisi detur cautio & cætera. ut in. c. suscitata. de restitu. in integ. multo fortius quando petitur restitutio ad appellandum ex certis & legitimis causis. quæ restitutio citius & leuius conceditur & concedi debet quam restitutio aduersus sententiam. ut in. capitu. ex ratione. de appella. & in. c. quandiu. eodem titulo. in clementi. Reuocabuntur igitur omnia tanquam lite pendente attentata per clementi. ij. ut lit. penden. postquam etiam papa causam restitutionis commisit, uidetur ad se negocium totum reuocasse. & sic nihil potuit fieri medio tempore negocio sic penden. de appella. ut nostrum. de elect. capit.
2 si eo tempore. libro sexto. De secundo † utrum censuræ ecclesiasticæ post dictam inhibitionem & lite pendente fulminatæ essent per modum attentati reuocandæ sicut alia facta puta in corporalem possessionem inductio & cætera. Videbatur aliquibus quod sic. propter not. Archi. in. capitu. non solum. superius allega. ubi dicit expresse quod iudex ex officio suo reuocabit sententiam excommunicationis latam post sententiam diffinitiuam infra. x. dies datos ad appellandū sicut alia attentata. ut dicit glos. Innocen. eodem titulo. c. solet. & idem dicit in. c. uenerabilibus. de senten. excōmunica. §. porro. libro sexto. æquiparans talem sententiam sententiæ latæ post appellationem. & tamen fatetur hoc casu necessariam absolutionem. cuius opinionem ibi reprobat Ioann. andr. super uersic. appellatum dicens quod Archi. aut ex uerbis suis prædictis corrigere uoluit quod dixerat. aut est sibi contrarius. aut uoluit inducere nouum casum quo sententia nulla egeret absolutione quod Ioann. and. non capit. quia hoc esset dicere contra decre. illam & capitu. per tuas. de senten. excommunica. & decre. cum olim. de offic. delega. & decre. ab excommunicato. de rescrip. tenet igitur Ioann andr. per illam literam in decre. uenerabilibus. quod non reuocatur per modum attentati sententia excommunicationis sicut alia. immo absolutio est necessaria. & ratio sua est ista. quia excommunicatio aut statim tenet, aut statim non tenet. ut leg. & not. in. ca. pastoralis. de appellat.

¶ Sed pone quod post latam sententiam diffinitiuam infra decem dies iudex excommunicat partem non parentem postea illa pars appellat non est dubium quod bene ligat illa sententia. speciale est ergo in illa quod per
3 appellationem † sequentem non annulletur licet male fecerit iudex excommunicando infra decem dies & excommunicando eum tolleret illi beneficium iuris scilicet appellandi quod non debet esse. de re. iur. indultum. cum similibus. Præterea licet iudex non seruando ordinem traditum in excommunicando in capitu. cum medicinalis. de sentent. excommunica. libr. sexto. excommunicet, tamen sententia tenet & ualet secundum omnes ibidem scribentes. sic etiam in casu nostro licet iudex infra decem dies non debebat excommunicare. tamen quia excommunicauit siue bene siue male ante appellationem tenuit & ualuit. xj. quæstio. iij. sententia pastoralis quia statim excommunicationis sententia secum executionē trahit. ut in capitu. pastoralis. de appellat. In hāc partem etiam declinauit Specu. ti. de appellat. §. de officio. uersi. si uero post Io. mona. in capitu. is cui. de sentent. excommunic. tunc enim bene uenient reuocanda in secundo casu non. Sed quicquid sit domini omnes declinauerunt in opinionem Io. mona. quo ad prolationem sententiæ, sed quo ad monitionem & denunciationem & alia executores. prædictæ sententiæ consistentia in facto dixerunt omnia illa per modum attentati bene reuocanda. de qua uidelicet denunciatione ego uacillabam propter capitu. pastoralis. de appellat quia ibi expresse apparet quod post appellationem potest fieri executio excommunicationis sententiæ ante appellationem latæ quæ est denunciatio quæ potest fieri secundum me ubi & quandocunque executio sententiæ tenet. at secundum supradicta in casu nostro tenuit & ualuit executio. ergo licite potuit fieri denunciatio. nisi uelimus dicere quod propter inhibitionem & litis pendentiam. non potuit neque debuit fieri prædicta denunciatio. & ideo tanquam post inhibitionem & litispendentiam in præiudicium litis penden. & contemptum iudicis facta fuit reuocatio per iura superius alleg. Ad quod respondeo quod simili modo post inhibitionem & litispendentiam non potuit nec debuit fieri prædicta excommunicationis sententia. tamen hoc nō obstante. tenet & ualet ut supra dictum est nam licet multa fieri prohibeantur facta tamen rata manent. de regu. c. ad apostolicam. Præterea iste est unus casus de irretractabilibus in quibus maxime procedit dicta regula Multa fieri prohibentur & cætera. de quo in clemen. præsenti de censi. in quibus irretractabilibus non habet locum reuocatio attentatorum. ut not. Io. mo. in. c. cupientes. de elect. super. uer. a gratia. li. vj.

Decisio. LII. alias. 381.

Summarium.

Adhærentes apppellationi pro appellante & procurator uel aduocatus similem causam habentes in causa cō simili testes esse non possunt.

Epitome.

1 Adhærentes causæ non possunt in eadem cā testificari.
2 Procurator depositus an possit esse testis in causa quam procurauit.

1 Fuit dubitatum utrum † adhærentes appellationi in causa beneficiali possent esse testes pro appellante & sine argumētis? fuit determinatū & cōclusum p omnes ꝙ non propter affectionem causæ. tum quia per adhæsionem fecerunt se partem. ut in. c. statuimus. & c. cupientes. de elect. libro sexto. At nullus potest esse testis in causa sua propria. ut. iiij. quæstio. iij. §. nullus. institu. de testi. §. licet ergo & cætera. Præterea si similitudo causæ repellit testem. ut in capitu. personas. de testi. multo fortius quando testis in eadem causa adhæret agenti. & sicut procurator & aduocatus repelluntur a testimonio propter affectionem causæ ut in. c. romana. de testi. lib. sexto. ita & adhærentes qui sunt pars in causa ut superius dictum est. & fuerunt citati ad causam ut ponebatur in facto. uerum quia replicabatur per partem aduersam quod appellatio sua propter non prosecutionem suam erat deserta. & sic per consequens cessauit adhæsio unde dicebatur ualuisse testimonium dictorum adhærentium deponentium in causa post desertionem huiusmodi appellationis. cuius contrarium fuit conclusum & determinatū per omnes dominos nam licet cessasset appellatio, non tamen cessauit causa quæ per uiam simplicis querelæ fuit in curia introducta in qua non est dubium quod producti in testes reo conuento adhæserunt propter quod suspecti fuerant. quæ suspicio durante causa durare uidetur licet cessat adhæsio ar. dicti. c. romana. de testi. libr. sexto.
2 ubi † apparet expresse quod procurator etiam deposito officio non potest esse testis in eadem causa in qua procurauit propter affectionem ipsius causæ. pari ratione & multo fortius de adhærentibus qui adhærendo fecerunt se partem & propterea præsumitur minus & plus fauere uni parti quam alteri. quæ nimia fauentia repellit iudicem & testem. ut lit. non contest. capitu. accedens. pro & contra faciunt not. per Specu. tit. de testi. §. j uersic. quid si olim. & uer. Item quid fuit in eadem causa. & uer. qd si appelletur. & uer. quid si iudex statim.

Decisio. LIII. alias. 384.

Summarium.

Appellans extraiudicialiter in causa beneficiali in cuius contumaciam processum est & sententia lata contra eum ab ea non poterit iterum appellare.

Fuit

FVit dubitatum utrum appellans extraiudicialiter in causa beneficiali iuxta formam.c.statuimus.de elect li.vj.& intimans aduersario suo eādem iuxta formam clem.causam.eo.ti.si appellato huiusmodi appellationem in contumaciam partis appellantis prosequente & pro se sententiam reportante posset ab huiusmodi sententia appellare infra decem dies a prolatione sententiæ.uidebatur aliquibus dominis quod sic. Nam in iudicijs seruanda est æqualitas ita quod non debet licere actori quod non licet reo nec econerso.de mu pe.c.j.&.ij.de reg.iur.c.non debet.lib.vj sed licet milesies procedatur in absentia partis appellatæ in causa beneficiali & sententia contra eum feratur ipse de stilo & more curiæ infra x.dies a tempore prolationis sententiæ poterit appellare. ergo & appellans.ꝙ tamen nō est de iure,dūmodo sit appellatio debite intimata iuxta formam clemē.antedictæ. quia contumax non auditur appellans,ut notauit expresse Compost.& Ar.in dicto.ca.statuimus quod intelligas de uero & non ficto contumace.de quo per Ioann.an.in clemen.prædicta.in glo.antepe.& melius in clem.si ante de do.& contu. Maiori parti dn̄orū de quorū numero ego fui unus uidebatur dicendum esse contrarium.nā maior ē contumacia actoris quam rei de do.& contuma.c.causam.&.c.prout.&.c.actor.lib.vj.& sic cessat argumentū æqualitatis pro contraria parte inductum. Præterea.appellantium est instare prosequi & finire suas appellationes infra tēpora a iure uel ab homine statuta.quod si non fecerint,puniuntur.de ap.capi.cū sit.&.c.personas.&.c. sæpe.&.c.irreprehensibilis.& cle.sicut.eod.ti. Itē ut plurimum appellantes in causa beneficiali solent deducere obiectus in suis appellationibus.quos si non probauerint, grauiter puniuntur.ergo multo fortius si non prosequunt̄ ar.c.statuimus §.si uero.&.c.se.de elect.lib.vj.Nonne etiam dicit.c.cordi.in fi.de app.quod bene facit ad propositum quod in eum merito iura debent insurgere qui ius iudicem & partem cludit cum igitur hic appellans ius offendit appellando friuole deducendo obiectus in sua appellatione confictos quod uerisimiliter præsumitur. quia eos nec curauit prosequi nec probare cōtra.c.ut debitus. de app.&.d.c.statuimus.&.c.quamuis.de elect.libr.vj. Iudicem offendit a cuius processibus friuole dicitur appellasse licet extraiudicialiter. Iudicem etiam ad quem appellauit in non ueniendo nec suam prosequendo appellationem,& partem sibi aduersam cludit citando ipsam ad curiam per suam appellationem & uexando eam laboribus & expen.& si dicimus & reputamus illum scilicet manifestum & uerum contumacem qui nullo modo auditur appellans quem citatio iudicis uel iuris personaliter apprehendit.prout le.& not.in dicta clem. causam. &.c.si ante.multo fortius idem dicendum erit in citante & appellante qui est certisimus de facto suo.&ideo certiorari non debet.ar.clem.ij.ut lit.penden.quæ fortiori ratione procedit in actore quam reo.nam rei est fugere,actoris uero instare.ut in.d.c.cām quæ de doct.& con. Et sic fuit obtentum quod non audiretur appellans nisi per uiā restitutionis qua uia etiam non deberet audiri nisi doceret de suo interesse & aliquali lesione.uel de iusta causa absente.uel impedimento.ar.no.in.c.cū Bertoldus. de re iudi.de resti.in integ.c.tum ex literis.

Decisio. LIIII. alias.385.

Summarium.

Appellatio contra formam debitam ad papam etiam interposita non deuoluit negocium etiam ad sedem apostolicam nisi iudex a quo illi detulerit.

SI appelletur ab electione prouisione præsentatione uel postulatione alicuius facta uel fienda uiua uoce ad papam & non in scriptis in præsentia tamen partis,dubitabatur utrum per huiusmodi appellationē causa deuolueretur ad curiam romanā.Et uidebatur aliquibus quod sic. maxime si huiusmodi appellans propter hoc ad sedem apostolicam ad prosequendum huiusmodi appellationis negocium personaliter accessit & causam legitimam siue probabilem in huiusmodi sua appellatione uiua uoce interposita expresit.quia plus est facto appellare quam uerbo uel in scriptis.de appel.capitu.me minimus.capitu.suggestum.& capitu.dilecti.pro hoc etiam allegabatur una not. Archi.in.capitu.cordi. de appel.super.uer.de partium.circa fin.ubi Archi.uidetur innuere quod quandocunque & quomodocunque appelletur ad papam etiam sine scriptis & licet etiam nullam causam assignauerit nec apostolos petierit procedi poterit in causa appellato inuito. allegat. capitu. significasti.&.capitu.romana. de fo. competen. & de appel. capitu cum appellationibus friuolis.libro sexto.ex cuius dicto uidetur quod appellatio uiua uoce interposita etiā sine scriptis & nulla causa assignata deuoluat totum negocium principale ad curiam.quod intellige uerum si iudex huiusmodi appellationem recipiat & eidem deferat. tunc enim per huiusmodi delationem a se iurisdictionem abdicat & totam suam potestatem in superiorem transfundit.& sic loquuntur iura allegata per Archi. & etiam ipsemet sic dicit & not.in loco allegato si uero iudex tali appellationi non deferat,nunquam talis appellatio deuolueret,quare?quia esset manifeste friuola per quam hodie nullum negocium ad curiam deuolueretur.ut in.capitu.ut debitus. de appella.& melius in.c.quamuis.de elect.lib.vj.& ibi tex.clarus.Præterea omnes doct.dicunt & tenent quod in appellationibus interponēdis iuxta formā.c.statuimus&.c.cupientes.de elect.lib.vj.requiritur forma.c.cordi.de appel.in princi.eo.lib.prout Ar.& Io. an.notant expresse in decre.cupientes.super.uer.appellatio.& Io.mo.super.uer.deuoluit.Cum igitur prædicta appellatio nec fuerit interposita in scriptis nec causa rationabilis assignata,iccirco fuit conclusum & determinatum ꝙ nullo modo deuolueret.Præterea,alius est enim modus ante sententiam appellandi & alius post ut in decre.sæpe.&.c.ut debitus.&.c.cordi.de appella.& licet prædicta appellatio sit ualida quando sic appellatur a diffinitiua ut in.l.scio.de ap.tamen nihil ualet ante sententiam immo reputabitur non appellans ut in.c.cordi. superius alleg.si igitur nulla est appellatio nullum effectum& præsertim deuolutionem negocij principalis ad curiā quod est ualde odiosum & exorbitans a iure communi. prout not.Ioan.mo. in regula in generali. de reg.iu.li.vi.operari seu inducere potest ar.regulæ nō præstat.&.c.quod ab initio.de regu.iur.li.vj.

Decisio. LV. alias.389.

Summarium.

Iudex appellationis a grauamine de attentatis lite pēdente.coram primo iudice non cognoscit.

SI appelletur ab aliquo grauamine ante sententiā diffinitiuam & comittatur causa appellationis huiusmodi grauaminis alicui alteri auditori:fuit dubitatum& quæsitum utrum per appellantem possent peti quædam attentata lite penden.coram primo auditore a quo nunc extitit appellatum reuocari per auditorem datum in causa appellationis a grauamine.Et breuiter fuit dictum per omnes quod non,nisi essent attentata post appellationem nunc ultimo interpositam & sibi cōmissam.de iudi.c.exhibita.de rescrip.c.rodulphus.c.significante.&.c. significauit.de excep.c.dilecti c.dilecte.cum multis si. uel nisi essent attent.post inhibitionē per ipsum factam primo iudici.de ap.c.roma.&.c.non solum.li.vj.cū etiam de nullo alio potest cognoscere nisi de grauamine in appellatione expresso.ut in cle.appellanti.de ap at hæc non fuerūt expressa nec sibi cōmissa.ergo &c. Præterea. prædicta attentata uidentur concernere negociū siue causam principalem quā non habet nisi in euentū.de ap.c.ut debitus. pnunciato igitur bene appellatū & male pcessum cognoscat de illis attentatis,alioquin remittit causam primo auditori iuxta no.in.c.ut debitus.&.c.cū in ecclesia.e.ti.&.c.romana.li.vj.

Decisio. LVI. alias.418.

Summarium.

Si appellatū est in partibus & delatum appellationi & post fatalia lapsa appellatus impetrat cōmissionē sup desertione.an debeat appellans de nouo in partibus citari.

SI appelletur a diffinitiua sententia lata in partibus in causa beneficiali & defertur appellationi per utranque partem si post fatalia appellationis appellatus impetrat commissionem super desertione appellationis in curia. fuit dubitatum utrum appellans deberet citari in partibus ad dicendum contra commissionẽ & docendum de diligentia. uel posset procedi contra eũ per audientiam. Super quo domini erant uarij. Aliqui dicebant quod si prædicta appellatio deuoluisset negociũ principale ad curiam quod posset procedi per audientiam super desertione tanquam super accessorio quod sequi debet naturam sui principalis. de regu. iur. c. accessorium. li. vj. Quod dicebant alij domini uerũ si causa appellationis fuit commissa infra fatalia. secus si post. quia cum tunc non per modum accessorij siue incidenter agatur de desertione uocanda est pars in partibus quæ forte uult docere de impedimentis legitimis propter quæ a negligentia prosecutionis excusaretur. de appella. c. ex ratione. & cle. sicut appellationem. eo. ti. uel forte posset dicere & proponere se acquieuisse sententiæ cõtra eum in partibus latæ uel appellationi renunciasse quod poterit. de ap. c. interposita. & c. solicitudinem. Et in hanc partẽ declinauit maior pars dominorum.

Decisio. LVII. alias. 406.

Summarium.

Si appellans in termino statuto uel prorogato uel anticipato non compareat non tamen suæ appellationi renũciat. dummodo in primo termino debito modo apostolos petierit. quos si non petiuisset & iudex non dedisset deserta esset appellatio. & iudex iurisdictionem retinebit.

Epitome.

1 Appellans si in termino statuto uel prorogato uel anticipato non compareat an suæ appellationi renunciare uideatur.

2 Appellans non tenetur in termino prorogato iterum apostolos petere, sufficit enim semel petijsse.

3 Iudex non dans apostolos in termino appellanti prorogato an iurisdictionem amittat.

4 Iurisdictio semel amissa an & quomodo reuiuiscat.

1 SI auditor appellanti † & apostolos cum debita instan. petenti præfigat certum terminum ad dandũ & recipiendum apostolos & illos appellans in termino certo præfixo petat & iudex iterum prorogat eundem terminum ad aliam certam diem in quo die nec appellans comparet nec iudex dat dubitabatur de duobus. Primo utrum appellans in termino prorogato non comparendo nec apostolos petendo uidebatur appellationi suæ renunciasse. Secundo utrum iudex non dando iurisdictionem statim amiserit ita quod irritus eius fuerit processus postea per eum habitus. Ad primum omnes domini dicebant standum glo. ordi. Ioan. an. in clem. quãuis. super. uer. uidetur. de appella. cum qua concor. Pau. per omnia & clarius loquitur. uidelicet quod licet tutius sit quod appellans in termino prorogato iterato compa-
2 reat. non tamen † tenetur plus de iure apostolos petere. sufficit enim bina uice ipsum petiisse & sic negligentem uel renunciantem dici non posse & hoc dicit Pau. ibidẽ satis colligi de mente illius decre. quæ de tertio termino non loquitur. interest enim appellantis ne toties grauetur in eundo & in petendo. Nam ex quo bis cum debita instantia petijt iuri siue constitutioni satisfecit. ergo negligens dici non potest. absurdum etiam esset secundum prædictos docto. appellantem singulis diebus termini immo in pluribus horis diei posse ad eundum comparendum & petendum arctari. Idem per eadem motiua fuit determinatũ in quibusdã alijs consilijs de termino sibi anticipato per iudicẽ. uerbi grã. iudex assignauit terminũ iuris si ue ultimã diem termini iuris ad dandũ & recipiendũ apostolos. uolens aũt apostolos dare ante prædictũ terminũ iuris facit partẽ appellantem citari ad certã diem ante dictum terminũ iuris. in quo appellante non cõparente iudex dat apostolos refutatorios in contumaciã citati & nõ comparentis tunc nec in termino iuris. Fuit dubitatũ utrũ appellans propter hoc renunciasset appellationi suæ & fuit conclusum quod non. tum quia sicut in termino prorogato non tenebatur petere per iura superius adducta ita nec in anticipato. quia sicut iudex potuit prorogare ita & multo fortius abbreuiare. ar. not. in. c. cum sit. de ap. de sen. & re iudi. c. quod ad consultationẽ. tum ẽt quia in termino iuris primo sibi præfixo non tenebatur cõparere nec petere apostolos iam datos. frustra enim quis petit extra quod intus habet. de iudi. ca. examinata cum
3 si. In secundo † dubio domini erant uarij. Aliqui asserue runt auditorem non dantem apostolos in termino prorogato nullam iurisdictionem amisisse. tum quia non fuit in illo termino debite per appellãtem requisitus quod uult constitutio ut super. &. c. ab eo. de ap. li. vj. Tum quia totus terminus iuris cedit sibi ad dandũ apostolos. ante lapsum autem totius termini uidelicet. xxx. dierum non admittit iurisdictionem immo retinebit & apostolos adhuc offerre & dare poterit cum sit infra terminum iuris. & sic iurisdictio eius in totum non expirauit. nec processus eius impeditus immo forte secundum Pau. ubi supra appellãs tenetur eos recipere post terminum iuris cum dentur ad instructionẽ sũpioris. sed si nõ reciperet crederẽ nihilominus auctoritate dictæ cle. in fi. appellationẽ suã nihilominus prosequi posset & iudic. etiam post terminos apostolos dantem iurisdictionem in negocio principali amisisse decre. ut super. de ap. li. vj. per quam & per decre. ab eo. eo ti. iuncta cl. q̃uis. in fi. maior pars & quasi oẽs in p̃dicto scd̃o dubio tenuerũt & cõcludẽdo dixerũt auditor. dantẽ apostolos in secundo termino per ipsum præfixo debitæ per appellantem petitos iurisdictionem amisisse & processum postea per ipsum habitum nõ ualuisse. ratio. quia nedum ille terminus fuit a parti ad petendum sed etiam iudi. ad tradendum. ut in dictis iuribus. & not. Ioann. an. in clem. quamuis. super. uer. tempore. & idem Pau. ibidẽ. Si ergo non tradidit requisitus perinde est ac si expresse denegati fuissent per fi. cle. antedictæ. sed si eos denegasset iurisdictionem amisisset. ergo nec per dationem apostolorum post iurisdictionem semel amissam sine noua commissione recuperaret. ar. c. cum appellationibus friuolis.
4 in fi. de appella. libr. vj. Semel † enim extincta iurisdictio non reuiuiscit. de conse. di. iiij. quæris ff. de solu. qui res. §. aream. imputet enim sibi quod se terminum iuris abbreuiando ad hoc arctauit. quod potuit secundum. Pau. ubi supra cum eius fauorem respiciat per. l. quod fauore. C. de le. & in re. iur. quod ob gratiam. li. vj. nec habet locũ in hoc casu more purgatio quo ad reassumptionem iurisdictionis ac ualidationem processus postea habiti licet bene quo ad instructionẽ superioris illos poterit dare & mittere propter decretum irritans positum in fi. c. ut super. superius alleg. Ex qua conclusione sequitur qui si iudex in primo termino per eum præfixo apostolos non dat appellanti petenti licet in termino secundo per eum prorogato illos dederit etiam petenti in isto eodem termino & recipienti quod nihilominus iurisdictionẽ amittit. quod cũ non seruat licet text. sit clarissimus in dicta cle. quamuis. uer. quid si iudex. iũcto fi. c. & glos. super. uer. ex tunc. & sequen. Sequitur enim consequenter ex præmissis ut uidetur una alia cõclusio prima facie quod licet pars in termino præfixo apostolos non petat quod iudex nihilominus dare tenetur & ultroneus se ad hoc offerre. quod si non fecerit desinit esse iudex. nam secundum aliquos sufficit prima petitio siue requisitio quam facit appellans tempore appellationis. attento etiam quod ille terminus per iudicem præfixus est suus sicut parti ipse debet & tenetur facere quod suum est licet pars sit negligens in actu suo. de do. & contu. c. cum dilecti. & c. actor. lib. vj. tamen salua correctione non crederem hoc dictum ueritate fulciri. moueor nam ex quo appellans in termino primo sibi præfixo non petijt cum debita instantia apostolos, appellationi suæ renunciauit. si renunciatum sit appellationi iudex apostolos dare non tenetur. sed potest ad ulteriora procedere & ualebit ac tenebit suus. processus. ergo & cætera. Pro quo mihi uidetur text. clarus in dicto. c. ut super. in fi. dum dicit. si uero iudex non exhibuerit apostolos requisitus, extunc si in causa procedat, irritus eius sit processus nisi appellationi renuncia

nuntiatum fuerit quod intelligunt ibidem doct. siue tacite siue expresse. cum igitur simus in casu ibidem excepto dicendum erit processum iudicis post renunci. appellationis fore ualidum ratione etiam hoc dictante quia cessante causa &c. Tum etiam quia super appellatione quae non est apostoli frustra darentur. de despon. impu. c. ad dissoluendum. Praeterea. c. ab eo post. c. ut super. editum declarat peroptime quomodo illud uerbum requisitus debeat intelligi uidelicet nedum de prima requisitione sed de secunda & tertia quae olim ante editionem clem. quāuis. de rigore iuris requirebantur licet hodie per eandem cle. sufficiat unico contextu cum debita instantia congruo tamē loco & tempore eosdem a iudice petere ut in eadem clē. quae etiam stringit & arctat appellantem ad petendum apostolos iterato in termino per iudicem praefixo. quod si non fecerit: reputabitur non appellans si uero nō appellasset locus datur. apostolorum non esset ergo iudex in dādo in culpa non fuit. ergo poenam non meretur. de consti. c. cognoscentes. cum si.

Decisio. LVIII. alias. 412

Summarium.

Valet processus primi auditoris post inhibitionem secundi cui causa appellationis manifestae frustratoriae fuit commissa factus.

Epitome.

1 Appellatio manifeste friuola processum non interrumpit nec obstat iudicis inhibitio.
2 Inhibitio uirtute appellationis inducta quae. praesupponat & quid operetur.
3 Appellatio manifeste friuola ante sententiam interposita priuat appellantem iure appellandi post sententiam.
4 Retractari non dicitur quod illegitime factum habetur.

*Friuole. ad d. supra de. of. deleg. deci. 1.

1 SI appelletur † manifeste friuole * ante sententiam ab aliquo praetenso grauamine ab aliquo auditore & datis apostolis refutatoriis committatur huiusmodi causa appellationis alteri auditori & per eum seruatis seruandis inhibeatur primo auditori ne ulterius in causa procedat. qui non obstan. huiusmodi inhibitione in causa procedat ad ulteriora immo usque ad diffinitiuam processit fuit dubitatum utrum huiusmodi processus & sententia ualerent & tenerent. Et uidebatur prima facie multis dominis ꝙ processus totus praedicti domini auditoris primi post inhibitionem sibi factam per secundum rueret & esset nullus per iura uulgaria & communia. uidelicet de appel. c. romana. §. ꝙ si obiiciatur. &. c. non solum. §. illa. eo. ti. li. vi in quibus expresse habetur ꝙ postquam iudex appellationis incepit cognoscere de appellationis causa an sit uera potest inhibere iudici a quo ne in principali causa ulterius procedat ut in. §. ꝙ si obiiciatur. quod si fecerit totum reuocabitur per modum attentati tanquam nullum. §. illa ergo &c. loquuntur & intelligūtur quando canonice facta est inhibitio. ut in. §. illa. superius alleg. quod uerbum dominus Nicola. multum ponderauit & bene sed in casu nostro inhibitio non est canoni-
2 ce * facta: ut statim probabo. ergo. nam † ad huiusmodi inhibitionem canonice faciendam requiruntur duo uel tria. uidelicet ꝙ appellatio sit ex probabili causa interiecta tali quae si foret probata: deberet legitima reputari. ut in. c. ut debitus. & in. c. pastoralis de appel. & ꝙ per talem appellationem sit deuolutum negocium ad eum & ꝙ ipse recepta huiusmodi appellatione ex causa probabili interposita incipiat cognoscere an huiusmodi causa sit uera. haec habentur & probantur in dicto. §. ꝙ si obiiciantur. tūc primo & non ante potest inhibere ut ibi. & tunc canonica dicitur inhibitio postquam nil ualet quod agitur ut in. §. illa superius alleg. At in casu nostro non ex probabili nec ex uerisimili sed ex manifeste friuola causa extitit appellatū. ergo per talem appellationem non fuit negocium ad superiorem deuolutum. de elect. quāuis. li. vi. & in. d. c. ut debitus. ergo non recipienda per iudicem appellationis. quae licet recepta fuerit hoc fuit de facto & non de iure de quo non est curandum. nam non quod fit sed quod fieri debet

*Canonice facta. Inhibitio enim ligat iudicis a quo manus hoc est uerū in actu reuocabili p appellatione a diffinitiua. Alias ī irreparabili ut in tortura. & similibus sufficit sola appellatio sine inhibitione. l. si quis prouocatione. C. de app. & p Bal. l. generaliter. §. licet iuramēto C. de re. cre.

ponderandum est. de elect. c. cum causam. praeterea repe-
3 rio ꝙ appellatio † manifeste friuola interposita ante sententiam priuat quem iure appellandi post sententiam a qua alias sibi licitum fuisset appellare. ut in clem. si ante. de do. & contu. ergo multo fortius inficit prosecutionem illius & propter eam fiendam quae fundatur super appellatione a iure. reprobata & infecta cui ius non defert nec est a iudice deferendum. de elect. c. cū nobis olim. de app. c. cum appellationibus friuolis. li. vi. Si igitur nō ualet principale: nec accessorium de iureiuran. c. cum contingat. & c. cum quidam. Quod autem ualeant agitata post inhibitionem non rite factam est propterea. quia quo ad reuocationem attentatorum necesse est probare ueritatem causae expressatae in appellatione ut dictis iure. c. Romana. &. c. non solum. & leg. & not. per Io. mo. in. c. cupientes de ele. super uer. a gratia. li. vi. At ubi est aliquid de se iniquū. & a iure reprobum & friuolum iustificari non potest ut de usur. c. cum tu. de reg. iur. c. estote. de consuetu. c. cum tāto. de re iudi. c. pastoralis. in cle. ergo in casu nostro nunquam posset probari ueritas causae appellationis. & si probaretur: non releuaretur. quia friuola ergo non admittenda. de offi. deleg. c. cum contingat C. de probat. l. ad probationem. nec posset praedicta appellatio iustificari ex nouis causis superueniē. ut in clem. appellanti. de app. ergo stat conclusio uera ꝙ processus primi auditoris factus post huiusmodi appellationem manifeste friuolam ualet. & nō tenet inhibitio secundi auditoris non canonice facta facit de no. ope. nunc. c. i. de resti. in inte. c. cum uenissent. ratio.
4 quia factum legitime † retractari non debet. de resti. spol. c. audita. de re. iur. factum legitime. li. vi. Et quae dicatur appellatio manifeste friuola. uide per Io. an. in clem. si ante. de do. & contu. & quia saepe dicitur id manifestum qđ non est de appel. c. consuluit. Fuit conclusum & consultū fore tutius ꝙ secundus auditor examinato negocio aut nō inhiberet uel inhibitionem factam reuocaret uel saltem male appellatum & bene processum per primum iudicē pronunciaret per quam tamen pronunciationem non ualidaretur processus post inhibitionem si fuisset canonice facta sed bene ante. prout leg. & not. in. c. non solum. per Io. an.

Infra e. ti. 65.

Decisio. LIX. alias. 424.

Summarium.

Appellatus si uelit in causa desertionis procedere corā iudice in curia impetrato necesse habet partem citari facere de partibus. secus in causa appellationis principale negocium deuoluente. Item declaratio siue denunciatio excommunicationis facta post appellationem ab excommunicationis sententia per ordinarium lata ad sedem apostolicam interpositam non uenit reuocanda per uiam attentati.

SI a diffinitiua sententia lata in partibus uel in curia ad sedem apostolicam appelletur & non super dicta appellatione sed super desertione ipsius appellationis commissio in curia impetretur per partem appellatam & petatur pronunciari super desertione eiusdem & procedi per audientiam contra appellantem absentem. fuit dubitatum utrum posset sic procedi & pronunciari appellante non uocato nec specialiter citato Et uidebatur ꝙ sic. ex quo negocium principale fuit semel deuolutum ad curiam semper remansit ibi cum omnibus sequelis suis dependen. & connexis. at praefactum negocium ut praesupponebatur in facto legitime fuit ad roman. curiam deuolutum. ergo ibidem tractandum & finiendum. ar. c. statuimus. iuncta cle. causam electionis. de elect. facit regula iuris. accessor. de reg. iur. li. vj. Praeterea causa desertionis est pars ipsius appellationis. ergo iudex cui committitur causa appellationis potest etiam sine noua commissione de desertione cognoscere prout scripsi superius in de. 24. eo. ti. quae incipit. Item ꝙ auditor datus &c. quod est uerissimum quando causa appellationis est commissa principaliter. tunc enim per modum consequentiae siue accessorii iudex de desertione cognoscet & per audientiā procedet ad effectum pronuntiandi se iudicem uel ne qđ iudex potest & debet facere cum de ipsius iurisdictione

dubitabat.de rescrip.c.super literis de offi.deleg.c.significantibus.de præben.c.dilectus.at si appellatio sit deserta non est iudex.ergo.&c.Secus uero ubi non est cã appellationis sed desertionis principaliter commissa.tunc enim hunc articulum nec discutere nec diffinire potest nisi parte legitime ad hoc uocata per iura uulgaria.ii.quæst.i nos in quenquam.de consti.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de maio.& obe.c inter quatuor.de cau.poss.& proprie.c.i. cum similibus Ad illud quod dicitur in contrarium superius Exquo semel negocium principale siue appellationis fuit deuolutum ad curiam &c.Respondebatur hoc uerum illo pendente & nondum finito sed illo finito per sententiã quæ in rem transiuit iudicatam ammodo tam causa principalis quam appellationis si eam non est prosecutus appellans infra fatalia non est in curia.Iste uerum dixit exquo super eo lata est sententia cuius appellatio est deserta viii.quæst.v.c.i.& facit.c.i.de lit.contesta.li.vi.Si ergo principale non est.ergo nec accessorium.quod sequitur naturam sui principalis.ut in dicta regula accessor. Et fuit conclusum per omnes dominos partem appellantem legitime citandam ad negocium desertionis principaliter commissum in curia tractandum & finiendum.quia citatus forte desertionem exscusabit propter legitima impedimenta quæ habuit quod sibi licebit de iure.de appel.c.ex ratione.& clem.si appellationem.&.c.quãdiu.de app. Ex codẽ facto insurrexit aliud dubium utrum si post citationem ad partes decretam per iudic.& eius execut.uel post appellationem legitimam a sententia excommunicationis in aliquem per ordinarium lata ad sedem apostolicam interpositam quis declaretur incidisse in prædictam excommunicationis sententiam & denuncietur publice excommunicatus.& aggrauetur:utrum per modum attentati prædicta essent reuocanda. Et uidebatur aliquibus dominis ꝙ sic per iura uulgaria.ut lite penden.in rubro & in nigro.de app.c.non solum.li.vi. cum multis si. In antiquis fuit.per maiorem partem determinatum contrarium.nam licet per appellationem suspendatur effectus & executio illarum sententiarum.ut.ff.ad turpil.l.i. & de iureiuran.uenientes.tamen hoc fallit in excommunicationis sententia quæ secum trahit suam executionem ut in.c.pastoralis de appell.& ibi pro dicta conclusione per Innocen.at omnia prædicta non sunt nisi quædam extensiones primæ sententiæ quæ statim suum habuit effectum.ergo &c.Pro qua conclusione etiam faciunt not. per Innocen.in.c.præterea.de ap.uide ad materiam not. per Io.mo.in.c.licet.&.c.is.qui.de sent.excommu.li.vj. uide de ista conclusione in conclusione quæ incipit. Itẽ si committatur causa restitutionis.

Decisio. LX. alias.429.

Summarium.

Appellatio per falsum procuratorem facta ualet & etiã tacite procedendo in ea ratificatur.

SI in causa beneficiali appelletur in partibus a diffinitiua lata per executorem apostolici impetrantis& intimetur appellato debite prædicta appellatio: & postea appellatus ueniens ad curiam & inueniat causam appellationis & negocii principalis commissam alicui auditori nomine procuratoris appellantis de cuius procuratorio non constitit nec unquam appellans factum illius procuratoris ratificauit.in uim cuiusquidem commissionis appellatus processit per audientiam contra appellantem & obtinuit sententiam confirmatoriam primæ sententiæ pro ipso in partibus latæ cum condemnatione fructuũ & expensarum.a qua sententia non in curia sed in partibus a tempore noticiæ infra decendium appellauit & causam appellationis & nullitatis prædictæ ultimæ sentẽtiæ mihi committi obtinuit & processit super nullitate antedicta petendo secundam sententiam pronunciari nullam. dubitabam & causam in relationibus posui super nullitate processus primi domini auditoris & fuit solenniter allegatum pro utraque parte & tandem conclusum per omnes dominos ualuisse processum & sententias antedictas tum quia causa fuit legitime deuoluta & seruata tempora per appellatum.tum quia de speciali mandato papæ causa fuit commissa licet instantiam falsi & nullius procuratoris in qua commissione nominatus fuit per expressum appellatus qui potuit etiam ante præsentationem huiusmodi commissionis uti illa secundum opinionem aliquorum etiam inuito impetrante. prout le.& not.in.c.ex conquæstione de resti.spol.licet unus de dominis dixerit hoc procedere quando constaret de impetrante uel procuratore ad hoc speciale mandatum habente.ut in.c.nonnulli.de rescrip.&.c.ex parte decani.eo.ti.ff.ꝙ quisque iur.l.i.§.si procur.tum etiam quia surrepticium rescriptũ dat iurisdictionem.ut not.in.c.cæterum.de rescrip.&.c. ad audientiam.tum etiam quia auditores habent iurisdictionem habitu licet non actu.ut in simili in.c.pastoralis. de rescrip.in fi.& ideo commissiones quæ fiunt eis non sunt nisi distributiones per quas datur eis solum exercitiũ iurisdictionis in quo attenditur plus factum papæ quam partis præsertim quando de speciali mandato committitur.tunc enim uidetur de certa scientia & proprio motu facere.ar.c.cum olim.ii.de offi.del.Pro qua conclusione allegabatur quædam not.Specu.ti.de ap.§.nunc breuiter.uer.quid si apparet. Supra de iu.6.

Decisio. LXI. alias.430.

Summarium.

Appellatus utitur commissione nomine appellantis etiam sine mandato impetrata nec per ipsum postea ratificata.

Epitome.

1 Appellatus an in uim commissionis per falsum ꝙ curatorem nomine appellantis impetratæ procedere possit.

2 Rescriptum sine mandato speciali impetratum an sit nullum.

FVit dubitatum & per me qui causam habui in relationibus positum utrum pars appellata in causa beneficiali deuoluta ad curiam per appellationẽ partis sibi aduersæ possit uti commissione nomine appellantis impetrata per falsum procuratorem nullum mandatum ad hoc habentem nec appellante ratificante & ꝓcedere in causa uigore eiusdem. Et uidebatur ꝙ non. per c.nonnulli.de rescrip.cum ibi not.nam ut ibi apparet rescriptum est nullum sine speciali mandato impetratum. at sic est in proposito. ergo nec ob.not. Innocen.in.c. prudentiam.de offi.deleg.& in.c.ex conquæstione.de resti.spo.uidelicet ꝙ reus potest uti rescripto contra ipsum impetrato etiam inuito impetrante etiam ante præsentationem secundum aliquos ut ibi not.quia Innocen.loquitur quando constat de impetrante uel eius mandato. at hic non cõstat de impetrante uel ipsius mãdato.ergo.&c.Pro hac opinione fuit alleg.quædam.l.cum sua glo.ff.ꝙ quisque iur.l.si procura. * Fuit determinatum & conclusum per omnes dominos uno duntaxat excepto contrarium.tũ quia huiusmodi commissiones quæ fiunt in curia sunt dũtaxat distributiones & modica uel uerius nulla iurisdictio datur per eas sed duntaxat iurisdictionis exercitium. quia auditur. habent habitu licet non actu exercitium quod excitatur per huiusmodi commissiones sicut dicitur & le.in ordinario de of.ord.c.licet in corrigendo.at auditores sacri palatii habent ordinarium in audiendo & cognoscendo prout le.& not.in cle.auditor.de rescrip. ergo Præterea papa potest huiusmodi habitum deducere in actum committendo huiusmodi exercitium etiam nullo petente.nam ipse aliquando proprio motu dat iudicem. ut.in.c.cum olim.de offi.dele.de purgat.c. inter sollicitudines.nec refert per quencunque præces offerantur.C.de præci.impe.offe.l.uniuersi.ipse enim est qui committit & per suum cursorem huiusmodi commissiones & non per partes præsentantur.& hoc maxime procedit quando de speciali mandato ut in casu nostro aliqua causa committitur.tunc enim ipse ad nullius instantiam id facere uidetur.ar.c.si motu proprio.de præben.li.vj. tum etiam quia huiusmodi commissiones sunt communes iuxta not. per Innocen.ubi supra maxime quando in eis nomen rei siue appellati exprimetur ut in casu nostro.ideirco hic appellatus

* Et fuit determinatũ. adde domi. Car.in cle.i.de ap.in iii.no.

latus potest uti commissione supradicta, præsertim in causa legitime deuoluta & de speciali mandato papæ commissa ut præfertur.

Decisio. LXII. alias.446.

Summarium.

Restitutus ad appellandum a die restitutionis infra decendium debet appellare.

Epitome.

1 Restitutio ad appella. impetrata post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam quid operetur.

2 Restitutus ad appellandum habet decem dies a die restitutionis intra quos debet appellare.

3 Executio sententiæ diffinitiuæ facta an impetratione restitutionis ad appellandum efficiatur reuocabilis.

Allegatur pro cõtraria supra eo deci. q. e in obseruantia ait cassa. de. i. ut lite pen.

SI lata una diffinitiua sententia in causa beneficiali quæ transiuit in rem iudicatam & ante expeditionem executoriæ possessor contra quem prædicta sententia extitit promulgata ueniens ad curiã & obtineat causam re-
1 stitutionis ad † appellandũ committi & apprehendendo aduersarium in curia faciat ipsum citari ad dicendum cõtra huiusmodi commissionem, qui nihil dicens contra eãdem recessit cum executoria sua ad partes, uigore cuius habuit possessionem & percepit fructus, antequam aduersarius suus fuerit restitutus ad appellandum, quæ omnia postquam primus possessor ex causis legitimis fuerit restitutus ad appellandum, petiit reuocari per modum attentati: dubitatur utrum uenirent reuocanda. Et breuiter omnes domini me duntaxat excepto, concluserunt ꝙ non. per. c. suscitata de resti. in integ. nisi præstita cautione de restituendo uniuersa quæ occasione sententiæ obuenerunt in casu quo petens restitutionem in integrum aduersus ipsam sententiam obtinuerit in causa, sic & fieri debuit executio sententiæ etiam pendente causa resti. in integrum, multo fortius si duntaxat petatur & pẽdeat causa restitutionis ad appellandum, quæ si non concederetur, frustra dicta executio impediretur, & ideo pendente hoc dubio tenuit & ualuit dicta executio & si ualuit: reuocari nõ debuit. per. c. audita. de rest. spo. & per regulã iuris fa-
2 ctum legitime. li. vi. Præterea † licet quis restituatur ad appellandum, poterit ne appellare infra decem dies post huiusmodi restitutionem concessam immediate sequen. esset enim iniquum executionem prædictæ sententiæ medio tempore impedire. pro quo facit in simili id quod leg. & not. in. c. ut calumnijs. de re iudi. in clem. & quod ibi not. Præterea an prædicta executio fuerit iuste uel iniuste facta id futurus declarabit euentus, nam si iste nunc restitutus ad appellandum & qui etiam infra decendium ut ponebatur in facto a dicta sententia appellauit obtinuerat in causa appellationis uidelicet infirmatoriam prædictæ sententiæ per consequens & cassationem siue reuocationem executionis eiusdem obtinebit, nam cessante principali &c. de procur. c. auditur. de re iud. c. pastoralis. in clem. ex quo enim habet hoc remedium ordinarium, non est sibi concedendũ extraordinarie. ff. de mino. l. in causæ. & sic euitatur circuitus. de rescrip. c. auditor. in cle. quod crederem quando auxilium extraordinarium & ordinarium pari passu ambularent & idem esset modus procedendi, sed ubi uia extraordinaria est leuior & celerior quã ordinaria, ut in casu nostro crederem salua correctione dictam. l. non procedere, ꝙ autem uia attentatorum est leuior in procedendo & probando not. doct. expresse in. c. dilecti. de maio. & obe. per Innoc. & de excep. c. dilecti. & in. c. bonæ de appel. per eundem. & per modernos in. c. nõ solum. de appel. li. vi. & per Io. mo. plenissime in. c. cupiẽtes. de elect. li. vi. Præterea ego faciebam aliud & illud generale fundamentum ut lite pendente nihil innouetur. & lis hic pendebat per commissionem & citationem quæ peruenit ad partes. ut lite penden. in rubro & nigro & in clem. ii. eo. ti. Ad quod prædicti domini respondebant litem hic super negocio principali non pendere sed illud terminatum per sententiam fore quæ in rem transiuit iudicatam ergo executioni mandanda. de offi. del. c. quærenti. & c. pastoralis. de re iudi. c. cum aliquibus. & c. de cætero. cum multis similibus. quod ego negabam hoc attento ꝙ postea restitutus fuit ad appellandum. & sic perinde fuit ac si infra decem dies computandos a tempore prolatæ sententiæ appellasset. quia restituere est in pristinum statum reponere. de elect. c. quia diligentia. & l. i. C. de sententen. pas. & in. c. quamuis. de rescrip. li. vi. quæ decre. uidetur facere contra me. nam huiusmodi restitutiones intelliguntur fieri sine præiudicio iuris alieni, ut ibi. at hic in ca-
3 su nostro ante restitutionem † concessam ad appellandũ facta fuit executio & iuridice & debite ac per eam ius quæsitum aduersario quod per huiusmodi restitutionem non leditur nec reuocatur. quod si reuocari debet id futurus declarabit euentus. s. finis secundæ instãtiæ. ergo. &c. quod motiuum mulcet aures & procederet si lis super dicta restitutione non penderet. sed ex quo lis fuit introducta nihil erit meo iudicio medio tempore attentandum circa possessionem beneficij nanciscendam uigore sententiæ quæ effectualiter non transiuit in rem iudicatam quod apparet per restitutionem concessum. d. c. suscitata etiam meo iudicio non ob. quia ibi petebatur restitutio aduersus sententiam. & ideo propter aliqualem calumniam & suspicionem quam habuit papa contra restitutionem petentem ordinauit & uoluit sic per cautionem præstandam & executionem fiendam prouideri. & secundum uerum intellectum fuit potius gratiosa prouisio quam iuris communis determinatio. sed in casu nostro petebatur restitutio ad appellãdum non calumniose sed ex ueris & iustis causis & probauit litis euentus. quia restitutus fuit & appellauit ergo executio prædictæ sententiæ medio tempore fieri non debuit. quia suspensa extitit. ut in. c. uenientes. de iureiuran. & si dicatur non tempore commisionis siue petitionis. restitutionis in integrum sed tẽpore restitutionis & appellationis bene suspendebatur effectus siue executio prædictæ sententiæ. sed quicquid antea factum fuit ualidum erat. ergo minime reuocandum per regulam iuris factum legitime. superius alle. Ad quod posset responderi ꝙ propter hoc præambulum uidelicet restitutionem ad appellandum merito deberet suspendi executio ar. c. non solum. i. responso. de ap. li. vi. & ff. de spon. l. oratio. Quibus tamen non obstan. fuit denegata attentatorum reuocatio & processum in negocio principali ad euitandũ circuitum & citius finem liti imponendum & partium parcendo laboribus & expensis ad quæ semper bonus iudex debet tendere & laborare. ut de do. & contu. c. finem de offi. or. c. ut litigantes. li. vi. de resti. spo. c. frequens. eo. li. cum si. & in hanc partem finaliter declinaui.

Decisio. LXIII. alias.476.

Summarium.

Appellationi renunciare non uidetur qui iura sua coram auditore producit ad finem ut in executione sententiæ supersedeat. secus si ab eo citationem peteret uel aliquid quod non posset nisi per iudicem expediri.

SI ille qui, a sententia diffinitiua contra eum per auditorem cameræ lata ad sedem apostolicam appellauit post appellationem comparet coram auditore & producat sua iura ubi sibi ostendit suam sententiam fuisse iniustam ad istum finem ꝙ idem auditor a dictæ sententiæ executione recedat per hoc suæ appellationi * renũciare non uidetur. ratio, nam tunc quis uel renunciat facto uel tacite suæ appellationi cum in eo contrarietas nõ euitetur. ut de appel. c. solicitudinem in fi. ut ecce. si appellatio. s. sit legitima iudicis iurisdictionem suspendit. ut de sen. excommu. c. per tuas & habet effectum talis suspensio quod iudex a quo cuius iurisdictio est per appellationem suspensa non potest in causa ulterius procedere. & si procedat nullus est ipso iure processus eius ut in c. licet. de sent. excom. li. vi. & in. c. per tuas. alleg. melius in. c. interposita & c. non solum. de appel. & iccirco si appellãs cum iudice a quo procedit ad aliquem actum qui non posset expediri nisi uirtute iurisdictionis & huiusmodi sit suspensa tunc uidetur uelle per factum contrarium suæ appellationi renunciare. ut de consti. cum. M. uel esse sibi contrarius. quod non creditur in dubio nec permitti-

* Appellationi add. Deci. supra de renũ. 2. & quid. si iudex. detulit deci. supra c. 49.

tur in expresso.ut.c. solicitudinem. alleg.ita procedit.c.
gratum de offi.del.de testi.c.cum uenisset.nam produce-
re iura sua non est procedere cum tali iudice ad actũ qui
non posset nisi in uim iurisdictionis expedire quia potest
fieri cum non iudice & extra iudicium. praeterea: quia
alias finis & suus intentus considerandus est in facto ff.
de dona.l.ii.in fi. cum.l. sequen. &.l. ult.in princi.ff. de
neg gest.modo ille producebat ne fieret executio.modo ad
idem tendit sua appellatio.& ita bene facit not. Inno.de
app.in fi.glo.& Pau.in clem.si ante. de do. & contu.de
ignorante appellationem. Praeterea licet productio pos-
set respicere plures intentiones & fines: respiciendus tamẽ
est in dubio ille qui minime obest producenti.puta quia
non est uerisimile in dubio ꝙ pars tacite suae appellationi
renunciare uelit nisi bene appareat per communia iura.
praemissa intellige nisi petiisset iudice tali ꝙ pronunciaret
uel interloqueretur super executione non fienda uel ꝙ ci-
taret partem aduersam ad dicendum contra. cum enim
talia non possint fieri a iudice nisi in uim suae iurisdictio-
nis quae dicitur esse suspensa apparet ꝙ tales actus con-
trarii sunt huiusmodi suspensioni & per consequens ap-
pellationi praedictae per clarum fundamentum supra al-
lega.

Decisio. LXIIII. alias.484.

Summarium.

Si appellatus appellationem contra se interpositam & sibi non intimatam post mensem a die interpositionis si instrumentum appellationis deuenerit ad manus suas post xi.menses ab interpositione computandos inchoauerit & prosecutus fuerit causam per audientiam ualebit processus.

Epitome.

1 Tempora decre.sunt tam ab appellato quam ab appellante obseruanda.
2 Dispositio.c. statuimus de elect. libro sexto.qua ratione fuerit introducta.
3 Ius speciale cessare facit ius commune.
4 Edicto citationis circunducto, non proceditur nisi parte de nouo citata.
5 Capit.statuimus de elect. libro sexto.duo tempora commemorat ponderanda.
6 Citatio unica uni tamẽ personae dirigi potest pluribus aũt personis citandis plures requiruntur citationes.
7 Citatio iuris non minus operatur quam citatio hominis.

SI appellatus appellationem contra se interpositam
sibi non intimatam licet post mensem a die interpo-
sitionis eius computandum deuenerit instrumentũ
appellationis illius ad manus suas post.xi.menses a dicta
interpositione computandos apud ipsam sedem inchoa-
uerit prosequi & per audientiam contradictarum absque
alia citatione uel intimatione ad partes usque ad conclu-
sionem inclusiue fuerit prosecutus terminos substantiales
legitime obseruandos ualet processus secundum domi-
nos.N.F.&.B. Domini Galhar. & Guilh. alias contrarii
fuerunt & domini ro.& ue.contr.& dominus Corsien.re-
mansit dubius Motiua dominorum ro.&ue.fuerunt.quia
Compost.& Ar.& sequaces in.c.i.de elec lib.vi.uidentur
1 tenere ꝙ ita tenetur appellatus † seruare tempora.d.c.i.
alleg.sicut appellans modo uerbum seruare debet integre
intelligi cum effectu ut.l.i.§.fi.ff ꝙ quisque iuris. cũ
si.ut nedum intelligatur de lapsu ipsorum temporum sed
intelligatur magis de expeditione huiusmodi? quae infra
illa tempora est habenda.Secunda ratio eorum. quia ra-
2 tio † c.statuimus.de elect.li.vi.alle.est ista ut diuturnitati
uacationis omnium beneficiorum occurratur. modo si
3 non obseruarentur tempora cessaret ratio. Tertio † ratio.
quia contra ius commune speciale introducitur cum cer-
ta forma cessante ius igitur forma cessante huiusmodi ip-
sum ius cessat.quia cessante causa cessare debet & effe-
ctus.modo c.statuimus alleg.inducit ius speciale & sub
certa forma.uidelicet si infra tempora certa expeditiones
certae fiant quod notat uerbum infra positum. Quarta
ratio est.quia post peremptorium quis absque restitutionẽ
non admittitur.de resti.in inte.c.coram.de except.c. pa-
storalis.sed ista tempora uim habent peremptorium termi-
4 norum.igitur &c. Quinta ratio † quia edicto citationis
circunducto non proceditur nisi parte de nouo citata.ff.
de iudi.l.& post edictum.§.i.sed actore non comparente
in termino iuris circunducitur.ut dicta.l. & post.§.i.not.
de offi.dele.c.consuluit Sexta ratio. quia bene arguitur
in iure ab euitatione absurdi.l.siquis.ff. de seruo cor.l.l.§.
i. & de neg gest.l pomponius. & so.ma.l.diuortii.ff.de ex
cusa.tut.l.scire.§.illud.& de re iur. l.aliud. §. absurdum
C.de testa.l.consulta.de praeben.li.vi.c.dudum. sed ab-
surdum foret si appellans dormiret ꝙ appellatus eius di-
spendio uagare deberet perpetuo in uento & in incerto ex
pectando.quia malitiis hominum debet obuiari ut in.l.in
fundo.ff.de rei uen.de rescrip.c.sedes.Septimo hoc pro-
batur per Inno.qui in dicto.c.statuimus notat expresse ꝙ
si pars iter non arripuit infra mensem uel non expectaue-
rit per.xx.dies non habet locum processus istius constitu
tionis.Octauo.quia qui committit in legem condemnan-
do eius obseruantiam non debet gaudere beneficio huius
legis.ut.ff.de mino.l.auxilium.de usur.quia frustra. cum
si Pro quo sciendum † est ꝙ duo tempora per.c. statui-
5 mus.ponderantur. Primum tempus est itineris arreptio:
pro quo datur mensis qui currit a die appellationis inter-
positae & intimatae. ut not.de intimatione.per Archi. &
alios in dicto.c.statuimus.alle.Secundum.expectatio xx.
dierum & incipit currere ab aduentu alterius partis decur
so.de primo tempore est tex.in dicto.c. statuimus.in fi.i.
Respon.ibi cum dicit a die obiectionis iter arripuit infra
mensem.de secundo est.tex.in eo c.i.Respon ibi cum di-
cit.sed si pars aliqua non uenerit &c. Aliqui uero addunt
tertium tempus intermedium.uidelicet inter duo tempo-
ra supradicta quod arbitrium uocant per.§. ꝙ si per.xx.
in.c.cupientes.de elect.li.vi.sed certe glo. Io.an.sentit con
trarium in dicto.c.statuimus in princi.secundi Respon.in
glo.quae incipit aequior computatio.& idem not.in dicto.
§.qui incipit rationabile &c.Quid dicendum breuiter pu
to contra glo.ut deduxi.supra Alia ratio est ꝙ uerba le-
gis debent interpretari taliter ut nullam iniquitatem inclu
dant.iiij.di.erit autem lex.& probant iura supra pro ab-
surditate tollenda modo quando quis astringitur a tem-
pore itineris arrepti de loco ubi degit romanã curiam ac-
cedere ante tempus quo iuxta iudicium sui seu boni uiri
arbitrio considerato ire solet uel commode potest duplo-
mate non utendo.ut ff.de.uer.oblig.l.continuus.§.i.& ff.
si quis cau.l.i. ar.c.ti.l.ij. §.añt.ꝙ diximus.&.ff.de pigno.
acti.l.si seruus. & de aedilit. edic. l si quid uenditur.ideo
si adeo citius quam more solito ire solet seu potest iuerit
una pars ꝙ etiam computato tempore.xx.dierum suae ex-
pectationis una cum tempore suae itinerationis: totum si-
mul non constituat huiusmodi arbitrarium tempus.ut pu
ta si solet ire in.vi. mensibus. l.fi.ff.de dilat. quadrupli-
cato usu mutando aequos & itinerando in curribus & dor
miendo in itineratione sicut faciunt cursores portantes p-
spera noua iuerit in.vj.septimanis & expectauerit postea.
xx.diebus pro aliis tribus mensibus.&.xxv.diebus proce-
di poterit contra non contumacem.quod esset iniquum.
non enim licet sic praecurrere suum aduersarium supplã-
tando.de app.c.saepe in fi.&.c.oblatae.circa medium.cũ
si.ar.xxvj.quaest.iij placuit.ff de adem.leg.l.ij.§ sin autẽ.
intelligatur autem aduentus huiusmodi secundum com
munem aduentum itinerandi usufactum uel saltem de
tali aduentu cuius tempus coniunctum cum.xx. diebus
non faciunt minus quam sit arbitrarium tempus.& in hoc
sit differentia inter computationem.§.ꝙ si per xx.&.c.sta
tuimus.& in hoc saluentur dictae duae glo.& tollatur di-
cta iniquitas.& hoc uerius puto quod licet hoc nouum
suum motiuum prima facie uideatur tamen est menti te
nendum.Super praemissis pono tres conclusiones. Prima
pro eo solo non impeditur pars ad curiam ueniens in alte
rius partis non uenientis contumaciam dummodo alias
sit res integra ad appellationem prosequendum ꝙ infra
mensem iter non arripuit ueniendi sed potius post men-
sem lapsum.& ista conclusio concernit primum tempus
Et istam conclusionem uidetur expresse tenere Host.In-
nocen. Archi & Io.an.in dicto.c statuimus. super uerbo
infra mẽsem.etiam alia citatione uel intimatione irrequi-
sita.

sita. quia dicti doct. aliam citationem seu intimationem non requirunt. & Pro hoc in ratione alleg. ff. si quis cau. §. si post treis dies. ff. de op. lega. l. mancipiorum. extra de præben. c. si tibi absenti. libro sexto. facit not. supra in conclusione. i. de dol. & contu. et hoc in ratiõe deducta. quia si contrarium diceretur: aut hoc diceretur quia per hoc induceretur desertio appellationis. aut quia per hoc impediretur & circunduceretur citationis effectus. quia recte percutiendo ad medullam aliud non apparet: sed nullum potest dici. igitur &c. Primo primum dici non potest. quia hoc esset contra communem opinionem doct. omnium Secundo quia dictus mensis non addiicitur coniunctim ad prosequendum appellationẽ: sed coniunctim ad prosequendum appellationem & negocium principale ut ibi patet. & not. per Inno. cuius ratio est ista ergo utrunque uniformiter debet respicere: ar. ff. de uul. & pupil substi. l. hoc iure. & C. de pupil. & uul. substi. l. quamuis. & tamen nullus diceret de mente papæ fuisse priuare partem non arripientem iter infra mensem ob hoc solum a ꝓsecutione iuris sui. contrarium tenet. glo. Io. an. in dicto. c. statuimus. & per. §. quod si per. xx. alle. in. glo. duabus similibus supra alle. igitur. &c. Nec potest dici quod per hoc impediatur citatio iuris seu eius effectus. Ratio est †. quia quot sunt personæ citatæ tot sunt citationes diuersæ. & ab inuicem separatæ. ff. de uer. obli. l. scire debemus nec appellationis intimatio concernit mandatum factum appellato nec e contra. nec ab eo per consequens liberatur. ar. C. de do. inter. ui & uxo. l. maritus. &. ff. de calumnia. l. fi. quia alias sequeretur quod seruans ipsa tempora non potest procedete contra non seruantem. quod est contra mẽtem doc. & nota ergo per hoc quod ego appello non seruo primum tempus hoc est non iter arripio infra mensem: non minus arctãtur alii ex hominis citatione ad seruandũ si nolunt euitare contumaciæ pœnam. Præterea quia citatio ad causam non concernit nisi comparitionem & tẽpus comparitionis in causa licet deliquerit pars in arripiendo iter dummodo non delinquat in comparendo effectu ipsius comparitionis puniri non debet. sed hic solum effectum termini dati ad iter arripiendum quia illum perdit nec sibi alius datur. probatur cõ sequẽtia quia quis nõ debet puniri in alio quam deliquerit nec in plus. ff. de pœnis. l. sancimus. de consti. c. ij. de his quæ. fi. a ma. par. ca. c. quæsiuit & si aliud diceretur: sequeretur quod non seruans primum tempus non esset expectandus in secundo. ergo &c. Præterea nullum ius reperitur talem pœnã imponens. igitur pœna imposita contentemur. ar. l. si. uero. §. de uiro. ff. sol. ma. Item non potest dici circumductus citationis effectus cum actor tempore citationis non comparerat in causa. ut. l. & post edictum. §. i. alle. sed hic secus. quia si appellatus comparet in termino est actor. & quia in beneficialibus quilibet potest esse actor & reus sicut in casibus not. in. c. ex literis. de proba. & facit clemen. unica. de cau. poss. & propriet. Secunda ratio. quia ratio. c. statuimus. seu eius arctatio nõ fuit fauor singularis partiũ sed magis naturæ causæ quæ requirit accelerationem secundum omnes scribentes præsertim Archi & facit de elect. c. cum inter uniuersas. &. c. ne pro defectu. &. c. ut circa li. vi. & de appel. c. oblatæ. modo si peteretur uel circũduceretur hæc citatio iuris. causa remaneret nihilominus apud sedem apostolicam terminanda. per clem. causam. quæ deuolutionem & obseruationem temporum huiusmodi requirit. alias requireretur noua citatio & per hoc celeritas impediretur & prorogatio induceretur contra mentem & rationem doc. ita quod daretur occasio per remedium docto. impediendi finem ad quem principaliter intendit contra. l. si miles. ff de testa. mili. Præterea quid interest appellantis aut ipsius causæ uel beneficij appellatum iter arripuisse uel non arripuisse infra mensem: dummodo debito tempore in curia se repræsentet: certe nihil: immo magis causæ & beneficio obesset. ergo licet in aliqua culpa fuerit quam non reputo multum puniendam. quia in re propria absque cuiuscunq; præiudicio ut præfertur. ar. ff. so. ma. l. si constante. §. si marito. non propter hoc debet ommitti quin puniatur culpa appellantis quæ per culpam prædictæ appellationis non purgatur, maxime cum sit multum maior. facit quia causa principalis eã puniendi reddit. de dol. & contu. c. causam. &. c. actor. li. vi. Item fauor causæ & beneficii ut prædixi faciunt. insti de nup. §. affinitatis. ff. de condit. & demon. l. cum tali. §. legatum. cum ibi. not. Tertia ratio quando lex specialis prohibet illud quod iure communi prohibitum non erat sed permissum & pœnam adiicit contrafacienti. actus contra prohibitionem factus pœna præstita ualidus est ipso iure. ut. l. fi. in prin. ff. de diuor. no. Cy. C. de legi. l. non dubium. in ultima quæstione. de cuius materia uide per eũ. C. de sepul. uio. l. qui sepulchrum. & per Bar. in. l. scire. ff. de pœnis. licet. ergo illud speciale. c. statuimus mandet iter arripi infra mensem & per consequens secundum te licet non fatear tacite inhibere uideatur ne aliter fiat tamen quia certam pœnam adiicit. ualet igitur de pœna ꝓcessus in contumaciam factus. ergo dicere non deberemus processum huiusmodi non ualere. quia non est uerisimile quod eadem constitutio addat pœnam pœnæ si nõ dicat ut dicta. l. scire. cum intellectu suo quẽ ibi dat Dy. Bar. & Pe. & Cy. post eum. in. l. non dubium. alle. in. fi. Secunda conclusio est quod si pars cõparens post omnia tempora tria supradicta ex toto lapsa uidelicet post mensem tempus arbitrarium &. xx. dies uenit ad curiam & statim post eius aduentum inceperit procedere per audientiam ualet processus nec ideo uiciatur quod comparens non expectauit per. xx. dies a die dicti aduentus sui computandos alteram partem. Pro huiusmodi conclusione et clariori deductione suppono duo ad euidentiam. Primũ quod uerbum uenit positum in uers. sed si pars. non concernit omne tempus sed refertur solum ad tempus in quo pars quælibet quæ in fine mensis dati ad arripiendum iter. iter arripuisset uenire commode potuisset quia illud tempus incertum est ex natura rei ut. l. interdũ. ff. de uerbo. oblig. & l. continuus. §. i. eo. ti. alleg. alias enim intelligeretur contra literæ mentem. quia sic si ueniret post inchoatum processum rueret contra mentem uel nullum esset etiam contra mentem. ar. ff. de le. iij. l. uxor. i. responso. Secundo supponendum est quod uers. sed si pars. supponit unam partem tantum uenisse. tunc idem est cum dicit alteram non uenisse. ita quod loquitur in casu in quo de tempore de quo loquitur prima suppositio proxime præcedens: uenit una pars & altera non uenit. quia hoc sonat uerbum aliqua quod est participium. maxime quia de uno dicit & de alio negat & econtra. l. si præter &. l. maritus C. de præsump. &. e. ti. l. nõne. Secundo. quia sequitur ibi in uers. post aduentum. quod uidetur referri ad tẽpus unde uenerit uel illud præcedens ex quo sequitur ꝗ si neutra pars tunc uenerit sed post. iam lapsum. xx. uel. xxx. dierum post illud tempus uenisset una pars alia minime ueniente iste casus ex uerb. literæ. dicti. c. statuimus. uers. sed si pars. non decideretur. sed quia non est uerisimile quin uoluit tex. ex mente decidere illum casum ex mente igitur illum casum decidi oportet. necnon mens ex natura maxime colligi debet ex ratione istius. c. & iur. communis sed si a fine temporis arbitrarij non computaremus hunc casum ex mente huiusmodi. xx. dierum esset dare infinitos casus in quibus loco. xx. dierum darentur. xl. &. l. si altera pars tarde ueniret per quod prorogaretur lis contra naturam materiæ & rationem decre. & iuris communis. Præterea quod ambæ duæ conclusiones sint uere & illud quod sequitur & ex eis sumptis quod pars comparens & iudex solum deberent inspicere si dicta tria tempora lapsa fuerunt. probatur clare hoc modo. pono me existente in curia appellet procurator meus in partibus uel contra me appellatur. & casu ad me uenit instrumentum appellationis quid dices hoc casu. certe fateri oportet quod ex mente sufficit lapsum dictorum trium temporum expectare. uel pone quod appellatur romæ curia existente in Auinion. & quod statim curia de Auinion. ad romam transferatur. quid dicis tunc credo lapsum dictorum trium temporum prædictorum expectandum. Tertia conclusio ꝙ si pars comparens omittit comparere post dicta tria tempora ex toto lapsa etiam per unum integrum annum & ultra potest nihilominus post annum & lapsum dictorum trium temporum comparere & procedere in causa appellationis per audientiam contradictarum ut principalis cõclusio sonat. Hanc conclusionem deduco ualde clare sic quia quãdocunque aliqua causa beneficialis uel prophana uel ciuilis uel criminalis per citationem hominis quo ad totam causam de speciali mandato papæ in partibus legitime executa est ad eandem curiam legitime deuolu

ra habet locum hęc conclusio.ut etiam practica docet. igitur idem de citatione iuris.de qua in.c.statuimus. praeallc.quia
7 † nunc uidetur quod minus debeat operari citatio iuris quam hominis in deuolutione causae fiendae. & citationes sunt fiendae in curia per audientiam ad singulos actus.operatur enim principalis citatio in partibus facta primo ad totam causam quod pars tenetur subire iudicium in tota causa in curia et per citationem dictae audientiae ad singulos actus respondere ut practica & communis experientia docent.ita quod omnes citationes in una deuolutione in una citatione hominis uel iuris ab initio factae includunt sententiam & per singulas citationes in curia ad singulos actus distinctos ut probatur in dicto. c.statuimus.cum ibi not.& dixi plene & totaliter per citationem iuris uel hominis ad curiam deuoluta. quam etiam per appellationem & eius intimationem secundum formam clem.causam bene fit deuolutio causae quo ad hoc quod in curia & non alibi causa tractanda sit animo do.sed non est plena haec adhuc deuolutio quousque per citationem iuris quae requirit dictorum temporum lapsum pars arctatur in certo tempore in causa huiusmodi apud sedem apostolicam litigare. modo retardatio processus etiam annalis non est modus tollendi dictam plenam deuolutionem uel eius plenitudinem diminuendi. ergo &c.ff.de his qui sunt sui uel alie.in.l.patre furioso.cũ sim. Praeterea quia de hoc non potest quis conqueri. quia quanto fuit plus & amplus expectata tanta sibi maior gratia fuit arguendo per regulam philosophi Simpliciter ad simpliciter & maius ad maius & maxime ad maxime. nec causa patitur in hoc damnum immo accelerationem quia ex citatione causa prorogaretur ut de se patet. quia fateor quod ex retardatione causa haberet damnum propter quod superior possit si uelit super hoc contra partem utranque ex officio procedere.sed non deberet ob hoc ad unius partis instantiam alteri poenam imponere.quia ambarum contumaciae compensantur.ut.l.si ambo.ff.de cõpensa.& ff.sol.ma.l.unica facit de except.c.cum occasione.de censi.c.olim.xxv.di.c.fi.de usur.quia frustra.de reg iur.c.cum partium.& not.Specu de appel.§.nunc uidetur iuncto.uers est autem & alius in fi. & per hoc approbantur fortiter supradicta.& maxime quia tarde comparentis minor est contumacia quam nullo modo comparentis Nunc restat respondere ad rationes in contrarium factas. Ad primam dico quod obseruatio temporum consistit in duobus. Primo in comparendo in curia infra tempora uel statim post lapsum eorum & hoc sub poena processus.casu tamen quo pars ista compareret & procedere uellet. Secundo in hoc consistit obseruatio praedicta ꝙ pars diligens & comparens expectet eorundem temporũ lapsum nec ante praecurrat.quia si hoc faceret processus uideretur contra non contumacem factus & non teneret ut probatur utrunque in dicta decre.statuimus.& concernit utranque partem ut de se patet. Et hoc est quod uoluerunt dicere dicti doctores.& si das eis alium intellectũ male intelligas.& hoc modo intelligendo nihil ad propositum facit.quia satis dedi bonum intellectum. Ad secundam dico quod ista faciunt contra ut patet in prima ratione conclusionis supra per me posita & in aliis locis huius conclusionis principalis dixi de hoc. Ad tertiam rationem quod hic pro forma studiose non additur quod arreptio itineris fiat infra mensem sed pro forma studiosa additur istorum trium temporum lapsus:ut patet ex dictis ar. Pro hoc not. Innocen in.c.dilecta in glo.non ordinem & quod studiose non adiiceretur quod quaelibet pars iter arripiat.patet.quia una non arripiente alia procedit.ita ꝙ non sonant ista uerba nisi in monitione aut termini assignatione.immo ipsa appellatio & nedum appellatio immo citatio iuris.& nedum ista citatio immo ius naturale quod dat unicuique facultatem faciendi quod sibi libet nisi vi.uel iure prohibeatur.ut.insti.de iure na.§.i.ergo in facultatem & admonitionem & non in factum seu formam sonant ar.de offi.ordi.c.licet.&.c. cum aliquibus. de rescrip.libro vi.licet fateor quod ipsa itineris arreptio & comparitio infra terminum iuris facienda imponitur sub necessitate causatiua.quia alias incurreret poenam ꝓcessus. Ad quartam dico quod terminus iuris qui constat ex tribus partibus ut praedixi & non alius hic obtinet uim peremptorii.dico quod ad poenam processus incurrendã non autem quo ad hoc quin postea procedi possit ut dixi. Ad quintam dico quod haec citatio iuris de qua loquitur.c.statuimus.terminum habet in hoc certum quẽ praeuenire non potest.quia tunc procedi potest & non ante: tamen terminus huiusmodi non habet in hoc certitudinem quod de necessitate pars praesens habeat tunc causam inchoare:immo ultra si uult potest partem illam expectare ut dixi. Ad sextam dico quod tollitur absurditas quia utraque pars potest agere quando uult. Item si appellatus non uult agere potest appellantem indirecte compellere ad agendum per.l.diffamari C.qui ad .lib.procla.non.li. Ad septimam dico quod hoc dictum Innocen. intelligitur re non integra.secus uero re integra.prout ipse Innocen.exponit in illa glo. Ad octauam dico quod ex eo in quo quis committit in legem non iuuat sed de lege. sed bene in alio.& ita not.glo.Io.an.de reg.iur.c.ex eo libro. vi.per.c.Raynuncius & Raynaldus. de testa.licet ergo quo ad iter arripiendum non detur sibi aliud tempus. quo ad hoc legem non uidetur obseruasse.scilicet. pro se utendo duplomate uel alias ex negligentia alterius partis non uenientis satis cito ueniret alius ex ipsa.l.quo ad alia capitula uidelicet quo ad processum se iuuabit. & haec sufficiant.

Decisio. LXV. alias.461.

Summarium.

Sententia lata post inhibitionem reuocatam & post appellationem ab interlocutoria uel grauamine ante diffinitiuam illato non reuocatur per modum attentati nisi prius cognito de appellatione & eius uera causa reperta. Et circa hoc uide casum singularem in.c.ex parte de testi.

SI * appelletur a grauamine ante diffinitiuã & non deferatur appellationi & committatur causa appellationis alteri auditori.qui seruatis seruandis inhibet primo auditori ut est moris & demum pronuntiat male appellatum & bene processum per primum auditorem & remittit.sibi causam.a qua si iterum appelletur & non deferatur appellationi & alteri auditori istius secundae appellationis causa committatur.sed antequam per istum secundum auditorem super hac secunda appellatione inhibeatur primo auditori.praefatus auditor prius procedẽdo ulterius in causa principali concludit & sententiã diffinitiuam fert contra dictum appellantem.cuius processus & sententia tanquam appellatione pendente supradicta per modum attentati petuntur per istum secundum auditorem reuocari.& uidebatur quod haec attentata essent reuocanda maxime propter pendentiam appellationis.de iureiuran.c.uenientes. Item propter inhibitionem primi auditoris factam.quia eius iurisdictio per huius inhibitionem uidetur esse sublata.quod utique esset uerum si ab ipsius auditoris remissione non fuisset appellatum. sed ut ponitur in facto ab eius pronuntiatione & remissione appellatum fuit.quae appellatio totã causam reponit. in pristinum statum.& pronunciatum suspendit. * dicto. c.uenientes sicque stat prima inhibitio post quam quicquid factum fuit uenit per modum attentati reuocandũ. pro hoc.c.non solũ.& glo.Io.an.in.c cupientes.in §.denique super uerbo recedendum.& Io.mon. ibidem super uerbo a gratia. Istis non obstantibus fui contrarium decisum per omnes dicentes pendere totum ex futuro euentu & pronunciatione secundi auditoris.nam si pronunciabit bene appellatum & male processum totum reuocabitur quicquid post huiusmodi appellationem ut in.c. dilecto.&.c.ex parte. Si uero pronunciet male appellatũ stat processus primi iudicis qui non impeditur per malam appellationem nec appellatio ante diffinitiuam habet impedire uel suspendere iurisdictionem iudicis.secus est in appellatione a diffinitiua.nec obstat inhibitio primi auditoris quae fuit sublata per eius remissionem nec obstat ꝙ fuit appellatum a remissione quia nondum liquet nec est pronunciatum an sit bene appellatum ante cuius inhibitionem & pronunciationem scilicet secundi auditoris ualet semper processus primi ex remissione sibi facta per q̃ fuit sublata inhibitio bene facit.ff.de no.ope.nunc.unde

in nulla

* Appelletur uide supra de offi.del.dec.j.

* Pronunciatum suspendit Appellatio quandoq; pronunciatum extinguit quandoque suspendit.de hoc uide per Inn.l. tale.§ quae pronocauit.ff.de pac.i repetitione alex in consi. xxxv.iiij. uolu.

in nulla culpa est primus iudex qui ignorat an ab huiusmodi remissione fuisset appellatum. Item si sciret appellatum non tenetur super sedere nec inducit hunc effectũ nisi inhibeatur sibi a secundo auditore sic totum pendet ex futuro euentu & pronuntiatione secundi auditoris qualiter processus primi auditoris ualuit.

Decisio. LXVI. alias.485.

Summarium

Præparans ad se prosecutionem alicuius rei uidetur ipsam prosecutionem inchoare.

SI papa cum cancellaria existente in anania & auditores palatii in roma & auditor in roma ferat sententiam & parti condemnatæ uiua uoce illico ab eadem sententia appellanti datis apostolis reuerentialibus præfigat terminum.x.dierum ad prosequendũ appellationem.& infra.x.dies appellans arripuit iter per se uel alium ad huiusmodi ananiã pro impetranda commissione super dicta appellatione talis itineris arreptio & prosecutio sufficiens est & desertionem excusat licet aliqui domini contra.dominorum tamen ratio fuit ista quia illud tẽpus non ad prosecutionem appellationis complendã sed ad eius inchoationem statuitur modo inchoat prosequi q facit præparatoria absque quibus ipsa prosecutio fieri nõ potest.quia idem iudicium est de termino & de uia sine quibus ad terminum peruenire non potest·ut.l. oratio. ff. de sponsa.& no.spe.de appel.§.nũc breuiter. uers. item si pars qui alleg.ad hoc .c.cum causam de re iudi. & de electio.statuimus li.vi.

DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

Summarium.

Clausula dummodo exordine in confirmatione poni cõsueta nõ intelligit de ordine dato sed de acceptatione.

Decisio. I. alias.52.

SI clausula solita poni in cõfirmatiõibus dũmodo ex ordine beneficium debeatur non intelligitur tãtum de ordine datæ sed etiam acceptationis quia tunc primo beneficium est debitum ut in.c.i.& fi. de conces. præben.lib.vi.

Decisio. II. alias.230.

Summarium.

Confirmatio papalis excerta scientia supplet defectũ solennitatis.substantiale autem non. Verba ista ex certa scientia quid importent.

PApa confirmando ex certa scientia prædictam dimembrationem ecclesiæ factam per legatum inserendo totũ tenorẽ huiusmodi dimembrationis supplendo omnem defectum si quis interuenisset uidetur suppleuisse omnem defectum solennitatis uidelicet partis uocationẽ & alia solennia sed non substantialia uidelicet potestatẽ legati dimembrantis & ueritatẽ causarũ expressarum ar.eorum quæ le.& no.per Inno. in. c. i. &.ii & penul.& de confir.utili.uel inutili & p eundẽ in.c.i. de trãsac.ubi uidetur innuere quod confirmatio papal. facta ex certa scientia firmet infirmum & inualidum nedum quo ad solennitatem sed quo ad substantiam etiam sed intellige dictum suum sane uidelicet quando facta extitit cum causæ cognitione & parte uocata tunc sanat totũ & hoc uidetur Inno.innuere.in eod.c.super uerbo authoritate & in dictis.c. i.&.ij.de confir.uti.uel inuti Conclusionem uero prædictam uidetur tenere & approbare expresse spe.ti. de lega.§.nunc ostendendum.uers.xviij.&.vi.per Io.an. Pau.&.Guil.in cle.pastoralis de re iudi.et bene per ar.lvi. dict. cenomanensem.

¶Additio.Item dicta confirmatio papæ.ex certa scientia facta facit transactionem personalẽ realem quod est notandum de quo in.c.ueniẽs de transac.&.c.nisi essent. de præben.& de transac.c.i.per In.& Hosti in c.cum accesissent.de confir.uti.c.uenerabilis de fide instru. c. inter dilectos [illegible]ces.præben.c.quia diuersitatem de re li.do.const[illegible] plenius per.Hosti.in sum . de confir. utili.§.quis [illegible]tus in quibus iuribus plene habetur de efficatia dictæ confirmationis:

DE CLERICIS CONIVGATIS.

Summarium.

Excontractu matrimonii per uerba de præsenti contracti etiam carnali copula non secuta inducitur uacatio beneficii tale matrimonium contrahentis.

Decisio. I. alias.26.

SI impetretur beneficium uacans per cõtractum mattimonii. Fuit dubitatum utrum sufficiat impetranti probare tractatum de contrahendo uel quod sponsalia fuerunt & erant cõtracta.& breuiter sine argumentis fuit conclusum q non sed oportebit ipsum probare matrimonium per uerba de præsenti legitime contractum licet non fuerit consumatum ratio quia beneficiũ per sponsalia non uacat prout le.& non.per glo.& Ioan.an.in nouel.in.c.i.de cle.coniuga.facit.c.beneficium.de re.iur.li. vi.immo adhuc est dubium an per matrimonium legitime per uerba de præsenti contractum uacet beneficium per lecta & notata.eo.ti.c.diuersis fallaciis & melius in.c. Ioannes.&per Inno.pulchre in.c.tuæ.de aposta. ibi uidetum quia si sic uacaret.puta per sponsalia non deberetur impetranti propter falsum modum uacandi expressum & uerum modum uacandi non concessum per. c. susceptum.de rescript.lib.vi.

DE PRAEBENDIS.

Summarium.

Clausula generalis in literis gratiosis inserta licet firmet gratiam & uicium surreptionis tollat impedimentum tamen seu inhabilitatem personæ non remouet per dispensationem inducit.

Epitome.

1 Statuta ecclesiarum dicuntur per clausulas derogatorias in literis specialibus insertas sublata uel saltem dilata

2 Clausula derogatotia in statutis uel consuetudinibus ecclesiarum apposita aliquid operetur.

3 Etatis defectum patiens an posit acceptare beneficiũ ecclesiasticum uel præbendam sacerdotalem.

Decisio. I. alias.3.

1 SI statutum † est in aliqua ecclesia de certa præbenda non conferenda nisi actualiter in sacerdotio constituto. Fuit dubitatum utrum impetrans apostolicus qui non fuit in tali ordine posset huiusmodi præbendam acceptare sibique facere prouideri de eadem.prædicto statuto non obstante.& uidebatur quod non per.c.i. de consti. li.vi & in hanc conclusionem uidebatur declinare Archi in.c.cum aliquibus de rescript.li.vi. Fuit decisum & determinatum per omnes contra cum hac limitatione uidelicet.dummodo prædictus acceptans tempore acceptationis & prouisionis huius modi fuerit in tali ætate quod infra annum posit promoueri in sacerdotem per.c ei cui cum ibi not.per.Io.an .de præ li. vi. hanc conclusionem

2 † uidetur ponere Io mo.in.c.si pro pauperibus.de præben. e.li.motus ex clausulis derogatoriis hodie in gratiis communibus & specialibus poni consuetis.per quas su-

blata uel saltem dilata omnia statuta quæ in contrariū essent censentur prout innuunt hæ clausulæ non obstantiarum si bene inspiciantur. & per has clausulas satis fuit dict. c. i. de consti. li. vi pro contrario induēto & respondetur motiuis Archi. per motiua fortiora [illegible]. & Io. mo. in locis præallegatis dominus uero Ro[illegible] allegat unum dictum domini Guil. de mōtelaud. po[illegible] in extrauag. sedes apostolica Io. xxii. contra prædictam conclusionē quod licet per non obstantias hodie in gratijs poni consuetas derogetur statutis generalibus omnia beneficia ecclesiastica respiciens tamen non derogatur. per eas statuto alicui singulari super certo beneficio edito. nisi de illo certa expressaque mentio fiat per. c. i. de consti. supra alle. in contrari. & sic dixit dominus Galhardus se post publicas relationes in quadam causa de arragonia obtinuisse. & sententiasse quod alii domini recordātes adhuc de illa dixerunt uerum esse in statuto apposito in prima fundatione certi beneficii per fundatorem siue laicum siue clericū uel in testamentis eorum quibus papa non intendit præiudicare nec derogare per huiusmodi clausulas generales. ne retrahantur a fundatione & ordinatione beneficiorum ar. c. cū dilectus de iurepa. & eorū quæ. le. & no. in. c. licet de præben. li. vi. Quam conclusionem credere indubitanter ueram in statutis seu ordinationibus laici. secus uero si clerici quibus papa uult & potest leuius præiudicare. ar. c. cū dilectus. antedicti. & xvi. q. i. decernimus secus uero domini dicebant de statuto facto de certo beneficio per ordinarios collatores prælatos quibus papa uult & potest præiudicare ex sua generali & ordinaria potestate et dare ius ad uacatura beneficia ad collationem eorum spectantia. de concess. præben. c. ꝓposuit. ipse enim in conferendo omnes ordinarios potest præuenire. de præbē. dudum. & c. quamuis. ij. li. vi. & claudere eis manus per suum decretum. de concess. præben. c. i. & c. si capitulo. & c. si soli li. vi. & c. cum ei quem. eo. ti. in cle. & fuit obtentum & sententiatum in quadam causa Tornacen. pro quodam apostolico acceptante præbendam actu sacerdotium requirentem ex statutis episcopi & capituli illius ecclesiæ non habentis ordinem presbiteratus & existentis tamen in legitima ætate. scilicet quod talis infra annum poterat promoueri & promotus fuit etiam ante litem motam licet ad hoc non tenebatur forte ante adeptam possessionem pacificam. de elec. c. licet canon & c. commissa. eo. ti. li. vi. quæ omnia intelligas quando in gratia sunt sublata statuta & consuetudines per non obstan. hodie in gratiis specialibus poni consuetas. ℭ Contrarium crederem in forma pauperum in qua non tolluntur statuta & consuetudines. prout expresse no. Io. mo. & Archi. in dicto. c. si pro clericis pauperibus. Quod intellige de beneficiis requirētibus sacerdotium uel alium sacrum ordinem aptitudine sed non actu. Si uero actualiter quia tunc non sunt sublata statuta non potest prouideri impetranti de beneficio actu sacerdotium requirente ex statuto nisi sit in tali ordi-
3 ne constitutus. ut ibi no. Et hoc insurrexit † aliud dubium pone quod prædictus expectans apostolicus tempore acceptatiōis non esset legitimæ ætatis utrum ualuisset acceptatio uidetur uelle Io. an. in. c. ei cui supra alle. in. i. glo. quod sic. sed contrarium fuit obtentum quia per non obstan prædictas non perimitur statutum licet opposita sit clausula firmans gratiam ut non obsit ei & idcirco non perimitur qualitas præben. per statutum inducta modo qualitate durante & si nō obstet statutum gratiæ obstat tamē dispositio iuris communis quæ non uult sacerdotale beneficium conferri patienti defectum ætatis ut in dictis iur. ei cui & c. licet canon quod ius commune papa in dubio per tales clausulas non intendit dispensare ut not. per. Io. mo. in. c. cum. aliquibus. de rescript. li. vi. & c. i. de fil. presbi. e. li. & no. Io. an in. c. si motu proprio. de præbē. facit. c. non potest eo. ti. li. vi. & per hoc tollitur una subtilitas quam ponit Io. an. ad saluandū dictam glo. suam in dicto. c. ei cui. in nouel. ad materiam supradictam uide archi. in rosario. xxv. q. ii. in sum. in fi. & per eundem Ioan. An. de rescript. si propter li. vi.

ℭ Additio. Decisio & conclusio dominorum de rota qui sequuntur opi. Io. mo. & Io. an. contra Archi. & quæ istarum opi. sit uerior uide in repetitione. c. ei cui. de præben. li. vi. & in consilio domini Lau. de Ridolfis posito in libro reportationum domini Anto. de bu. super. iiij. li. decre. & utrobique declaratur intellectus huius decisionis.

ℭ Alia additio. hoc puto uerum si apparet de intentione mandantis quod tali patienti defectum in ætate noluerit præbendam sacerdotalem conferri de qua intentione uidetur apparere cum in literis papalibus apponitur clausula non obstantibus aliquibus per quæ effectus nostræ gratiæ impediri ualeat uel differri nam tunc satis apparet de intentione scribentis quod ipse uoluit dari sibi sacerdotalem præbendam ordinem autem recipiet cum erit ætatis legitimæ. si uero in dictis literis non esset adiecta dicta clausula sed simpliciter mandatum prouideri de præbenda tunc de sacerdotali non poterit prouideri tali impetranti in ætate defectum patienti.

ℭ Alia additio. Clausula generalis non obstantiarū quāuis tollat impedimentum gratiæ defectum personæ tamē non tollit nisi de eo specialis mentio habeatur quia non est uerisimile quod per talem generalem clausulam papa uoluerit fraudare ecclesiam seruitio unius sacerdotis & de effectu huius clausulæ uide plene per Io. an. in. c. i. de excess. prael. li. vi. per Lapum abbatem in. c. ei cui. de præben. eo. li. plenissime per Bar. de extrauag. ad reprimendam super uerbo non obstantibus.

Decisio. II. alias 32.

Summarium.

Impetrans beneficium solitum regi per seculares secūdum formam. c. cum. de beneficio. de præben. li. vi. sufficit quod probet illud rectum per. x. annos. sit tale sicuti impetrauit nisi ex aduerso probaretur quod per. xl. annos ut regulare fuerit gubernatum.

Epitome.

1 Alteratio status beneficii probatur xl. annorum spatio.
2 Clericus secularis impetrans beneficium tanquam seculare probare debet ultimum statum fuisse secularem & sufficit.
3 Prescriptio. xl. annorum prima tollitur per secundam. xl. contrarium.

1 Fuit dubitatum † quid impetrans secundum formā. c. cum de beneficio * de præben. li. vi. teneatur probare. uidelicet uel simpliciter ultimum statum illius beneficii uidelicet illud rectum per clericum secularem ultimo & quod per. xl. annos fuerit sic rectū uel an sufficiant. x. anni in quo domini erant uarii. Nam secundum aliquos requiritur continuatio & pacifica gubernatio tanti temporis quod legitima præscriptio sit completa quæ est quadragenaria de cau. pos. & proprie. cum ecclesia sutrina de præscrip. de quarta & c. ad aures. cū si etiam hoc uidetur expresse inuere tex. d. c. cū de beneficio superius alleg. quē sic intelligunt quasi omnes scribentes propter uerbū legitima quæ regulariter est quadragenaria secus uero si illud uerbū non esset positum in tex. secundū Io. an. quia tunc procederet dictum eius positum in. c. fi. de consue. in nouell. e. li. super glo. consuetudo ubi uidetur inuere quod sufficiat decēnalis præscriptio in cōsue. secundum ius commune introducta & quia consuetudo de qua loquitur dictū. c. cū de beneficio est talis cū omnia beneficia ecclesiastica sunt secularia de iure comuni. Idcirco maior. pars dominorū declinauit in hanc ultimam opinionem uidelicet sufficere in hoc casu decenale præscriptione p dictū domini. Io. an. superius alle. & positum in. d. c. fi. de consue. & hoc uerum secundū prædictos dominos nisi ex aduerso probaretur illud beneficium p regulares antea fuisse gubernatū p. xl. annos uel gubernando p eo dominis sic in sua institutione fuisse institutum tunc enim propter mutationem status ipsius beneficii bene astringitur impetrans ad probandū quadragenariā præscriptionem tū quia secundū primā causam illa prima præscriptio regulariū xl. non tollitur nisi p contrariā præscriptionē quadragenaria ut no. de exces. præla. accedentibus tū quia secundū casum ius cōmune obstat clerico seculari & sic requirit quadragenaria præscriptio p iura & dicta doc. ad hoc superius inducta facit. c. cumana de elec. de restit. spol. ad decimas. li. vi. cle. quia regulares a contrario sensu de supple. negl.

* Cum de beneficio add. infra in ant. de proba. dec. 122.

2 ple.negl præla. Dominus uero Egi.† fuit singularis opinionis in hac materia dicebat enim sic circa primũ dictũ quod si clericus secularis impetret beneficium aliquod tã quam seculare uel clericis secularibus assignari consuetũ sufficit quod ultimus status fuerit secularis licet non probetur quod ille status fuerit per.x.annos obseruatus dum modo non probetur contrariũ uidelicet alium statum legitime præscriptum præcessisse pro quo alle.no.per glo. in.c.possessiones de re.eccle.non alienationem enim assignauit quia ibi non agitur de mutatione status ipsius rei. sed solum de usu & statu ipsius usus solum debet attendi status uel possessio qui protunc.est,de.sen.ex.si iudex cũ ibi no.li.vi.de elec.querelam de iure pa.consultationibus de offi.præto.l.barbarius ita quod uerbum consuetum referatur ad solum usum ut.C.de epis.au.l.iii.cũ multis si. licet ubi ageretur de status mutatione in præiudicium alterius religionis ordinis uel ecclesiæ uerbum consuetum reciperetur pro consue.legitime per.xl.annos obseruata propter naturam materiæ & præiudiciũ ecclesiæ ut in.c. cum ecclesia sutr.de causa pos.& proprie.de elec.cum ama.& in.c.cum ecclesia uulterana.de offi.or.cum satis de.iurepa.cura de consue.cum dilectus.& de uer.sig.c. abbate de priuile.c.si de terra cum multis si.facit secundum ea quia de iure communi omnia beneficia sunt secularia ex eo quod primeuus status beneficiorum est secularis cum de beneficio seculari fiat regulare & non e conuerso.facit de dona.c.ad apostolicæ ut prædixi & sic dixit intelligendum.dictum.c.cum de beneficio & placuit dominis hæc opinio quam ego crederem etiam ueram ubi nullus alius status præcedens nec subsequens allegaretur nec probaretur propter assistentiam iuris communis sed in casu in quo contra impetrantem iuxta formam prædictæ decre. ageretur de statu regularium præcedẽti uel subsequenti statum secularem allegatum per impetrantem etiam si status ille regularis non fuerit per xl.annos obseruatus crederem impetrantem astringi ad probandum statum medium s.secularitatis fuisse seruatum per.xl.annos & hoc meo iudicio innuunt multa uerba illius tex.ibi uidelicet etiam quæ est dictio ampliatiua si ante uel post.l.statum regularitatis allegant per impetrantem religiosi quandoque & sic non semper nec per.xl.annos ministrauerũt in eodem licet aliqui uelint supplere ad dictũ uerbũ quãdoque &c.ita quod præscriptio sit legitime completa p religiosos ante uel post per.xl.annos in eodem beneficio ministrantes qui est absonus intellectus meo iudicio nam si primo fuisset beneficium regulare per quadraginta annos & postea seculare per alias quadraginta annos & ulterius iterum per.xl.crederem ultimum statum attendendum & per illum sublatum medium statum nam ut supra dictum est præscriptio† quadragenaria prima tollitur
3 per secundam contrar.quadragenariam iuxta no.in.c.accidentibus.de exces.præla.at ubi primus status beneficii fuisset secularis nisi per annum annum ex sua primæua institutione seu fundatione mutatus in regularem & obseruatus per.x.uel.xx.annos ita quod non erat ad impleta legitima præscriptio & subsequenter iterum instet secundus status mutaretur & reduceretur ad statum pristinum secularitatis tunc crederem sufficere præscriptionem decennalem tum propter assistentiam iuris communis tum quia res de facili redit ad naturam suam.xxxv.di.ab exordio.ff.de pac.si unus ad materiã uide Ber.in dicto.c.possessiones.& per eundem de reli.do.inter.quatuor & per ipsum & Io.an.de.ui.& ho cle.quoniam &.xvi.q.iij.peruenit per Arch.

Decisio. III. alias.61.

Summarium.

Impetranti beneficium uacaturum per assecutionem &c.sufficit probare assecutionem de facto.

Adde.infra in an.de.36.tit.de proba.dec.37.

SVfficit impetranti beneficium uacaturum per assecutionem pacificam alterius beneficii probare quod ille per cuius assecutionem impetrauit possessionẽ alterius beneficii sit.assecutus licet de facto & uiolenter quia uitiosa possessio facit uacare priora beneficia de præben.cum qui li.vi.no.Inno.in.c.constitutus de app.nec debet esse inuasor melioris conditionis &c.ut in dicto.c. cum qui.

¶ Additio.Sed quæro quando quis dicatur beneficium pacifice assecutus dic quod quando habet liberum curæ exercitium licet maioris partis honorum possessionem nõ habeat secundum Ste.& zen.in cle.gratiæ de Rescript. per glo.in.c.comissa.de ele.li.vi.hoc uidetur contra tex. & glo.magnam.in.c.si tibi concesso de præben.li.vi.sed dic quod licet haberem exercitium curæ sufficiat quo ad fi.ut currat tempus de quo in.c.licet canon de elec.li.vi. non tamen quo ad finem ut uacent priora beneficia nam tunc requiritur quod ad ministrationem bonorum ecclesiasticorum uel maioris partis habeat ut dicatur pacifice possidere ut in.d.c.si tibi concesso.& oportet quod quis possederit pacifice secundum beneficium per duos menses ut inducatur uacatio primi alias non diceretur pacifica possessio secundum Lap.in d.c.commissa super glo. quæ incipit aliquandiu cuius opi.bis uidi seruari in rota. Pau.de leam in cle.gratiæ dicit quod pacifice dicitur possidere qui possidet sine controuersia iuris uel facti iudicia li uel extra iudiciali & no.hæc pro causa parrochialis ecclesiæ sancti Io.euangelistæ pataui ens.diœce.Yna tamẽ decisio in antiquis dicit quod ubi aliquis est in possessione beneficii licet sibi moueatur lis super beneficio tamen uidetur pacificam possessionem habere quia ad hoc ꝙ quis uideatur pacificam possessionem habere sufficit ꝙ de facto possideat licet super iure sibi controuersia moueatur ut.no.Inno.in.d.c.constituitur.in glo.ii.& Arch. in.d.c.licet sup uerbo.pacifica de præben.li.vi.ad quod facit.l.uim facere.ff.de ui.& ui ar.licet contra facere uideatur l.Lucius.§.tres.ff.ad trebel.facit quod no.in.c.cõmissa.super uerbo pacifica de elec.li.vi.ita determinat decisio Lu.in antiquis quæ incipit.Item no.quod ubi aliqs & illa est plenior ista cui adde quod no.d.Ant.in suis recollectis in.d.cle.gratiæ & in cle.si plures de præben.

* pacifice ad de infra in an. de capitu.& prop.deci.3.

Decisio. IIII. alias.95.

Summarium.

Potestas conferendi beneficia reseruata nõ se extendit ad beneficia apud sedem apostolicam uacantia.

HAbens potestatem cõferendi* authoritate apostolica beneficia sedi apostolicæ reseruata potest nedum specialiter sed generaliter reseruata uacan. in curia per obitum duntaxat exceptis quia illa non ueniunt sub generali concessione de conces.præben.c.ii.li. vi.ratio quia priuilegium principis late est interpretandũ de uerb sig.olim de dona.c.cum dilectus & ubi non distinguit papa nec nos distinguere debemus ii.q.v.consuluisti de transla.c.inter corporalia de ma.& obe.c.solitæ de coniug.Lepro.c.quoniam dominus Egi.& Pe.gasconis contra per.c.ii.de præben.li.vi.propter inhibitionem & decretum ibidem positum quod refertur ad omnia beneficia qualitercunque posita apud sed ap.uacantia cõcedatur hoc aliud*enim est dicere beneficium uacans apud sed.ap.conferre.& aliud reseruata sedi apostolicæ conferre ut infra.in conclusione notatur.

* Conferendi add.supra in ti.deleg.deci. iii.qđ legatus et in an.deci. 9.de concess. præb.habere potestas.

* aliud enim. add.ꝙ supra facit de offi. leg.deci.3.

Decisio. V. alias.100.

Summarium.

De duobus expectantibus in data paribus præfertur primo præsentans executori.

SI unus de duobus habentibus gratias æquales & eiusdem datæ primo præsentat literas suas executori suo quam alter & faciat fieri processus præfertur alteri in præbenda uel beneficio postea uacante propter huiusmodi diligentiam quia omnis executor datus ad prouidendum est collator iuxta ea quæ le.& no.de præben.c.pro illorum & de rescript.c.tibi qui & de præben.c.si cui per ar.li.vi.ita quod locum habet ii.resp.c.si.duobus.de rescrip.eo li.sed non tertium.

¶ Additio Caue quia.c.duobus uersi.si uero supra alle. uidetur intelligendum de presentatione facta eis ad quos spectat canonicorum receptio & collatio præbendarum

ut dicitur in prin. non de præsentatione facta executori ideo hæc decisio est contra dispositionem.d.c.duobus.& ita cõsuluerũt.d.Petrus.de Anch.& Frã.de zabarellis.

Decisio. VI. alias.111.

Summarium.

Motus proprius licet tollat qualitates extrinsecas non tamen intrinsecas seu principalitatem beneficii nec ledit ius tertii nec gratiam ampliat nec dispensationem irregularitatis uel alterius inhabilitatis inducit.

Licet motus proprius papæ excludat & tollat qualitates extrinsecas intrinsecas tamen non puta curã uel principalitem beneficii de quo prouidetur uel mandatur prouideri de quibus si non fiat mentio in gratia etiam proprio motu f cta ipso iure est nulla ut no. Io. an.in.c.si motu proprio de præben.li.vi.in nouella.

Additio An certa scientia principis proprio motu in literis non expresso uicium surreptionis excludat doc. dicunt quod non in.c.si motu de præben.li.vi.alibi lex uidetur uelle quod idem operatur certa sciẽtia principis rescribentis qnod operatur clausula non obstante.l.idẽ scribit.§.fi.ff.de excu.tuto.&.l.quidam consulebant.ff.de re. iudi.& uide per Bal.in usibus feudorũ in prin in fi.tertiæ chartæ. Dicebant domini quod motus proprius non tollit ius tertii puta si beneficium spectabat ad iuspatronatus alicuius laici de quo papa si sciuisset nullatenus prouidisset iuxta no.in.c.ii de præb.li.vi.per omnes& ꝑ hoc facit unum dictum col.in.c.a nobis de iurepa.& i cle per literas.eo.ti.de præben.per Io.an.&pau.ubi etiam dicũt super uerbo directas quod licet proprius motus uitium surreptionis tollat tamen gratiam non ampliat nec dispẽsationẽ irregularitatis uel alterius defectus aut retentionis plurium beneficiorum in compatibilium inducit ut not. prædicti doc.in cle.si romanus pontifex de præben. Contra primam conclusionem allegatur una nõ.Io.an.in.cl. si dignitatem de præben.super uerbo mandamus quã tamen aliqui domini intellexerunt de qualitatibus beneficiorum obtentorum secus de hiis de quibus papa prouidet uel prouideri mandat.& credo hoc ultimum fuisse de mente glosatoris quia de iure comuni non tenetur quis exprimere qualitates beneficiorum obtentorum sed bene obtinendorum ut in dicta cle. si dignitatem & in.c. cum in illis de præbẽ quemadmodum enim proprius motus tollit surreptionem in obtentis ut in cle.si romanus eodẽ.tit. ita in obtinendis pro hoc & etiam contra secundam solutionem uidelicet quod gratiam ampliat & ius tertii tollit inducebam.c.si pluribus.de præben.li.vi.maior pars dominorum remanserunt & tenuerunt prædictas duas conclusiones.

Additio Sit tamen cautus aduocatus in modo opponẽdi nam licet motus proprius tollat unum defectum irritationis literarum ut est defectus taciturnitatis alios tamen defectus nõ tollit ut puta defectum natalium ætatis uitiũ corporis bigamiæ & similes quanquam dicti defectus per uiam surreptionis non possint opponi propter expressionem motus proprii tamen opponi possunt per uiam iuris communis cum motus proprius talium dispensationem non inducat ut in.c.eam te.de ætate & quali & ꝑ Io. an. in.d.c.si motu.& ideo sublato defectu taciturnitatis per motũ ꝑprium Alii remanent & ad nullitatem dispositionis sufficit unum ex pluribus defectibus remanere ut.l.si non lex.ff.de hæredi.institu.&.l.si domus.ff.de serui.vr. prædi.

Decisio. VIII. alias. 134.

Summarium.

Quotidianæ distrebutionis In impetratione beneficii certi ualoris computantur.

Vide infra in. an.de.766.in. ti.de præben.

Quando impetratur certum beneficium certi ualoris fructum secundum comunẽ æstimationẽ distributiones quotidianæ in huiusmodi ualore fructuũ nõ sunt cõputandæ ratio qa illæ dantur ratione certi ministerii ꝑsonalis puta inter eẽntibus diuinis & nõ sunt de corpore beneficii & ideo non cõprehenduntur sub illis put leg & no.in.c.licet.de præben.& de cle.non resi. c. uno. li.vi.& ibi ꝑ Io.an.in nouel.ꝑ eundẽ in ad ii.spe.ti.de cõcess.præ pro hoc optime facit.c.fi.de conces.præ.§.in illis uero li.vi.ubi distributiones quotidianæ sunt aliud ꝙ illud quod datur ratione præbendæ.

Additio. Nota quod distributiones quotidianæ non cõputantur in ualore beneficii ita etiam determinat Oldr. consi.cxviii Et Io.an.in addi.spe.de conces.præb.quorũ rationes uidi in repetitione cle.primæ de conces. præb.ꝑ d.Pe.de ancha.ubi idẽ dr̃ de mortuariis & anniuersariis.

Decisio. IX. alias.153.

Summarium.

Dignitas in ecclesia dicitur illa quæ habet administrationem admixtã cum iurisditiõe personatus uero uel officiũ quando habet administrationem sine iurisditione.

De thesauraria an sit dignitas uel simplex officiũ de iure communi domini erant uarii aliqui dicebant quod sonat in nomen dignitatis & in multis ecclesiis pro principaliori dignitate reputatur.alii & maior pars de quorum numero ego fui dicebant ꝙ Tesauraria seclusa cõsuetudine & reputatiõe ecclesiæ de iure cõmuni nõ sonat in nomen dignitatis nisi archidiaconatus & archipresbiteratus propter iurisditionem & præeminẽtiam quas habent super alios & præsertim subditos & personas ecclesiasticas prout patet expresse in toto ti.de offi. arch.& archipræsby. immo secundum Innoc. in. c. de multa de præben. etiam si archidiaconus nullam haberet iurisditionem in mundo ratione consuetudinis tamen ratione nominis sonaret indignitatem secus de præpositura decanatu & aliis ut patet exemplum de præpositis in ecclesia carnoten.& turonen.dominus Nico.non reputauit aliquem de iure communi post episcopum in ecclesia cathedrali indignitate constitutum nisi unum qui immediate est post eum qui in aliqb. ecclesiis uocatur præpositus in aliquibus thesaurarius &c tamen de communi iure immediatus prælatus post episcopum in ecclesia cathedrali est archidiaconus. qui est oculus episcopi & gerit in multis uices ipsius ut in.c.ad hæc. &. c. mandamus.de offi.ar. In aliis ecclesiis collegiatis est ille qui est caput & prælatus ecclesiæ uel collegii electus ab ipso collegio & per episcopum confirmatus & talis habet præeminentiam & iurisditionem super eligentes eum & sibi obedire tanquam prælato eorum tenentur prout.le.& no. de offi.or.c.cum ab ecclesiarum per Inno. & Hosti.tamen quicquid sit cõsuetudo & communis reputatio multum operatur in illis prout le.& no.per Inno.& Hosti.in. d. c. de multa.& ar in.c.in de consue.li. vi. & Pau. in cle. ut hii qui de æta. & quali.qui uidetur concludere ad propositum quod habentes administrationem rerum sine prærogatiua nõ uident in dignitate sed officio constituti ut sunt sindici procuratores castellani & sacrista.i.q.iii.salua tor sed si habent administrationem cum iurisditione ut camerarius papæ tunc est dignitas secundum eum & remittit ad notata per eum de deci.c.i.in.cle.

Decisio. X. alias. 281.

Summarium.

Beneficia collectorum & subcollectorum semel reseruata semper remanent reseruata ꝙuis desierint esse tales.

Beneficia collectorum* uel subcollectorum semel reseruata licet desinant esse collectores & cesset officium eorum semper remanent reseruata nec aliquis potest disponere de eis præter papam quia per decretum papæ semel fuerunt affecta quæ affectio nunquam tollitur nisi per collationem papæ postea subsecutã & qa semel erat ablata potestas ordinar.o cõferendi ꝑ hmõi reseruationẽ nisi restituatur sibi hmõi potestas & tollat impedimentum nunquam poterit se intromittere de huiusmodi.

* Collectorũ add. infra eo. ti.deci. 12. & in an.deci.14. & 31.eo.ti.

modi beneficio pro hoc allega. iura communia de app. c. ut nostrum de offi. ord. c. pastoralis de præben. c. statutū li. vi. & de elect. si eo tempore eo. li. quam conclusionem intelligo ueram de beneficiis tempore collectoriæ uel antea obtentis secus de post obtentis uel obtinendis quæ post finitum officium non sunt reseruata pro hoc etiam faciunt declarationes dominorum Vrbani papæ. v. & Gregorii. xi. quæ habent quando papa mandat prouideri de aliquo beneficio certo modo uacante uel uacaturo si ex aliqua causa huiusmodi prouisio non poterit sortiri effectum nihilominus tamen huiusmodi beneficium manet. reseruatum sed uidi dubitari utrum huiusmodi reseruatio deberet censeri generalis uel specialis & fuit determinatū in rota & etiam per dominum uicecancellarium quod spetialis.

¶ Additio. adde decisionem quæ est in antiquis ccvi. quæ incipit. Item nota quod ubi papa reseruat. &c.

¶ Alia additio. poe quod ordinarius infra mēsem datum expectanti ante tamen acceptationem ipsius de facto cōtulit cuidam beneficium uacans quod cadebat in gratia dicti expectantis ad supplicationē eius cui ordinarius cōtulit deinde papa mandauit certis iudicibus quod illā collationem ordinarii auctoritate apostolica confirmarent si a die datæ præsentiū non esset alteri ius quæsitum Quæritur an confirmatio teneat & etiam prouisio facta expectandi & uidetur quod non postquam papa manum apposuit mandando confirmari collationem ordinariā quia per talem manus appositionem uidetur ad se totum negotium aduocasse & sic executoris & cuiuscunque alterius inferioris manus ligatæ fuerunt ar. c. ut nostrum. de appella. & de offi. dele. c. pastoralis pro hoc faciunt non per. Inno. Hosti. & Io. An. in. c. cum dilectus de iurepa. ubi dicunt quod. si papa deputat certum prouisorem & beneficium reseruet pro aliquo in certa ecclesia & talis prouisor antequam prouiderit moriatur quod conferendi potestas illud beneficium remanet penes papā non autem reuertitur ad ordinarium collatorem hoc idem tenet compos. in c. capitulum uersi. quod si executor de rescript. ubi dicit quod si prouisor datus per papam prodidit prouisio tamen est nulla quia tale beneficium intelligitur affectum adeo quod in illa uacatione per alium inferiorem a papa de eo disponi non potest. ad idem facit quod not. Inno. & Io. an. in. c. inter dilectos de excess. præla. In oppositum uidetur quia per solum mandatum de conferendo sicut nec per mandatum de prouidēdo non ligantur manus cuiuscunque potestatem conferendi habentis quominus prouisio facta per eum ualeat ut in. c. quia cunctis. §. ex parte uersi. non sic autem de concess. præben. li. vi nisi papa expresse beneficium reseruasset suæ dispositioni uel decretum apposuisset in tali mandato uel suam uoluntatem expresse declarasset seu insinuasset dictis iudicibus uel interdixisset ut ibidem no. super uerbo exprimatur & super uerbo insinuet & per hoc respondetur ad unam rationem factam supra in contrarium quia papa non uidetur ad se negotium aduocare nec manus apponere nisi exprimat quod nullus alius possit disponere puta reseruando disponendo seu decernendo per præmissa unde credo primā partem esse ueram quod simpliciter mandando prouideri de beneficio uacante uidetur manum apponere etiam si alias non reseruat Aliqui tamen respondent ad iura allegata quia illa omnia loquuntur ubi papa mandat prouideri de beneficio uacaturo quo casu non est uerisimile quod per tale mandatum uelit manus ordinarii ligare uel beneficium afficere etiam si de certo beneficio uacaturo mandet prouideri puta tali illud expresse nominādo sed non uideo rationem diuersitatis inter benefitium uacans & benefitium uacaturum cum casus uacationis euenerit & eadem est ratio utrobique unde crederem secundam partem ueriorem de iure & sic prouisio expectantis sit potior & confirmatio per consequens inualida censeatur per regulam sic allegatam & ita tenet cancellaria uidelicet quod per solam manus appositionem papæ siue prouideat de uacante siue de uacaturo aut mandet prouideri seu alias disponi etiam de incerto quod tunc beneficium sit affectum & clausæ sint manus cuiuscunque inferioris collatoris.

Decisio. XI. alias. 196.

Summarium.

Habens gratiam in certa ecclesia potest acceptare etiam nullius collatione expressa.

Epitome.

1 Papa potest gratiis & priuilegiis suis adiicere formam quam uult.

2 Potestas executoris dati ad prouidendum de beneficio uacante uel uacaturo an extendatur ad beneficium quod de iure uacat & non defacto.

1 Habens gratiam de beneficio si quod uacat uel cū uacauerit in certa ecclesia quod duxerit acceptādum potest acceptare beneficium ad cuiuscunque collationem præsentationem institutionem uel electionem prout spectat in ipsa ecclesia non obstante quod non habet ad collationem episcopi decani &c. quia potest papa adiicere formam gratiis & priuilegiis suis quam uult & quādo exprimitur aliquis modus uenit omnis modus prout le. & no. de præben. c. cum in illis li. vi & clem. i. eo. ti. & in glo. quæ incipit quamuis istud uerbum.

¶ Additio No. quod quando in gratia nullus modus uacationis exprimitur uenit omnis modus uacandi. & pro hoc uide tex. in. c. ij. ibi per mortem alicuius uel alias &c. de renun. & in. c. i. de re pmu. li. vi. & uide. inf. in nouis decis. cccc vij quæ sic incipit. Item si expectans autoritate apo. &c. Vidi dubitari utrum ptās executoris dati ad prouidendum de beneficio uacante uel uacaturo extendatur ad beneficium quod de iure uacat & non defacto. Et uidet quod non per. c. cum nostris de conces. præben. dicunt quidam quod illud. c. loquitur cum literæ sunt impetratæ super tali beneficio tamquam uacante quod quidem cum non uacet de facto uidet rescriptum obreptitium & imputet sibi impetrans qui in literis expressit uacare beneficium quod de facto non uacabat secus cum literæ generaliter conceduntur super uacante uel uacaturo. Rō bona diuersitatis inter istum casum præcedentem assignari non potest. Io. an. uidetur sentire quod in beneficio uacante ratio sit scilicet odium rescriptorum. Sed certe magis odiosa est censenda impetratio generalis: & uaga super uacantibus & uacaturis quam super benefitio in quo non ualet impetratio si defacto non uacet: ut di xi quod enim uiciatur spetialem impetrationem. s. colorata facti possessio debet uitiare esset generalē quia idē operatur genus quo ad omnis quod species quo ad quædā quæ sub generalitate uidentur enumerata specialiter. ut l. si chorus. de lega. iii. & l. si duobus. ff. de admi. tu. Itē sciens beneficium uacare de iure non defacto de facili posset de fraudare mentem dicti. c cum nostris impetrando generaliter & sub nube beneficium uacans uel uacaturum & subiiciendo uacationem facti illius beneficii sibi notam talibus autem fraudibus occurrendum est: ut in. c. quanto. de diuor. ita no. do. Pe. de. anch. in. c. si. propter de rescrip. li. vi.

Decisio. XII. alias. 207.

Summarium.

Beneficia sub collectorum etiam anteq; offitium sub collectoriæ acceptauerit sunt sedi apostolicæ reseruata.

* Supra eo. q. ix. infra in ann. xiii. & Bis 20. eo. ti.

1 Licet iuxta ordinationem domini nostri Gregorii papæ. xi. nisi unicus subcollector. in qualibet diœcesi sit deputandus cuius beneficia sint reseruata tamē si ille unicus remoueatur & alter loco eius surrogetur sicque successiue plures subcollectores in una diœcesi deputentur beneficia omnium sic successiue deputatorum sunt reseruata pro ut superius in conclusione est dictum & conclusum uidelicet quod licet esset officium tamen non esset reseruatio & est uerum dicere quod quilibet pro tēpore suo erat solus & unicus subcollector & sic ipsius beneficia cadunt sub reseruatione & fuerunt affecta semel quæ reseruatio nunq; extinguitur nisi per prouisionem papa.

lem obsecutam saluo casu decre. statutum de præben. li. vi. quæ decre. est reuocata per extrauagan. Bonifacij quæ incipit piæ sollicitudinis. ¶ Ex quo dubio oriebatur aliud dubium uidelicet utrum ante acceptationem & exercitium huiusmodi officii beneficia censeantur reseruata quod non fuit pro tunc sed bene alias ruminatū & decisum quod sic quia tale officium in inuitum confertur et potest compelli ad recipiendum ut quilibet delegatus de offi. de le. c. pastoralis. & c. sane. & quia est officium honorabile & utile rei publicæ sortitur statim suum effectū etiam antequam potestatem suam uideat uel recipiat ar. eorum quæ dicuntur de capellanis papæ & exemptis per papam qui gaudent priuilegio honoris & aliis antequam perueniat ad eos intantum quod non possunt excommunicari uel suspendi per ordinarium hoc ignorantes pro ut le. & no. de conces. præb. c. i. li. vi. sed quia hij collectores sunt nuncij sedis apostolicæ & gaudent certis priuilegiis & honoribus sicut capellani papæ, ergo &c. quæ conclusio posset procedere secūdum dominum Robertum in deputato per papam de aliis uero deputatis p alios collectores uel etiam dominum camerarium papæ dubitauit & ego quia ut mihi uidetur officium huiusmodi est plus oneris quam honoris & talia onera non tenetur quis subire inuitus ar. eorum quæ nota. de procuratore siue ad iudicia siue ad negocia qui non datur inuitus licet absens dari posit. ff. de procur. l. i. & l. inuitus. C. eo. et debet expresse consentire alias inuitus dicitur secundum leges. ff. de procur. l. filiusfamilias. §. inuitus secundum canones uero sufficit tacitus consensus ut in clem. i. de procur. Duo uero iura multum mouent me incontrarium uidelicet c. pastoralis. de rescrip. in si. & c. super eo in. fi. de app. ubi iudex delegatus habet iurisdictionem super personas etiam non expressas ante ipsorum expressionem & etiam ante literarum presentationem & receptionem licet non habeat exercitium iurisdictionis nisi per expressionem personarum & literarum præsentationē sic uidetur in subcollectore quod etiam ante receptionem literarum uel exercitium officii censetur esse collector. & per consequens sint affecta sua beneficia nescio soluere nisi quia unum officium uidelicet iudicandi est honoris & publicæ utilitatis ut in. c. ut debitas. de app. ergo redditur in inuitum. sed officium subcollectoris est onerosum & uile quia tendit ad talliandū & exactionandum ergo &c.

Decisio. XIII. alias. 216.

Summarium.

Si mandetur prouideri alicui de aliquo beneficio in certa eclesia de unico ibi existenti non prouidebitur.

Epitome.

1 Mandatum de prouidendo alicui de aliquo beneficio in certa eclesia non extenditur ad unicum beneficium habentem.

2 Gratiæ sæpissime propter fatuam interpretationem uel negligentiam effectu frustrantur.

1 Voluerunt & ordinauerunt † domini dictum Io. mo. in regula in generali in uers. sic est inutilis. & Archi. in. c. si pro clericis de præben. li. vi. & Io. an. in cle. i. eo. ti. in glo. in certa uidelicet quod cum scribitur de aliquo beneficio in aliqua eclesia alicui prouideri si non sit ibi nisi unicum de illo sibi prouideri non poterit cum istud uerbum aliquo sit ibi relatiuum supponens diuersitatem illud etiam locum habet quando scribitur seu mandatur prouideri alicui de beneficio spectante ad collationem prouisionem præsentationem seu quamuis aliam dispositionem episcopi decani & capituli singulorumque canonicorum & personarum certæ eclesiæ si quod uacat uel cum uacauerit communiter uel diuisim scilicet quod impetranti non potest prouideri uigore gratiæ de huiusmodi beneficio unico* spectante ad collationē alicuius prædictorum propter identitatem rationum per dictos doc. allega. in loc. præallegat. præsertim cum in hoc casu gratia impetrantis totaliter non pereat sed in aliis poterit conseruari de rescript. c. si eo tempore li. vi. Et dato quod tamen non est uerisimile quod omnes prædicti singulariter singuli non haberent nisi unum beneficium conferre & sic ex toto gratia impetrantis frustraretur & periret adhuc procederet dicta conclusio. nam imputet sibi impetrans quod talem collationem elegit & sic fatue

2 impetrauit sæpe enim gratiæ † per fatuam impetrationē siue negligentiam frustrantur effectu de conces. præb. c. cum nostris & c. i. de rescrip. c. tibi qui. & c. si eo tempore & c. duobus li. vi. & indicto. c. si pro clericis & c. si pluribus de præben. li. vi. cum multis si nec obstat quod in hac ultima forma non ponitur relatiuum de aliquo quia ponitur simile siue æquipollens id importans uidelicet de beneficio in singulari numero & ita ibi & si quod. i. si aliquod uacat. & c. non enim refert de æquipollentibus qd fiat de testi. c. licet ex quadam &. l nominatim. ff. de cōdi. & demon. & i. l. si. certum. ff. si certum petatur & sic dicebant aliqui domini seniores sæpissime determinatum et seruatum fore & Oldr. sic tenuisse in quæstionibus suis. ¶ Aditio Allegat etiam ibi Archi. de illo qui unicam ouem habebat ut dicitur. ij. Re. xij. & iij. q. vij. § si contrarium huius uidetur sentire Io. de lig. i c. si. in fi. de præb. quia si per tale mandatum de prouidendo uidetur uoluisse mandans etiam dictam unam collationem grauare: & uide hic omnino quod not. Ioan. de lig. in. c. postulasti in fi. de conces. præben.

*Infra eo. ti. xvi.

*Vnico adde tho. fa. ca. xxix dub. 55. uide tamē infra in an. de rescip. nota quod ubi deci. 40.

Decisio. XIIII. alias. 217.

Summarium.

Si mandetur prouideri alicui de maiori præbenda ualet gratia licet ibi sint mediæ & minores & poterit impetrans maiorem acceptare & de illa sibi facere prouideri.

Epitome.

1 Gratiam habens ad maiores & minores præbendas potest etiam medias acceptare.

2 Consuetudo contraria mandato in ipso mandato non expressa an ipsum uitiet.

1 SI mandetur alicui prouideri † de maiori præbenda uacante uel uacatura alicuius ecclesiæ in qua dicuntur per impetrantem esse maiores & minores præbendæ licet inibi etiam sint mediæ nihilominus ualet & tenet impetratio & prouisio & acceptatio de maiori de qua postea agitur quam papa sibi specialiter impetranti reseruauit conferendā nec de alia scilicet minori uel media posset sibi pūideri per. c. cui de nō de præb. li. vi. nec obstat quod de mediis nō est facta mentio quia aut illæ mediæ sunt de maioribus aut de minoribus uel est neutra illarū sed

2 distincta p se. in primis † duobus casibus satis est expressum in gratia. sed propter ultimū procedit dubiū præsertim propter consuetudinem locorum & ecclesiarum quibus cauetur quod nullus potest obtinere maiorem nisi p minores ad maiores fiat ascensus modo si ut dictum est fiat mentio in gratia & quo ad hoc tollatur statuta tamē illa stant adhuc quo ad medias per quas oportebit ascendere ad maiores ergo sublato uno impedimento aliud manet nec sublatū dicitur nisi de hoc expresse mentio fiat ar. c. licet. de const. li. vi. & c. non potest de præben. & c. i. eo. ti. in cle. Sed respondeo dupliciter quod in casu prædicto prædictæ consuetudines & statuta p clausulas derogatorias & per non obstan. generales quæ sunt & multū prægnates sunt ablatæ licet non perceptæ prout. l. & non. in. c. cum aliquibus & in. c. si propter tua debita de rescrip. li. vi. & pro hoc facit tertia conclusio superius determinata in casu mag. dubio & forti. Secundo dico & credo quod p expressum pdicta statuta sunt sublata in gratia. nā ex quo mandatur prouideri impetranti de maiori præbēda quā duxerit acceptandā non obstantibus statutis consuetudinibus illius ecclesiæ quibus cauetur ut supra & omnes præbendæ inferioris gradus possint dici minores respectu maioris quod satis constat de mente papæ illa statuta & quæcunque alia impedimenta uelle remouere. pro quo faciunt et no. p Io an. post. ar. in nouel. in. c. si postquam. de præben. li. vi. licet. ar. uideatur. inuere contrarium in ros. xxv. q. ij. in summa in fi.

¶ Additio. Hoc uult dicere quod dicta clausula non obstan. non tollit consuetudines & statuta nisi ad unū finē tantū uidelicet ut gratia non pereat & sic firmat gratia contra nullitatem sed dilationes non tollit & ita dicit Io. mo. se pnunciasse de mandato papæ in. d. c. cum aliquibus.

Decisio

Decisio. XV. alia.235.

Summarium.

Petenti beneficium uacās per assecutionem sufficit pducere gratiam suam ad effectum impediendi suspensionem petitorij factam per partem aduersam nec arctatur ad probandum uacationem beneficij & assecutionem ipsius.

Habenti gratiam de certo beneficio uacāte per assecutionem pacificam alterius beneficij auctoritate apostolica collati agenti petitorio & possessorio adipiscendæ ad effectum impediendi suspensionē petitorij sui factam per partem sibi aduersam sufficit producere solam factam gratiam illi de alio beneficio per cuius assecutionem papa uoluit & decreuit beneficium de quo agitur uacare licet non probet plene huiusmodi uacationem nec assecutionem ratio quia satis constat per dictam gratiam de reseruatione & manus papæ appositione quæ suspensionem petitorij habent impedire ut supra in conclusione .j. de re iudi. & per no. Innocen. de fil. presbi. cōstitutus & de restitu. spolia. c. in literis in fin. & de diuor. c. significasti.

Decisio. XVI. alias. 236.

Summarium.

Petenti beneficium per assecutionem quo ad effectum adiudicationis sibi faciendæ non sufficit probare prædictas assecutionem & uacationem per publicam uocem & famam.

Sufficit tñ pbare assecutionē de facto eo dem ti. de. 3.

Ad effectum adiudicationis fiendæ prædicto agēti non sufficit probare huiusmodi uacationem & assecutionem pacificam per testes deponētes de fama publica & uoce duntaxat quia actor clare debet pbare intentionem suam alias reus absolueretur quia actore non probante. & c. ij. q. ult. actor ut eccle. bene. c. ut nostrum de proba. c. in præsentia de iureiu. c. fi. præterea fama non facit plenam probationem nec semiplenam sine alijs adminiculis prout le. & no. de appel. c. j. de testi. ca. ueniens el. ij. & c. præterea.

Decisio. XVII. alias. 244.

Summarium.

Impetrans beneficium uacans dummodo non sit alteri ius quæsitum de acceptante quodcunque beneficiū acceptauit non tenetur facere mentionem.

Go. in regu. de non toll. iur. q. 4. q. nume. 23.

Licet de more & stilo curiæ sit receptum quod impetrans certum beneficium uacans per obitum extra romanam curiam cum clausula dummodo non sit alteri in eo specialiter ius quæsitum non teneatur facere mentionem de expectantibus auctoritate apostolica ibidem & illud idem beneficium acceptantibus propter. no. Io. an. positam in nouel. c. si postquā. de præbē. li. vj. quæ tamen loquitur in duobus expectantibus siue impetrantibus expectationes a papa uidelicet quod secundus nō teneatur facere mentionem de gratia primi & hoc propter clausulas derogatorias. tamē omnes domini me solo excepto dixerunt hoc non procedere in canonice electis uel pñsentatis ad dictum beneficium ante impetrationem ante dictam licet non sit subsecuta cōfirmatio uel collatio nā papa per suam collationem noluit præiudicare rite & canonice electis uel præsentatis nec tollere ius ad rē eis quæsitum. de offi. dele. super eo & c. ex parte. de rescript. quāuis li. vj. pro hac conclusione uidetur optime facere quæstio dominicalis posita per Inn. in. c. innotuit. de cle. super. uer. ordinat ergo. ego autem dicebam me non uidere differentiam siue rationem diuersitatis inter primū casum seu stilum & secundum nam uerum est dicere quod in utroque casu neutri eorū est ius quæsitum in beneficio siue in re licet bene ad rem quod facilius perditur & tollitur de conces. præben. c. fi. li. vj. de rescrip. gratiæ iu cle.

Egi. 167.

Præterea papa potest præuenire quemlibet collatorem etiam ordinariū in conferēdo uel delegatū de præben. dudum & . c. quamuis. ij. li. vj. Item uideo quod licet capitulum elegerit aliquem in episcopum & antequā confirmetur papa manum apponit inhibendo reseruando uel prouidēdo confirmatio postea facta siue collatio nō tenet de elec. si eo tempore. li. vj. Item uideo de receptis in canonicos auctoritate ordinaria quibus licet ius acquiratur iuxta receptionis suæ ordinem ad præbendam proximam uacantem siue uacaturam de præben. relatum & . c. dilectus tamen apostolici expectantes etiam de huiusmodi receptione nullam mentionem facientes illis præferuntur postea in præbenda uacante de præben. hij qui & . c. si postquam. lib. vj. Verū est quod postea in alijs consilijs audiui unam rationem diuersitatis inter primum & secū dum casum quæ placuit mihi nam in primo casu licet præiudicetur impetranti quo ad istud beneficium per ipsum nunc acceptatum tamen ex toto gratia sua non perimitur sed remanet sibi saluum ius aliud beneficium acceptandi non sic in casu secundo quia electus uel præsentatus ex toto & perpetuo esset exclusus quasi prædictus stilus in illis seruaretur quod esset absurdum nec præsumendum quod papa tantum præiudicium uoluerit facere canonice electis uel præsentatis nisi de hoc faceret mētionem al. dictorum iurium super eo ex parte & . c. quāuis facit etiam ratio in. c. deliberatione. de of. dele. lib. vj pro qua ratione diuersitatis potest induci stilus similis de impetrante ad collationē decani & capituli cōmuniter vel diuisim si acceptat beneficium unicum* spectans ad collationem decani diuisim utrum ualeat acceptatio nā aut potuit coseruari gratia in alijs beneficijs spectantibus ad collationem capituli aut non. in primo casu non ualet acceptatio. in secūdo sic licet doc. uelint tenere quod in neutro casuum prædictorum ualeat. ut not. Io. an. in cle. j. de præben. super uerbo. incerta.

* Vnice add. supra. eo. titu. xij. deci.

¶ Additio. Quale autē ius acquiratur electo per electionem uide per glo. in. c. quanto. lxiij. di. & ibi Dominicus de san. gemi. uidetur tenere contra in illis in quibus papa confert canonicatum licet expectent præbendam quia pferuntur hijs qui habuerunt ex post collationem a papa uide ibi.

¶ Alia additio. Nec habenti mandatum de prouidendo cuius ius etiam non tollitur per clausulas generales alias periret mandatum suum quo mandabatur sibi decerto corpore beneficij prouideri.

Decisio. XVIII. alias. 274.

Summarium.

In surrogatione seu reformatione gratiæ nō oportet exprimere ea quæ in prima gratia sunt expressa.

Licet in surrogatione litis & iuris alicuius defuncti impetrata a papa debeat fieri * mentio de beneficijs obtentis quia uim collationis habet ut lite penden. c. j. & ij. li. vj. tñ si quis primo impetrauit aliquod beneficium litigiosum a papa tanquam uacans per obitum nulla facta mentione de litis pendentia facit tñ mentionem de omnibus beneficij suis per eum obtentis & si postea cum narratione primæ gratiæ obtineat se surrogari in litem & in ius in dicti defuncti nulla facta mentione in surrogatione de beneficijs obtentis & alia gratia expressatis dixerunt omnes domini gratiam secundam propter hoc non uiciari nec fore surrepticiam. tum quia censetur quædam reformatio gratiæ primæ in qua non est necesse exprimere beneficia antea expressata secundum ordinationem nouam domini Gregorij papæ. xj. tum quia in secunda sit plena narratio de prima immo recurrēdum est ad ipsam. tum quia nunc impetratur idem corpus quod tunc. & p eandem personam & idem modus uacandi exprimitur & defectus in prima litis pendentia uidelicet tollitur & per hoc soluitur obiectus uidelicet quod non uigore primæ quæ fuit nulla sed secundæ gratiæ ius impetrantis consequitur expresse de hac deci. vide. glo. 3 sertum pulchrā in c. si apostolicæ de præben. li. vj.

*Add. fierimētio. Qualiter & de qbus debeat fieri mentio in rescriptis apostolicis nullus doctorum melius scripsit seu accumulauit. quā do. fely. in. c. si nr̄a extra d rescri. ubi ponit quadraginta corolaria ualde notanda quāobrē uide ipsum fel. super hac materia, semper ad nomina.

Decisio. XIX. alias. 285.

Summarium.

Literæ facultatis per mortem illius cui concessæ sunt non expirant.

SI episcopus habens potestatem a papa prouidendi tribus personis de canonicatibus & præbendis suæ ecclesiæ si collato per eum canonicatu uni & reseruata præbenda sibi & nulli alteri de iure debita cum uacauerit conferenda & ante huiusmodi uacationem præbendæ & collationis moriatur episcopus nihilominus iste cui canonicatus est collatus præbendam postea uacantē poterit acceptare ratio quia gratia iam erat facta quæ nō expirat per obitum concedentis de offi. dele. c. si super li. vj. tum etiam quia ratione canonicatus debebatur sibi præbēda de præben. c. relatum facit. c. si is cui. & c. quodam de præben. lib. vj.

Supra de offi. deleg. 12.

Decisio. XX. alias. 292.

Summarium.

Non solū ualor certi beneficij impetrandi sed ēt obtentorum debet per impetrantem exprimi secundum cōmunem æstimationem cum sit pars gratiæ suæ secundum regulam domini Grego. xj. sed circumscripta regula ualorem obtentorum in sua impetratione exprimere non tenetur nec probare nisi aliquod illorum obtentorum se dimissurum obtulerit.

LIcet impetrans certum corpus beneficij ualorem eiusdem beneficij per eum in gratia sua expressam probare teneatur etiam si nō negetur quia pars gratiæ suæ est, tñ secundum omnes hoc non procedit in ualore probando beneficij obtēti in gratia expresso præsertim si illud se obtulerit dimissurum quia tunc est indubitatū sed si uult illud retinere cum illo de nouo sibi collato tūc secundum aliquos uideretur distinguendum aut est simplex beneficium puta cappellania uel simile & expressit bonum & uel magnū ualorem propter quem citius papa gratiam non fecisset quam fecit tunc nō arctatur ad probandum. aut est dignitas uel beneficium curatum & exprimitur ualor modicus quia tunc præsumitur quod papam uolebat decipere & quia ista beneficia consueuerūt & debent esse magis pinguia quam alia de uita. & honestate. clericorum. c. ut quisquis tunc tenetur ualorem probare. Tutius est tamen secundum dominos quod aliqualiter probet licet non ita exacte sicut in primo casu & hoc uerum si non negetur ualor secus uero si negaretur tunc plene probare teneretur ego uero dicebam me non legisse quod impetrans teneretur de ualore uel quacunque alia qualitate beneficij obtenti facere mētionē. pro quo induxi ea quæ le. & not. in cle. j. de præben. per Ioan. an. & Pau. uerumtamen ex quo expressit ad inducendum papā facilius pro gratia sibi facienda id fecisse uidetur & sic per consequens ad probandum se astrixisse de testi. spo. c. j. de proba. c. licet quod crederem uerū si negaretur ualor probationē nullam requirerem nec crederem processum ex hoc fore nullum siue iniustum dummodo de alijs substantialibus plene constaret dominus tamen Vrba papa. vj. in primordio creationis suæ uoluit & ordinauit ꝙ nedum impetrantes certum beneficiū uacans uel certo modo uacaturum de ualore illius teneretur facere mentionē sed etiam de ualore omnium beneficiorum quæ obtinerent tempore impetrationis & hoc secundum cōmunem æstimationem & nō secundum taxationē decimæ quod est graue alias uoluit & decreuit huiusmodi gratias fore nullas & nullius roboris uel momenti hoc uerum nisi proprio motu essent factæ idem etiam uoluit & ordinauit in confirmationibus obseruari.

Decisio. XXI. alias. 331.

Summarium.

Promotus ad aliquam dignitatem potest impetrare ꝙ primam dignitatem retineat cum secunda, cū decreto ꝙ prima nō uacauerit p assecutionē possessionis secūdæ dignitatis uel p munus cōsecrationis & talis īpetratio ualet.

Epitome.

1 Papa potest dispensare cum promoto ad episcopatum ꝙ retineat beneficium ad laici præsentationem spectans.
2 Impedimentis duobus concurrentibus non potest unum sine altero auferri.
3 Argumentum ab identitate rationis ualidum est. Beneficia ad laicorum præsentationē spectantia nō sunt eis spretis conferenda.
4 Spes firma ex causa præcedenti de certo effectu consequentiam necessariam habente proxime producendo habetur idem effectus ac si tpe causæ fuisset pductus.
5 Princeps non præsumitur in suis rescriptis uelle præiudicare iuri tertij.
6 Iudex an possit aduersario non consentiente terminum prorogare.
7 Tacita non reddunt gratiā surreptitiam sed solum in iure expressa.
8 Res progata nō censet inouata sed sup eadē reputatur.

1 SVpposito facto ꝙ papa † quendā. A priorem cuiusdam prioratus quæ dignitas curata & principaliter in ecclesia collegiata existebat spectans ad præsentationē patroni laici promouit ad aliquam ecclesiam cathedralem & cum eo tempore huiusmodi promotionis uel cito post & ante uacationem dicti prioratus motu suo proprio dispensauit quod promotione non obstante eundem prioratum una cum dicta cathedrali ecclesia retinere posset usque ad beneplacitum sedis apostolicæ decernendo ipsum prioratum per munus consecrationis uel per assecutionem possessionis minime uacare nulla facta de iure præsentādi prædicti laici mentione dubitabatur utrum huiusmodi gratia siue dispensatio fuerit nulla & surreptitia in quo domini erant uarij. maior tamē pars dicebat eam esse surreptitiā & secundū illa consilia fuerunt latæ duæ sententiæ & nūc pendet in tertia instan. in qua est conclusum & non restat. nisi prædictas sententias confirmare uel infirmare motiua maioris partis secundum quæ fuerunt prædictæ duæ sententiæ promulgatæ fuerunt ista. primum uidelicet quod nedum affertur alicui gratiæ præiudiciū cum tollitur sibi ius quod habet in præsenti immo cū tollitur sibi spes firma & propinqua habendi aliud ius † quo inducebatur casus legis inde Neratius. ff. ad. l. aquil. & l. acucius. § corneli. in fi. ff. de iurisdi. per eandem uiam fa. C. cōia de le. fi. ea enim quæ incontinenti fiunt uel fieri debent inesse uidentur de testi. ca. pterea de testi. spo. c. literas per quæ iura uidetur quod adueniente tempore uel casu quo patronus pñtare deberet si ista gratia facta nō fuisset hmōi tūc deberet carere effectu & ius patrono aperiri. ergo. & c. Secundū motiuum † qa ibi sunt duo impedimenta uno sublato aliud non vr̄ esse sublatū ff. de seruit. ur. prædi. l. si domus de fil. presb. c. ij. li. vj. de auto. & usu pal. c. ex tuarū de priuil. pastoralis. mō hic uidetur duo impedimenta unum de elec. cum in cunctis de const. cū M. circa prin. Aliud de iure patroni igitur primo sublato secundum non uidetur esse sublatum maxime quia uidetur utrunq; esse supra ius & non posset fieri nisi ex plenitudine potestatis. modo licet papa utatur sua plenitudine potestatis in uno articulo non sequitur quod uelit uti in alio quia talia tanquā odiosa sunt restringenda ut regula quæ a iure de re. iur. li. vj. non autem trahenda de casu ad casum. ff. de lib. & pos. l. cū quidā de priuil. c. sane de rescrip. c. susceptum. li vj. maxime in excogitatis ut in. c. j. de consti. li vj. Tertio quia in expediendo actum permutationis episcopus utit̄ beneficio alias. a iure specialiter sibi concesso ut. c. quæsitum. de re. permu. & contra concilium turoñ. de quo in. c. maioribus. de præben. & tum qa pro interesse patroni ipsum uocare tenetur ut no. Inno. de renunc. quod in dubijs & Ioan. an. de re. permu. c uno. li. vj. & in cle. una. eo. ti. per Pau. modo in proposito potuit interesse patroni ut haberet priorem residentem & cum in propria persona honorantem quia melius seruitur ecclesiæ per proprium prælatum quam per uicarium Ideo iura a prælato requirunt residentiam personalem de cle. & in

& in resi.quia nonnulli &.c.ij.&fin.xxj.quæstio.j.c.j de
elect.licet canon.lib.sexto.ammodo enim propter maio-
rem dignitatem episcopalem in prioratu non tenebitur p
sonaliter residere sic apparet de notabili interesse p̄roni.
ergo.Quartum propter identitatem rationis ex qua lici-
tum arguere de trāsla.inter corporalia modo ratio quare
introductum est quod beneficia laicorum ad eorum præ
sentatioñ.pertinentia eis spretis non cōferantur,est,ne tur
bati ex hoc ab ecclesiarum fundatione retrahantur.pro-
ut le.& no.per omnes scribētes in.c.cum dilectus de iure
patro.& in.capi.ij.de præbend.libro sexto.sed eadem ui
detur turbatio cum certum habeant tempus talia ua-
catura.nec de modica temporis dilatiōe curare habeant.
ut .l.si debitori .ff.de iudi.& .l.quod dicimus.ff.
de solu.ergo.cui enim præiudicatur in tempore sæpe præ
iudicatur in iure de electio.cum in uteri.de appella.cum
sit &.c.præterea.&.c.j.li.vj.de re iudi.quod ad consulta
tionem.cum si.

4 Quintum motiuum † quia quando ex aliqua causa præ
cedente oritur spes firma de certo effectu trahente conse-
quentiam necessariam ad causam ipsam de proximo p-
ducenda habetur perinde effectu secuto ac si tempore
causæ fuisset iam productus.ut.ff.ad.l.acquil.l.huic scri
pturæ.§.j.&.l.ita uulneratus.in princ.clarus tex.in l.dā-
ni.§.sabini.ff.de dam.infec.perinde enim est uel iam de
præsenti esse uel de propinquo futurum futuri fore.ut p-
batur per ea quæ leg.& not.ff.de mino.l.iij.§ j.modo si
iam uacaret beneficium appareret de graui præiudicio
ipsius patroni & non ualeret gratia sine dispensatione se-
cundum omnes.igitur etiam sic ratione causæ præceden
tis beneficium iam patrono censetur affectum.sicut solet
dici de beneficio pro certa persona in euentum certæ ua
cationis uacat per papam uel eius executor̄.specialiter re
seruato.de rescript.tibi qui de præbend.eum cui &.cap.
si post quam.de concess.præbend.c.si capitulo.&.capit.
si soli.&.c.executor.lib.vj.

5 Sextum † quia ista est regula quod non est uerisimile ꝙ
priceps uelit præiudicare iuri tertij præsenti uel futuro p
priuilegij concessionem quam facit.quia non est uerisi-
mile quod hoc facere uelit per iniuriam tertij.ut.C.de sta
tu.& ima.l.fin.ff.ne quis in loc.pub.l.ij.§.merito.&.§.si
quis a principe.de priuile.dudum.de consuetu.cum di-
lectus.de deci.suggestum.&.eodem titulo.c.ij.libro sex
to.etiam per modum dispensationis siue resti.ut.ff.de dó
na.l.j.& penulti.&.l.fin.&.l.cum adoptio.ff.de adopt.
de rescript.quamuis.libro sexto.de offic.deleg.super eo.
immo nec forte hoc potest sine causa per nota.Innocen.
in.cap.sæpe.de appella.& in.ca.quæ in ecclesiarum.de
consti.& per Cyn C.si contra ius uel uti.pu præscriptio.
& fuit alle.unum dictum Cardi.parisien.quod ipse dixe
rat & posuerat in dicto capitu.quamuis.de rescript.alle.
uidelicet restitutionem a principe cōcessam per modum
gratiæ ad beneficiū patroni p̄uēti uel non p̄uenti ante ua
cationem uel post non ualere nō facta mentione de patro
no laico Ad idem inducebatur clementi.j.quæ bene fa-
cit de præbend.post princ.nam quemadmodum in dispē
satione super pluralitate dignitatum incompatibilium
est exprimenda qualitas curæ uel principaliter.earundē
ita & in hac dispensatione retent.dignitat.cum alia
incompatibili facienda erat mentio de hac qualitate ui-
delicet quod spectabat ad præsentationem laici præser-
tim cum sumus in materia odiosa & restringibili.de con
sanguinita.& affinita.quod dilectio.de fil.pres.capitu.
ij libro sexto.

Pro parte contraria de qua ego fui cum aliquibus alijs
dominis & quam etiam tenuit dominus Martinus Pam
pilon.episcopus allegabatur etiam bene octo uel decem
motiua.Quorum primum fuit hoc.quia in gratia prin
cipis est ponderandū spei futuri iuris præiudicium cum
spes illa est radicata in aliquo iure de præsenti competen
ti & aliter non.modo talis non est spes iuris præsentandi
ante uacationem patrono cōpetens,igitur.maior est clara
per iura allega.de concessio.præbend.capitu.j.& ij.mi-
nor probatur per glos.in.l.gallus.§.& quid si tantum.ff.
de libe.& postu & ibi per Barto.& Archidia.inducta per
Ioann.andr.in mercu.in regula sine culpa.de reg iur.li.
sexto,facit etiam,l.etiam.§ j.ff.de bo.quæ liber.&.ff.de
iniusto rup.& irri.testa.l.si quis filio exhæredato.§.irritū.
quia si militi qui propter delictum & per sententiam ius
testandi amisit,cōceditur ex priuilegio ius testandi,intel
ligitur esse concessum iuri militari etiam in iniuriam filio
rum & de ipsis mentione non facta.& ibi per Bartol.&
per hoc tollitur prima & quinta ratio tenentiū contrariū.
Secundo principaliter deducitur hoc.quia si hic notari
deberet præiudicium patroni,aut notaretur quo ad pro-
prietatem iurispatrona.aut quo ad possessionem.nam nō
potest dici primum.quia eam non perdit nec sibi nega-
tur.nec secundum.quia possessio hoc casu non interpel
latur cum eius usus non potest haberi nisi in actu uacat.
ergo.ar.ff.de iniusto rup.& irri.testa.l.nam & si.§.post
defectum.Confirmatur.quia omnia iura quæ dicunt
priuilegium principis cum alterius præiudicio tacito non
ualere loquuntur de præiudicio quod imminet de præ
senti cum alias damnum uel præiudicium non dica-
tur proprie nisi præsens.& ideo lex siue priuilegium
debet intelligi de præsenti.ar.ff.de hære.inst.l.ex facto.
Tertio,quia cessante causa cessat & effectus.de appella.
cum cessante.de iureiuran.& si Christus.ff.de iurepatr.
l.adigere.§.quamuis.modo uacatio est causa faciendæ
præsentationis per patronum.quia alio tempore locum
habere non potest.de concessione.præbend.capitu.j.&
ij.de iurepatro.cum propter.& capitu.quoniam.cum si-
milibus.ergo.

Quarto.,quilibet in re sua est moderator & arbiter.ff.
man.l.mandatum.de dona.per tuas.& qui suo iure uti-
tur nemini facit iniuriam de electio.cum ecclesia.utens
igitur in re sua iure suo non animo nocendi alteri licet ni-
hilominus ex consequentia alteri noceatur non potest im
probari quod facit.ff.de dam.infec.l.fluminum.§.finali.
cum.l.sequente.&.ff.de aqua plu.arcen.l.j.§.denique.
de electio.constitutionem.in clementi.modo papa hic
super beneficio iure suo usus est dispensando & uacatio
impetrata tollendo,non autem disposuit super iure præ
sentandi patrono.quia nōdum erat eius locus nec id age
batur animo illi iuri nocendi.igitur ualuit quod fecit per
iura antedicta.Quinto.quia patronus in istum semel cō-
sensit & eius personam approbauit ideo amplius resilire
non potest.de fil.pres.ueniens.de reg.iur.quod semel li.
vj.ergo ex consequenti dispensatione eius consensus mi-
nime esset requirendus sicut nec in dispēsatiōe.nō idoneo
rum non requiritur consensus electorū qui elegerunt non
idoneū.ut not.Inn.in.c.innotuit.in prin.de elect.& in.c.
nisi cum pridem.in fin.de renunc.ex eo quod semel con-
senserunt in eum.tñ ut ponebatur in facto ipse patronus
nihilominus consensit ex post facto uel saltem tacuit &
ipsum sic stare in primæuo iure p̄misit & tolerauit quod
sufficit.ar.eorum quæ le.& not.per Hosti.de his quæ fi.a
ma.par.ca.ex ore.& per Pau.in clem.unica.de re.p̄mu.
facit de his quæ fi.a præla.c.ij.&.iij.imo litera regis Por
tugaliæ super huiusmodi consensu in iudicio producta
fuit sed fidem nō fecit quia lit.pen.p̄curata & data fuit.
Sexto hoc probat.Pone rector parrochialis ecclesiæ est
adeo in fine anni quod p̄moueri nō potest,non dicitur p̄
pterea ecclesia uacare.de elect.cōmissa.li.vj licet sit in-
dubitanter.uacatura poterit ne episcopus per suā dispen-
sationē non uocato patrono impedire uacationem hmōi
ratione studij & sic præiudicare patrono si p̄iudiciū dici
debet.certe sic.ut de elec.cum ex eo.e.li.uel pone Iudex
p̄fixit terminū p̄ēptorū ad agendū uel p̄ponēdū.aut pro
bandū ut in.l.si ea C.qui accu.nō pos.&.c.pastoralis.de
excep est ita.p̄pe si termini ꝙ non pōt perficere infra ter
6 minum,nunquid pōt iudex † sibi terminum p̄rogare ēt
aduersario non consentiente ita ꝙ pœnā nō incurrat.cer
te sic de off dele.consuluit.de appel.præterea.cū ibi no.
de do.& contu.p̄ut.&.c.cum dilecti.& idē est in pœna
conuentionali ut no Bar.in.l.cū ita stipulatus.ff.de uer.
obli.& probatur eo.ti.l.qui romæ.§.callimacus.in fi.
Septimo inducebat pro hac parte gl.a.Io.an.posita in.c.
q̄uis.de rescrip.li.vj.quæ habet ꝙ depositū a beneficio p̄
sententiā a qua extitit appellatū appellatione pen.potest
episcopus ad huiusmodi beneficiū restituere inuito patro
no.ergo fortius pōt papa de quo quæritur ut uidetur.al-
legat ꝙ id est ponderandum quod facto principis contin
git per.l.inde Neratius.§.idem Iulianus.ff.ad.l.aql.

Octauo hoc probatur, quia papa posset tollere constitutionem suam positiuam per quã inducitur hæc uacatio, nec oporteret tunc uocari patronum aut eius consensum haberi seu de eo fieri mentionem, igitur & per modum dispensationis, in parte patet per cõsequens per. l. qui de tota. ff. de rei uendi. qui enim potest plus potest & minus decideci. ex parte, antecedens probari uidetur, quia libera potestas uidetur quo ad hoc in principe residere. ut. C. de legi. l. fi. ff. de consti. prin. l. j §. j. de sent. ex. inter alia. de re. iur. omnis res.

Nono hoc probatur quia si diceretur dicta gratia non ualere aut hoc esset ex defectu potestatis aut propter fraudem uel culpam impetrantis aut propter contrariam dispositionem alicuius iuris positiui super hoc contrarium statuentis aut propter surreptionem re ipsa insurgeñ. ex uerisimilitudine mentis ipsius concedentis.

Primum dici non potest per ea quæ dicta sunt in ratione proxi. præcedentis.

Secundũ non. quia in gratia facta motu proprio hoc non cadit, ut no. nouellator in. c. si motu proprio. de præbend. libro sexto.

Nec tertium dici potest, quia iste casus non reperitur specialiter iure cautus. nec ob. c. cum dilectus. de iurepa. & c. cum dilectus de offic. dele. qa loquitur in beneficio laici patronatus iam uacanti, in quo casu est longa differentia ad istũ casum. quia ibi iam ius quæsitum est quod sine causa auferre non debet ut in. capitu. quamuis. de rescrip. & c. ab eo de elect. li. vj. hic uero secus. facit pro his alleg. supra in ratione prima huius partis.

7 Nec quartum dici potest, quia † non omnia tacita reddũt gratiam surreptitiam, sed illa solum quæ uel sunt expressa in iur. ut capitu. si motu proprio. & capitu. cum in illis & capitu. j. de præben lib. sexto. in clemen. j. eodem titulo uel in non expresis loquendo illa de quibus est uerisimile de iure & in iure. quod si papa illa sciuisset, nunquã illam gratiam concessisset, ut de elect. dudũ to ad fi. & de præben. dudum. §. nos igitur. li. sexto. & nota. Inn. de con. præbend. cum nostris. modo non est de iure cautum nec omnino uerisimile. quod si papa hoc sciuisset propter hoc omnino gratiam denegasset. immo magis totum contrarium est uerum & certum. quia de iure præsentandi laici tempore concessionis gratiæ huiusmodi papæ fuit dictũ ut ponitur in facto & etiam idem si non esset dictum. Ratio est nam quod dicunt docto. in. cap. ij. de præbend. lib. vj. & capitu. cum dilectus alle. gratiam de tali beneficio laici patronatus de huiusmodi iure mentione non facta fore inualidam non est scriptum in iure, sed illud sumpserunt ex ratione capitu. cum dilectus, superius alleg. & ex canone decernimus. xvi. q. ultim. in quibus habetur quod legatus & ordinarius non possunt impedire patronum in præsentando & per consequens non est uerisimile quod hoc uelit papa nisi sciat & exprimat. sed illa iura loquuntur & etiam dicti doct. in beneficio iam uacanti & in casu in quo patrono iam est ius quæsitum. inter quem casum & casum in quo sumus est magna differentia ut supra deductum est ergo. & facit. cap. fin. de concess. præbend lib. sexto. & de præbend. si is cui. & c. quodam. eod. li. & faciunt pro hoc not. per Archi. & Ioann and. in nouel. de electi. cum ex eo. e. li. & loquuntur in inferioribus prælatis qui non habent tantam plenitudinem potestatis sicut papa. ix. quæstio. iij. cuncta & cap. per principalem de conces. pbẽ. c. proposuit qui fi. sint le. c. per uenerabilẽ & propterea potest papa derogare iuri. pa. laicorum quod habent ex mera gratia sua ut le. & no. per ar. xiij. quæstio. iij. capitu. ij. & per Innocen. super Rubri. ti. de iurepa. licet alij ordinarij propter prohibitionem papæ id non possint per iur. superius alle. uide capitu. cum dilectus & c. decernimus faciunt pro hoc nota. per Arch. & Ioan. an. in nouel. de electio. cum ex eo. e. li. & loquuntur in inferioribus prælatis qui non habent tantam nec plenitudinem potestatis sicut papa. x. quæstio. iij. cuncta per modũ.

8 Decimo † & ulti. hoc idem probatur quia res prorogata non censetur innouata per prorogationem sed potius eadem reputatur sicut ante ut in. l. ij. §. sed si manente. ff. de præca. & ff. de iudic. l. ij. §. sed & iudex. ff. de arbi. l. labeo. §. penul. & l. si cum dies faciunt not. per Ioann. mona. de rescrip. c. si gratiosæ libr. sexto. & de præben. si tibi concesso eo. li. modo hic papa fecit quandam tituli prorogationem nam ante finem temporis ultra tempus titulum extẽdit non autem in tempus nouum titulum dedit ut. ff de suspec. tu. l. iij. §. quæri. & per hoc tollitur illud quod no. per do. Bar. ff. de dam. infec. l. iiij. circa princ. nec mirum quia multa possunt fieri per prorogationem quæ non possunt fieri per innouationem ut patet de iurisdictione delegata ad tempus quæ ante finem temporis de consensu partium prorogatur ut in dicto. §. sed & iudex de offic. de lega. de causis & post tempus non innouatur ut. l. priuatorum. C. de iur. om. iu. de offic. delega. p. & g. & pro hoc optime facit. l. peculium. §. si creditor. ff. de pecu. & q̃d not. j. quæstio. j. ordinationes in fin. & de renuntiatio. post translationem super. uersic. nequeat de appella. præterea per Innocent. Et hæc. x. rationes pro hac parte inductæ meo iudicio uidentur magis prægnantes & concludent q̃ in contrarium alleg.

Decisio. XXII alias. 338.

Summarium.

Non ualet gratia de beneficio uacaturo per contractũ matrimonij non expresso alio modo si illud ante impetrationem in manibus uicecancellarij uel alterius potestatẽ habentis fuerit resignatum.

Si mandetur mihi prouideri per papam de certo beneficio cum illud uacare contigerit per contractum matrimonij modo alio non expresso & tenens illud postea in curia in manibus papæ uel sui referendarij super hoc habentis potestatem resignauerit, & alteri per papam collatum fuerit illi, non mihi huiusmodi beneficium debetur per capitu. susceptum de rescript. lib. sexto. non ob. regula cancellariæ quæ habet quod si papam contigerit reseruare beneficium alicuius personæ conferendæ alteri cum uacabit per contractum matrimonij personæ obtinentis huiusmodi beneficium ipse dominus noster papa intendit beneficium illud a die reseruationis huiusmodi fore affectum & collatione suæ reseruare ac reseruat de qua reseruatione prædictus impetrans per resignationem nullam fecit mentionem specialem, ergo uidetur gratia sua surreptitia quia secundum aliam ordinationem domini Gregorij papæ, xj. de qualibet generali reseruatione in impetratione est facienda mentio alias gratia nullius est robor. uel momenti, ergo. & cætera, ad quod respondebatur quod prædicta reseruatio & omnes aliæ similes inductæ per dictas regulas & ordinationes in cancellaria præterquam contentæ & expressæ in extrauagan. Bene. quæ incipit ad regimen, sunt speciales & non generales prout in simili casu fui responsum per domi. uicecancel. uni de dominis qui propter huiusmodi dubium causam posuit in relationibus publicis & sic fuit per omnes dominos postea determinatum & sæpius secundum hoc pronũtiatum de qua quidem speciali reseruatione nulla est facienda mentio specialis ergo stat uera conclusio. non obstante prædicta ordinatione de speciali reseruatione quia secundum aliam regulam siue ordinationem in cancellaria qñ papa prouidet uel prouideri mandat de certo beneficio intentio sua est prouidere quocunque modo ad ipsum pertineat nisi esset generaliter reseruatũ. quod non est in casu nostro ergo. &c.

Decisio. XXIII. alias. 407.

Summarium.

Valet acceptatio beneficij licet nullus modus uacationis in gratia exprimatur.

Epitome.

1 Beneficij acceptatio nullo uacationis modo in gratia expresso an sit ualida.

Appel.

2 Appellatio generalis a futuro grauamine quo casu sit ualida.
3 Dispositio.c.susceptum de rescriptis non procedit i expectatiuis sed in prouisiuis.

* Expectans add. ifra i no. de concess. p̄ben.deci.7.& in ant.co.ti.de ci.36.

1 SI expectans * auctoritate † apostolica acceptet aliquam parrochialem ecclesiam uacantem sibi & nulli alteri de iure debitam nullum modum uacationis exprimendo. fuit dubitatum utrum ualeret, huiusmodi acceptatio & uidebatur quod non quia plures sunt modi uacandi & uno expresso alius non uenit de rescript.capitu.susceptum libro sexto. præterea prædicta acceptatio uidetur esse nimis generalis uaga.& incerta cū in ea nō exprimatur nec modus uacādi nec psona q̄ eam ultimo tenuit quæ generalitas parit obscuritatē & obscure dans uel probans succumbit ut in.c.in præsentia.de proba.non enim licitum est uagari cum discrimine alterius de libel.ob.c.j.&.ij.his non obstantibus fuit decisum & conclusum per omnes dominos contrarium uidelicet huiusmodi acceptationem ualere maxime cum acceptauerit certum corpus beneficij & postea in processu causæ declarauit modum uacandi &. per cuius personā prout in facto ponebatur & licet hoc non declarasset nihilominus acceptatio ualuisset per no. per Io.mo.in.ca.si tibi absenti.de præb.li.vj.pro hoc potest induci in simili unus textus notabilis de appella.ca.bonæ. nam licet non
2 † ualeat generalis appellatio a futuro grauamine ut de appel.c.ij.&.c.cum cessante &.c.consuluit tamen ibi de ualuit & per papam recepta extitit ratio fuit secundū Innocen.quia licet fuerit ista appellatio generalis & incerta quia contra incertam personam tamen sufficiebat quod fuit certa quo ad causam & factum & ideo fuerunt attentata post ipsam reuocata.sic in proposito licet enim p̄dicta acceptatio fuerit incerta quo ad personam & modum uacandi tamen fuit certa satis quo ad ipsam ecclesiam & etiam factum quia tanquam uacantem acceptauit.illud enim dicitur uacās quod uacare reperitur prout pulcherime deducit Io.mo.ubi supra per hoc enim tollitur ratio in cōtrarium de incertitudine & obscuritate alle.nec
3 ob. † etiam.capitu.susceptum.de rescript.pro contrario alle.quia non loquitur in expectatiuis sed in prouisione & quando de certo corpore & certo modo uacaturo mādaretur prouideri tunc enim non potest impetranti prouideri si alio modo uacet propter formam mandati & intentionem scribentis quæ exacta diligentia est obseruāda de rescript.ca.cum dilecta.de præbend.c.cuide non lib.vj.cum simili.

Decisio. XXIIII.alias.470.

Summarium.

Si episcopus ad monachorum præsentationem habet instituere rectorem in ecclesia monasterio unita per ipm episcopum de sui capituli consensu talis institutus perpetuus & non temporalis uicarius esse censetur & propterea debetur impetranti licet sub nomine ecclesiæ fuerit impetrata.

Epitome.

1 Vicarius datus ecclesiæ pleno iure ad monasterium aliquod spectante censetur perpetuus.
2 Verba quæ ad proprium sensum trahi non possunt referēda sunt ad improprium.

SVpposito quod episcopus de consensu sui capituli & patroni ecclesiam parrochialem quo ad omnia tam spiritualia quam temporalia dederit monasterio cum potestate prædicandi confessiones audiendi & ecclesiastica sacramenta ministrandi & curam animarum exercendi & fructus percipiendi sic tamen quod ibi sit unus presbiter secularis qui per monachos episcopo præsentetur & ab eo instituatur & recipiat curā & eam exerceat pro se ipso omnia sacramenta ministrando & qui eidem episcopo & archidiacono teneatur de eorum multis respondere & quod in personis duorum uicariorum qui publice a populo rectores nominabantur dictæ ecclæ seruirent. deinde quidam a papa dictam ecclesiam tanquā uacantem & deuolutam impetrauit. an ualeat huiusmodi impetratio & censeatur ex uerbis dictis colligi dictam uicariam esse perpetuam & non temporalem & perconsequens in ea cadere ius deuolutionis uicariæ. Respon
1 deo primo quia † etiam in ecclesijs spectantibus ad mensam monasterii pleno iure & quo ad omnia supradicta dictus uicarius dicitur perpetuus qui recipit curam quo ad regimen populi ab episcopo nota glos de exces. præla. capitu.frequens.in clementi.in fin.& est casus de capel. mona capitu.j.libro sexto.nec obstat hoc quod datum est monasterio huiusmodi exercitiū regiminis quia dico quod uerum est tñ non datum fuit ut per se sed per uicarium suum exerceat sed quia non per eos sed per episcopum instituitur ipsi illum non possunt amouere. Ideo censetur pertinere sibi non monasterio uicariatus dispositio de officio.archidia.capitu.j.nec obstat quod præsentant quia etiam si prouiderent & manualiter reuocarent nihilominus beneficium esset perpetuum in regularibus ut clementi.j.de exces.præla.licet secus crederem in secularibus archi.ff.de adopti.l.quæsitum.lxx.distin. capitu. ij.nec patronus aut collator priuat quem præsentauit uel cui contulit sine causa.l.dis.satis peruersum de offic.ordi.capitu.conquerente.
Secunda ratio est quia finis est inspiciendus.ff.de cōditi. ob causam.l.penul.ff.de condi.& demonstra.tale.§.legato.Sed causa fuit ut iste responderet episcopo & archidiacono de iuribus suis quod tamen non posset uicarius tēporalis.
Præterea tertia ratio est quia consuetudo est mos loquendi interpretem nobis ex uerbis mentis de consuetu.capitu.cum dilectus.ff.de legibus si de interpretatione. modo iste appellatur uulgariter rector ergo.&cætera. Præterea etiam additur ad rationem primam quod si monachi habent etiam facultatem spiritualia exercendi hoc posset pluribus insolidum in eadem plebe competere ut rectori episcopo & legato papæ & etiam uidentur monachi per se spiritualia huiusmodi exercere. Item uicarius non dicitur ad aliud puta ad rectorem & idem est de eo & si sciat ergo rectoriam unitam & sciat eam regi per uicarium perpetuum ut de præbend.capitu. extirpādæ.§.qui uero.& cle.j.de offi uica.
Quarta ratio quia fienda est in dubio interpretatio quæ magis ecclesiæ profit & quæ magis pia sit simile.ff.solu. matrimo.l.j.modo ecclesiæ expedit habere talem uicarium perpetum quia pastor talis est & melius de omnibus intuetur. Per hoc est responsum ad id quod aliqui dixerunt quod dicta uerba possunt interpretari ut cura daretur per episcopum uicario temporali per nota. Innocen. de offic.archiaco.capitu.cum satis.nec obstat quod dictum est ecclesiam uacare cum tamen unita uel incorporata non uacet quod intelligendum est & exponen-
2 dum de uicaria quia cum † ad proprium sensum uerba nō possunt trahi ad iproprīū referuntur.ff.de of.cōsul.l. ij.de rescript.capitu.cum aliquibus.libro sexto.saltem ut res ualeat.capitu.abbate.de uerbo.signific.propter quod præmisso modo licet proprie non uacet uidelicet quod principali prælato careat.uacat tamen in eo quod secundario prælato uiduata est ergo.&c.

Decisio. XXV. alia.472.

Summarium.

Si quis in impetratione nouæ prouisionis expresfit possessionem pacifice assecutum probando se posfidete per apprehensionem cordarum.non sufficit ad excusandum dictam nouam prouisionem a surreptione quia noua prouisio ex falsa narratione redditur surreptitia.

IN casu conclusionis supradictæ si reus confirmatus prædictus in dicta confirmatione expressit quod fuit possessionem pacifice assecutus. secundo quod fructus percipiebat. si primum probat hoc modo quia per cordas & uestimenta &c. intra ecclesiam fuit in possessionem inductus Secundum nõ probat nihilominus sua cõfirmatio non est surreptitia. quia si habuit possessionẽ ergo liberam facultatem fructus percipiendi. nisi aliud appareat. ut. l. bonæfidei. ff. de acqui. re. do. ꝙ si esset, debet de hoc per partẽ excipi. sed præsumitur quod perceperit ut. l. cum defunctus. C. arbi. tute. & . l. cum de indebito. ff. de proba. quid enim ad rumbum cũ percipere libere possit. & cum perceptio obstante reseruatione sit in facto q3 quã in apprehensione fuit ignota non uideo tamen dominus corsieñ. fuit in contraria opi. quia secundum eũ dictæ consequentiæ non sunt necessariæ replicaui tñ ista nõ fore plene probanda. per no. in. c. exceptiones. & in regula infamibus. lib. vj. tamen hoc non est sine dubio.

Decisio. XVI. alias. 445.

Summarium.

Canonicatus collatus per papam in gratia expectatiua in ecclesia ubi est certus numerus extinguitur siue redit ad papam. si ille habẽs gratiam assequitur illum infra numerum uacantem.

Epitome.

1 Canonicus sub expectatione præbendæ uacaturæ receptus ubi est certus numerus præbendarum non dicitur beneficatus.
Beneficij collatio sub forma expectatiuæ an sit ualida.
2 Separatorum separata est ratio.
3 Potestatem habens conferendi beneficium personæ idoneæ an possit conferre expectanti.
4 Canonia dicitur beneficium nomine, titulo, prærogatiua, & reali commodo.
5 Canonicatus ecclesiæ cathedralis honor est & dignitas.

SI legatus apostolicus habet auctoritatem conferendi beneficia uacantia infra suam prouintiam auctoritate apostolica personis idoneis. etiam unicum beneficium obtinentibus. conferat certum beneficium uacans alicui obtinenti unicum beneficium & actu habenti canonicatum a papa sub expectatione præbendæ in certa ecclesia. fuit dubitatum & in relationibus publicis positum & super hoc solemniter alle. an ualuerit huiusmodi col-
1 latio. † ratio dubitandi fuit utrum canonicus sub expectatione præben. auctoritate apostolica censeatur beneficiatus si sic. tunc clare constat collationem legati prædicti non ualuisse. si uero non. tunc ualet & tenet. per. cap. is cui. de præben. ij. R. libr. sexto. quod prædictus expectãs non censeatur beneficiatus. & per consequens collatio sibi facta per legatum tenuerit. fuit alle. primo si beneficiũ uacat ad illud plures non possunt eligi. ut infra. ca. maioribus. de præben. ergo. &c. sed ad canonicatum uacantẽ plures eligi possunt de præben. c. dilecto. & de constit. c. cum. m. & no. Inno. in. d. c. maioribus ergo præterea præbenda sumpto largo uocabulo est quia aliquid præbet. qa dicitur a præbeo ut no. per summist. & præsertim per Hosti. in. ti. de præben. in princ. & in. d. iure. sed canonicatus de se nihil præbet ergo. &c. & si dicatur immo ratione canonicatus debentur distributiones quotidianæ. ut in. c. relatum. & in. c. dilectus. de præbend. ergo aliquid præbet. Respondetur quod hoc non sit principaliter propter canonicatum. sed ratione interessentiæ diuinorum. ut in. c. licet. de præben. & in. c. unico. de cle. non resi. libro vj & sic ratione certi ministerij personalis. & propter operas impensas potius debentur quam ratione præbendæ ut no. in eisdem iur. & facit. l. j. in. ij. rescripto. ff. si mẽ. fal. mo. dix. licet enim ratione expectans possit consequi beneficium. non tamen dici debet beneficiatus. ratio non enim aliqd debet dici tale ex eo quod potest contingere tale. sed solum modo quod est. probat tex. in. l. j ff. de in lit. iuran. ff. de si. cõ. li. l. iiij. §. j. hoc ẽt probatur qa de beneficio actu loquitur tex. bullæ cõcessæ legato facit. l. q seruus. ff. de condi. ob causam. Item intelligitur de beneficio inseparabili ab illo. qui debet impetrare conra uoluntatem impetrantis probat. l. ij. & . iij. cum ibi no. ff. so. ma. acquisitis non auget factum rei. & hoc est quod dicitur de seruo alicuius habere instituto. non propterea dicitur dominus locupletior. nec seruus maioris æstimationis quam prius. ut in. l. prætia. ff. ad. l. fal. & redditur ratio in tex. quia multis de causis accidere potest ne seruus hæreditatem adeat ac si tex. aperte diceret quod illud quod potest acquiri & non acquiri ante realem & actualem acquisitionem quẽquam nõ reddit locupletiorem. quia multa accidere possunt ut illud non acquirat. l. naturalẽ §. j. et. ij. rescripto. ff. de ac. re. do. tale enim est beneficium quod ex euentu dependet. hoc est canonicatus sub expectatione præbendæ Item si expectans censeretur beneficiatus posset permutare. sed doct. tenent in. c. j. de re. permu. lib. vj. quod non potest ergo pro primo est text. in. c. quæsitum de rerum ꝑmuta. secundo est. Hostien. in sum. in ti. de præben. §. cui sit conferenda. uer. beneficiorum. & eodem titul §. j. uer. canonia per eundem ubi dicit quod nec fructus recipit nec est beneficiatus. præterea ius ad rem permutare non potest. ut no. fre. de senis in tractatu suo de re. permu. sed canonicus sub expectatione ꝑbẽdæ nõ habet ius in re sed ad rem ut in. c. quodam de præben. lib. vj. c. si. de conces. præben. eo. li. ergo. &c. Item canonicus sub expectatione præbendæ nullum ius habet nisi sub conditione casuali hoc est si uacet &c. sed sicut ille cui debet aliquid sub cõditione casuali nullum ius habet nisi conditione aduenięte. ut. l. multum interest. ff de condi. & demonstrationibus in princ. facit. l. cum ad tempus. ff. si cer. pe. Item benefi-
2 ciatus † & expectans beneficium sunt diuersa. ut i regula beneficium de re. iur. lib. vj. & in dicto. c. quodam. & . cap. si. ergo non sunt idem. quia separatorum separata est ratio. l. iij. C. de codi. de deci. capitu. ad audien. & . ca. cum in tua. de præben. c. cum in illis li. vj. cum si. Itẽ licet duo beneficia curata sint incompatibilia. de elec. ca. dudũ. de præbend. c. de multa. de rescript. c. gratia. libr sexto. tamẽ habens huiusmodi curatum beneficium unicum. potest impetrare expectatiuam ad aliud simile. nec uacabit primum donec fuerit possessionem secundi uigore expectatiue pacifice assecutus ut in. c. non potest de præbend lib. vj. & not. in clemen. si plures. eodem titulo in glo. idem uidetur & in constitutione execrabilis. Io. xxij sic ergo uidetur dicendum in proposito nostro. ꝙ licet habeat unum beneficium & sit expectans ad aliud quod propter hoc non dicitur habere duo beneficia Item si aliquis habet conferendi potestatem auctoritate apostolica beneficium idoneæ personæ poterit ne conferre personæ habenti. beneficium. dicit tex quod non. dummodo illud beneficiũ sit sufficiens. alias si haberet tria uel quatuor insufficientia tali posset iuxta prædictam formam prouideri prout le. & nota. in dicto. c. is cui de præbend. libr. vj. at in casu nostro constat quod expectans non est beneficiatus sufficienter. quia nondum percipit fructus. ut in dicto. c. relatum. & . c. dilectus. nec habet ius in re. sed ad rem. ut in iure superius alle. nec fuit probatum quod beneficiũ aliud quod hic prouisus obtinuit. erat sufficiens quod requiri-
3 tur. ergo. & cætera. quærunt etiam doctores utrum † habens potestatẽ cõferendi beneficiũ idoneæ personæ possit conferre expectanti iuxta formam. d. capitu. is cui. dicunt quod sic prout no. Ioann. and. in nouell. in. c. fin. de præben. in antiquis. ratio quia non censetur beneficiatus & supposito sine præiudicio quod sit beneficiatus saltem non est sufficienter beneficiatus ut superius deductum est ergo. non ob. sibi prædictæ. dec. & quale beneficium dicatur sufficiens & quale non. & quid consideretur in hæc sufficientia. satis plene habetur & not. in. cap. cum a deo. de rescript. iuncta glos. fin. ibidem & in. c. de multa. de præbend. præterea pro decisione istius quæstio. uidetur esse casus in. cap. in nostra. de rescript. iuncta glos. fin. ibidem. nam ibidem dicitur quod licet habens unam expectatiuam & impetrans aliam teneatur facere mentionem de prima alioquin secunda gratia est surreptitia. tamen reuera propter hoc non censetur beneficiatus. nec beneficium assecutus. pro quo etiam faciunt not. in. capit. si motu proprio in fin. de præbend. libr. sexto. & not. in. c.

si postquam per ar.co.ti.& li. Inoppositam fuit alle.quod
4 canonia † dicitur beneficium ad effectum de quo quæritur quatuor modis.uidelicet.nomine.titulo.prærogatiua. & reali commodo Nomine dicitur beneficium. quia est ius quodam spirituale. quod ex electione seu institutione alicuius recepti in canonicū & infratrē oritur uel creatur & uocatur hoc spirituale beneficium siue ministerium ecclesiasticum ex quo competit stallum in choro locus et uox in capitulo.ut in.c.dilectus.& in.c.relatum & no. p ar.in.c.hii qui de præben.li.vi.melius par gui. de monte lau.in.cle.si iuxta. co.ti.nomine enim beneficii intelligitur canonia ut expresse no.ar.in.c.præsenti de præben. in.i.glo.li.vi.remittēs ad no.sua.in.c.si motu proprio. co. ti.in glo.nomine ubi ipse hoc expresse tamen & uiceuersa sub nomine canoniæ continetur omne beneficium ecclesiasticum quod canonice obtinetur ut in.c.statuimus. uers.canoniis.de elec.per Io.mo.& ar.li.vi ita quod ratione nominis beneficium ecclesiasticum censetur.& multum est nomen habere.ut.l.a nullo iudice.C.de fer. & .l. fi.ad fi.de tes.& a significatione nominis arguitur de præben.c.cum secundum apostolum.nomen enim aliquando sine effectu aut substantia sustinet uicem significati.c. statutū.de rescript. §.i.iuncta glo.Io.mo.super.uers.canonicis.uers.sed pone.ecclesia cathedralis.ff.ar.fur.ce.l. uitem.ante fi.cum ergo canonia sit beneficium ecclesiasticum nomine.posito quod non afferat reale commodum sufficit.ar.præmissarum.& ar.l.competit.§.i.ff. quod ui. aut clam Secundo quod canonia est beneficium ecclesiasticum titulo probatur ex præcedenti. nam quia est beneficium siue ministerium ecclesiasticum quod sine canonica institutione siue receptiōe haberi non potest. ut in regula beneficium.de re.iu.li.vi.& ideo ad electionem siue receptionem canonicorum absentes sunt uocandi.alioquin eis instantibus nil ualebit receptio.ut.in.c.cum in ecclesiis de præb.li.vi. qui quidem titulus uidelicet canoniæ in laicum non cadit nec p ipsum potest obtineri quouis modo prout le.& no.in.c.cum.m.de consti.uers.receperunt & uers.in canonicos per Inno.& de insti. c.in ecclesia.& no per Io.mo.& ar.& guil.in locis præ alle.ergo ratione tituli potest canonia dici beneficium ecclesiasticum

Tertio quod canonia sit beneficium ecclesiasticum. prærogatiua. poterit declarari sic.quia canonia & dignitas æquiperantur ut de rescript.c.statutum.§.i.li. vi. nam causæ illis sic obtinētibus dignitates a sede apostolica cōmittuntur ut ubi.sed quid si sit canonicus sub expectatione præbendæ alicuius ecclesiæ cathedralis.potest ne esse delegatus a sede apostolica.dicunt doctores ibidē quod sic.quia in huiusmodi delegatione plus consideratur dignitas siue honor canoniæ:quæ plus habet spiritualitatis quam præben.quæ plus habet temporalitatis.prout nota. guil in extrauag.sedes apostolica uer..cōseruator propter quam prærogatiuam canonia dicitur mater & præben. filia.quia ex canonia procedit & pro ea instituta est. prout idem guil.no.expresse in dicta cle.si iuxta.& ar.& Io. an. in.c.si clericus super.uers.recipere de præben.li. vi. Item habens canoniam sine præbenda potest & debet interesse electionibus tractatibus consiliis & alienatiōibus.ut in. d.iur.& doct.in membro primo superius alle.& no. per Inno.in.d.c.cum.m.super uers. canonicos ad fi.magnus
5 † est enim honor quem esse canonicum ecclesiæ cathedralis qui in forma communi non cadit.ut in.c.quamuis de præben.li.vi.facit.c.extirpandæ de præben.§.si qui uero talis enim canōicus ad ecclesiam ruralem propter honorem cathedræ inscribi non debet.ar.C.si curiales relicta ciuitate &c.l.una.li.x.no.ar.in.c.i.de consuet. in glo. fi.in.fi.li.vi.Quarto.quod canonia sit beneficium ecclesiasticum reali commodo probatur per præmissa quia ratione solius canonicatus. percipit distributiones quotidianas.ut in.c.dilectus.&.c.relatum superius alle.participabit etiam de communibus redditibus & super excrescentibus fructibus ut in c.cum omnes.&.c.cum m.de consti & ibi no.habet etiam mensam grossam immo omnes fructus ubi non est distinctio præbendarum ut.in.c. dilecto. de præben.& de conces. præben.c.ex.parte.& c. fi. li. vi. præterea habens gratiam in communi forma pauperum si postea impetrat gratiam specialem de canonicatu sub expectatione præbendæ statim expirat prima.& cassatur in secundis literis ratio quia iam censetur beneficiatus et sic non pauper.ut.in.c.si pauper.de præben.li.vi.Ex quibus concluditur quod canonia ratiōe nominis tituli prærogatiuæ.& realis commodi.dicitur beneficium ecclesiasticum.si sic non ualuit ergo prouisio facta per legatum uigore concessionis sibi factæ.obtinenti huiusmodi beneficium aut canonicatum sua expectatione præbendæ ꝙ quidem dubium non fuit protunc determinatum in rota sed pro determinatione posset dici quod receptus in canonicum ultra numerum ut omnes apostolici expectantes non possunt dici b eneficiati qa tales hodie de consuetudine & obseruantia uniuersalis ecclesiæ nec habent uocem in capitulo nec participant de quotidianis distributionibus.nec de fructibus super excresentibus & uocantur canonici in herbis.nec perpetuo retinent illum canonicatum per papam collatum.sed uacan.præbēda distincta canonicali inter numerum & collata impetranti. statim prouisus consequitur nouum canonicatum infra numerum.& primus esse desiit.& redit ad papam prout no. Io.de leg in.c.dilectus.de præben.& compos.in.cum.m. &.c.capitulum.de rescript.faciunt pro hoc not. per Io. an.&

Arch. in.di. c. sic clericus.super uers. recipi.li. vi.at ubi non esset certus numerus canonicorum nec præbendarū. ibi receptus in canonicum potest dici beneficiatus quia statim consequitur præbendam.& uocantur hæ præbēdæ consecutiuæ.ut in.c.fi.de conc.præben.li.vi.idem posset dici ubi esset certus numerus canonicorū sed non præbendarum.per ea quæ le.& not.per. Inno.in.c. dilectus. &.c.dilecto de præben.& de conces. præben.c. ex parte. &.c fi.li.vi.pro hac parte faciunt no.per.Io.an.in nouel. in.d.c.nostra.in.q.quæ incipit nunc quæritur.& per eum in.d.c.si motu .proprio.in nouel..

Decisio. XXVIII. alias.448.

Summarium.

1 Verba gratiarum extenduntur & obliquātur iuxta formam iuris communis ut ipse gratiæ ampliorem.quam possit effectum consequantur.

Fvit dubitatum utrum habens gratiam a papa de beneficio spectan.ad collationem & prouisionem alicuius episcopi. possit acceptare canonicatum & præbēdam alicuius ecclesiæ collegiatæ suæ diœcesis ad ipsius præsentationem & capituli remissionem spectantem de quo domini bene dubitabant.nam licet inter prouisionem & præsentationem & electionem sit magna differentia ita quod uno istorum modorum expresso non uenit alius.ut.in.c.cum in illis.de præben.li.vi.iuncta cle.i. eo.ti.cum ibi no.& de iurepa.c.fi.tamen secundū aliquos attento quod regulariter dispositio omnium beneficiorū existentium in diœce. spectat ad episcopum.x.q.i. regenda.&.c.de persona xvi.q.i.c.omnes basilicæ.de hære.cū ex in iuncto. uerbum præsentare posset in casu nostro intelligi pro conferre.& haberet uim collationis sicut uerbum eligere sæpe ponitur pro præsentare ut in.c. quærelam.de elec.sæpissime enim uerba obliquātur in iure propter consonantiam iuris communis & ideo licet laici patroni utantur uerbis collationis tamen summitur pro præsentare.ut sic consonet iuri communi.pro ut le.& no. in. c. fi.de iurepa.& uidetur ex.in.c.dilectus.de præben. ibi ponitur collatio pro præsentatione.præterea præsentatio debet fieri per inferiorem superiori.ut.xvj.q.vij. decernimus.& de iurepatro. c. pastoralis.&.c. præterea. cum multis ibidem. capitu.si igitur præsentatio in casu nostro summeretur proprie & admissio capituli pro institutione esset ordo præposterus & dissonus a iure communi.uidelicet quod superior haberet præsentationem. & inferior institutionem contrarium tamen inferior debet habere præsentationem & superior institutionē.& sic de iure comuni fieri debet ut in iure supius alle. nisi uelimus dicere ꝙ capitulū in hoc casu sit maius episcopo. cui for

te.hoc possit competere ex fundatione priuilegio uel consuetudine.de insti.c.cum uenissent.de concess. præben. c. post electionē.de.of.or.c.irrefragabili.§.excessus cum si.si uero admissio capituli non sit iuris sed facti.quia non habet uim institutionis.sed duntaxat præsentatum per episcopum habet de fato admittere & recipere ad mandatum ipsius.ut in c.eam te.cum ibi no.per Inno.de rescriptis.& de præben.c.pro illorum in fi.prout domini immaginabantur consulendo domino auditori qui habuit causam & factum proposuit ut de hoc se informaret tunc indubitanter prædicta præsentatio nedum haberet uim collationis.sed etiam institutionis.&sic caderet dicta præbenda in gratia apostolici impetrantis. & sic pro tunc nil fuit conclusum nec decisum.

¶ Additio.de quo ꝑ bal.in.l.si tibi.ff.si cer.pe.& in.l. sed si possessor.§ sed si rerum.ff. de iure.iur. in recollectis. ꝙ no.pro saluandis testibus ne incidant in periurium. & in.l. sancimus.C.de sacro sanc.ecc.ubi omnino uideas.

Decisio. XXVIII. alias.480.

Summarium.

Collatio uel mandatum de prouidendo facta uel factū monacho de ecclesia parrochiali uel alio beneficio consueto clericis secularibus assignari etiam de licentia abbatis sine dispensatione canonica est nulla ipso iure.

Collatio facta de parochiali ecclesia.&c. repetita ab Egidio conclus.714.ad literam.

Decisio. XXIX. alias.486.

Summarium.

Nuntius apostolicus cui est concessa facultas recipiendi resignation.ab obtinen.beneficia minus iuste & ad eadem beneficia illos habilitandi & de perceptis fructibus pro camera apostolica concordandi non potest conferre beneficia sedi apostolicæ generaliter reseruata sine speciali mandato.

Epitome.

1 Gratia de prouidendo aliquibus de beneficio non extenditur ad beneficia generaliter reseruata.

2 Potestas legatis a latere generaliter data super beneficia non includit beneficia specialiter papæ reseruata.

3 Clausula motu proprio in literis beneficialibus inserta nō est ampliatiua sed fortificatiua.nec includit uerisimilia.

Nuntius apostolicus cui ad ꝑsonā ipsius & eius officium honorandum.& ad prouidendū animarū saluti conceditur ꝙ ab obtinentibus beneficia minus iuste in prouincia ad quā iste nuntius destinatur.possit resignationes recipere & obtinere ad eadē beneficia seu quæuis alia habilitare ac cū eis pro camera apostolica de perceptis fructibus concordare. & de huiusmodi benefi-
1 ciis personis ipsis prouidere.si sint aliqua † talia beneficia generaliter reseruata.ut puta per constitutionem execrabilis.illa conferre non poterit.licet aliqui contra. Probatur primo quia hæc potestas data isti nuntio quæ reuera recipit magnā restrictionem ut de præben.c. is cui li.vi. quia non est motu proprio facta cum non dicitur hoc in literis ut.c.si motu proprio.de præben.li.vi.non est magis fauorabilis ꝙ potestas a iure data ordinariis ut.v.q.i. peruenit cū si.quæ non recipit.restrictionē.ut in.cle.& si ab apostolicæ.in fi.de of.or.tamen & illa non includit beneficia re-
2 seruata secundū omnes ergo &c. Itē potestas † data legato de latere generaliter quæ non est minus fauorabilis non includit beneficia specialiter papæ reseruata. de of.le.c. quod translationem.cū ibi no.ergo nec specialiter data. ut in.c.dudū de præben.li.vi. Item nec potestas data executori licet comprehēdat deuoluta ut in.cle.de beneficio. de præben.non tamen includit specialiter aut generaliter reseruata secundū omnes. Itē uidetur casus in.c.ii.de præben.li.vi.licet loquatur iu uno genere reseruationis generalis.quia idem est iuris hodie in aliis cum eadem est ratio in omnibus &c.ratio quia in generali concessione non ueniunt ea quæ sunt concedenti specialiter reseruata.ff. de. of.eius cui mā.est iur.l.i.primo respon.ff.de mino.l.illud ff.de pig.l.generali .&.d.c.quod translationem.cū ibi no. & ꝙ no.ii.q viii.de.causa.& quæ no.Io.an.in. d. c. ii. de præben.li.vi.in nouel.& pro hoc dicit fre.in tractatu suo de rerum permu.q.ii.& alle in.c.unico de rerum permu. li.vi.quod si detur potestas specialis legato recipiendi renuntiationes ex causa permutationis ut beneficia reseruata.ex huiusmodi causa conferre non poterit beneficia reseruata.& sic reseruationē non includit.& sub gratia fa-
3 cta † motu proprio non ueniunt beneficia reseruata quod uidetur fortius quia motus proprius non amplificat gratiā sed fortificat nec includit non uerisimilia supra conclu. 6.&.7.eo.ti.ubi plena materia motus ꝑprii.sed si opponitur de fauore qui debetur saluti animæ reuersæ. respo. ꝙ ibi concernit renuntiationem quā puto ualere absq; collatione.per ea quæ no.de of.le.c.deliberatione.§.prohibemus.& in.d.c.dudum nec ob.si dicas non esse alias constitutiones inhabilitantes quā quæ ex materia constitutionis. c.exacrabilis.quia hoc est falsum.quia.c.licet canō minorem inhabilitat.&.c.commissa inhabilitat tenentes ultra annum non promotos.& ti.de fi.presbi.& de cor.ui.&.c. quicunque de hær.& cle.si quis de pœnis.& sententia hominis inhabilitat ut de se patet quinimmo nec ualet ratio per no.pulchre alex ubi supra.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE.

Summarium.

Impetrans in forma pauperum qui infra mensem suppurificanda gratia diligentiam suam fecit.potest post mēsem uacans beneficium acceptare.

Decisio. I. alias 17.

Fvit dubitatum utrum ualeret acceptatio *facta infra mensem per impetrantem apostolicum in forma comuni pauperum ante purificationem gratiæ suæ.quam licet ipse per executorem suum ante acceptationem petierit purificari.tamen idem executor purificare recusauit.uidebatur quod non.per cle.cum ei quem de concess. præben.& de rescript.si pro te.li.vi. In hanc partem multi domini auditores tempore domini Innocentii declinauerūt dicentes non competere remedium impetranti nisi contra executorem.per.c.pastoralis de iurepa.de fil.presbi.c. ueniens Pro hac parte etiam secundum dominum egi optime faciunt.C.de condi.inserti.l.i.&.l.legatum.ff.de cōdi.& demon.l.in testamento quæ uolunt quod defectus etiam conditionis mistæ sine culpa. &c. impediat legatū siue actum implendum. Tamen hiis non obstan.dominus Inno.a dominis auditoribus tunc consultus declarauit prædictam acceptationem ualuisse & ualere.& collationem factam per ordinarium infra mensem post dictā acceptationem & ante purificationē huiusmodi gratiæ nil ualuisse.dummodo constaret impetrantem fecisse diligētiam quam potuit.ut gratia sua purificaretur & non stetisset.per eum quo minus purificata fuisset per executorem: per regulam quod per me non stat &c. facit de consti.c. ii.de re.iuris sine culpa li.vi.facit etiam.c.commissa.de elec.eo.li. Pro hac parte etiam allegabatur.tunc.l.iuris ciuilis.ff.de condi.& demonstrat.& not.per pau. & genze. in prædicta clem.cum ei quem.quæ non obstat conclusioni huic quia loquitur quando stat per impetrantem & non per executorem quo minus gratia purificetur.at in casu nostro stetit per executorem. & non per impetrantem ergo.& sic ab illo tempore citat semper fuit sic obseruatum in palatio dummodo ex post etiam post mensem cōstaret uel constare posset de habilitate & bona conuersatione impetrantis.tempore impetrationis & acceptation. prædictæ.Sed pp.l.in contrarium alle. de mista conditione. quæ ex meo & ad mei. fauorem. & ex alterius facto

* Acceptatio add. infra in an deci.38 co ti.

facto dependet, dominus egi. distinguebat sic multū pulchre quia aut deficit ex casu contingenti in personā illius in cuius persona debet impleri aut ex conditione alterius recusantis consentire conditionis implemento. Primo casu habetur conditio pro deserta .ut.l.i.&.l. legatum. C. de condi. infer. Secundo casu habetur pro impleta. C. de insti. & substi. sub condi. fac. l. i. si uero impeditur per illū qui implere debet sibi imputet si per tertium distinguitur an sit soluēdo uel non, prout ista no. per glo. & per Cy. in. d. l. i. C. de insti. & substi. sub cōdi. fac. & in. d. l. legatum ꝑ eundē modo hoc nō deficit conditio per casum contingentē in personam impetrantis. sed per conditionem executoris. ergo. c. qui etiam soluendo non est cum ista spiritualia non capiant interesse. nec æstimationem. i. q. ii. quā pio. de simo. c. querelam . & ibi no ergo ad id agi non potest per impetrantem contra executorem & sic non procedit ratio. c. in contrarium alle. uidelicet. c. pastoralis de iu repa. & c. ueniens. de fil. presbi.

Vide infra eo. x. in ordine habens gratiam.

Additio. per impetrantem in forma dignum arbitramur infra mensem acceptatio facta uidelicet. etiam si executor non recusauerit purificare dum tamen post mēsem sequatur purificatio. sed collatio ante purificationem non ualet.

Decisio. III. alias. 95.

Summarium.

Durante mense ad acceptandū manus inferiorū sunt ligatæ & dispositio. §. secus procedit etiam in gratia in forma pauperum, ut adiectio mensis aliquid operetur.

Epitome.

1 Gratia in forma laudabili ligat manus ordinarii intra mēsem ptopter decretum. sed decretum adiectum in gratia in forma pauperum ante purificationem non ligat Paragraphus secus. in cle. cum ei quem de concess. præben. procedit etiam in gratia in forma pauperum.

2 Decretum adiectum in gratia conditionali non afficit ante conditionis existentiam. Conditio quæ suspendit effectum gratiæ suspendit etiam effectum decreti.

* Secus add. deci. infra eo. ti. in āti. 38 48

1 Paragraphus secus* in cle. cum ei quem. de cōcess. præben. habet locum † ne dum in forma gratiæ sed etiam pauperum. post purificatiōem ita quod ante ipsam ligate non sunt manus ordinarii. & hoc tenuerunt omnes domini in rota. me. & domino Ruberto duntaxat exceptis. qui alle. xii. solennes doc. scribentes & tenentes contrarium prædicti uero alii. domini alle. pro se Oldra. in. q. suis & Io. an. in addi. spe. ti. de conces. præb. & multos alios antiq. doc. qui tulerunt sententias cōtra pauperes apostolicos. & pro ordinariis, prout etiam recitat collec. in. c. proposuit. de conces. præb. & finaliter declinauerunt in opi. domini Ro. & meam quam etiam tenuit dominus & pater meus subtilissimus Io. de lig. dicens opin. contra tantum distare a uero intellectu illius tex. cum ei quē. quantū celū a terra. idē tenet Io. cal. in. d. cle. deducens ꝙ alias nihil operaretur appositio mensis. quæ tamē ut ibi dicit tex. debet. aliquā utilitatē afferre impetrāti hāc opi. tenuerūt antiq. & tenēt uidelicet Pau. genze. Stephan. q etiā fuit auditor sacri palatii. Guil. de mōte lau. q posuit expresse formā & stilū scribendi tpe cle. v. ante editionem constitutionis illius in qua dicebatur sic post illa uerba. ꝙ duxerit infra mensem acceptando ita ꝙ interim manus ordinarii & cuiuslibet alterius fuit ligatæ. ꝙ hodie dicit ipse non oportet ꝑpter. §. secus. Idem tenet math. ang. ber. mey. ia. ymberti lapus fre. de senis in hanc opi. declinat etiā do. Car. uiuarien. nō modice authoritatis uir. in cuius pectore omnia iura sunt recondita secundū hanc opi. fuit. lata una sentētia in palatio per dominū Io. de uayrolis ꝑ paupere apostolico & reuocata ꝑ dñm Egi. Bella. & q multū copiose & ꝓlixe scripsit in. d. §. secus. & ego taliter qualiter licet minus sufficienter contrarium scripsi & ut potui non satisfaciendo sed euadendo respōdi rationibus per eum tactis.

2 ¶ Additio ꝑ ista † pte facit qa decretū adiectū in gratia conditionali non prius afficit ꝙ conditio existat. sub qua gratia facta fuit. nā conditio quæ suspendit effectū gratiæ suspendit ēt effectū decreti tāꝗ accessorii ad dictā gratiam cuius naturā seqt̄. ar. c. si super grā de of. dele. li. vi. et si dicatur dictio ex nūc posita. in. d. §. secus inuit contrariū. q̄ uī uelle ꝙ a tpe datæ incipiat afficere secundū intentionē concedentis quæ primū locū obtinet in dispositiōibus sub conditionibus cōceptis. ut. l. condi. primū locū. ff. de condi. demon. sed expone ex nunc ꝓut ex tunc. quasi uelit dicere ꝙ existente conditione afficiat & non prius. ut no. Ih. no. Io. an. in. c. præterea de ap. sup uerbo non satisfeceris. & ꝑ hoc etiā. facit. c. qa cunctis. de cō. ꝑb. li. vi. ubi decretum super incerto positum non operatur effectum.

¶ Alia additio. consilio. lxvij. sed iste tenet primā opi. cōtra paupem. unde male alle ꝓ opi. tua. & domini Ro.

¶ Alia additio istā op. firmat expresse lapus in præal. §. secus ubi dicit ꝙ siue grā sit pura siue cōditiōalis q̄ādo mensis apponitur decretum infra mēsem afficit etiā. ante gr̄æ purificationē. sicut afficit ante acceptationē quādo pure ꝓ aliquo est scriptū de beneficio ꝙ in mensem duxerit acceptandū idē sequit̄ ibi pau. q refert quosdā dictū. §. intelligere etiā in grā informa pauperū obtenta unde ipse dicit ꝙ non refert siue primæ lr̄æ sit in forma pauperū conditionaliter conceptæ. & secundæ lr̄æ sint gratiosæ. uel primæ & sint eiusdē formæ. cum tex. d. §. secus. generaliter loquat̄. solū ergo attendendū est an decreto sit tempus adiectū uel non ut primo casu liget ut adiectio temporis aliqd operetur. secundo uero casu non liget secundū eū ergo ꝓ nūc nō uideo rationē quare tēpus certū iuxta gratiā conditionalē positū habeat producere illū eundē effectum quē producit grā pura facta & ideo ab hac decisione non puto tutū recedere & ita fuit sententiatū in causa Olmicensi ꝑ maiorē partē dominorum. secus dicerē in gratia fata in forma dignum. ubi est clausula retrotractiua ad tempus datæ gr̄æ quæ annulat quicquid contra decretum extitit attentatum ut determinat deci. xii infra eo. ti. quæ incipit Itē si papa facit gratiam & ita uidi pluries obseruari in rota. & intelligas purificatione secuta alias decreta clausula non produceret retrotactionis effectum. Cogitabis tamen quia dubium est disputabile ualde.

Decisio. IIII. alias. 125.

Summarium.

Acceptāti beneficium sufficit probare beneficium ante acceptationē uacasse. licet testes uerum tempus uacationis non dicant.

Sufficit acceptanti* beneficium probare illud uacasse ante suā acceptationem. licet testes non percutiāt ad uerum tempus uacationis siue mortis. nā si probatur uacatio præcessisse acceptationem præsumitur infra tempus debitū factum fuisse & acceptasse. quilibet enim præsumitur diligens nisi probetur negligens. maxime in dubio quando tractatur de cōmodo uel lucro captando ar. l. si defunctus. C. arbi. tu. iuncta. l. cum de indebito. ff. de ꝓb. & de præsump. c. quia nō ē uerisimile ex quo. n. facta est præsumitur ꝙ in tps legitimū sit facta. sic dicitur in simili ꝙ ꝓbata confirmatione electoris præsumitur electionē fuisse legitimā etiā si de ligitimitate nihil constaret. no. hoc ꝑ inn. in. c. quia in cunctis de con. præb li. vi. & per pau. in. cle. cū ei quē. eo. ti. licet multum uideatur obstare. d. compo. in c. cū dilecti. de cle. ubi dicit ꝙ nedū sufficit. appellanti probare se appellasse. sed ꝙ inf. tpus legitimū uidelicet. x. dierū appel. ergo uī. sic. in ꝓposito.

* acceptanti adde Dominū Egi. 273. & infra eo in ann. decis. 13

Decisio. IIII. alias. 167.

Summarium.

Collatio præbendarū in collegiatis ecclesiis spectat de iure comuni ad dictarum ecclesiarū collegia. In cathedralibus uero spectat ad episcopum & capitulum. nisi consuetudo aliter disponat.

De collatione præbendarū in collegiata ecclesia an pertineat ad episcopū duntaxat uel ad capitulum illius ecclesiæ de iure comuni domini erāt uarii & diuisi quasi ꝑ mediū. aliqui dixerunt ꝙ ad episcopū qui est. præordinator in cūctis xxv. di. perlec. & habet dispositionē cunctorū bñficiorū suæ diœce. x. q. i. regenda & xvi. q i omnes basilicæ. de of. or. c. conquerente. de præb. c. illorū de con præb. c. quia diuersitatem de exces. præla. c. ad aures. ista faciunt pro contraria parte præterea licet ad episcopū & capitulum simul pertineat collatio præbendarū in cathe. ecclesia. ut in. c. cū ecclesia uulterana. de iure cōi secundū aliquos. secundū epm tātū. ut no hos & cōpos. ibi. & ēt in. c. licet de sup. ne. pla & in. c. dilecto eo. ti ꝑ ber. & in. c. registi. de testa. et plenius.

de hoc p Arch. in.c.a collatiõe.de ap.in prima gl. li. vi. tamen non est tanta cõmunio inter alias ecclesias dio.sicut inter ipsum & suam detest c. requisisti ibi enim ipse est per modum capitis.& alii ut membra & ideo nimirum si unus nil poterit sine alio de hijs quæ fi.a præl.c. nouit. &.c.quanto aliæ uero ecclesiæ collegiatæ habẽt suos speciales rectores & prælatos ut in cum. c.non ignores.de præb.de iure.pa.c.nobis de of.or.c.cum ab ecclesiarum præla.de elec.c.statutũ.li.vi.pro hoc alle.no.per.Io An. in.c.quamquã de elec.li.vi.quæ habuit locum in primitiua ecclesia sed hodie non.alii uero quibus.ego assensi tenuerunt contrarium.uidelicet quod ad capitulũ spectat. canonicorum receptio & collatio præbẽdarũ de iu.cõmuni in inferioribus ecc.suis p hoc all.duos tex.uidelicet.c. ex insinuatione. de symo. & c.cum ecclesia. de præb. li. vi.&c.extransmissa in fi.de renun.facit eti.c.ex parte. de con.præb.cum ibi no.p.Inn.notat in c.sciant cũcti.de elect.li.vi.per Io.an.Io.mo.quæ tamen glo.procedunt in elec.præla.collegiatarum ecclesiarum.de collatione uero inferiorum benefi.in illis ecclesiis ad quem spectant remittunt ad no.in.c.cum ecclesia uulterana.ibi ut puto est cõclusio quod ad ipsum collegium.& uide no in.c.ea nosci tur.de hiis quæ fi.a præla.p Ber.& Host.& Io. an.in c. si pro.te.de rescrip.li.vi.super.uers.episcopi & capituli. Dominus.Io.de Lig.ibidem recitans dictum Fre. de Senis. in disputationibus suis dicit quod ad collegium spectat præsentatio.& ad episcopum institutio. Probat nam sicut patrono debetur præsentatio ratione dotis.ut. in.c. nobis superius alle.sic ad collegium si de bonis suis erigat capellam seu præbendam.quod semper præsumitur per no.in. c.relatum.de testamentis.de priui.c.cum & plãtare.xvi. q.ij.c.ij.de iurepa.c.ex literis.de of.uica.c. ad hoc all. etiam c.uacan.de præb.&.c.ad audientiam.de eccle.ædi. alle.pro hoc no per Archi.x. q i.regenda.& no.per.Inn. de religio.c.cũ uenerabile.& no.per Io.an.in.c.i.de cap. pel.mo.li.vi.In quibus locis no.quod si in parrochia alicuius fundetur capella rector præsentabit.& episcopus instituet cuius dictum recitat archi.xvi.q.vij nullus omnino.ubi de hac materia.& melius per arch.i.d.c. a collatione circa fi.primæ glo.ubi concludit sic. nam licet aliquando capitulum sine episcopo eligat.tamẽ authoritas instituendi semper remanet penes episcopum.Et sic notauerunt antiqui doctores. Vincen.Lau.Ber.& Gof. in. c. ex frequentibus de insti.& Hosti.in sum.ti.de elec.§.quis possit eligere.uers.quid de electo per capitulum. Ego allegaui no.Inno.& Host.in.c.cum accessissent &. c.cum ex parte per compos.de consti.uidelicet quod licet capitulũ cathedralis ecclesiæ non possit facere statuta sine cõsensu episcopi.tamen capitula aliarum ec. de consensu suorum prælatorum possunt hoc irrequisito episcopo licet Inn.dicat cõtrariũ in.d.c.cũ accessissent. In materia tamen statutum hodie seruantur no.p Io.an.& Arch.de. uerb.sig.c.ii.li.vi faciunt tex.quatuor pro & contra. de rescript.c.cũ aliquibus.de consue.c.cum in tua.ne se.ua.c. uno.de regu.c.fi.li.vi.

Decisio. V. alias.195.

Summarium.

Acceptatio & optio facta per excommunicatum ualent cũ sint facti.sed collatio & prouisio ei facta non.quia sunt iuris.

Epitome.

1 Acceptatio per excomunicatum tenet prouisio autẽ non.
2 Excommunicatus potest beneficium optare & acceptare.
3 Procurator excommunicatus quare non admittatur.

1 ACceptatio † facta per excommunicatum.ualet & tenet sed prouisio non.pro primo allegabantur no.in.c.ueritatis.de do.& cont.per Inn.& in. c. decernimus.de sen.ex.li.vi. Nã acceptatio nõ est nisi quædã declaratio uoluntatis quã excommunicatus retinet. & ideo matrimoniũ contrahere potest de eo qui dux.in ma. c.significasti testamentũ condere contrahere.ut no.in. d. iuribus & in.c.cũ uoluntate.de sen.ex.Præterea declaratio huiusmodi uoluntatis est facti & non iuris quia per eã non acquiritur ius in re sicut per prouisionẽ.licet ad rem,

Infra in anti. eo.ti.deci.8.

ut.c.fi.de cõcess.præb.li.vi.sed ea quæ sunt facti possunt exerceri & fieri per excõmunicatum.ergo ut in.c.pro illorũ.de præb.in.fi.de sen.ex.c.si uere.Item excõmunicatus deportato æquiparatur.ut no.ff.de test.l.eius qui.insti.de capi.di.§.minor.& no.Inno.in. c. qualiter.& quando ij. de acc.sed deportatus retinet ea quæ sunt iuris naturalis gentium.ut.l.quidã.ff.de pœnis.& uoluntas est de iure naturali.ergo. In cõtrariũ uidet facere.l.oratio.ff.de spõ. nam aliquo prohibito omne uidetur prohibitum per quod deuenitur ad illud.i.q.iij.quam pio nec debet concedi una uia per quod prohibetur alia.de procu.c.tuæ.de cle. con iug.c.uno. li.vi.Sed prohibitus est excommunicatus eligere.& eligi.ut de cleri.ex.mi.c.postulasti.&.c.fi. de æta. & quali.c.cum bonæ.de consue.c.cum dilectus. &.c. cũ inter.de elec.illa a cõtrario.ergo.Item uidetur tex.ex pressus in cõtrariũ de præb.c.referẽte.ubi excõmunicatus nõ potest optare beneficiũ nisi absoluatur.sed põt respõderi ad illud.c.quod per illam optionem acquiritur ius in re & cẽsetur collatio siue nouus titulus.Crederem excõmunicatum posse optare sicut acceptare.& per hoc posset dici ualere optionem factã p excommunicatum iuxta formam.c.fi.de consue.li.vi.quia tale optio non uidetur noua collatio ut ibi no. per archi.

2 ¶ Add.Et adde hic aliam decisionem † quæ est in antiquis de sen.exco.de.viij quæ incipit No.quod excõmunicatus põt beneficiũ acceptare.&c.& aliam quæ incipit. sciendũ est quod aliqui dicũt quod excommunicatus põtest acceptare.&c.quæ est.ccccxxix.Et adde decisionem in nouis quæ est infra eo.ti.x.quæ incipit. Item no. quod habẽs gratiã in forma dignum.& quod prouisio facta ex cõmunic.ut infra in.fi.dicitur sed an executor excõmunicatus possit de beneficio prouidere uide in antiquis deci. ix.de sen.excom.quæ incipit.Item no.quod executor ex comnnicatus in qua dicitur quod executor excommunicatus repellitur qa constabat ipsum excõmunicatũ. secus si
3 ignoretur.ut in.fi.illius decisionis.Et est rõ quare † excomunicatus executor nõ admittitur.s.ppter periculũ comunionis ut in c.si celebrat.de cle.ex.mi.& illa quæ facit excommunicatus in iudicio ualent donec opponatur exceptio. ut no.in.c.pia de excep.li.vi.& de hoc uide omnino consilium d.Bartho.de podio positum in li.ubi est repetitio.c. cõmissa.de elec.li.vi.per bal.in consi.ccxlviii.

¶ Alia additio.contrariũ uidetur tenere Pe.de perusio.in c.referente.de præ.ubi dicit quod sicut excomunicatus non potest impetrare beneficium.de cle.ex.mi.c.postula. ita non habet potestatem eligendi alterum ex beneficiis per se prius obtentis eo casu quo de iure comuni datur optio & ideo absolutio ab excomunicatione precedit hãc electionẽ.& sic ius optandi non cadit in excomunicatũ ergo sibi denegabitur optio. de qua in.c.fi.de consue. li. vi.

Decisio. VI. alias.197.

Summarium.

Habens gratiã in certa ecclesia de beneficio inibi uacaturo põt acceptare beneficiũ uacans in cimiterio uel ambitũ uel capellis ipsi ecclesiæ contiguis situatum.

HAbens gratiã in certa ecclesia põt acceptare bñficiũ uacans.& situatũ in cimiterio ambitu uel capellis cõtiguis illius ecclesiæ qa ps illius eclesiæ sunt.& iõ polluta ecclesia.etiã capella prædicta polluta cẽset.de cõ.ec.uel al.c.uno.li vi.facit.c.si ciuitas.de se. ex.c.li.nã si suburbia sunt de continentibus ædificiis multo fortius ambitus capellæ & cimiteriũ ipsi ecclesiæ contiguũ ut in præal.iuri.secus uero si capella seu benefi. sit extra septa monasterii siue ecclesiæ situatũ licet. capelanus siue rector illius capellæ habeat aliquod certũ ministerium facere in ecclesia maiori puta interesse diuinis.uel infestiuitatibus celebrare uel similia.Consideraẽ.n.potius corpus bñficii & locus ubi est situatũ quàm seruitium siue ministerium quod alibi facere tenetur.ar.ff. de fundo instruc.l.cum quidam.

Decisio. VII. alias.219.

Summarium.

Si cõstet.de corpe bñficii.licet erreẽ in acceptatione. Valet

* Gratiã add. supr. de præb. de. xxij. infra 24. eo. ti.

ualet acceptatio quæ est mentis seu uoluntatis declaratio & tendit ad executionem gratiæ sed non ualet prouisio carens. certo prouisionis modo.

Licet impetrans gratiam* expectatiuam acceptet beneficium uacans per obitum. A. quod tamen uacauit per obitum. B nihilominus ualet acceptatio licet non ualeret prouisio secundum aliquos. Ratio quia potius debemus hæc considerare uacationem quam uacationis modum præsertim si acceptauit beneficium in certo loco constitutum puta ecclesiam parochialem talis uillæ uel præbendam talem uel sic nominatam. tunc. n. per has qualitates & circunstantias constat de corpore. beneficii acceptati licet sit erratum in persona. Constat etiam quod beneficium tunc uacans in tali loco siue ecclesia uoluit acceptare. & ibi pro tunc nullum aliud uacauit ar. l. certum. ff. si cer. pe de testi. c. licet ex quadam faciunt nota. per Ioan. mo. in. c. si tibi absenti de præb. li. vi. pro quo etiam facit. c. tua de sponsa. & not. per Inno. in. c. significante. de rescriptis. nec ob. c. susceptum de rescriptis. lib. vi quod non habet locũ in acceptatione quæ est quædam declaratio uoluntatis. & tendit ad executionem gratiæ. & ideo non mirum si erretur in modo uacationis quod non impediatur acceptatio. dummodo sequatur postea uera & effectualis prouisio, quæ dat ius in re de concess. præben. c. si. li. vi.

Decisio. VIII. alias. 247.

Summarium.

Impetrans gratiam ad beneficium cum cura uel sine cura ad collationem decani. &c. potest acceptare præbendam collegiatæ ecclesiæ sed non cathedralis.

Quod habẽs gratiam in forma speciali ad collationem decani & capituli alicuius ecclesiæ collegiatæ. de beneficio ecclesiastico cum curauel sine cura potest acceptare præbendam postea uacantem in ipsa ecclesia ad collationem dictorum spectantem nam nomine beneficii præbenda continetur. de uerbo. signi. c. tua. & c. olim. de præben. & c. pro illorum. & c. si. hoc uerum largo sumpto uocabulo. sed stricte sumẽdo non. secundum Archidiac. quem recitat Ioan. And. in nouella. in. c. gratia de rescriptis. in prin. li. vi. non ob. no. ar. in. c. cui de non. de præben. li. vi. & xvi. q. ij. alienationes. ubi uidetur uelle quod si in ecclesia sint minora beneficia quam sint præbendæ quod præbendam impetrãs non possit acceptareqa restringendæ sunt huiusmodi gratiæ potius quam laxandæ propter uitium ambitionis. de præben. c. quamuis. lib. vi. quod quidem dictum Archidiac. uide plenius per Io. and. in nouel. de præben. c. si super uerbo non extendatur. li. vi. Cuius opinio posset intelligi quando essent maiores & minores præbendæ. & esset consuetudo optionis uel statutum ecclesiæ quod nullus ualeat adipisci maiorem nisi prius habeat minorem. & per eam ascendat ad maiorem. quæ tamen consuetudo & statuta hodie frequentius tolluntur. per formam literarum apostolicarum. Præterea in literis pauperum duntaxat excipiuntur beneficia ecclesiarum cathedralium. ergo omnia alia ueniunt. immo in illis dicitur quod si pauper impetrans acceptat præbendam alicuius collegiatæ ecclesiæ. quod assignetur sibi stallum in choro & locus in capitulo. & quod iuret statuta per quæ expresse apparet ꝙ etiam habens gratiam in forma pauperum posset acceptare præbendam in collegiata ecclesia. & dicit Io. And. in. c. quamuis superius alle. in nouella quod impetrans ad collationem episcopi in forma speciali. potest acceptare præbendam in ecclesia cathedrali spectantem ad collationem episcopi. & hoc tenet rota. quia. c quamuis est tenendum in terminis suis. scilicet quando illa uerba posita in. c. quãuis inseruntur in gratia impetrantis & alias non.

Decisio. VIIII. alias 287.

Summarium.

Purificatio gratiæ facta per executorem in forma pauperum ad instantiam consanguinei impetrantis non habentis mandatum ualet.

Purificatio gratiæ in forma pauperum facta per executorem ad instantiam consanguinei impetrantis. nullum mandatum super hoc habentis ualet et tenet. Ratio quia in huiusmodi purificatione non requiritur causæ cognitio. nec partis uocatio prout legi. & nota per Innocen. & Hostien. de præsump. c. dudum. & de transla. c. licet. in. fi. per Inno. & in cle. iudices de offi. de le. per Io. And. & alios & plene per Pau. in clem. cum ei quem. de concessio. præben. Et potest fieri etiam ex officio & in absentia impetrantis quia cum alias fuit examinatus & in scientia repertus idoneus & propterea non sit necessaria eius præsentia. de sua conuersatione & uita debet fieri inquisitio in loco in quo. & ubi conuersatus est. de electi. c. postquam de præsump. c. quosdam secundum Paulum qui hoc not. in dicta clem super uers. per inquisitionem. ubi etiam dicit super uerbo prædictarum quod non sit necesse. licet sit tutum super hoc pronuntiare. sed sufficit quod executori constet per informationem receptam de laudabili uita & conuersatione. & sic sine declaratione posset prouidere. usus tamen & stilus habet quod super hoc pronuntietur. & hoc totius est. quia alias difficulter posset probari huiusmodi purificatio. An uero coniuncta persona possit sine mandato acceptare beneficium uide per Inno. & Hosti. de præbend. accedens. & Archi. de præben. si tibi absenti. super uerbo collationem. li. vi. & ibi per Io. an. in nouel. super glo.

Decisio. X. alias. 317.

Summarium.

Habens gratiam in forma dignum arbitramur. potest intramensem ante purificationem gratiæ beneficium cadẽs in sua gratia acceptare. sed non facere sibi prouideri.

* Gratiã add. supra. eo. ti. in fi. la. i. & in eo xij.

Epitome.

1 Beneficii acceptatio cadentis in gratia facta intra mensem ualet etiam ante gratiæ purificationem.

2 Acceptatio debet esse pura non conditionalis.

1 Habens † gratiam * in forma dignum arbitramur. si acceptet beneficium alias cadens in sua gratia infra mensem ante purificationem gratiæ suæ ualet & tenet acceptatio. dũmodo postea gratia sua purificetur. etiam post mensem quandocunque licet prouisio facta per executorem non ualeret ante purificatam gratiam. Ratio primi dicti est propter clausulam retroctatiuam in fine huiusmodi gratiæ positam. per quam retrotrahitur ad tempus acceptationis huiusmodi declaratio qualitatis siue purificatæ conditionis quæ inerat tempore etiam datæ gratiæ. puta ꝙ erat laudabilis uitæ. &c. Tũ etiam quia huiusmodi * acceptatio non est nisi quædam declaratio uoluntatis ipsius impetrantis uidelicet quod ipse præbendam hanc uult habere & non aliam. quæ quidem declaratio uoluntatis etiam potest fieri per inhabilem & excommunicatum. quia in facto consistit. * At hic in casu nostro apparet per subsequentem declarationem executoris ipsum tunc habilem fuisse. ergo. c. Ratio secundæ conclusionis est. quia executor non habet potestatem prouidendi nisi in euentum conditionis purificatæ quæ debet præcedere ipsam. ut in cle. cum ei quem. de concess. præben. facit. c. si pro te de rescriptis li. vi. Si igitur ante extantem conditionem prouideret. formam mandati non seruaret ergo nil ageret. per iura uulgaria. c. cum dilecti de rescriptis ff. mandati. l. diligenter de resti spolia. c. pisanis de præben. c. cui de non. li. vi. Inno. in. c. dudum. de præsump. ubi dicit contrarium.

* Quia acceptatio. Et ad de quod acceptatio beneficii cum clausula accepto beneficium si tali placeat puta titio. talis acceptatio nõ ualet quia debet esse pura. do. de. san. ge. in. c. ii. in. iij. co de ele. uide. per fely. i. c. cum contingat de offi. dele. co. iiij. uersi. iuxta prædicta. &c.

*ut supra eo. ti. de. 5.

Decisio. XI. alias.328.

Summarium.

Expectans post mensem præbendam acceptare non potest nisi fuerit iam canonicus ratione cuius canonicatus deb et sibi præbenda conferri. dummodo non fuerit alteri debita.

Epitome.

1 Canonicatum habens sub expectatione præbendæ potest præbendam uacantem reintegra post mensem acceptare.
2 Receptus in canonicũ authoritate apostolica cæteris qualitercunque uenientibus præfertur in petitione præbendæ uacantis.
3 Temporis adiectio in materia acceptationis præben. uidetur potestatem acceptandi restringere.

1 HAbens † authoritate apostolica canonicatum sub expectatione præbendæ post mensem. potest præbendam uacantem re integra acceptare. puta quæ non fuit alteri collata. nec per aliquem impetrantem etiã posteriorem in data acceptata. Pro qua conclusione facit glo. Ioan. And. & Archi. in ca. si clericus. de præben. lib. vi. & not. in c. dudũ eo ti. & lib. vi. & probatur ratione
2 quia recepti † in canõicos authoritate apostolica. iure suæ receptionis & ratione canonicatus in præbenda uacante omnibus aliis quacunque authoritate uenientibus præferuntur. easque ut sibi debitas petere possunt. & si petant collatio postea aliis facta nulla est ipso iure. ut in. c. ei cui &. c. hij qui. &. c. si postquam. de præben. li. vi. & de rescriptis tibi qui. &. c. duobus. eo. li. Præterea si ad aliquem actum scilicet extraiudicialem explendum puta ad eligendum optandum uel acceptandum certus terminus alicui præfigatur. & in illo termino actus non expleatur nec fiat post terminum illum potest re integra hoc facere & exple re. ut. l. mancipiorum. ff. de opti. l. &. c. si tibi absenti de præb. li. vi. & quod no. in nouella per Io. And. in casu quasi ratione simili. de elec. cum in cunctis in glo. trium mensium in. fi. In hac opinione est Pau. in clemen. cum ei quem. de concess. præben. Sed Io. An. & genze. cõtra super uers. infra mensem. qui multum bene respondent ad l. mancipiorum. &. ca. si tibi absenti. quorum opiniones possunt saluari habito respectu ad uires gratiæ ita quod executor non poterit prouidere obstante forma mandati. ut in. c. cui. de non. recurrat igitur huiusmodi acceptans ad ordinarium uel ad papam pro collatione sibi facienda nec ob. c. si clericus. de præben. li. vi. ubi dicitur quod si impetrans negligat primam præbendam uacantem sibi debitam acceptare quod gratia sua totaliter extincta est quia potest intelligi per subauditum. uidelicet si iam alteri collata erat. At hic nulli collata est. nec gratia perempta nisi quo ad potestatem executoris prouidendi de ista cuius tamen potestas adhuc durat quo ad alia ergo. Paulus uero in dicta clemen. super uers. impetranti. dicit formã rescripti attendendam & si ex ea terminum statutum esse acceptationi inueuerit. tunc secundum eum uera est opinio Archi. si collationi tamen non. & credit hoc casu non posse per impetrantem terminum prorogari ne finiatur per. c. de causis. de of. deleg. At in forma moderna terminus uidelicet mensis statuitur siue adicitur acceptationi & in fauorem impetratis. ut in cle. antedicta & nullũ tempus reperitur præfixum executori ad conferendum prout le. &. no. in cle. si de beneficio. de præben. sup uers. episcopi licet. limitetur eorum potestas in conferendo beneficium infra certum tempus acceptatum & non alias. ut in cle. iam dicta. Reuera semper dubitauit et adhuc dubito de prædicta conclusione. tum propter uarietatem opinionum doctorum propter unam rationem generalẽ. di
3 centis. quod † adiectio temporis facta ad acceptandum restringere uidet potestatem acceptandi. ut ultra unũ mensem non posit acceptare. qui infra illum negligens repe ritur quasi lapsus temporis negligentis ab acceptatione repellat. alle. l. Thais ancilla. ff. de fidei com li. facit. c. tibiq in. fi. de rescriptis. & prædictum. ca. si clericus de præben. lib. vi. faciunt me etiam dubitare. c. ij. de concess. præben. &. c. licet. de supp neg. præla. &. c. ne pro defectu. &. c. q̃si. de elec. li. vi. Stephanus etiam stat in opinione Archidi. in eo quod ipsum allegat. non improbando eam. Guil. de monte lau. non tangit. prædictam conclusionem quã sub dubio credo uerissimam in habente canonicatum secus uero in habente gratiam ad collationem per quã non tantum est beneficium affectum sicut quando canonicatus est collatus. per iura superius alle. ei cui. &. c. si postquam.

Decisio. XII. alias.382.

Summarium.

Habens gratiam in forma dignum arbitramur cũ clausula tetrotractiua. Si talis concurrit in data cum ipso habente gratiam puram. puta in forma laudabili secuta purificatione suæ gratiæ conditionalis ante uacationem beneficii debet præferri in assecutione eiusdem beneficij alteri habenti prædictam gratiam puram quacunque sua diligentia non obstante.

Epitome.

1 Clausula retrotractiua in literis gratiosis apposita quid operetur & ad quod tempus referatur.
2 Canonicatus collationis effectus est afficere præbendam
3 Decretum conditionale non ligat ante conditionis euentum.
4 Conditio si idonei fuerint in gratiis beneficialibus apposita quid importet.

1 SI papa facit gratiam † puram. A. de beneficio ecclesiastico cum cura uel sine cura. spectan. ad collationem. &c. decani & capituli alicuius ecclesiæ collegiatæ cõmuniter uel diuisim. & B. conditionalem in forma dignum arbitramur. sub eadem data mandando sibi prouideri per suum executorem de canonicatu sub expectatione præbendæ prædictæ collegiatæ ecclesiæ. si per inquisitionem solertem. &c. uoluit tamen Papa & decreuit postquam idem. B. esset repertus idoneus irritum & inane a data præsentium quicquid super hoc contigerit attentari a quo quam perinde ac si canonicatum eidem. B. contulisset & præbendam ei conferendam cum interpositione decreti reseruasset. qua gratia ante uacationem præbendæ purificata & præbenda in dicta ecclesia postea uacante & ad collationem dictorum decani & capituli cõmuniter spectan. quilibet eorum scilicet. A. &. B. infra tẽpus debitum acceptauit. & de eadem fecit sibi prouideri. A. tamen ante purificationem dictæ gratiæ literas suas capitulo præsentauit. Fuit dubitatum & in relationibus publice super hoc allegatum quis eorum esset potior in præbenda antedicta. & primo fuit allegatum multum subtiliter pro portioritate gratiæ ipsius. A. tum quia pura cũ decreto irritante & ligante statim de rescriptis. c. tibi qui. de præbend. c. dudum. de concess. præben. c. i. &. c. si soli. & si capitulo. li. vi. & alia conditionalis cuius decretum non ligat infra tempus purificatæ conditionis. de rescriptis si pro te. lib. vi. de concess. præb. c. cum ei quem. in cle. Tũ quia uberior. quia habuit cum cura uel sine cura. alter uero duntaxat sine cura ergo. ar. c. cui de non. de præben. et not. per. Io. And. in nouella. in. c. duobus de rescript. lib. vi. per quod quidem c. §. ij. uidetur etiam quod si prædictæ gratiæ essent pariles quod. A. esset potior in præbenda. quia alium uidelicet. B. præuenerat in præsentatione suarum literarum facta capitulo nec ob. ut uidetur dicta clausula retrotractiua sine dictione perinde. &c. posita in gratia ipsius. B. per quam uidetur trahi ad tempus datæ gratiæ quia hoc est uerum quo ad ligamen. decreti sed non uidetur quod per illa uerba papa couferat canonicatum neque uult quod habeatur pro canonico. exnunc uidelicet a tempore gratiæ datæ posita igitur uerba ad unũ effectum non debent alium operari. maxime in rescriptis quæ sunt stricti iuris. & ideo non extendenda. ut in. l. non aliter. ff. de le. iij. de rescriptis. c. causam quæ. &. c. super. præsertim in beneficialibus. quæ potius sunt restringenda quam laxanda propter ambitionem & odiositatem materiæ. de præben. c. quamuis. &. c

cui

cui de non.&.c.si motu proprio.in fin.lib.vj.sed uerba illa perinde secundum eorum proprium significatũ dispónunt super certo & determinato. uidelicet super affectione præbendæ est ligatura potestatis cuiuscunque collatoris & hanc affectionem & ligaturam uult papa retrotrahi ad tempus datæ.perinde ac si canonicatum contulisset,& sic papa expresse disposuit super effectu. sed nõ
2 super causa nam † effectus collationis canonicatus est afficere præbendam.ut in.c.eum cui.&.c.si postquam.&.c.dudum.de præb.li.vj.unde ipse canonicatus est causa effectus & non affectio.unde trahendo effectum causæ ad unum dispositum nõ uidetur propterea trahere ipsam causam.& disponere super cã ecce simile in l.barbarius.ff.de offi.præto.qui erat seruus & gessit se prætorem diu postea apparet quod est seruus. ita quod prætor esse non potuit.Imperator decreuit gesta per eum ualere,ac si fuisset prætor uerus.nunquid per hoc fecit eum prætorem certe nõ.sed duntaxat ualidauit gesta sua propter communem ignorantiam populi.de qua in.c.nihil est.de elect.per Innocẽ.pro hac parte melius facit lex cum sua glo.in.l.sacrilegij pœnã.ff.ad.l.Iu.pecu.§.siquis ex metalis haberi perinde ac si pro futuro manifesto fuisset dãnatus.nunquid erit propterea fur manifestus ut teneatur alijs conditionibus quibus fures tenentur certe non.quia de hoc non fuit expressatum.nam solum in disposito expresse hæc conditio perinde operatur ita hic. nec potest dici hoc fuisse de mente papæ.& etiam qa mens siue cõiectura mentis in rescriptis non est sumenda cũ uerba de se clara sunt.ut.l.ille aut ille.§.cum uerbis.ff.de lega.iij. nec ob.si dicatur ista uerba nihil aliud operabuntur.&c. quia illud operabuntur ad quod sunt opposita.nam alias ex tali gratia non afficeretur præbenda nisi a tempore purificatæ conditionis.ut in clementi.j.de concess.præben. modo trahitur retro per hæc uerba.Præmisis allegationibus non obstantibus fuit decisum & determinatum per omnes dominos meos contrarium & reuocatæ per me q habui causam in tertia instantia.duæ sententiæ latæ pro A.ex nouis tamen coram me productis.& hoc propter dictam clausulam retrotractiuam in gratia ipsius.B.positã quæ sonat sic de uerbo ad uerbum & insuper.si dictus.B. adhoc repertus fuerit idoneus.ut præfertur exnunc perinde irritum decernimus & inane si secus super his a quoq̃ quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari.ac si nos a die datæ præsentium eidem.B.contulissemus canonicatum antedictæ ecclesiæ.ac præbendã siqua tunc uacabat.uel cum uacauerit in ecclesia prælibata quam idem.B.ut præmittitur duceret acceptandã conferendum eidem.B.donationi apostolicæ cum interpositione decreti duxissemus specialiter reseruandm.data.&cætera.Sed si canonicatum in principio dicto.B.cõtulisset uberiorem gratiam quam.A.habuisset ergo.&c. ar.dictorum iurium cum cui si postquam.&.c.dudum de præben.lib.vj.& sit potior in præbenda.ar.ca.duobus.de rescriptis.in prin.purificata igitur conditione perinde est ac si tempore datæ canonicatum eidem.b.contulisset.ergo.præsertim ut ponebatur in facto quia statim purificatione facta dicto.b.de canonicatu prouisum extitit per suum executorem ergo merito postea præferẽdus in præbenda post ea uacante.per iura proxime superius allegata.Præterea secundum aduocatum pro ista parte allegãtem gratia.B.non uidebatur conditionalis quia erat quædam conditio subintellecta.uidelicet si est idoneus quæ potius sonat in monitionem quam in conditionem. iuxta not.per Innocen.in.c.dudum.de præsump.& in clemẽ. unica de offi.deleg.quicquid tamen prædicti doctores di
3 cunt decretum † papæ non ligat ante purificationem conditionis etiam subintellectæ prout le.& nota.in clemen.unica.de concess.præben.purificata igitur ipsa cõditione trahitur ad tempus datæ ergo non obstat.c.si pro te.de rescriptis.quod loquitur in potestatiua conditione & non casuali.prout le.& no.in dicta cle.unica.de concess.præben.ergo nec ob quod.A.habuit gratiam cũ cura uel sine cura.& quod hæc cẽseri deberet uberior.quæ ubertas non consideratur nisi circa beneficium cadens in huiusmodi gratiam quo ad prælationem arg.ca.quia sæpe.de præben.lib.vj.nec ob.l.& glo.superius allegatæ incontrarium de dictione perinde. quia attentis uerbis clausulæ superius in gratia.B.positis satis cõstat quod purificata conditione.uoluit ipsum habere pro canonico a tempore datæ gratiæ ad illum effectum quod omnia essent ab illo tempore nulla.in præiudicium suum attentata ex quo clare infertur quod præsentatio literarum & earum publicatio facta per.A.& quicquid inde secutũ est in præiuditium illius.B.totum fuit irritum & nullũ.Præterea unus de dominis dixit unam rationem imaginariã in materia.q̃ multũ placuit dominis meis alijs imaginãdo enim rationem quare papa prædictam clausulam apposuit & apponi mandat & dixit sic.nam in gratijs specialibus statim confertur canonicatus sub expectatione p̃bendæ & dantur literæ puræ in forma laudabili.si sint
4 præsentes in curia.& reperti fuerint † idonei in literatura. sed si fuerint absentes mandatur inquiri de huiusmodi idoneitate in forma dignum arbitramur.quæ cum reperta fuerint uera uoluit papa ipsum haberi pro præsente & in curia examinato.& sic perinde esse ac si canonicatum contulisset sibi tempore datæ gratiæ.quæ si præsenti & in curia existenti contulisset uberiorem gratiam habuisset.et sic potior in præbenda postea uacante ar.nõ.in dicto capitu.duobus.

Decisio. XIII. alias.428.

Summarium.

Mandati fines procurator excedens nõ præiudicat domino.nisi dominus factum procuratoris in fauorem sui infra tẽpus infra quod ipse potuisset impediuisse id in præiudicium suum tacite uel expresse ratum habuerit.

Epitome.

1 Procurator habens mandatum speciale beneficium certi ualoris acceptandi si acceptet minoris ualoris an p̃iudicet domino.
2 An talis gratia per huiusmodi acceptationem sit extincta ut alium acceptare non ualeat.
3 Dominus sciens procuratorem fines mandati excedere si non contradicat an censeatur factum approbare.

1 SI habens † gratiam in forma speciali constituat procuratorem ad acceptandum beneficium certi ualoris puta.xl.marcharum sterlingorum. & idem procurator acceptat beneficium minoris ualoris.& recipiat possessionem eiusdem & mittat pecuniam per ipsum leuatã de fructibus dicti beneficij domino suo absenti & recipienti ac scienti beneficium nomine suo acceptatum fuisse.& esse minoris ualoris quam dederit procuratori suo in mã
2 datis.Dubitabatur utrum per hoc fuisset gratia † sua extincta.ita quod non poterat aliud beneficium acceptare. & uidebatur aliquibus dominis quod nõ.quia prædictus procurator excessit fines mandati.& sic nihil egit.nec domino suo præiudicare potuit.de offic.dele.c.cũ olim.C.de procura.l.si procurator.ff.mandati.l.diligenter cum multis similibus.Præterea nulliter acceptans potest uariare illudque beneficium sibi non debitum dimittere.& aliud sibi debitum acceptare.ut le.& no.per doct.in.cap.gratia.&.c.cum in multis de rescrip.lib.vj.&.c.ne captãdæ.de concess.præbend.eo.li.quod dixerunt alij domini uerum.nisi dominus sciens factum procuratoris ratificasset tunc factum procuratoris formam mandati excedentis bene præiudicasset.prout legi.& nota in dicto.c.cum olim.per Ber.& Inno.& melius per Ber.in.ca.per tuas.de arbi.licet Hostien.& Ioan.And.ibidem tenuerint contrarium.concor.eos per nota.in.c.ut lite non contesta. At in casu nostro prout ponebatur in facto prædictus constituens sciuit ipsum procuratorem suum beneficium minoris ualoris acceptasse.& sic fines mandati sui excessisse.cuius factum procuratoris postea probauit & ratificauit. saltem tacite recipiendo pecuniam de fructibus beneficij perceptis.quæ tacita ratihabitio sufficit etiam in excedete mandatum.ut not.in dicta.l.diligenter.&.l.si renumerandi.eodem.titu.&.ff.rem rat.ha.l.iij.§ falsus.& leg. et nota.de rescriptis in.c.ex parte decani.per Innocẽ.ergo. ratum etiam possum habere nomine meo gestũ tacite uel expresse.ut in regula ratum.libr.vj.& ibi not.quod primi domini dixerunt uerum si ratihabitio fieret infra tempus

infra quod actus esset gerendus per dominum.ut.l.penul. rem ra.ha.ff.&.ij.q.vj non solent.& no.in dicta regula ratum.& per Io.mo.& per Ioan.and.in.c.quam sit de ele. lib.vj.melius in.c.ut circa.super.uer.adhærentes. per Archidia.qui recitat notata per eū in.c.statuimus.in glos.is qui eo.titu.&li. At in casu nostro prædictus impetrans habens mensem ad acceptandum.non ratificauit actum sui procuratoris prædictum infra mensem. Sed post diu recipiendo pecuniam antedictam prout etiam ponebatur in facto ergo sibi præiudicare non debuit. Ad quod respondebatur per alios dominos hoc ultimum dictum posse ꝓcedere quādo ageretur de sui utilitate.secus de sui præiudicio.quia tunc dixerunt domini ualere ratihabitionem etiam post tempus quandocunque in sui præiudicium. ut no.argum.in dicto.capitu.ut circa.melius in.l.Pomponius.ff.de nego.gestis per Bartho.& ibi pro intellectu.l. bonorum.ff.rem.ra.ha. Imputetur sibi quod quam cito
3 sciuit † procuratorem suum deliquisse & non contradixit.& sic ipse statim factum sui procuratoris approbauit quod potuit etiam tacite.cum regulariter factum procuratoris præiudicet domino.nisi sciens statim contradicat ut.l.si procurator.C.de procuratori.& no.in iure.& doct. superius all. Præterea plus est consentire facto quam uerbo.ut in dicto.§.falsus.& de appella.c.dilecti.ubi multæ concor.cum igitur iste recipiendo pecuniam facto cōsenserit acceptationi factæ per suum procuratorem ergo postea contrauenire non potuit.de elect.ca.nosti.de cle.conju.c.diuersis fallacijs.aliqui uolebant distinguere inter ꝓcuratorem dolosum & negligentem. de quo in dicto.c.j. ut lite non cont. Finaliter tamen fuit obtentum quod extincta fuit gratia prædicti impetrantis propter sequentes cum in data quibus faceret magnum præiudicium.si totiens primus in data posset uariare.quæ uariatio & illusio maxime in clericis reprobetur.ut in clemē. cum illusio.de renun.præsertim quia secundum taxam in gratia sua expressam prædictum beneficium erat sibi debitum. & sic uariare non potuit in aliorum præiudicium.ut leg. & not.in c.gratia de rescript.& in.c.ne captandæ de concess.præben.lib.vj.per archidiaco. Ego uero dicebam ꝙ si prædictus apostolicus non recepisset pecuniam sibi per suum procuratorem missam licet sciuisset eundem procuratorem male & nulliter acceptasse factum procuratoris sibi non præiudicasset quo minus potuisset aliud beneficium debite acceptasse.per no.Ioan.An.in nouella eo.ti.c.cū in multis de rescriptis.sed ex quo recepit pecuniā de fructibus beneficii licet nulliter acceptati.ipse nedum consensit acceptationi sed collationi & possessioni receptæ per suum procuratorem.quæ licet sit & uerit uiciosa operatur extinctionem gratiæ suæ.ut no.per Innoc.in.c. constitutus.de appella.de præben.c.cum qui.li.vj.& in clemen.gratiæ de rescriptis.

Decisio. XIIII. alias 431.

Summarium.

Valet acceptatio de primo uel secundo beneficio uacaturo iuxta formam.c.ne captandæ.de concess.præbē. lib.vj.quæ tamen non ualet iuxta formam clementi.cum ei quem eo.tit.nisi fiat de certa præbenda uacante.

Epitome.

1 Beneficium non acceptat ante uacationem.
2 Beneficium non debetur impetranti nisi sub conditione acceptationis.
3 Actus non operatur nisi ultra intentionem agentis

1 SI impetrans apostolicus acceptet † beneficium cadēs in gratia sua per unum diem ante uacationem eiusdē faciendo sibi prouideri de eodem. & post uacationē beneficij & infra mensem ad sedem apostolicam appellet ab intrusione & impedimentis cuiusdā aduersarij sui occupantis illud beneficium.narrando in eadem appellationem acceptationem prouisionem intrusionem molestationem & impedimenta prædicta.per quæ dicit se impediri in assecutione possessionis dicti beneficij. Fuit dubitatum de duobus. Primo an ualuisset prædicta acceptatio facta ante uacationem.& fuit breuiter conclusum ꝙ non.propter formam gratiarū modernam in qua apponitur mensis cum decreto ad acceptandum.qui incipit currere a tempore notitiæ uacationis in ecclesia ante uacationem non ualet acceptatio nec prouisio.ut in clemē.cum ei quem.de concess.præbend. Licet ubi non esset mensis appositio ualeret generalis acceptatio de prima uel secūda uel tertia præbenda proxime uacatura nulli alteri iure debita.ut in.c.ne captandæ de concess.præben.lib.vj. secundum quam formam etiam non ualeret acceptatio de certa præbenda in specie ante uacationem eiusdem ꝓpter captationē mortis alienæ ut ibi expresse statuitur. At in casu nostro certam præbendam certo modo uacātem quæ reuera adhuc non uacauit acceptauit.ergo acceptatio nulla. Secundum autem dubium est magis forte & magis dubitabile.uidelicet utrum prædicta appellatio interposita infra mensem a tempore uacationis beneficij sub forma prænarrata habuerit uim acceptationis & fuit super hoc dubio solenniter allegatum in publicis relationibus per aduocatos utriusq; partis. Et primo ꝓ parte nega-
2 tiua sic certum † est beneficium etiam uacans non deberi impetranti.nisi sub conditione si acceptaret.ut in dicta cle.cum ei quem.§.secus cum ibi notatis. Sed licet aliqs cui res debetur sub conditione forte si Titius capitolium ascenderet & Capitoliū ascendat alia de ca ꝗ cā conditionis implendæ.nil uidetur agere nec ex hoc conditionē implere ergo in causa nostra posito quod in illa appellatione sunt uerba sonantia uoluntatem uolentis acceptare ex quo tamen non fecit animo acceptandi.sed animo negocium ad curiam deuoluendi quod apparet ex tenore appellationis non uidetur acceptare ar.l.cōditionum.ff.
3 de condi.& demonst. actus † enim non operantur ultra intentionem agentis.de priuil.c.quia intentionis.cum igitur iste habuit uoluntatem deuoluendi causam acceptationis iam factæ & non faciendæ ad curiam ergo ultra uoluntatem suam non potest huiusmodi appellatio aliquid operari.præterea licet quis sola uoluntate adeat hæreditatem sibi delatam.immiscendo se rei hæreditariæ.ut in.l.gerit.ff.de acqui. hære.tamen licet se immisceat rei hæreditariæ nisi habeat adeundi animū non uidetur adire.ut.ff.de reli.& sump.fu.l.sumptus.in prin. ergo nec appellando uidetur quis acceptare.cum ob aliam causam & ad alium finem fiat appellatio quam acceptatio. nisi constet aliter de animo.quæ tamen lex gerit.fuit inducta pro parte affirmatiua contraria prout inferius tangā.

Decisio. XV. alia.432.

Epitome.

1 Interpretatio aliter in dispositionibus odiosis aliter in fauorabilibus consideratur.
2 Facta ad conseruationem non inducunt noui iuris acquisitionem,sed dispositionem.
3 Hæres constitutus faciens actum qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis censetur illam hæreditatē adire.
4 Acceptatio beneficij uel alicuius possessionis tacita esse potest,est enim quædam mentis & uoluntatis declaratio.

1 LIcet in dubijs † larga fiat interpretatio * ut res de qua agitur potius ualeat quam pereat ut.ff.de re.du.l.quotiens.de uerb.sign c.abbate. Si tamen res possit operari suum effectum unū.tunc stricta fiat interꝑtatio etiā in fauorabilibus.puta in ultimis uoluntatibus. ergo a multo fortiori in casu odioso & restringibili ut in casu nostro per.c.quamuis.de præben.lib.vj facit ff.de le.j l.caput.iul.§.scio.cum si. Cum igitur hæc appellatio possit operari unum effectum scilicet deuolutionem ad curiam.tunc stricta fiat interpretatio contra ipsum interponentem qui ita faciliter potuisset de nouo acceptasse sicut appellasse ergo hunc effectum inducere nō potuit quia hoc non intendebat nec animum nec uoluntatē acceptādi de nouo habuit in appellatione sua. sed semper retulit se ad primam suam acceptationem inualidā. quā etiā postea in iudicio est prosecutus.ergo.& cætera. Præ-
2 terea † ea quæ fiunt ad confirmationem non inducunt noui iuris acquisitionem siue dispositionem.ut not.glo.in

*Fiat interpretatio q̄duplex sit ponit Bart. in.l.ab executore. in.ij.col. uers.qro.ff.de ap. bal.in.l.ij. C.q̄ sen.ex pe ricu. recit. ubi dicit ꝙ interpretans no debet aliquid addere uel detrahere Adde felyn latissime.in.c. super q̄stionū de offic.deleg. in.j.& tertia.

l.possideri.ff.de acqui.hære.Ratio quia inter animũ nouum acquirendi,& animũ iam acquisitum conseruandi, est magna differentia.ut probatur in.l.qui autem.in prin. ff.quæ in frau.cre.pro glo.fuit allegata & inducta.l.si cũ te.ff.de pactis.cum glo.ibi posita.facit.c.consuluit.de iu di.quam glo.ibi reprobat Ber.sed Dy.&Ray.approbant eã posset procedere dictum gl.in actibus ad quorum esse requiritur solennitas formata siue certa forma. sed in acti bus ad quorum essentiam solus consensus animi requiritur.ibi actus qlibet declarans cõsensum siue uolũtatẽ suf ficit.& sic loquitur ber. At in casu nostro nulla est certa statuta forma in iure acceptandi.ergo sufficit qualiscunque actus siue tacitus consensus siue expressus.per quem posit constare de animo & uoluntate agentis quod probatur in dicto.§.secus.in cle.cum ei quem.ubi impetrans petendo sibi prouideri uel recipiendo sibi beneficium col latum uidetur acceptare cum igitur iste appellauerit pro pter habẽdum beneficium.dixit maior pars dominorum hoc sufficere pro quo induxerunt.l.gerit.quam etiam allegat Ioann.andr.in dicto.§.secus.nam quandocũq; ali
3 quis † hæres cõstitutus facit aliquem actum qui actus fie ri non potest citra ius & nomen hæredis uidetur tacite il lam hæreditatẽ adire.ut.l.pro hærede.§.papianus.ff. de acqui.hære.& doctores iuris ciuilis dicunt quod si fiat per hunc hæredem unus actus qui sit indifferens. quod debet tunc inspici quo animo iste actus fiat.& probat tex. in.l.pro hærede.§.j.ff de acqui.hære. Sed ubi dubitabatur dicunt standum iuramento.hæc dicunt in dicta.l.gerit.quæ est clauis in hac materia.sic ergo uidetur dicendum in proposito. Ista appellatio non poterat fieri nisi acceptasset.& dato quod foret actus indifferens. apparet ꝙ animo acceptandi quia intimauit appellationem parti.& dato quod non appareret standum esset iuramento suo in dubio.nam cum aliquis appellat quia rector talis ecclesiæ etiam per modum causæ inducitur acceptatio proba tur in.l.emptor.in fi.ff.de rei uẽdi.et.l.penul.ff.de col.bo. pro hac parte facit tex.l.per hoc enim cum te appellasse dicas ostendis causam ad te pertinere.C.de fil.fa.li.x.ergo sic dicendum uidetur in proposito.quam.l.intellexerunt primi allegantes pro contraria parte ueram. quo ad id de quo principaliter agitur in appellando.non quo ad alia.sed ad istam appellationem agitur quo ad deuolutio nem causæ quam iste appellans prætendit se habere uirtute primæ acceptationis ergo.ar.eorum quæ le.& no.ff. de acqui.posses.l.siquis ui.§.differentia.ibi sed oppono si constitutio.&c.& in hanc partem ultimam uidelicet hãc appellationem habuisse & habere uim acceptationis.declinat maior pars dominorum auditorum & duo domini Cardinales extra rotam quos cõsului. uidelicet Corsiñ & Ratiñ.motiua eorum ultra prædicta fuerunt hæc at-
4 tento quod † acceptatio * non est nisi quædã mẽtis & uo luntatis declaratio.quæ nedum potest declarari manifeste expresse.sed etiam tacite.ut in dicta cle.cum ei quem immo per nutum uel signum ut in.c.cum apud. de spon. puto immiscendo se beneficio uel possessioni eiusdem ut in dicta.l.gerit.Tum etiam quia nulla formalitas in ipsa requiritur.& ideo sola uoluntas declarata per aliquem actum extrinsecum de habendo beneficiũ sufficit.pro quo allegabam prædictam notam Innocen.in.c.ex parte.de concessio.præben.&.c.licet de electio.at in casu nostro appellauit ut haberet beneficium ergo.quorum dictũ cre derem uerissimum si huiusmodi appellatio nõ esset fundata super aliqua alia acceptatione præcedenti. Sed in casu nostro tota appellatio fundabatur super quadam in ualida acceptatione.ut dicitur in themate& appellatum fuit ab intrusione partis aduersæ.& ab impedimentis per eum præstitis in assecurione possessionis uigore prædictæ acceptationis &prouisionis inualidæ.per quæ apparet ex pressissime eum non habuisse nec habere animum siue uoluntatem de nouo acceptandi sed acceptationem inualidam conseruandi & prosequendi.& in hanc opinionem meam a qua non poteram per consilium dominorũ meorum moueri declinauerunt alij sex solemnes doctores decret.legum & utriusque quorum aliqui mouebantur.quia ex quo prædictus appellans poterat eligere uiã competentem.uidelicet acceptasse sicut appellasse impu tet sibi quod elegit uiam incompetentem scilicet appella tionis.per quam releuantur oppressi.&remouentur graua

* Acceptatio add.supra.co. ti.deci.7.

mina.ij.q.vj.ad romanã.&.c.oĩs oppressus de ap.c.ut de bitus.c.de priore.c.cũ speciali.cũ si.ex causa ad romanã curiam deuoluitur de elect.statuimus.li.vj.iuncta clem. causam electionis.eo.ti.ergo alium effectum operari non debuit.maxime ultra intentionem agentis. maxime quia si hoc intendisset dixisset.de deci.c.ad audientiam.quã diu enim superest ordinarium remedium non est reccurrendum ad extraordinarium.ff.de mino.l.in causæ. de transla.c.fi.immo dixerunt aliqui de prædictis doctorib. certas formas in iure expressas acceptandi unam de certo beneficio uacaturo.de qua in.c.ne captandæ de concess præben.alias in clementi. cum ei.quem.§.secus.sæpius alle.de certo beneficio uacante.unam uidelicet expressam & duas tacitas inter quas non est appellatio ergo &cætera.Ad quod respondebant primi domini quod illi duo modi taciti ponuntur causa exempli.ergo non inducunt formam præcisam.sed extenduntur ad casus similes.de quibus idem iudicium est habendum.de transl. inter corporalia.de rescrip.ca. inter cæteras.cum.si.& in hoc crederem eos bene dicere.uidelicet quod posset sub tali forma appellari infra mensem quod huiusmodi appellatio habet uim tacitæ acceptationis.pari ratione.sed nullo modo potui credere attenta prædicta forma appel landi.ipsum uoluisse acceptasse uerũ quia prædictus ap pellans probauit coram me in tertia instantia se post uacationem beneficij ante appellationem prædictam legiti me & pluries acceptasse. Idcirco cõfirmaui primas duas sententias ex nouiter probatis coram me quas alias nunquam cofirmassem.sed causam ad cancellariam remisissem quia contra cõsilium maioris partis dominorum nõ potuissem infirmasse.nec contra conscientiã confirmasse.

Decisio. XVI. alias.441.

Summarium.

Inductio in possessionem beneficij facta ab eo qui habuit potestatem conferendi.habet uim collationis.quam etiam demonstrat omnis uerbalis uel realis actus per quẽ posit constare de mente conferentis.ex quo in collatione non ex igitur certa uerborum forma.

Epitome.

1 Collatio & in possessionem inductio an sit diuersa.
2 Inuestitura.beneficialis multipliciter consideratur.
3 Canonicus an solo consensu canonicorum efficiatur nul la præstatione uel alia electione interueniente.

Fuit dubitatum utrum inductio in possessionem alicuius præbendæ acceptatæ per impetrãtem infra tempus debitum sed nondum sibi collatæ haberet
1 uim prouisionis siue collationis † & uidebatur aliquibus dominis quod non.quia hæc sunt diuersa. & ad diuersa spectare uidentur.de offi.arch.c.ad hæc&.c.ut nostrũ.et de præben.cum in illis.lib.vj.& legi.& not.in decret.auctoritate.de instit.& plenius p Dy.in.c.j.de re.iuris li.vj. Præterea hæc iductio uidetur nisi quedã collationis siue confirmationis executio.& potius facti est quam iuris sicut dicimus de recipiendo aliquem prouisum in canonicum auctoritate papæ.ut in.c.eam te.de rescript.& in.c. pro illorum.in fi.de præben. quæ inductio cum sit facti & præcedentis iuris executio.per executionem uel aliquã appellationem impediri non potest nisi opponatur crimen cum infamia de excep.cum ecclesiasticæ.de appel. constitutus.de accu.super hijs &.c.accedens ergo uidetur prædicta inductio nullo modo habere uim collationis pro hac parte facit.c.ecclesia.& decre.ab eo.de appel. lib.vj.quia non sufficit appellanti mittere nuntium infra triginta dies statutos a iure.ad petendum & dandum apo stolos nisi infra illos petat cum debita instantia.quæ pete re & recipere.dare & mittere sunt diuersa.Hijs non obstãtibus fuit decisum & determinatum contrarium per maiorem partem dominorum.& fuit alle.pro hac parte distinctio compos.& Ioan.and.post eum in.c.transmissa de e-
2 lec.ubi distinguit sic Aliquando † fit inuestitura post col lationem siue confirmationem tunc est facti nullum ius tribuens.sed primum ius exequens.& sic loquuntur iura

de receptione siue executione facti pro contraria parte in
ducta. Aliquando fit inuestitura nulla electione cõfirma
tione uel collatione præcedēte. tunc enim illa habet uim
collationis. dummodo. inuestiens habeat utranque pote
statem scilicet eligendi confirmandi uel conferendi. secū
dum compos. ut supra. qui nil ad hoc allegat. At in pro
posito executor nedum habuit potestatem inducendi in
possessionem sed etiam prouidendi. inducendo ergo uide
tur prouidisse. quia in hijs ponderanda est uoluntas dan
tis & recipientis. de uerbo. signi. in hiis. uersi. consideran
tis. ad quod facit bene cle. cum ei quem. de concess. præ
ben. uer. quem & iam pro quo etiam faciunt ea quæ. le. &
no. in dicto. c. olim. &. c. cum inter de elec. de. hoc de ele.
ut circa in glo. ij. li. vj. uidelicet quod episcopus eligen
do uel conferendo confirmat. quando scilicet ambæ po
testates in eo concurrunt. quod crederem uerum quan
do iure proprio. secus si alieno. puta deuoluto. at in casu
nostro executor non sua sed papæ auctoritate prouidet.
ergo. Præterea ubi duo mandantur diuisim non suffici al
terum ad implere. ut in. c. cum dilecti de dolo & contum.
&. c. pisanis. de resti. spo. At in casu nostro duo mandan
tur executori uidelicet prouisio & inductio. ergo. dictum
etiam compos. secundum Ioan. an. in addi. spec. super ru
brica. de insti. ubi hanc quæstionem pertractat potest iu
uari per hoc quia ista sunt eiusdem generis, & sic facile
fictionem accipiunt & facile fingitur unum pro alio. ff. si
cer. pe. l. ij. in prin. bene facit. c. j. de off. le. li. vj. remittit p
materia ad no. in dicta decre. cum nobis olim in glo. pe. &
quod ipse notauit & dixit in ea. mihi tamen uidebatur ali
ter distinguendum nam aliquando executores inuestiunt
uerbaliter. aliquando realiter. In primo casu crede
rem huiusmodi inuestituram habere uim & potestatē col
lationis. propter uoluntatem petentis. facientis & recipiē
tis. per iura superius ad hoc inducta. In secundo casu ue
ro. quia hoc nō uidetur inuestiens uoluisse. sed duntaxat
corporalem possessionem tradere quæ est mere facti &
primi iuris executoris. de cosue. c. ex literis & in dicta de
cre. pro illorum in fi. Verumtamen contra hoc ultimum
dictum meum fuerunt allegata duo iura noua. uidelicet.
c. cum aliquibus de rescrip. li. vj. & de præ. cum in eccle
sijs. eo. li. ubi receptus in canonicum etiam actualiter ha
bet uim collationis. fuit etiam cõtra me allegatum quod
not. Inno. in. c. ex parte. de concess. præben. ubi dicit In
3 nocen. quod ex solo † consensu canonicorum etiam non
collegialiter præstito sine alia electione seu collatione. ef
ficiatur quis uerus canonicus. quæ reuera omnia possunt
induci pro opinione mea. nam loquitur in receptione si
ue nominatione aut consensu simpliciter uel uerbaliter
facta. & quæ sunt iuris. & non loquitur in actualibus quæ
sunt facti. plus sapiendo executionem quam collationem
secundū tñ primā opinionem fuit diffinitum & sñiatum.

Decisio. XVII. alias. 442.

Summarium.

Decanatus ecclesiæ collegiatæ est dignitas. cum sit
caput colegij. & in nomen dignitatis sonet.

FVit dubitatum utrum si habens gratiam de benefi
cio cum cura uel sine cura. spectante ad collatio
nem episcopi acceptet decanatum alicuius eccle
siæ collegiatæ. & de illo faciat prouideri sibi p suum exe
cutorem. ualeat huiusmodi acceptatio & prouisio. dubiū
facit an decanatus sit dignitas uel sonet in nomen digni
tatis. quia tunc non caderet in gratia supradicta. per. c. si.
de præben. & eod. ti. cum in illis libr. vj. Et uidetur primo
quod non sonet in nomen dignitatis de iure quia tunc se
queretur quod decani rurales essent in dignitate cõstitu
ti. quod est falsum. de censi. cum secundum apostolum.
& facit. l. de. lxx. decanis C. de dec. l. unica. Præterea si p
positura quæ uidetur maior quam decanatus. quia alijs
præponitur de uerb sign. quamuis non sit dignitas de iu
re prout no. & deducit Innoc. in. c. de multa de præben.
& arch. post eum de consue. c. j lib. vj. multo minus deca
natus qui etiam inter officia ecclesiastica non nominatur
ut patet in singulis titulis. de off. arch. archipresbi. custo
dis. &c. sed caue si recte inspiciatur tūc singula officia si
ue ministeria exercēda p archipsbiterū. exercentur per de
canum. prout experientia docet. ergo merito sub illo offi.
comprehenditur. nam ille qui in locum alterius succedit
eo iure uti potest & debet. de consti. c. translato. de re. iur.
is qui in ius. lib. vj. Sed decanus succedit hodie in locum
archipresbiteri. ergo est maior saltem ratione ordinis. Idē
de archidiacono in cuius locum ut frequentius succedūt
præpositi. ergo. Et in hanc partem omnes domini decli
nauerūt. quod in casu pposito sonaret in nomen dignita
tis. Tum quia decanatus ecclesiæ & non in ecclesia. & sic
est ibi per modum capitis. tum quia ut ponebatur in fa
cto prædictus apostolicus fuit inductus in possessionem
primi stalli in choro decano debiti. qui dignitatē siue præ
rogatiuā distinguit pro quo fuerunt inducta prædicta no.
per archi. & per eundem in. c. ne captandæ. de concess.
præben. & no. in clem. j. per Ioan. an. de præbē. & per Io.
mo. in regula ingenerali. lib. vj ego uero allegabā pro hoc
quod sonaret in nomen dignitatis & esset dignitas iuris. c.
post electionem de concess. præben. c. cum inter uniuer
sas. de elect. ubi le. & no. quod est caput capituli ergo. pro
hac opinione fuit alle. l. C. de sacrosanct. eccle. l. non plu
res. cū ibi no. &. C. de decanis. l. unica. & historia de Mo
se qui ad consilium Ietro soceri sui certos constituit deca
nos & centuriones. qui iudicarēt populum Israeliticum.
sed honor siue dignitas est in iudicando. de appel. ut de
bitus. C. quando prouo. nō est ne. l. omnem honorem. Iu
dices. n. debent in dignitate eē cõstituti. ut in. c. statutum
de rescript. lib. vj. iuncta cle. & si principalis. eod. ti. ergo.
Post hoc uero fuerunt mutata consilia quia per confessiõ
nem utriusque cõstabat prædictum decanatum fore sim
plex beneficium sine cura in dicta ecclesia collegiata. &
sic fuit sententiatum pro apostolico impetrante.

Decisio. XVIII. alias. 443.

Summarium.

Forma gratiæ est attendenda. ideo in forma dignū ar
bitramur prius examinatio personæ facienda est. a qua e
xaminatione non est appellandum. cum executoris con
scientia sit onerata. & postea fiat subdelegatio.

Epitome.

1 Executor beneficialis cum gratia sub forma dignum ar
bitramur &c. super quo conscientiam oneramus. &c.
an possit alteri talem executionem subdelegare.
2 Clausula generalis in fine rescripti posita potest ad oīa p
cedentia referri.
3 Conscientia quid sit & qualiter diffiniatur.
4 Examinatores promouendorum ad ecclesiastica benefi
cia cuius esse debeantur conditionis & literaturæ &
conuersationis.
5 Executori cui commissa est certæ personæ prouisio uide
tur etiam concessa præambula per quæ peruenitur
ad illam.

1 FVit dubitatum utrum † executor datus in forma di
gnum arbitramur &c. ad examinandum in literatura
certam personam in litera nominatam. & si per huius
modi examinationem ipsum inueniet bene legentem. cõ
struentem & cantātem. super quo ipsius conscientiam o
nerauit. quod sibi de beneficio ecclesiastico cum cura uel
sine cura spectante ad collationē decani & capituli cer
tæ ecclesiæ uacante uel uacaturo. quod infra mensem a
tempore notæ uacationis duceret acceptandum prouide
ret. ipsumq; per se uel alium seu alios in possessionem īdu
ceret corporalem. posset prædictam examinationem alte
ri subdelegare. dubium faciunt ista uerba super quo tuā
conscientiam oneramus. quæ non ponūtur in forma pau
perum. qui in curia super præmissis examinantur. & inq
sitio morum & conuersatio uitæ partibus certis executo
ribus uel examinatoribus committitur qui huiusmodi in
quisitionem possunt subdelegare. & alteri uices suas cõ
mittere. ut in cle. iudices. de off. dele. quam quidem inqui
sitionem etiam in absentia impetrantis possunt facere &
testes super hoc recipere. prout ibi no. secus uero in for
ma dignum arbitramur. in qua papa habens impetrantē

de uita

de uita & moribus commendatum. committit examinationem scientiæ & idoneitatis ipsius in partibus qui requirit examinandi præsentiam. prout. le. & not. in. c. si forte. de elect. lib. vj. ergo uidebatur multis dominis in rota & extra quod non posset huiusmodi examinationem committere alteri. quasi sua & non alterius industria super hoc esset electa. sicut si sibi cōmitteretur absolutio certæ personæ. & pœnitētiæ iniunctio. ut in. c. si. de of. dele. Vbi hoc uidetur innuere Innocentius. cuius opinionem dixerunt alij domini tenentes contrarium reprobatam per dictam clemen. quæ facit pro & contra meo iudicio Cōfirmatur etiam prædictam prima dominorum opinio. per formam antedictæ gratiæ. ubi papa in fine mandat fieri inductionem in corporalem possessionem. per se uel alium seu alios. quam non posuit in principio. ubi mandatur fieri examinatio. quod si uoluisset id expressisset & commisisset. de deci. ad audientiam Ad quod responderunt domini

2 tenentes contrariū. sub dubio forte † quod dicta * clausula generalis in fine posita. posset referri ad omnia supradicta. per. c. secundo requiris. de appella. & de procuratore. qui ad agendum. lib. vj. & si non cum omnis executor sit iudex ut in dicta. clemen. & de off dele. c. cum plures. & c. si super. de off. dele. lib. vj. qui lege habet potestatē subdelegandi per. c. quamuis. & c. pastoralis. de off. dele. Ad quod primi domini responderunt delegatum papæ non posse subdelegare. per. c. sciscitatus. de rescript. & dictum c. pastoralis. ibi dummodo maliciose non quærat se exonerare. Cum igitur in casu nostro sit eius conscientia onerata. si uelit subdelegare maliciose se quærit exonerare. quia per apertionem unius libri. uel per unam interrogationem potest se expedir. secus si necesse haberet se informare per testes. sicut in clemen. iudices. alias necesse haberet uocare partem. uel assumere partes iudicis. ubi multa concurrunt in quibus nō potest esse præsens nec per se expedire. & ideo datur sibi potestas hoc expediendi per alium a lege. hinc est quod licet receptio testium in qua multa concurrunt. & habet fieri cum causæ cognitione. posset subdelegari. tñ examinatio testium non. quare? quia hoc est facti & quoddam nudum ministerium. & per cōsequens indelegabile. ut in dicto. c. fin. de of. dele. sæpius allegato. & legitur & notatur in. c. cum bertol. de re iudi. & in. ca. cum causam lo. ij. Melius & clarius per Pau. in dicta cle. iudices. Cum ergo prædicta examinatio sit iudicis factum nullam requirēs causæ cognitionē. in quo sua conscientia oneratur. ad explēdum certum ministerium ergo probatur hoc etiam per diffinitionem conscientiæ positam per Archi. in. c. statutum. de hære. in si. li. vj. dif-

3 finientis eam sic. ꝙ conscientia † est cognitio cuiuslibet cordis. sui ipsius. quā nemo scit nisi solus Deus. ergo sæpe relinquitur quis suæ propriæ conscientiæ ut Deū timeat. præ oculis habet. recte procedendo & diffiniendo. ut in infinitis iuribus allegatur in gl. c. si. de uo. per Ioann. an. in cle. j. de iurepa. ubi uideas multas concordantias. quas alij domini tenentes contrarium allegant pro se dicentes omnia iura de commissione conscientiæ loquētia potius sonat in monitionem quā in conditionem & non sunt nisi excitatiua officij ut in. c. licet de off. ordina. nam siue sit ordinarius delegatus. subdelegatus. executor. uel quilibet christianus. nunquā debet contra sed secundum rectam & ueram conscientiam procedere facere & loqui. alias ædificat gehennam. de restitu. spolia. ca. literas. & incurrit pœnam sæpe a iure inflictam ut in ca. cum æterni. de re iudi. lib. vj. licet ab his quæ suæ conscientiæ relinquuntur si contrarium faciant non possit appellari prout legitur & notatur per Ioan. an. & Paulum in dicta clem. j. de iurepatrona. & remittens ad notata per eum in. c statutū. §. assessorem. de rescriptis li. vj. Ad quod primi respondiderunt aliud esse in commissione iuris aliud in commissione hominis in quo non est licitum transgredi formam. de rescriptis cum dilecti de præben. cui de non li. vj. Cū

4 igitur † ex forma prædictæ commissionis factæ homini ꝑ hominem appareat, ꝙ huiusmodi certæ personæ ad quā alias non pertinet huiusmodi examinatio uoluerit onerare conscientiam ita quod non alterius. ergo non uidetur excitatio officij. sed potius electio suæ industriæ. qua nemo potest cōmittere alteri pro quo fuerunt allegatæ duæ leges bene facientes. C. de episcopo. & cle. l. j. nulli. & C. de cadu. tol. l. unica. §. ne autem. Præterea si dictus examinator posset committere uices suas alteri. forte committeret uni asino & illiterato qui nihil sciret. quod foret absurdum. & ideo fit antequam prædicta commissio recipiatur in cancellariam per testes informatio de sufficientia cōmissarij. & quod sit iureperitus nisi fuerit episcopus * uel suus officialis qui reputantur iureperiti licet sæpissime reperiatur contrarium. & hoc est etiam argumentum quod prædicti commissarij eligitur industria & non alterius. quod reuera denotant prædicta uerba in litera posita. ꝙ intellexerunt alij domini tenentes contrarium ad duos effectus. Primus quod a facto huiusmodi cōmissarij si male facit non potest appellari. Secūdus quod oneratur sua cōscientia. ita in subdelegando peritæ personæ sicut in examinando. & per hoc responderunt ad absurditatem. dicentes etiam huiusmodi examinationem posse fieri in absentia examinandi. & informationem super sufficientia ipsius fieri. & recipi testes. prout frequenter fit in cancellarijs. allegatur pro hoc clementina Romani de iureiurā. quæ reuera nihil facit. quia ibi facta fuit examinatio impetratoris absentis. de uita moribus. fide & legalitate. sed non de scientia nec literatura. quæ exigit præsentiam hominis. nec alias posset exaudiri nec sciri utrum esset alicualis scientiæ. ar. no. in dicto. c. si forte. Præterea prædicti domini declinantes in opinionem contrariam. reputabant tex. pro eorum opinione. in. c. is cui. j. Respon. de of. delega. lib. vj. cum ibi notatis per Io. mo. Cuius dictum intelligo in forma pauperum. hodie approbatur per dictam clementinam iudices. prout etiam ibi notatur per Ioann. an. in qua forma non committitur examē scientiæ. sed morum nec oneratur super hoc inquisitoris cōscientia. sicut in casu nostro. ergo dictum Io. mo. non obstat. nec etiam textus dicti. c. is cui. in principio. Sed intelligatur de prouisione facienda certæ personæ expresse iam examinatæ & de cuius idoneitate cōstabat qui intellectus posset sustineri & probari per secundum responsum eiusdem capituli. Casus uero noster est de persona examinanda in scientia. ergo. Si uero intelligatur prædictum. ca. is cui. de examinatione & ꝓuisione facienda de certa persona. tūc ibi uidetur casus pro opinione dictorum dominorum licet adhuc posset sustineri contrarium propter onerationē conscientiæ expressam in forma. per quæ uidetur eius electa industria. ut superius est deductū. & hunc intellectū uidetur etiam approbare Pau. & Genze. in dicta clemen-

5 tina iudices. cuius dictum Pau. in fine magnæ glos. uidetur multum facere in contrarium. Vbi dicit quod † executori cui cōmittitur certæ personæ prouisio uidentur omnia præambula esse cōmissa. per quæ peruenitur ad illa. ꝑ l. oratio. ff. de sponsa. & sine quibus illa expediri non possunt per iura uulgaria. ut in. c. præterea. & c. ex literis. de off. delega. Tum etiam quia accessorium debet sequi naturam sui principalis. ut in regula iuris accessorium. de regulis iur. lib. vj. Sed prouisio censetur principale delegabile. quia debet fieri cum causæ cognitione ut ibi deducit & allegat Paulus. ergo. & examinatio personæ quæ uideturr accessoria ad dictam prouisionem & sine qua dicta prouisio expediri non potest. ergo quæ minor posset declarari. cum prædictæ personæ examinatio non sit accessoria. sed principalis in casu nostro. sine qua executor nō posset procedere ad aliquam prouisionem faciendam. ꝙ si faceret non ualeret. propter transgressionem mandati. quod exacta diligentia est obseruandū. ut in iuribus uulgaribus. Præterea ubi principale & accessorium non sunt eiusdem sed diuersæ naturæ siue formæ. non procedit regula. at sic est in proposito ergo. Maior tñ pars dominorum de rota concluserunt posse fieri subdelegationem in casu prædicto. sicut in casu prædictæ clementi. propter paritatem rationis. & per dictum. c. is cui. primo responso lib. vj. Tum etiam quia propter generalem & communem consuetudinem ac obseruantiam omnium executorum in prædicta forma datorum quæ pro lege seruanda est de consuetu. cum consuetudinis. de ætate & qualita. c. generalem in cle. Mihi tamen & tribus alijs auditoribus. ac omnibus abbreuiatoribus de cancellaria. nec non multis doctoribus extra rotam quos super hoc prædicto dubio consului. dixerunt de rigore iuris cōtrarium & credo quod bene.

*Clausula notata ꝙ clausulā generalis in fine posita pōt ad oia ꝓcedētia referri de ꝗ uide per Bal. in l. pactum in. xv. q. C. de collati.

* Eps & suus officialis reputant iurisperiti an hæc ꝓsumptio hodie fallat tu ipse uideris.

Decisio. XIX. alias. 457.

Si episcopus in gratiis in forma pauperum tantum ut moris est executor deputatus suo officiali committat potestatem purificandi omnes gratias in quibus est uel erit datus executor uirtute talis commissionis poterit dictus officialis purificare solum gratias tempore commissionis factas & non postea faciendas.

Factum circa quod multæ difficultates palatij uersantur. esse possit in tribus dubijs. &c. Egi. bell. deci. 110. ponit hanc deci. ad literam.

Decisio. XX. alias. 458.

Summarium.

Impetrans non potest uti gratia nisi postquam literæ fuerint confectæ.

Epitome.

1 Executor dicitur ex concessione papæ uel uicecancellarij iurisdictionem & eius exercitium nãcisci nõ partiũ nominatione.
2 Executoris datio dicitur pars gratiæ.
3 Partes an in datione executorum aliquid operentur.
4 Inferior non potest ligare superiorem.
5 Gratia ante confectionem literarum est quædam res informis & imperfecta: perficitur autem literarum confectione debito modo ordinata.

1 Circa secundũ dubium multæ sunt opiniones † quod postquam per papam supplicatio est signata. statim potest sibi executorem eligere. & eo ipso executor sic electus etiam literis nondum confectis immo in Cancellaria nondum nominatus uel datus potest libere procedere ad gratiæ executionẽ. Et isti se fundant in hoc Dicunt enim quod papa signando supplicationem partis simul facit gratiam & super ea dat parti executores. licet non nominatos & certos. Ioã. and. in glos. sua ordinaria hanc partem indicto. c. tibi qui. super uerbo certo facit de priuilegijs tibi. §. & quid ipsum. li. vj. & quod ibi no. glos. Cum ergo executor ex signatura principis firmetur ideo fundamentaliter potestatem suam habet cũ eius exercitio a tẽpore datæ signatæ supplicationis. de rescrip. cam te. &. c. si eo tempore. co. tit. lib. vj. cũ multis si. Et hoc ut uidetur, istis incõuincibiliter probant literæ quæ postea super gratijs cõficiuntur & in eis disposita & contenta sicut est datio executorum Et. ut uidetur eis sic probant efficaciter. quod ista probatio per aliquam probationẽ contrariã perimi non potest de proba. literis. in clem. cum ibi no. in glo. v. p. Paul. Et isti pro se allegãt textum pro determinatione de rescript. pastoralis §. fina. æquiperantes dationem executorum incertorum acommissioni super rebus incertis & contra incertas personas. & declinationem seu specificationẽ rerũ & psonarũ incertarũ declarationi seu specificationi incertorũ executorum. Isti etiam pro se allegant
2 glos. doc. dicentium quod pars † gratiæ est executorum datio. de of. delega. si super gratia libro. vj. quæ potest fieri sine literis. & semper literas præuenit uidetur tex. de sepult. dubium in fi. in clem. & no. per Innoc. de rescrip. cõstitutus. & per Archid. in procemio. vj. libri. ¶ Sed contraria opinio uidetur esse clara de mente iurium. & pro ea
3 declaranda est sciendum. quod partes in datiõne † executorum nihil operantur. Nam papa ad cuius uel sui cancellarij officium pertinet dare executores certos & nominatos dat. & nullo modo dant partes sed ille a cuius potestate ipsorum executorum potestas & officium dependet & ex hoc sequitur quod partes in nominatione uel electione nil omnino operantur quo ad dandum executoribus potestatem uel usum seu exercitium potestatis. hoc satis clare probat textus de rescript. tibi qui. libro. vj. per quam decre. Io. And. in sua glos. ordi. ibi super uerbo certo tenet istam partem facit de priuile. c. i. §. & in id ipsum. lib. vj. & quod ibi no. Non ergo certus & nominatus executor recipit potestatem uel usum uel exercitium potestatis a nominatione uel electione partis. sed ex concessione principis quam facit pro se uel suum ministrum ad hoc officium deputatum. decri. fal. quamquam graui. simili modo facit de conces. præben. c. j. C. ex parte uer. qui tamen illi. li. vj. & de præbẽ. c. j. in clem. ibi quamquam. pro qua parte etiam facit quia iudex delegatus huiusmodi est executor de of. delega. c. iudices. in clem. Si incertus sit datus non habebat potestatem etiam si ex electione partis reducatur ad certitudinem nisi primo ad speciem sit descẽsum ex principis specificatione uidetur casus secundum uerum intellectum decre. de rescrip. ad hæc sumus. per quam solum si non essent aliæ. hæc pars tenenda est alias sequeretur quod executorem electum per partẽ dominus uice cancellarius inuitus dare teneretur. quod est absurdum Cũ
4 inferior † non possit legem imponere suo superiori. xxj. di. inferior de maio. & obedie. cum inferior. & de elec. ne romani. in clem. & si respiciantur textus titulorum de rescrip. de præben. & de concess. præben. & alij de processibus. & alijs gestis executorum loquẽtes dare innuunt literas potestatis eorũ per prius esse factas ut apparere potest cuilibet intuenti & magis declarabitur in sequenti dubio facit etiã pro hac parte. c. cum aliquibus. de rescript. libr. vj. ubi ex earum scilicet literarum uiribus potestatem recipiunt. Allegationibus in oppositum non obstantibus Non obst. quod primo alleg. scilicet quod executores qui cum gratia simul dantur. recipiunt potestatem suam fundamentaliter ex signatura supplicationis. fateor. Sed quia
5 † gratia facta p principem ante confectas literas est quædam res informis siue imperfecta. quæ postea in cõfectione literarum formaliter. politur & ad suum esse perfectũ per adiectionem clausularum necessariarum & dationẽ certorum executorum reducitur & ideo executores in ea deputati ante nõ uidentur posse exequi. quod ipsa sit ad suũ esse perfectum reducta. & in forma debita redacta. & primi executores per illum qui potuit sunt specificati & nominati. Inde dicunt doctores quod in beneficialibus literæ habentur loco tituli. ut no. compos. de rescript. c. constitutus. ad finem. & Io. an. de hoc no. de litis contest. c. uno li. vj. Igitur antequam sunt confectæ literæ non uidetur pars habere titulum causatum in suo esse perfecto per illud quod præmissi & per consequens. nec executor usum suæ potestatis cum accessorium non præcedat suum principale. sed ipsum sequatur. de regu. iuris accessorium li. vj. ad. c. literis de proba. in clem. Respondetur quod iste probationes executorum qui processus fecerunt solum & dũtaxat nominati & in specie in Cancellaria dati & concessi fuerũt post factos processus est probatio partem releuans & in nullo perimens dispositionem probatam per literas ista sunt compatibilia Isti iudices fuerunt a tempore datæ literarum concessi. quia sub generalitate supplicationis cõprehensi sicut probant literæ. una cum ipsa supplicatione ex qua extrahuntur & de longo tempore post fuerunt nominati & specificati in confectione ipsarum literarum sicut habet partis probatio quæ p cõsequens infert. quod eo tẽpore quod fluxit medium inter datã supplicationis ĩ qua nõ specificabant. & specificationẽ seu cõcessionẽ & denoiationẽ in cancellaria factã. nihil facere penitus potuerunt. p supius allegata. c. pastoralis. §. fi. nõ obstat. quia specificatio iudicum non pertinet ad partem sed bene pertinet ad partem specificare res super quibus ei personas contra quas agere uult. nec alia allegata obstant. quia licet datio executorum in genere præcedat literas descensus tamen de genere ad speciem. & nominatio iudicum quæ debet præcedere quemcumque actum per ipsum generandum cum actus sint indiuiduorum & non generum. sic in confectione literarum quarum formam habet sequi necessario. Antequam. ergo. illa scilicet forma daretur & imprimatur & per ipsum uideatur. quomodo illã exequi & seruare poterit. immo erraret qui hoc diceret.

Decisio. XXI. alias. 459.

Summarium.

Quo ad translationem iurisdictionis in iudicem non requiritur præsentatio literarum seu scientia iudicis uel executoris quia ex sola principis uoluntate in ipsum iurisdictio transfunditur etiam inuitum & ignorantem quo ad iurisdictionis non exercitium acquirẽdum necessaria est præsentatio literarum.

Epito.

Circa tertium dubium ubi iacet lepus magis instādum est. In quo multi tenent in dubio qui executor quocunque ante receptionem literarum habet potestatem plenariam exequendi ac ipsius potestatis
1 exercitium. † Et mouetur ex hoc: quia princeps cum dat executorem certum & nominatum statim trasfert in eum iurisdictionem & potestatem exequendi ac ipsius iurisdictionis & potestatis exercitium. Cum in istis tempus date sit considerandum, ut in iuribus supra in aliis dubiis allegatis & maxime procedit hoc in executore principis quo ipsos inuitos & ignorantes dare potest: ut. ix. quæst. iiii. per principalem, & ibi not. maxime in glo. fin. Sicut & potest ab inuito & ignorante iurisdictionem reuocare. ff. de iud. l. iudicium. & de conces. præbe. quia cunctis. §. ex parte lib. vi. Et si dicatur per aliquos quod huiusmodi potestatis non habet exercitium: non uidetur istud ualere: quia cum constet quod habet potestatem re ipsa: & non constet aliquo iure determinatum exercitium huius potesta-
2 tis esse ligatum † dicendum est ipsum exercitium inhærere potestati: & concurrere cum ipsa ut satis clare &c.

DE HIS QVÆ FIVNT A PRÆlato sine consensu. C.

Summarium.

In communi etiam capitulo regularium nō potest Abbas maior minuere iure unius ecclesiæ sibi subiectæ nisi ex iusta causa & possessore uocato.

Decisio. I. alias. 347.

Si Abbas maior etiam in consilio alias capitulo generali erigat seu ordinet unam custodiā in aliquo prioratu perpetuo. Sacristiam seu & cōuētuali a suo monasterio depēdēte priore nō uocato & statuat huic custodi seu sacristæ de bonis & redditibus dicti prioratus fore prouidendum ex causa etiā iustissima huiusmodi erectio sine ordinatio nō ualet mero iure. Ratio quia huiusmodi erectio siue ordinatio quantumcunq; iustissima causa subsit. debebat fieri sine præiuditio prioratus. de constitutio. c. cū accessisset. &. c. cū omnes. de cōsuetu. c. cū olim. de ecclesiæ ædifican. c. ad audientiam. Nō. n. est de cooperiendū unum altare & cooperiendum aliud de præb. c. cum causam tum etiam quia huiusmodi ordinatio est quædam dimēbratio prioratus & ideo necessaria fuit prior uocatio q̄ licet si fuisset prioratus unitus alteri dignitati. non fuisset necessaria tamen si dismēbraretur & pars alteri dignitati applicet rector siue defensor ad hoc est uocādus & aliæ solēnitates iuris sunt seruandæ alias nō ualet. de re. eccl. nō alie. c. i. li. vi. & clem. uni eo. tit. & ibi per Io. An. & Pau.

DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENAN.

Summarium.

In dimēbratione aut alienatione rei ecclesiasticæ requiritur rectoris uocatio causæ & cōtractus expressio & aliæ solēnitates de qbus in. c. dudū. de re. eccle. non alie. li. vj.

Decisio. I. alias. 229.

Quod in dimembratione alicuius ecclesiæ seu bonorum eiusdem facta per aliquem legatum de latere requiritur rectoris uocatio. causæ expressio causæ ueritas. tractatus & aliæ solēnitates iuris de quibus in. c. xii. q. ii. sine exceptione. &. c. dudum. de re. eccle. non alie. li. vi. quia huiusmodi dimembratio est q̄dam alienatio ppetua rei ecclesiasticæ in qua requiruntur omnia supradicta. ut iuribus superius all. Et licet unio unius ecclesiæ possit fieri rectore nō uocato tamē dimēbratio siue alienatio partis ipsius ipso non uocato fieri non poterit. prout le. & no. per Io. And. in cle. Si una. de re. eccle. non alie. super uer. defensor. & ibi ponit rationem diuersitatis.

DE LOCATO ET CONDVCTO.

Summarium.

Locatio facta per prælatum cum consensu sui capituli aut per inferiorem cum authoritate superioris ex causa legitima & in utilitatem ecclesiæ transit ad successorem alias non quanuis dicatur per se & successores suos, quinimo, & tunc morte locantis extinguitur. nec postea ualidatur. licet successor statutam receperit pensionem.

Decisio. I. alias. 332.

Si prælatus locat ad certū & modicū tempus qđ relinquitur arbitrio iudicantis. ut le. et no. in cl. monasteriorū. de re. eccle. non alie. in gl. fi. bona siue fructus platuræ suæ. ualet & tenet huiusmodi locatio ēt sine authoritate superioris & sine consensu capituli sui. ad uitam suam p. c. fi. ne præla. vi. su. & etiam per nota. in. c. possessionis. xvi. q. i. per Ioan. & si prælatus fecit eam nomine suo non intendens ecclesiam obligare successor eius non tenetur stare contractui nec huiusmodi locationem obseruare. Si uero ecclesiæ nomine & utiliter contraxisset seruata debita solennitate iuris. tunc successor tenetur stare contractui. & huiusmodi locationem obseruare. de solu. ca. i. & ibi p Ioann. An. in nouella. xii. q. ii. hoc huius placiti. &. c. præcedenti. c. Alienationes. ubi de hoc per Ioa. & Archi. qui dicit quod prælatus uniuersalis successos est. Secus uero in singulari. ut per Bern. Inno. & Hostien. in. c. fi. superius all. & potest esse diuersitatis ratio. quia in primo casu censetur personalis obligatio quæ finitur morte depræca. ca. ii. de dona. inter ui. & uxo. nuper. ff. de usufruc. l. si unum. Hostien. in summa tituli. ne prælati uices suas. ponit aliā rationem quia cum beneficia sint personalia contractus circa illa habiti personas concedentium non excedunt. de præben. nisi de authoritate & usu pal. ad hoc. In secūdo casu censetur realis quæ semper durat. de institu. cum uenissent. de transactio. ueniens & capitulo de cætero. In dubio tamen potius præsumitur personalis quam realis. prout legitur & notatur in dicto capitu. cum uenissent. Et præmissa procedunt in prælato habente administrationem locante bona prælaturæ suæ ob utilitatem ecclesiæ siue prælaturæ suæ & debita solemnitate seruata. Secus uero in præbendario sine simplici beneficiato qui nunquā ultra tempus uitæ suæ locare potest præbendam suam licet super illa agat & defendat. de præben. ca. ii. de pecu. cleri. c. fin. de probati. ex literis. & ibi per Innocen. quia ipse non habet tam liberam administrationem præbendæ suæ sicut prælatus. de testamen. relatum. & ca. requisisti. secundum Inno. qui hoc not. in dicto. ca fin. ne præla. ui. su. & arg. in. c. hoc huius. placiti. xii. q. ii. in fine.

Sed iuxta præmissam conclusionem fuit dubitatum de duobus utrū locatio facta per prælatū nomine suæ & nō nomine ecclesiæ ipso iure esset extincta per obitum ipsius. Aliqui domini tenebant q nō quia successor licet nō teneretur stare contractui tamen posset si uellet immo honestū & decens esset si tempus locationis nondum esset finitum & esset facta locatio pro se & successoribus suis prout ponebatur in facto quod locationem factam obseruaret. & expectaret finem termini quia Canon. dicit quod successor debet fauorabiliter prosequi quos nouit suo prædecessori fideliter paruisse. ut. xii. quæst. ii. hoc huius placiti. de rescri pt. literis. de pact. capitu. fi. libro sexto. Ecclesia enim in contractibus suis nullam debet fraudem adhibere. de donatio. per tuas. nec præcarium finitur obitu concedentis. nec ante tempus constitutum. & si fit factum de possessionibus & rebus ecclesiarum reuocatur. de præca. capitu. fina. Maior tamen pars tenuit contrarium. uidelicet

Deci. no. P

quod contractus locationis extinctus sit ipso iure morte locantis, quia ultra uitam suam non potuit suum successorem obligare per iura superius in alia conclusione alle. facit etiam c. fina. de rescriptis. lib. vi. & c. significauit. de censibus. Praeterea licet in beneficialibus sit successio, tamen non haereditaria, quia non succedit in locum siue titulum primi defuncti. Sed ex nouo titulo siue iure de concessio. praeben. c. ii. de institu. c. ad decorem. de iurepatro. consulit. de fil. praesbi. ad extirpandas. & ideo praelatus non succedit ut haeres, nec tenetur seruare omnes contractus initos, maxime inutiliter per praedecessorem suum. ut in dicto. c. ii. de praeca. & in c. significauit. de censi. de pigno. c. ii. Praeterea licet usufructuarius sit praelatus in uita tamen est usuarius in morte, prout legi. & nota. in c. praesenti. de off. ordi. libr. vj. & per Ioann. Mona. de reb. eccle. non alienan. hoc consultissimo, eodem libr. sed usufructus finitur morte, ergo. ut in cle. si una superius alle. in alia conclusione, ut legi. & nota. in c. cum constet de pigno. Item finitur donatio feudi in dote ipso iure per obitum concedentis, ut in c. nuper. de donat. inter. vj. & uxo. par etiam in parem. & c. de elect. innotuit. & in hanc ultimam conclusionem declinauit Reuerēdus in Christo pater & dominus dominus Cardina. Viuarien. quem super hoc consului.

Decisio. II. alias. 233.

Summarium.

Poena legis conductores. C. locati habet locum in successore locantis sicut in ipso locante & successor locatoris recipiendo pensionem rei locatae contractum locationis ratificare uidetur.

EX praemissis duabus conclusionib. insurrexit aliud dubium uidelicet utrum poena legis conductoris. C. de locati. & conduct. locum habeat in successore locantis, sicut in ipso locāte. puta successor in casu quo potuit repetijt rem locatam. & conductor contradixit. immo litem suscepit utrum habeat locum aestimatio bonorum. Respondebatur per omnes quod nō, maxime si tempus locationis nondum fuit finitum, & sit facta locatio pro se & successoribus suis. & sic forte poterat habere iustam cōtradictionis causam propter quam excusatur a poena. de loca. c. potuit. & procedit haec conclusio maxime secundum opinionem dicentium locationem extinctam per obitum ipso iure, nisi successor uelit eam ratificare.

Sed pone praelatus locauit certa bona praelaturae suae ad decem annos pro certa annua pensione quam ipse recepit per duos annos in uita sua, postea eo mortuo successor suus recepit eam iterum per duos annos, subsequenter repetit a conductore praedicta bona quaeritur nunquid potest. Aliqui dixerunt quod non, quia recipiendo pensionē tacite uidetur cōtractum factum per praedecessorem suū ratificare, arg. no. in c. ij. et. iij. de his quae fiūt a praela. Nā ut ibi apparet contractus praesertim temporales & non perpetui tacite possunt ratificari & ibi de hoc & quia decens & honestum quod successor ratificet & fauorabiliter prosequatur facta sui praedecessoris, ut in c. hoc huius placiti. xij. questio. ij. & de solu. ca. ij. & ibi per Ioan. An. in nouella. faciunt optime nota. per specula. titu. de locati. §. nunc aliqua. uer. xxiij. cum quatuor sequentibus Maior pars tenuit contrarium quia licet receperit pensionem certis temporibus & pro illo tempore censeatur contractum ratificasse tacite pro tempore quo recepit pensionem tamen per hoc nulla censetur pro futuro tempore obligatio noua introducta, ad hoc alleg. l. emptorem. & l. item quaeritur. §. qui impleto. C. de locati. & conducti. Tum etiam quia contractus semel extinctus, ammodo non reuiuiscit. de renuntia. cap. ex transmissa. de Rescriptis. cap. quāuis libro sexto. & clementi. gratiae eodem titulo. Sed locatio antedicta est extincta per obitum ipsius locantis ut supra deductum est in alia conclusione, ergo. Quando autem successor tenetur ratificare gesta per suum praedecessorem. Vide Dynum & dominum Ioann. Andr. post cum in nouella in regula ratihabitio de re. iu. lib. vj.

Decisio. III. alias. 304.

Summarium.

Lex quicunque. C. de apocis publicis li. x. locum habet non solum in censu tributario sed etiam in emphiteoticario.

LEx quicūque. C. de apocis publicis li. x. nedū habet locum in censu tributario sed in quocunque alio etiam emphitheoticario, prout not. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. xxvij. & ij. sequētis. Host. in summa. eo. ti. §. hoc quoque notandum.

DE RERVM PERMVTATIONE.

Summarium.

Beneficia reseruata & ex causa permutationis resignata in manibus ordinarii uere uacant sed per ipsum ordinarium conferri non possunt ratio quia per talem reseruationem papa ad se ordinationem dictorum beneficiorum aduocauit, ergo eorum dispositio est quibuscunque alijs inferioribus interdicta.

Epitome.

1 Reseruata beneficia etiam ex causa permutationis per ordinarium conferri minime possunt.
2 Permutantes sua beneficia an possint ad illa propria authoritate redire.
3 Collatio non est in beneficiorum ecclesiasticorum permutatione necessaria.
4 Beneficia generaliter reseruata non possunt nisi per papā conferri.
5 Beneficia per papam reseruata an possint permutari.
6 Optio nō habet locum in beneficiis reseruatis.
7 Optio an locum habeat beneficiis deuolutis ad papam per negligentiam inferiorum.
8 Beneficium putatiuum an per mortem occupantis uacare dicatur.

Decisio. I. alias. 23.

FVIT dubitatū utrum
1 † beneficia * reseruata per papam resignata in manibus episcopi uacent & per ipsum conferri possint & si non utrum permutātes possint ad sua beneficia
2 † propria authoritate redire & sic sunt tria dubia in primo casu uidebatur aliquibus quod non per nota. per Ioann. imo. in cap. unico. de re. perm. libro. vj. Super uerbo fraude in q. sed quaero ubi uidetur dicere quod in permutationibus non est uera uacatio fictione iuris sed est quaedam continuatio iuris praecedentis ministerio praesidentis. all. tres leges & unam decre. & fi. decre. licet eo. ti. li. vj. quae decre. magis facit contra cum q̄ pro eo dum dicit ibi resignent. per quam resignationem beneficia uere uacant saltem quo ad ipsos resignantes. quia per eam ammittunt tam proprietatem quam possessionem. prout le. & no. in c. ad monet. c. quod in dubiis & c. super hoc de renun. facit. c. quia periculosum. vij. quaest. j. ad quod Ioan. mon. nitebatur respondere dicens praedictum uerbum resignet positum in. d. dec. licet. quia non est propriae resignatio sed totum potestati superioris reseruatur, qui transfert personas de loco ad locum. ut in c. quaesitum. de rer. permu. nolens
3 innuere quod † in permutationibus non sit necessaria collatio sed est quaedam personarum translatio. Praeterea uno prohibito omne censetur prohibitum per quod deuenitur ad illud. per. l. oratio. ff. de spon. sed propter reseruationem inhibetur & irritatur collatio, ut in cap. si eo tempore de elec. lib. vi. ergo & resignatio, ad quod ultimū respondebatur quod licet reseruatio beneficij impediat collationem

*Beneficia uide ro. infra in an. de renunti. circa me. de ci. 14.

collationem ipsius.ut in capitu.Si eo tempore.& in capi.
ut nostrum.de app.tamen non impedit resignationem.ra
tio quia non arctat nec impedit resignationem sed confe
rentem prout apparet per uerba reseruationis & ideo in
hoc primo dubio fuit conclusum per omnes dominos cō
corditer quod resignatio beneficij reseruati etiam ex cau
sa permutationis facta ueram uacationem inducit ratio
quia ipsam debet sequi uera collatio & institutio.ut in ca
pi.uno de rer.permu lib.vj.& melius in clemen. unica.
eodem titu.in fi.quæ fieri non posset de beneficio non ua-
can.de concess.præbend.nulla.& capitu.j.ergo uera ua-
catio.quod etiam no.glo.in capitu.si propter tua debita
super uerbo uacabunt.de rescriptis.li.vj.In secundo du
bio uidelicet utrum episcopi admittendo renuntiationes
huiusmodi reseruatorum beneficiorum resignatorum ua
leant ea permutantibus conferre & uidetur quod sic. per
dicta iura uidelicet.capitu. quæsitum. & capitu.licet.&
clemen.unicā de re.permu.per quæ iura arctatur episco-
pus ad conferendum dūtaxat permutantibus & nō alijs.
ergo quod est uerum in non reseruatis Secus uero in reser
uatis per papam quæ cum non possit operari uigore con
suetudinis.de qua in capitu.fi.de consue.lib.vj.nec per
executorem siue legatum conferri. de præbend.capitu.
dudum.eo.li.Ratio quia reseruatio papæ afficit benefi-
cium super & de quo fit.& inficit totum quicquid dispo-
nitur in contrarium.ergo aufert potestatem conferēdi &
omnem modum disponendi circa id de quo agitur.ut in
capitu.fi.& cap.si eo tempore. de elect.lib.vj.& de præ-
ben.cap.ij.& cap.dudum.eo.lib.breuiter pro dicta con-
clusione est hodie extrauagans Benedicti.xij. quæ inci-
4 pit dudū. ubi expresse disponitur quod beneficia † gene-
raliter reseruata puta per assecutionem uel munus conse
crationis impendendum.&c.non possunt impetrari nec
per aliquem conferri nisi per papam. Recurrunt.ergo isti
resignantes ad papam pro permutatione perficienda &
collatione eis facienda prout consulit & concludit Fre.
de Senis in tractatu suo de rerum permu quæstione.xxx.
in quo quidem tractatu etiam tenet expresse quod bene-
ficia resignantium etiam ex causa permutationis in cur.
in manibus episcopi ibidem degentis antea etiam non re
seruata solus papa conferet & nō episcopus. Ratio quia
huiusmodi beneficia uacāt per resignationem factam in
cur.de quibus beneficijs papa sibi reseruauit dispositio-
nem.ut in capitu.ij.de præbend.lib.vj.
¶ In tertio dubio uidelicet ubi dicti resignantes nollent
ire ad papam pro permutatione fienda sed unusquisque
uellet habere recursum ad suum beneficium. Quæritur
utrum poterunt. Dominus Fred.de Senis in tractatu suo
de re.permutati.quæstione.viij.& Ioan.And.in capitu.
licet.de re.permuta.lib.vj.im nouella. Et dominus Ale-
xander de Nargentillo. ibidem in repetitione sua tenent
quod sic de æquitate per rationem.capitu. Si beneficia.
de præbendis.lib.vj.& per nota.ibidem per Archidiaco-
num super uerbo libere iuncto eo quod notat. per Ioan.
And.eodem titu. licet.ij super uerbo eodem ubi dicunt
quod etiam propria auctoritate redire poterunt quia sine
culpa fuerunt ex quo reseruationē ignorabant ergo puni-
ri nō debent.de consti.c.ij.cū si.facit æquitas per q; uitat
circuitus incōmoditatis ac beneficiorū inculcatio.ar.cle.
auditor de rescrip.tollitur occasio expēsarum & labores
quibus semper de iure est parcendū.de do.& cont.c.finē.
de offi.or.c.ut litigantes.li.vj.& quia ob utilitatem eccle
siarum non personarum iureq; beneficio id fecit.ideoq;
laqueus sibi iniciendus non uidetur.xxviij q.j.de uiduis.
iurisq; occasio ad dispendium trahi non debet.ff.de usu
ca.pro emp l.eum qui priuile.c.ꝙ nonnulli.quibus non
ob.fuit determinatum contrarium de qua etiam.infra in
coclusione.lx.& est ratio quia cum beneficiū uere uaca-
uerit per resignationē.ut probatum est supra in primo ca
su sine dubio recuperari siue rehaberi non poterit sine no
ua collatione.Nam beneficium uacans ecclesiasticum si
ne canonica institutione per eū qui in eo ius nō habet.uel
si ius habuit illudq; per priuationem siue liberam resigna
tionem perdidit recuperari non potest.ut in.c.ex frequen
tibus.de insti.& de re.iur.c.j.li.vj.Probatur hoc etiam in
cle.unica.in fi.qui quidē rigor iuris communis scriptus æ
quitati prædictæ alle.per dictos doc.merito est præferen
dus.ut no.Cyn.in.l.placuit.C.de iude.per Guil.de Mon
telau.in clem.quamuis.de appella.& plenius per domi-
num & patrem meum & dominum Ioann.de Ligna in.
c.quæsitum de re. permu.in quæstione materiæ nostræ
5 uidelicet utrum beneficia † reseruata generaliter uel spe
cialiter per papam ualeant permutari.in qua quæstione
respondendo cuidam obiectioni quæ fit de æquitate.c.li
cet.de re.permu.li.vj.tractat pulchre quando æquitas p̄
fertur rigori.& econtra. Item cum per liberam resigna-
tionē permutās in eo beneficio ius uere perdidit in.c. quā
periculosum.vij.q.j.& nota.in c.admonet. & c.quod in
dubijs.de renun. Aut ius aliquod positiuum sibi illud ius
restituit.& hoc non reperitur in toto corpore iuris quia si
illud reperiretur non esset quæstio.aut collatio superioris
& sic habemus propositum.& quod collatio superioris sit
necessaria ut probatum est supra clare in secundo.dubio
ergo.& per hoc posset responderi ad capit.si beneficia qa
ibi æquitas est scripta quæ præfertur etiam rigori iuris scri
pto prout not.doct.ubi supra.Sed in casu nostro non repe
ritur hæc æquitas scripta.ergo standum erit iuris rigori
scripto posset etiam alio modo responderi ad.c.si benefi-
cia quod idem esset dicendum in casu illo sicut in casu
nostro non obstante opinione Arch.Nam tutius est secū-
dum Ioann. Andr.ibidem quod in casu illius decre.quis
auctoritate superioris ad beneficia sua dimissa reuertatur
quam propria propter pœnam.ca.eum qui de præben.
lib.vj.Cuius consilium est iuridicum & optimum illud-
que seruat palatium in beneficijs occupatis. secus uero
de uacan.de iuris & de facto.quia tunc procedit opinio
Ar.& sic ad concordiam prædicti doctores redducuntur.
quod expedit.de elect.c.cum expediat.lib.vj.
Additio scilicet.ff.de consti.pecu.l.& licet.ff.de diuor.l.
diuortium.& de iur̄ do.l.quod dicitur.§.miles ad finem.
Alia additio scilicet.c.quæsitum.de re.permu.
6 Alia additio in beneficijs † reseruatis non habet locum
optio secundum consuetudinem. An autem habeat locū
in beneficijs uacantibus ex causa permutationis uide ple
ne per.d.Pe.in.c.quæsitum.de rerum permu.in ulti.quæ
stione sui tractatus ubi concludit quod non possint opta-
ri.Et an talis consuetudo præiudicet impetrantbus apo
stolicis uide decisionem.ij.de consue.in antiquis.ubi dici
tur quod non est & ista fuit communis opinio Rotæ.
7 Alia additio utrum in beneficijs † deuolutis ad papā p̄
negligentiam inferiorum habeat locum optio Io.An.in.
c.fi.de consue.super uerbo uacantibus.li.vj.tenet quod
sic.ꝙ mihi uidetur mirabile cū talis deuolutio fieri nō pos
sit nisi per anni spatiū.ut i.c.licet.de sup.neg.p̄la.c.ij.de
conces.præb.& optio fieri debeat infra.xx.dies ut in.d.c.
fi.sed ista se non cōpatiuntur maxime qa tempus optio-
nis currit a tēpore scientiæ.ut no gl.antepe.in cle.j.de cō
ces.præben.nec iuuat si dicatur ꝙ toto anno optans po-
tuit ignorare & tñ deuolutio facta erat. quia tēpus currit
a tēpore uacationis notæ in ecclesia.ut in.d.glos.antepe.
quo casu posita ignorantia apud ecclesiā deuolutioni lo
cus non esset.cogitabis.
Alia additio.Subaudi & puram & liberam.ut no.Fred.in
suo tractatu in.v.q.& idem.do.Pet.de Perusio in.c.quæ
situm.de rerum permutatio.
Alia additio. Dicit abbas in.c.inter cætera.de p̄b.ꝙ non
dicitur uacare beneficiū simpliciter ꝑpter renuntiationē
factā animo permutandi ꝙ est notabile si est uerū.cogita.
Sed contrariū uidetur tenere una decisio in antiquis quæ
incipit.Item oriebatur aliud.
Alia additio.de hoc uide latius p.d.Pe.de Per.in suo tra
ctatu p̄mutationū quē cōposuit in.c.q̄sitū.de re.p̄mu.in
secundo principali quæsito.q.j.ij.& iij.
8 Alia additio.Sed hic restat dubiū † si p̄mutantes creden
tes permutationē tenere quæ fuit nulla.administrēt in be
neficijs permutatis.& postea moriunt̄ post quorū mortem
apparet quod collatio facta ex cā permutationis non ua-
luit.an dicta beneficia censeantur uacare per mortem an
per renūtiationem.Et hoc est etiam utile scire propter.c.
susceptum.de rescriptis.libro sexto.& uidetur quod ua
cent per renuntiationem.quia tenuit renuntiatio. collatio
uero sequens quia fuit nulla non fecit illos permutan-
tes rectores ecclesiarum. & sic remanserunt beneficia in
eo statu in quo erant post renuntiationem. non ergo pōt
dici ꝙ uacent p̄ mortē eorū ex quo titulū nō hēbāt in be-
neficijs sed uidet̄ ꝙ uacent per mortē quia illa renuntia-

tio facta fuit sub condictione tacita uel expressa saltem ob causam quæ non fuit secuta uel impleta. & sic cum pmutatio non fuerit perfecta ante mortem perinde est ac si nihil factum fuerit & hæc opinio placet Ioann. and. in dicto. c. uno. de rerum permuta. lib. vi. quidam dicunt q̄ aut permutantibus nulla potuit culpa ascribi & tunc talia beneficia morte dicuntur uacare. si autem eis potest ascribi culpa. quia sciebant causam permutationis prohibitæ tunc nec morte nec renuntiatione uacant. sed iuris dispositione per iuris priuationem scilicet a iure inductam. per. c. eum qui de præben. lib. vj. dicas secundum. d. Pe. de Perusio quod ubi permutantes ad eorum beneficia auctoritate propria redierunt eo casu quo poterant tunc qa non titulus redit ad titulum. ex dispositione iuris dicant beneficia per mortem uacare. sed ubi permutantes ad eorum beneficia non potuerunt redire quia eis potuisset culpa ascribi in permutatione facta tunc talia beneficia uacent per renuntiationē quia legitima præcessit renuntiatio non autem uacent morte quia non habent titulum in eis Et adde hic quod not. Ioan. de Lig. in. c. quæsitum. de rerum per. uersi. sed qualiter dicuntur & per Frede. in suo tractatu quæstione. vj.

Decisio. II. alias. 62.

Summarium.

Resignanti beneficium ex causa permutationis non competit interdictum unde ui nec conditio canonis reintegranda.

* Permutanti adde infra. in an. de renunt. deci. 2.

PErmutanti * non competit interdictum unde ui. nec conditio ex canone reintegranda obstan. sibi renuntiatione uoluntaria per quam amisit possessionem iuxta no. per Innoc. in. c. super hoc. de renunt. facit. c. excepta. de resti. spolia.

Decisio. III. alias. 63.

Summarium.

Permutanti beneficium datur regressus ad suum beneficium quod cum duobus permutauit uno tantum illorum euicto.

SI quis permutauerit unum beneficium pro duobus q̄ potest iuxta no. in. c. cum uenerabilis. de except. & de rer. perm. c. uno. li. vj. si unum euincatur tanquā reseruatum. & aliud dimittit uel dimittere uelit potest petere uel habere regressum ad suum primum beneficiū. auctoritate tamen superioris & est opus noua collatione. ar. in ratione. c. si beneficia. de præ. li. vj. &. c. inter cæte. e. ti. &. c. uniuersorum de rerum permu. uide melius. supra in conclusione. j. in eo. ti.

Decisio. IIII. alias. 109.

Summarium.

Petenti beneficium ex causa permutationis sufficit p̄bare compermutantem pro tali habitum cuius titulus si impugnat onus probandi incumbit impugnanti.

AGenti & petenti beneficium ex causa permutationis sufficit probare compermutantem habitum & reputatum pro tali. &c. & in pacifica possessione illius beneficij permutati fuisse etiam si titulus illius compermutantis impugnetur cui impugnanti incumbit probatio non obstante clausula in literis permutantium in fine posita quia de iure communi censetur subintellecta. ut le. & no. de excep. capitu. cum uenerabilis. & de rerum permu. capitu. licet. libro sexto. Ex superabundanti & ad maiorem expressionem ponitur & ideo sicut impetrans beneficium uacans per obitum non tenetur plene docere de titulo sui prædecessoris decedentis. ita nec impetrans per resignationem. ar. not. per Inno. & Hosti. de p̄sump. c. illud. & de eo qui fur. or. re. c. innotuit.

Decisio. V. alias. 307.

Summarium.

Permutatio facta per ordinarium de beneficio patroni laici eo contempto non est nulla ipso iure sed annullanda.

PErmutatio facta per ordinarium de beneficio spectante ad præsentationem laici ipso contempto & non uocato non est nulla ipso iure. sed annullanda per sententiam. si ipse cōtemptū suū infra tēpus quod præsentare debuit & potuit prosequatur secundum dominum Fed. de se. in tractatu suo de re. permu. quæstion. xxx. & Alex. de Lancilla. in repeti. siue commento. c. licet. de rerum permuta. lib. sexto. in quarta parte. q. xvj. alle. cap. quod sicut. de elect. c. ea noscitur. de his quæ fi. a præla. in quibus contemptus capituli non reddit actum nullum sed annullandum secundum expositionem. Hostien. & Ioann. And. super. uer. conuenit. alle. etiam. cap. cum in ecclesijs. de præben. libr. sexto. pro ratione allegat dominus Fred. dictum Pauli in clem. unica. de rerum permuta. dicentis quod consensus istorum uocādorum quorum interest potest interuenire ante & post. & dicit sic. dans per hoc intelligere. quod non sit nulla sed annullanda. nam si esset nulla ratificari non posset. per. cap. auditis. de elect. Cum similibus. Dominus Alexander allega. aliam rationem quia iste actus auctorizandi permutationem principaliter dependet ab episcopo. ut in. cap. quæsitum: de rerum permu. & nota in clemen. unica eodem titulo & licet debeant hunc actum facere de consensu capituli uel patroni. non tamen illa est nulla. eo ipso etiam si ad ipsum non spectat collatio cum non sit omnino defectus ex parte facientis licet male faciat contemnendo illos quorum interest. ut in dicto. c. quod sicut. & in. c. cum in ecclesijs. quod autem sufficiat consensus illorum contemptorum ex post facto inducit ipse illud quod superius in eadem repetione dixit in parte prima. vij. quæstio. scilicet quod possum habere duo beneficia de iure & tamen episcopus potest me altero priuare nisi mecum fuerit dispensatum. quæ si ex post facto interueniat sufficit ut ibi declarat. inducit pro hoc nota per Ioann. An. in. c. licet canon. de elect. lib. vj. super glo. penulti. & nota per eundem. de insti. c. ij. li. vj. Melius faciunt no. Inn. & Io. mo. & Ioan. an. in. c. j. de re. eccle. non alien. eo. li. facit ratio secundū eū. quia licet iste consensus nō interueniat in limitibus permutationis. non tamen cauetur iur̄ q̄ nō possit postea interuenire immo cauetur expresse contrariū uidelicet sufficere superuenientem consensum. ut in. d. c. q̄ sicut. & in. c. ij. de his quæ fi. a præla. &. c. ex ore. Vnde licet illud quod ab initio non ualet nō firmetur ex tractu tēporis. tamen ex nouo interueniente consensu bene firmat̄ ut not. in dicta regula non firmatur. de regu. iur. li. vj. Respondet ad oia contraria tam canonum q̄ docto. & præsertim ad. c. decernimus. xv. q. vij. quod est clauis in hac materia. uidelicet irrita est episcoporum collatio facta de beneficio spectāte ad p̄sentationem * laici ipso contēpto & irrequisito. dicens illud. c. loq in eo casu quo patronus debet requiri. & in quo episcopus non habet collationem sed in permutatione secus licet cū alio uel potest aliter respōderi. uidelicet q̄. c. decernimus. loquitur in collatione uoluntaria Casus autem noster in necessaria per clemen. unicam de re. permuta. dicit etiam dominus Alexander ubi supra dominum Lapum qui fecit plures additiones ad dicta domini Frede. in dictam partem declinasse & induxisse quod sit annullanda per. cap. per uestras. de iure patro. & de elect. c. nemo. & quod ibi nota libro. vj. Si uero secundum Lapum illi quorum interest permutationi contradicunt uel non consentiunt tunc secundum eum est nulla. allega. clemen. ne in agro. §. ad hoc. de sta. monac. quod dictum intelligo si ex aliqua causa rationabili contradicunt & infra tempus a iure statutum alias non obstante eorum contradictione permutatio potest & debet expediri cum eorū nō interest impedire eam sine causa. quia præsentare non possunt per clemen. unicam supradictam. de consensu tene dictum Pauli uidelicet q̄ sufficit eorum consensus ante uel post tacitus uel expressus per rationes antedictas.

pmutatio add. infra in an. de iure pa. x.

*Præsentatione do. fel. fecit elegātē tractatum qn̄ literæ apostolicæ noceant iuri pro ni laici q̄ tractatus est in. j uol suorū cōsiliorū quē diligenter p̄curre qa optimus est & hēbis plenā notitiā iuris p̄ronatus,

Deci.

Decisio. VI. alias. 311.

Summarium.

Renuntiationum receptio est iurisdictionis ideo faciēda est in manibus illius qui potest inuitū deponere & tūc perdit titulum & possessionem. ualet tamen facta in manibus capituli sede uacante.

Epitome.

1 Resignatio beneficij qualiter & in cuius manibus sit facienda.
2 Visitator datus ab alio quam a romano pontifice ecclesiæ uacanti an possit dare licentiam transeundi ad aliam ecclesiam.
3 Capitulum an sede uacante possit dare licentiam transeundi de una ecclesia ad aliam.

1 FVit dubitatum utrum † capitulum sede uacante posset recipere resignationem * simpliciter manibus eorum factam alicuius beneficij spectant. ad institutionem episcopi defuncti. in quo dubio domini erant uarij & diuersi. Aliqui domini declinauerunt in partem negatiuā mouebantur quia licet capitulum sede uacante possit cōfirmare electos. ut in. c. cum olim. de maio. & obedi. & instituere præsentatos. de insti. c. j. lib. vj. & alia facere sede uacante quæ sunt necessariæ iurisdictionis quæ recitant per Ioann. an. in nouella. de maio. & obe. c. unico. li. vj. tamen ea quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis nō cadunt in capitulum sede uacante. prout deducit Io. mo. in. c. fin. de supp. neg. præla. li. vj. & ar. eo. ti. si episcopus. & Ioan. an. in cle. j. de hæreti. super uers. & capitu. at recipere resignationem est iurisdictionis uoluntariæ. quia capitulum potest eam admittere uel non admittere ex causa prout le. & no. in. c. admonet. de renun. ergo. &c. Præterea uisi2tator † datus ab alio quam a Romano pontifice ecclesia uacante non potest dare licentiam transeundi alicui ad alia ecclesiam ut notant antiqui docto. Io. & Laur. lxxj. di. fraternitatem. ergo nec capitulum uacāte ecclesia poterit hoc cum ibi sit quædam alienatio personæ quæ maior est quam rei. xj. q j. præcipimus & prohibita etiam legitimo administratore per papā deputato de elect is cui. lib. vj. no. hoc etiam idem Ioan. an. in. fi. superius alle. de sup. neg. præ. in nouella supr. uer legitimum. & Io. mo. in c. uno. de ma. & obe. Maior pars dominorū declinauit in partem contrariam scilicet affirmatiuam quod possit capitulum sede uacante resignationem huiusmodi admittere quia hoc est iurisdictionis cum in manibus illius sit resignatio facienda ad quem pertinet institutio & destitutio & non in manibus collatoris prout le. & no. in dicto. c. admonet. & c. quod in dubijs. eo. ti. ubi dicit Innoce. resignationem faciendam in manibus illius qui possit inuitū destituere. Cum igitur capitulum sede uacante possit priuare quem beneficio suo propter crimen uel aliam causam iustam ergo & resignationem ipsius recipere præsertim ex causa legitima factam de quo in. c. nisi cum pridē de renunc. quemadmodum resignationem ex causa permutationis factam in manibus eorum sede uacāte de beneficio ad tertium & non ad episcopum spectante admittere potest & huiusmodi permutationē auctorizare quod procedit in beneficijs quorum collatio ad episcopum & capitulum simul pertinent prout legi. no. per Ioan. an. in clem. unica. de re permuta. & per Pau. de hæreti. in clem. j. & per hoc cessat & non uidetur uera illorum antiquorū
3 docto. opinio superius recitata quod capitulum † sede uacante non posset dare licentiam transeundi de una ecclesia ad aliam præterea cū ad instituentē & non conferentē beneficium pertineat huiusmodi resignationis admissio. ut supra deductum est at in casu nostro non ad collationē sed ad institutionem pertinebat episcopi defuncti beneficium de cuius resignatione tractamus quam institutionē potest facere capitulum se. uacante ut in. cap. j. de institu. lib. vj. ergo & accessore eius. quod ad institutionem spectat etiā facere potest. cui enim permittitur principale & accessor. de re. iur. accessorium. & c. cui maius. libr. vj. & uidetur mihi optime facere prædictum. c. j. de insti. libro sexto. pro hac opinione quia ibi nedum permittitur præsentatorum institutio sede uacante capitulo sed ipsorum admissio quæ est ipsius institutionis præambulum. Siue igitur dicamus prædictam resignationem præambulam siue accessoriam ad ipsam institutionem faciendam crederem quod ex quo conceditur eis institutio & resignationis admissio per quam deuenitur ad illam. ff. de spon. l. oratio. de except. cap. cum inter. cum similibus Ponamus igitur quod fieret huiusmodi resignatio sede uacante coram capitulo & capitulum taceret eam sed patronus illius beneficij resignati alium præsentaret capitulo. illaq; capitulum admitteret & institueret nunquid ualeret huiusmodi institutio crederem quod sic. quia instituēdo uidetur tacite renuntiationem admisisse. ar. eorum quæ le. & no. in. c. ex. ore. de hijs quæ fin. a ma. par. ca. Tum etiā quia ille ex quo renuntiauit beneficium suum in manib. illius qui potuit ipsum inuitum destituere per illam nedū perdidit possessionem sed etiam titulum & proprietatem prout le. & no. per Inno. in. d. c. admonet. & quod in dubijs. & c. super hoc. de renun. Tum etiam quia faciendo & permittendo alium instituere. uidetur suam renuntiationem & factum capituli approbare & ratificare per no. in dicto capit. ex. ore. per Hostien. & Archi. in cañ. si quis liiij distin.

Decisio. VII. alias. 312.

Summarium.

Capitulum non potest præscribere sede uacante resignationem beneficiorum ad episcopum spectant. Et procedit hoc summarium secundum opi. illorum qui tenent quod capitulum sede uacante renuntiationem beneficiorum pertinentium ad episcopum recipere non possit. secundū ueram opinionē quod recipere possit summarium illud & dubium hic formatum non procedit.

EX hoc insurrexit aliud dubium supposita prima opinione pro uera. uidelicet quod capitulum se. ua. de iure communi non posset huiusmodi resignationem recipere utrū capitulum posset hoc præscribere. In hoc etiam domini erant uarij aliqui quod sic cum illud sit iurisdictionis & omnia iurisdictionalia sunt præscriptibilia. de præscripti. capitu. auditis. & cap. cum olim. Præterea ex consuetudine uel priuilegio. aliquibus principibus sede ua. competit iurisdictio siue administratio temporalium ut in multis ecclesijs Gallicanis prout recitant Ioann. monach. & Ioann. Andr. in nouella & Innocen. post eum. de maio. & obe. capitu. uno. libro sexto. & facit pro hoc. capitu. generali. de elect. eo. li. certis etiam dignitatibus competit ex speciali iure administratio spiritualium ut dicit ibidem Ioann. Andr. in nouella remittens ad no de offic. delega. per eum. in capitu. penulti. super glo. aduertere libro sexto. multo fortius potest hoc competere capitulo ex legitima præscriptione. cum ipsi sint pars corporis & episcopi membra. de his quæ fi. a præla. capitu. nouit. & capitu. quanto. Pro hac parte facit gl. in capitu. sicut nobis de simo. super. uers. ad colomeñ. in fin. Maior pars tenuit & dicebat contrarium. quia uacante ecclesia non currit præscriptio * nec potest incipere. tunc ergo nec mediare nec finire quia caret legitimo defensore. ar. eorum quæ le. & not. in. capitu. j & capitu. de quarta. de præscrip. Ad illud quod allegatur pro contrario de inferiore. siue alijs prælatis præscribentibus administrationem spiritualem sede uacante posset responderi quod illi præscribunt huiusmodi administrationes contra capitulum ad quod de iure communi spectat in temporalibus & spiritualibus legitima administratio sede uacante uere uel ficte. ut in capitu. si episcopus. de sup. neg. præla. uel contra metropolitañ. prout nota. Ioann. And. in dicto capitu. j. de præscrip. super ultima glos. in nouella. Simili modo respōdetur ad glos. Bern. superius allega. in. c. sicut.

* Resignationē recipi adde declarationē huius decisionis an. s. capitulū sede uacāte possit recipere resignationem bñficiorū add feli. i. d. c. cū olim de maio. et obe. in. iiij. col. uer. ad. vj. nu. vij.

* Nō currit p̄scrip. Idem t3 do. abb. sicu. in ca. extrāsmissa de p̄script. i. ij. colū. i. uer. tertius casus & fe ly. ibi trāsit cū do. ab. ī uer. in quātū uero. ponit ab. hic col. 3 nu. 13. fo. 41

Decisio. VIII. alias. 454.

Summarium.

Qui papæ obtulit se dimissurum beneficium post alterius assecutionem. si papa reseruauit sibi beneficia uacantia per assecutionem. an possit beneficium sic oblatū tacito de oblatione permutare.

Papa reseruauit beneficia uacantia per assecutionem alterius beneficij auctoritate apostolica obtinendi. hoc supposito quidam impetrauit gratiam ad collationem talis episcopi.&c.& obtulit se dimissurum unum quod tempore impetrationis obtinebat cum uirtute dictæ gratiæ foret aliquod beneficiū pacifice assecutus. modo uult permutare illud beneficiū quod obtinet & quod obtulit se dimissurum. quæritur an possit illud permutare uel coram ordinario uel coram papa tacito de præmissa oblatione dimissionis faciendæ per assecutionem. quod potest permutare etiam de hoc non facta mentione facit quia habet ius in beneficio igitur per renuntiationem factam ex causa permutationis uacabit & poterit alteri conferri. sed eo permutato uirtute gratiæ suæ non poterit assequi beneficium aliud cum non possit implere quod obtulit papæ dimissurum quod tunc tenebat quia exquo illud permutauerit non poterit illud ulterius dimittere ut papa illud conferret. quasi inter eum & papam fuerit quædam conuentio inita do tibi seu facio tibi istam gratiam. ut beneficium dimittas quod habes.& ideo cum iste impetrans non possit conuentionē ex parte sua adimplere non poterit gaudere gratia papæ. Præsertim exquo per eum stat quo minus possit implere maxime etiam si ipse possit illudere papæ qui uoluit de illo quod obtulerat se dimissurum libere disponere Item posset esse pluralis in beneficijs contra intentionem papæ qui noluit esse eum pluralem. & ideo uoluit q̃ primo obtentum dimittere teneretur quod post permutationem de illo beneficio factā ammodo facere nō potest & aliud obtentum ex causa permutationis. quia papa nō affecit. nec, suæ dispositioni reseruauit. si retinere posset cum obtinendo uirtute suæ gratiæ si alias esset compatibile cum eodem & sic illusus obtineret plura beneficia contra eius mentem & uoluntatem. alij dicunt quod ualet permutatio sed obtentum ex causa permutationis quod est loco alterius surrogatum dimittere tenebitur. sicut tenebatur dimittere oblatum. & de isto surrogato tanq̃ de reseruato papa disponere poterit sicut de illo quod obtulit. qa quod surrogatur loco alterius uice illius fungitur. l. si donatæ. ff. de dona inter ui.& uxo.& ar. l. eum qui. §. iniuriarū. ff. si quis cau. Alij dicunt quod non ualet permutatio in effectu. quia licet teneat de præsenti, resolueretur tamen in euentum quod uirtute gratiæ prædictæ impetrans illud beneficium assequeretur quia tunc purificabitur conditio dictæ obligationis de dimittendo & causa reseruationis papæ de eodem beneficio dimittendo in euentum. & sic retrotractione facta apparebit retro illud beneficium fore reseruatum & subiacuisse reseruationi igitur consequenter ipsum potuisse huc tacito papæ libere permutasse. ar. authen. res. C. communia. deleg. & . l. potior qui sub conditione. ff. qui po. in pigno. maxime attenta clausula uolumus. circa. quā papa communiter apponit in litera permutationis per quam apparet quod non uult maius uel aliud ius quæri ei cum quo fit permutatio q̃ competeret permutanti. Nec ob. si dicas talem retrotractionem non posse fieri postq̃ in permutatione fuerit alteri ius interim quæsitum. ar. de rescriptis. c. quātis. & . c. si pro te. de rescriptis. libro. vj. quia ibi scilicet in. c. quamuis non est aliqua ratio facienda retrotractionis in præiudicium. cui interim fuit ius quæsitum. quia ille illud obtinuit auctoritate eius sub cuius iurisdictione erat ius distribuere. ut in dicto. c. si pro te. & fuit ius quæsitum alteri penden. cōditione uel euentu eius auctoritate qui poterat primā cōmisionem conditionalem reuocare. ut no. in dicto. c. super uer. si ad id hic secus quia iste permutans non poterat reuocare oblationem quam de dimittendo fecerat papæ nec papa expediendo permutationē de hoc facit certificatus & sic expeditio permutationis fuerat surreptitia seu nunc retro apparet fuisse. uide hic aliam decisionē supra quæ incipit. Item si mandetur. & aliam quæ incipit. Item tu obtines præbendam. &c.

Decisio. IX. alias. 455.

Summarium.

Habens gratiam a papa prædecessore qui acceptauit beneficium. præfertur habenti gratiam a successore qui etiam illud acceptauit.

INnocētius qui obtinuit gratiam ab Innocentio de canonicatu sub expectatione præbēdæ uiuente uel mortuo Innocentio non curo. uacan. quadam præbenda infra tempus debitum illam acceptauit sed sibi non fecit prouideri. tandem unus qui impetrauit post obitum Inno. ab Vrbano suo successore in simili forma habens in gratia clausulā anteferri eandem præbendam infra mensem a data gratiæ suæ acceptauit. Quæritur quis eorum sit potior. maior pars tenuit quod illa urbanica quæ clausulam habuit anteferri non obstan. acceptatione primi facta ante gratiam secundi ex quo nō fuerat sibi prouisum. & repetebant tex. in. c. quodam. de præben. lib. vj. ubi ꝓpter istam clausulam anteferri. positam in literis secundi fuit impeditus primus quod prouisio sibi facta non ualuit ob decretum literarum secundi & tamen primus habebat ius ad præbendam anteq̃ secundus haberet gratiā quia sibi debebatur præbenda. primo uacatura. Nam primus nec secundus habebat ibi beneficium acceptandi quod apparet quia sic afficiebatur præbenda acceptura. iuxta decre. si post. in fine de præben. lib. vj. quam quidē præbendam affectione non obstan. secundi gratia ꝓpter clausulam anteferri impediuit ibi primum. Item etiam hoc dicebant propter clausulam anteferri appositam in literis secundi non obst. si aliqui apostolica uel alia quauis auctoritate in eadem ecclesia sint recepti. &c. seu si super prouisionibus sibi faciendis de canonicatu & præbēda in dicta ecclesia speciales dictæ sedis uel legatorum eius literas impetrauerint etiam si per eas ad inhibitionē reseruationem & decretum uel alias quomodolibet sit processum. &c. quia illa uerba quomodolibet. &c. inducunt etiam si sit processum ad acceptationem & per illam clausulam papa uidetur anteferre secundum etiam si primus acceptasset. Et pro opinione prædicta est expsse Ioā. And. in nouella de rescriptis. causam super glo. Io. in fin. tamen ego & duo alij sustinebamus quod primus esset fortior ex quo acceptauerit antequam secundo fieret gratia cum clausula anteferri & quod illa clausula non est extendenda contra primos qui attentassent ante gratiam secundi quod non est uerisimile papam ius eorum ad rem ita appropriate sicut appropiatur per acceptationem uoluisse tollere nisi exppresse de hoc fecerit mentionem & pro hoc facit. c. si. de concess. præbend. lib. vj. ubi per reuocationem non tollitur ius ad rem quia de hoc ibi fiebat mentio alias non tolleretur. pro hoc. c. ex parte. de off. deleg. nec ob obstat. capitu. quodam. quia ibi tempore gratiæ secundi præbenda. nōdum uacauit certa & determinata & ideo erat affecta pro primo nec ad eum ius ad rem acquisitum hic in casu nostro ante gratiam Vrbani factam secundo cum clausula anteferri iam uacabat præbenda & per primum acceptata & ideo specialiter & determinate affecta & ad eam primo fuerat ius quæsitum non obstan. prædicta clausula uel alias quomodolibet sit processum. quia intelligitur per executorem non per partem seu impetrantem certam præbēdam uacantem acceptantem. Et ideo illa clausula debet sortiri uires suas in beneficijs tunc uacaturis uel si tunc uacabant nondum tamen fuerat acceptata nec per acceptationem quodammodo appropriata.

De feudis.

DE FEVDIS.

Summarium.

Pater dare poteſt filiæ feudum in dotem quod uitā ipſius filiæ inueſtitæ non tranſcendat etiam ſine conſenſu domini feudi. perpetuam autem conceſsionem facere nō poteſt niſi domini conſenſus acceſſerit.

Deciſio. I. alias. 199.

PATER poteſt dare feudum in dotem filiæ ſuæ ſine aſſenſu domini quæ donatio durabit tantum ad uitam feudatarii. imperpetuū enim irrequiſito domino etiā in dotem donare nō poteſt. quia hoc eſſet quædam alienatio quæ prohibita eſt per. l. imperialem. §. i. de prohi. feu. ali & ſic debet intelligi. l. donare qualiter feu. ali. pro. concluſione eſt tex. rotundus de dona. inter. ui. uxor. c. nuper. & ibi per Inno. & etiam per Ber. Hoſti. & Io. An. in. c. ij. de feu. in. i. glo. & in Specu. ti. de feu. §. i. uerſ. xix. in fi. qui remittit ad no. per eum ti. de loca. §. nunc aliqua uerſ. cix. & ibi tractat utrum res emphiteotica poſsit dari in dotem de quo ſcilicet ultimo per Io. An. in nouel. in. c. potuit. de loca. qui remittit ad ſum. Hoſtien.

Deciſio. II. alias. 249.

Summarium.

In feudis acquiritur actio abſenti de æquitate canonica ut ſi patri & filiis feudum datum fuerit. nam per talem dationem filiis abſentibus actio eſt quæſita.

SI per habentem poteſtatem concedendi in debita forma & ex cauſa legitima aliquam poſſeſsionem eccleſiaſticam in feudum perpetuum Titio & liberis ſuis utriuſque ſexus etiam naturalibus & præſertim Seio filio naturali dicti Titii abſenti ſi Seius poſtea huic donationi ſiue conceſsioni conſentiet de æquitate canonica actio acquiritur dicto Seio filio naturali abſenti etiam per epiſtolam non ſibi ſed parti ſuo directam propter identitatem rationis & æquitatem. ut. l. quotiens. ff. de donat. p no. per Io. i. q. vij. quocirca. facit etiā no. in. c. accedens de conceſſ. præben. facit. c. ſi tibi abſenti. de præben. li. vi. licet de hoc aliqui domini multum dubitarent.

DE DONATIONIBVS.

Summarium.

Donatio non præſumitur ficta & ſimulata ex eo ſolo ꝙ donatarius paſſus eſt donatorem poſſidere res donatas p eum uſque ad mortem. Et quæ ſit differentia inter fictum & fraudulentum hic dicitur.

Epitome.

1 Donatio omnium bonorum etiam pacto quod donator poſſidebit uſque ad mortem an preſumatur ficta.
2 Dolum allegans illum probare tenetur.
3 Contractus fictitius differt a dolo & qualiter
4 Contractus tribus modis conſiderare poteſt. ſ. fictitie imaginarie & ſimulate.
5 Simulationis cauſæ ſunt tres.

Deciſio. I. alias. 481.

1 EXTRA rotam quod per hoc quod donatarius † poſſeſsionum poſt donationem de eis ſibi factam permittit ſtare in poſſeſsione continue donatorē uſque ad mortem nō per hoc poteſt dici dōatio facta in fraudē uel cōtractus ipſius dōationis eſſe fraudulētus uel ficticius nā nō præſumitur niſi appareant aliqua indicia urgētia fraudis ut. l. dolum.
2 ff. de dolo. nam qui dolum † allegat dolum probare tenetur. ff. de proba. l. quotiens. §. qui dolo. Poſsibile enim eſt quod qui donauit ſine fraude & uolūtate donatarii in poſſeſſione remanſit uel forte mutata uoluntate & ideo actio deſtituta eſt inſtit. de. dona §. perficiuntur. & l. ſi quis argentum. C. de dona. Item. quia fictiones & ſimulationes non præſumuntur. niſi appareat cauſæ cognitio propter quam factæ ſunt & per quam præſumi debeant ut. ff. rerum ammo. l. ſi mulier in prin. & ff. qui & a qbus l. ſed ſi maritus. §. ſi ubi hoc eſt expreſſum & extra de renuntia. c. ii. li. vi. ideo & lex dicit alienationē non poſſe dici in fraudem creditorū factam qui non ſunt ff. de iu. fiſci. l. ii. ſic non poteſt dici donatio cauſa mortis niſi ubi eſt periculum mortis ut. ff. de donationibus cauſa mortis l. i. cum. l. ſequenti. Sed qualiter ſoluetur contrarium ad. l. ſicut. §. ſuper uacuum. qui. mo. hypo. uel pig. ſol. certe bar. de ſaxoferrato in quodam conſilio ſic ſoluit. Dicens quod ultra huiuſmodi poſſeſsionem ſuberat ibi cauſa uidelicet ad excludendum creditorem quam creditor allegabat propter quam ibi uenditio præſumitur ſimulata uide adhoc ea quæ ſcripſit bar. ff. de dona. l. poſt contractum ubi no. quod ad præſumendā donationem factam in fraudem oportet quod aliquid ſemper interueniat quod det cauſam huic præſumptioni. Aduerte ꝙ in-
3 ter contractum* fraudulentum † & contractum ficticium eſt differentia nam dicitur contractus fictus in fraudem qui uere eo animo agitur & uere ualeat & permaneat p ut agitur ut alius per eū ſeu eius occaſione decipiatur no. ff. de his quæ in frau. cre. per totum. Hoc autem allegare nō poſſunt qui taliter contraxerūt ſeu qui participes fraudis huiuſmodi fuerunt ff. de noua. l. cum confiteatur. & ff. de ſeruo dato pigno. ma. l. ſi creditorbus nec ipſius nec iſtius uoluntas habent cui ipſe non habeat neceſſe relinquere. ut. no ff. de his quæ ſi. in frau. pig. l. ii. ſed certe illi in quorum fraudem contractus fuit initus debent probare ea quæ ad fraudem præſumptionis probari habeant & ibi habes neceſſe contrahentes. i. an. contrahens neceſſe habebat relinquere ſi in eius fraudem fuit contractus factus & poterat dicere contractum fraudulentum. ut in dicta. lege. ii. ff. de hiis quæ in frau. pig & ibi not. ff. quæ in frau. cre. per totum. & ita loquitur dicta. l. ſicut. §. ſuper uacuū. ſed ſimulatus contractus dicitur quando ſimulatur certus contractus fieri & non fit, ita ſic. ſimulatur ut. ff. plus ualere quod agitur per totum. ff. de contrahen. empti. l. nuda de reg. iu. l. imaginariam. ff. de diſtrac. pig. l. & qui ſub imagine de aqua plu. arcen. l. emptor. C. ſi quis alteri uel ſibi. l. quamuis & l. cum proponas & hoc caſu tā ipſe ſic contrahens quam eius hæres etiam uoluntarius poteſt dicere talem contractum ficticium per dicta iura dummodo fraudem ſuam non allegauerit ex qua ſe iuuerit quia tunc non obſtarent iura prædicta ut. l. poſt mortem. ff. de adop. Et circa hoc ſciendum quod tribus † mo-
4 dis poteſt dici contractus uidelicet. ficticius, imaginarius. & ſimulatus. Vnomodo cum unus cōtractus celebrari ſimulatur & tamen in ueritate agatur quod alius celebretur ſic loquitur totus titulus plus ualere quod agitur. & C. de contrahen. emp. l. empti fides & huiuſmodi naturæ eſt ut non impediatur acquiſitio ei cui acquiritur dempta fraude ſi ex cauſa quæ uere agebatur poterat acquiri ut. l. empti fides. C. ſi certum pet. l. ſi exemptio. & no. in l. nuda alle. & l. magis ille. Secundo modo contractus ſimulatus quia licet uere agatur quod ſic fiat tamen agitur quod cito diſſolutio contractus fiat alle. l. iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de manumis. teſta. & natura illius ſimulationis eſt ut debeat hoc expreſſe per pactum agi ut. d. §. ſi ab ignoto. Tertio modo dicitur contractus ficticius ſeu ſimulatus quando ex mente non procedit id eſt quando agitur inter partes quod contractus nullus ſit & de hoc loquitur l. nuda & l. imaginaria. alle. & ff. de ritu nup. l. ſimulato & de aqua. plu. ar. l. emptor. & faciunt quidam quandoque propter effugienda onera uel debita fiſcalia. Ex præ-
5 miſsis tria concluduntur Primum † eſt quod ſimulationis cauſæ ſunt tres ſpecies allegando agendo uel excipiendo contractum uel inſtrumentum eſſe ficticium & non deſignans ſpeciem fictionis non eſt audiendus quia

*Inter contractum fraudulentum. contractus qtuplex ſit uide p bar. i. l. ii. inprinci. ff. ſi cert. pet.

adversatius sic redderetur dubius ut ff. de eden. l. i. §. i. & de rei uendi. l. pōponius scribit. § si frumentum. in fi. quæ loquuntur in agente ideo in excipiēte. ff. de flumi. l. i. §. labeo. de lega. i. l. titius testator in princ. Item in probante qui non debet obscure probare. ff. de nego. gest. l. cum actū in fi. & ibi no. ff. de peti. hære. & l. si mortem. & ibi no. in glo. super uerbo probatur extra de proba. c. in præsentia. facit. op. quod. no. Io. an. in glo. de excep. c. pia. li. vi. super. uers. speciem. Secūdo concluditur ex præmissis quod tali dicenti instrumentum uel contractum esse ficticium nō sufficit exprimere speciem fictionis nisi declarata causa ex qua colligi ualeat ipsa fictio per prædicta seu inditium huiusmodi fictionis. Ratio quia cum ex ipso actu de per se non ipso facto ut concludit de iure intentionem addere potest id ex quo insurgit indicium simulationis ex quo concludit ualeat ipsa fictio per prædictam facit quia intentio debet de necessitate uigere ut. l. ad probationem C. de proba. nec dicatur non ꝓbare hoc esse quod ob hoc contingit abesse. Dicunt quidem in casu nostræ quæstionis tolli dubium fictionis. si donans nomine donatarii se constituisset possidere per. l. quisq;. C. de dona. & l. quædam. ff. de rei uendi. & l. quod meo & l. qui pignoris. §. i. & l. sequenti. ff. de acqui. poss. in quibus id uidetur expressum quod procedat. si nulla causa præsumendæ fictionis alias appareret quia si subesset causa hujusmodi bene præsumeretur illa causa ut quia dixit donans se constituere nomine donatarii possidere in fraudem & fictitie sicut de contractu ipso nisi sequeretur traditio corporalis ut ꝓbatur hoc. C. de suffragio. l. i. & eodem modo dicerem de clausula renunciationis doli & fictionis ar. ff. de dona. l. doli. §. diuersum. Tertio concluditur ex præmissis quod nō ideo dicitur donatio fictitia uel in fraudem quia de omnibus bonis uel maiori parte est facta nisi subsit aliqua causa fraudis præsumendæ & per hoc non obstat. l. omnis. §. qui lucius. ff. de his quæ in frau. cre. Vide bar. in consilio prædicto ꝙ incipit petrus nicole donauit si illud consiliū habes ibi reperies magnam partem de præmissis.

DE TESTAMENTIS.

Summarium.

Pater filios plures habens in potestate singulos incertis rebus & bonis instituens & eos iussit esse contentos multaque postea legata relinquens intelligitur decedere testatus.

Epitome.

1 Testatus quando quis decedere dicatur.
2 Ius accrescendi non potest ex uniuersali hærede per testatoris dispositionem auferri.
Testator non potest facere quin leges habeant locum in suo testamento.
3 Filiusfamilias in patria potestate constitutus in re certa institutus pro uniuersali hærede habetur.

Decisio. I. alias. 333.

1 SI pater plures † filios in sua potestate habens singulos instituat in certis rebus & bonis & eos illis singulariter iussit esse cōtentos multa postea legata relinquens censetur decessisse testatus. Probo quia ubi constat testatorem uoluisse relinquere uniuersalem hæredem et ita per consequens decedere testatum quæcunque adiectio per eum facta huiusmodi uniuersitati & testamentariæ dispositioni repugnans uitiatur & non uitiatur & trahit ad se testamentaria causa causam intestati et sic est in proposito igitur &c. Maior probatur quia si testator titium uniuersalem hæredem instituit & adiiciat in

Egi. 750.

stitutioni conditionem impossibilem uel exceptionem rei hæreditariæ habentur pro non adiecta. ff. de condi. insti. l. i. & ff. de hære. insti. l. si ita quis hæres institutus fuerit ex cepto fundo facit. c. fi. de cōdi. apposi. & de pac. c. fi. hinc est quod no. glo. ff. de acqui. hære. l. si. seruus communis.
2 ab extraneo in. fi. quod ius † accrescendi* hæredi uniuersali per testatoris dispositionem auferri non potest. Ratio quia testator non potest facere quin leges locum habeāt in suo testamēto. ff. de le. i. l. nemo. de testa. c. requisisti. modo lex uult hanc accrescentiam quia non patitur quod quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. ut in regula ius nostrum. simile non patitur quia nec lex hoc patitur in hærede uel legatario. ut. ff. de acqui. hæred. l. i. & ii. cum sua glo. igitur nec mirum si trahit causa testamēti ad se causam intestati. quia fauorabilior est & ideo debet præualere. ut. l. antiqua. C. communia. de leg. l. quamdiu ff. de acqui. hære. facit quia omnia conantur sustinere testa. ff. de hære. insti. l. ex facto. §. i. & l. alterius. cum si. facit. c. cum tibi de testa. hanc partem dicunt quidā Dy. & Cy. firmasse in additionibus super. l. si ita quis. ff. de hæred. insti. dicentes quod si testator instituit quem ex dimidia. Et quod uenientes ab intestato habeant alias partes quod nihilominus habebit totum institutus. minor argu
3 menti probatur sic quia speciale † est in filiofamilias in patris potestate constituto instituto in certa re quod pro hærede uniuersali habeatur. C. de hære. insti. l. quoties nō. Cy. & probatur in auten. ut cum. de app cog. §. cæterum col. viii. quia ibi dicit quod debet sibi relinqui iure institutionis & quid si minus relinquit pater iubens illum esse contentum nihilominus lex supplet usq; ad legitimam. & etiam sine onere. ut. l. omnino. & l. quoniam in prioribus C. de inoffi testa. & est casus de hoc in. §. cæterum allenam legis dispositio non debet carere effectu nec uerbis imponi. C communia de le. l. ii. in. fi. de elec. c. commissa. li. vi. ergo ius & beneficium uniuersalitatis habebit quod ius in iure accrescendi consistit. ergo. &c. Præterea huiusmodi adiectio de non plus petendo uel capiendo adiecta uidetur fauore legatariorum. ut uidelicet liberi occasione falcidiæ uel alias iure detrahant de legatis quia cum non appareat alia causa & ista est probabilis recipienda est. & tamen tunc testamenti uigor stat ergo &c. Pro contrario allegā §. si duo. in. l. quoti. de hære. insti. quia licet pluribus in certis rebus institutis. censeantur ipsi uniuersaliter instituti hoc uerum si testator hoc expresse non ꝓhibuisset. ut. l. i. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. secus enim si expresse hoc ꝓhibuisset ut in dicta. l. quotiens. §. si duo. at in casu nostro illud testator expresse ꝓhibuit ergo. Ad quod respondebatur quod ibi non loquitur in hærede uniuersaliter sed particulariter instituto allegatur etiam ꝓ contrario lex penult. ff. de iniusto rup. & irri. testa. ubi dicitur quod testator potest prohibere inter hæredes ius accrescendi ergo. & prohibere hæredem institutum in certa re ne ultra illam capiat. Ad quod respōdebatur qđ non est ibi ratio quia uidetur testator tollere ius accrescendi dando substitutum quia si substitutus moreretur & cohæres renuntiaret alteri accresceret. no. Bar. in. l. coniunctim. ff. de le. iij. uel aliter quod in dicta. l. penul. cessante substituto quod non habet locum ius accrescendi. facit fauor posthumi qui rumpit testamentum solum in sui fauorem non autem in fauorem hæredis. ut. l. nam & si. §. rumpendo. ff. de iniusto. testamen. & ita est ibi casus specialis in quo causa intestati trahit ad se causam testati siue testamēti fauore posthumi. Non obstat lex si Ticius. ff. de condi institu. quia ibi sunt duæ institutiones conditionales repugnantes æque potentes quæ in concursu se impediunt. Hic uero causa testati est potentior. ad. l. quotiēs C. de hæred. insti. supra responsum est. Nec ob. quod uoluntas testatoris seruanda est. quod uerum est si talis est quæ non sit irrationabilis nec sibi ipsi repugnans & infecta a iure. ut in proposito. &c.

* Ius accrescendi. An ius accrescendi. possit prohiberi per testatorem tacite uel expresse uide Bar. & ang. i l. si ego. ff. de iniust test. dict. & flo. in. l. dominus. §. si. de usufr & bar i. l. quoties. §. si duo. & ibi B l ff. de hære. insti. Adde. bal. in. l. i. in. ix. q. C. quando nō pet. per. uide do. in. l. nemo potest. ff. de le. i. quam etiam allega. auctor huius decisionis.

DE IVREPATRONATVS.

Summarium.

Is qui possidet castrum uel uillam ratione cuius oritur iuspatronatus præsentare potest ad ecclesiam uacantem nisi

tem niſi iam ſuper illo iure lis foret conteſtata.

Deciſio. I. alias. 140.

POſſeſſor bonæ fidei alicuius caſtri ſiue uillæ ſiue comitatus ratione cuius competit ius præſentandi ad eccleſiam inibi uel alibi ſituatā licet nūquam antea præſentauerit poteſt ad ipſam eccleſiam præſentare quia dignitas ſiue caſtrū uidetur hoc ius præſentandi ſemper tenuiſſe & poſſediſſe iuxta notata per Inn. in. c. cum ſuper. de cauſa poſſ. & de reſtitu. ſpo. c. in literis. non obſtan. guerra dicto poſſeſſori ſuper comitatu ſeu caſtro mota quæ non impedit eum in præſentādo ſicut nec motio litis iudicialis* ut li. pen. c. i. & . ii. niſi lis ſuper ipſo iure ſeu poſſeſſione præſentandi ſibi moueretur & lis conteſtata eſſet quæ poſt huiuſmodi conteſtationem malam fidem induceret & ſic præſentare non poſſet. argu. not. per Inn. de reſt. in inte. c. ii. de iurepa. c. conſultationibus. & de reſti. ſpo. c. in literis.

* Iudicialis add. abb. in. c. ex literis de iu repa.

Deciſio. II. alias. 174.

Summarium.

Patronus mortuo præſentato actore poteſt ꝓſequi cauſam pro ſuo intereſſe & petere declarari ius præſentandi ad eum pertinere ac præſentatum remoueri debere.

SI. A. præſentatus per. B. ad aliquam eccleſiam agat contra. C. reum. & poſſeſſorem præſentatum per. D. mortuo. A. actore. B. præſentator pro ſuo intereſſe poteſt uenire ad cauſam & petere declarari ius præſentādi ad eum pertinere & præſentatum per. D. amouendum fore & ammoueri prout le. & no. in. c. ſi hi contra quos. in fi. ut lite penden. li. vi. Electores enim & præſentatores poſſunt unacum electis & præſentatis & etiam ſine eis eſſe in iudicio pro eorum intereſſe & petere eorum electiones & præſentationes per eos factas canonizari ſeu canonicas ꝓnuntiari prout legit, & no. in c. ſtatuimus. & . c. cupientes. & . c. quam ſit de elec. li. vi. de accu. c. ſuper his. per Inno.

Deciſio. III. alias. 211.

Summarium.

Non ſufficit patronis eligere uel nominare ſeu literas de præſentando mittere niſi præſentent electū ſuperiori ad quem ſpectat inſtitutio realiter infra tempus &c.

NOn ſufficit patronis ꝙ eligant uel nominent præſentandum ad aliquod beneficium ſpectans ad iuſpatronatus eorū uel literas præſentationis dēt ſeu tradant etiā præſentato niſi infra tēpus præſentent ꝑſonam per eos electam ſeu literæ præſentationis præſentētur ſuperiori ad quem ſpectet collatio ſiue inſtitutio realiter & cum effectu infra tempus a iure ſtatutum prout. la & no. per Io. An. in. c. ſi. de iurepa. & in. c. unico. eo. ti. li. vi. & per Archi. in. c. i. de præbē ſup uerſ. præſentatio. eo. li. Facit pro hoc not. per Io. An. & Pau. in cle. dudū ſup uerbo præſentauerint de ſepultu. q̄uis domini Corſien. & Benedictus remanſerint dubii. dicentes quod ex quo patronus trad[illegible]it literas infra tempus debitū induſtrioſo & diligenti præſertim præſentato ſiue electo per eum de cuius diligentia merito debebat præſumere nō deberet reputari negligens nec aliquid ſibi imputari. arg. eorum quæ le. & no. de pig. c. ſignificante. & per regulam ꝙ ꝑ me non ſtat. & c. de eo q mit. in poſ. c. i de re. iure. ꝙ ꝑ me li. vi. Reſpondebatur ad ultimum ꝙ non fecit prout debuit. quia licet ſufficeret electionē ſiue præſentationem factā per patronum eſſe præſentatā electo ſiue præſentato infra tēpus quo ad hoc ut cōſentiat electioni ſiue præſentationi de ſe factæ. tamen quo ad ſuperiorem qui habet electū confirmare uel præſentatū inſtituere id nō ſufficit ar. eorū quæ l. & no. in. c. q̄ ſit. de ele. li. vi. nec ob. d. c. ſignificāte qa licet debitor excuſetur ibi a periurio propter miſſionem nūtii tamen nihilominus remanſit obligatus & nihil deperibat creditori. At hic in quæſtiōe noſtra ſtatim lapſo tēpore quadrimeſtri fuit ius præſentandi ſiue eligendi deuolutum ad ſuperiorē. nec poſtea potuit præſentare de iurepa. ꝙ āt & . c. cū āt. de ſup. neg. præla. c. ſicut de off. or. cū uos. Ratio enim quare debet fieri effectualis & ꝑſonalis p̄ſentatio infra tempus iuris eſt ut ſuperior q habet præſentatum inſtituere, poſſit uidere & examinare perſonam an ſit idonea ad regimen illius beneficii. de elec. c. cū nobis. c. olim. & . c. ſi. li. vi. Præterea hoc ſonat uerbum præſentare nam dicitur præſens qui præbetur ſenſibus corporis. facit. ff. de uerb. obli. l. i. in prin. ſecundum Io. An. & Pau. in loco præalleg.

Additio. Nota ꝙ non ſufficit patrono præſentare ſeu eligere præſentandū niſi infra tempus iuris præſentet ꝑſonā idoneā. Et adde ꝙ no. Io. An. in cōpoſt. in. c. capitulū de reſcriptis poſt glo. in uerb. quærit poſt ſe meſtre & ſic no. ꝙ patronus ꝑ actum ſolius p̄ſentationis non ſatiſfacit iuri & cōſtitu. niſi ſuꝑiori fuerit dicta p̄ſentatio p̄ſentata.

Deciſio. IIII. alias. 212.

Summarium.

Sufficit patrono præſentare idoneum realiter infra tēpus licet eum ſuperior non admittat quia tempus præfixum eſt a iure præſentationi ſed non confirmationi.

SEcundum omnes domino Corſien. excepto qui remāſit dubius ſi patronus p̄ſentat ꝑſonam habilem infra tempus debitum ſuperiori licet ipſe recuſet præſentatum admittere & inſtituere. id non debet patrono imputari. quia fecit ꝙ debuit. nec in aliqua culpa ſiue negligentia fuit. de conſti. c. ii. Culpa enim ſuꝑioris ſibi nocere non debet. de elec. c. ſi electis & de reg. iur. non debet aliquis. li. vi. Agat igitur præſentatus cōtra ſuperiorē qui eū iniuſte admittere denegauit de iurepa. c. nullus. & . c. paſtoral. Dominus uero. corſien. uolebat dicere ꝙ patronus deberet & teneretur iterato interpellare ſuperiorē illius qui recuſauit ſuum præſentatum admittere iniuſte & inſtare apud eū pro admiſſione ſiue inſtitutione per eum facienda ꝙ ſi nō faceret eſſet in mora. Pro qua alle. multas leges. Ad quod reſpondebatur ꝙ nullum ius aſtringeret ad hoc patronū ſed ſi uellet poſſet de elec. c. cum inter canonicos. Præterea aut eſt totum tempus ſibi a iure datū ad præſentandū elapſum aut non. ſi non licet poſſet uariare ſeu uerius accumulare tamen de neceſſitate iuris ad id non tenetur ꝑut l. & no. de iurepa. c. ꝙ autem. & . c. cum propter. & . c. cū autē. & . c. nobis Si uero totum tempus eſt effluſum p̄cluſa eſt ſibi uia accumulandi. ut in iure ſuperius allega. & nil reſtat niſi examinare perſonam præſentatam ꝑ ſuperiorem utrum ſit idonea uel ne & ſi inueniat illam idoneā tenetur admittere & inſtituere. ut in. c quod autem. quod ſi facere recuſauerit agatur de hoc coram ſuperiore. Si nō ſit idonea perdit ius præſentandi ꝙ deuoluitur ad ſuperiorem. ut in. c. cum uos de offi. ordina. cum ibi. no. licet. ibi Inn. dicat id non procedere in laico præſentante indignū Sed Hoſtien. ibi contra. & alle. caſum expreſſum in autē. de ſanc. epiſcopis. §. ſi quis oratorii. domum col. ix. Et idē uidetur no. Inn. tenere in. c. propoſuit. de fil. preſ. & ar. cōcordat cum Hoſti. in. c. i. de præben. ſuper uerbo præſentatio. li. vi. Præterea nullum tempus ad inſtituendum reperitur in iure expreſſum ſed bene ad præſentandum. ut in iure ſuperius allega. infra ꝙ tempus ſi fiat præſentatio effectualiter ſatisfactum eſt iuri quo ad præſentantem. p̄figatur igitur tempus certum nolēti inſtituere per ſuperiorem infra quod ſi non inſtituat ſuperior id faciat. ut in. d. c. nullus. facit. c. ad reprimendum de offi. or. de præb. c. graue datur ſimile de acceptante infra menſem ſibi præfixum cui licet non prouideatur per executorē infra multa tpa poſt ea non propterea euaneſcit acceptatio quia ad prouidendum nullum tempus eſt executori præfixum ꝑut. le. & no. in cle. cum ei. quam. de conceſ. præben. & melius in clem. ſi de beneficio. de præb. Recurrat ergo acceptans ad papam per prouiſionem ſibi faciendam uel obtineat cauſam committi in palatio & auditor datus ꝓnuntiato ſibi beneficio debito prouidebit ei ſecundum formam cle. auditor. de reſcriptis. & idem fieret de præſentato infra tempus quem ordinarius recuſauit inſtituere ſi cauſam in palatio obtineret committi quia cle. prædicta nedum habet locum in prouiſione ſed etiam in inſtitutione & confirmatione, prout ibi nota.

Decisio. V. alias.262.

Summarium.

Non ualet præsentatio laici de religioso professo ad ecclesiam parochialem.

Epitome.

1 Laicus non potest præsentare religiosum professum ad ecclesiam parochialem

2 Monachus potest hodie præfici ecclesiæ parochiali seculari.

3 Patronus an possit præsentare regularem ad beneficium seculare & semper consuetum regi per secularem.

1 IN religioso† professo an ualuerit præsentatio facta per laicum de ipso ad ecclesiam parochialem curatā domini erant uarii tamen maior pars dicebat ipsam præsentationem non ualere propter abdicationem proprietatis & propriæ uoluntatis. & quia debent stare solitarii nec populo nec cure præfici Præsertim quia hoc uidetur prohibere expresse concilium Lateranen. de sta. mo. c. ii. immo antiqua iura administrationes ecclesiasticas monachis generaliter prohibebant. xvi. q. i. si cupis. & c. iuxta. & c. adicimus. & duobus se. & episcopi cum consensu abbatis dispensatiue de parochialibus ecclesiis ide permittebant. ut c. causa & questione cum pro utilitate. & lv. di. priscis ergo apparet quod generalis prohibitio propter di-

2 ctam repugnantiam procedebat. Alii uolebant† dicere contrarium propter c. quod dei timorem. eo. ti. quod tamen loquitur in regulari canonico ad parochialem ecclesiam electo. quia dum inseruit regulæ laxiori non comprehenditur sub prohibitione dicti concilii Lateranen. ut ibi dicit tex. qui loquitur in monacho qui licet olim p antiquos canones possent etiam ad parrochialium ecclesiarum regimen dispensatiue assumi. ut xv. q. i. dictos. & in. c. paroch. & lv. di. priscis ubi de hoc tamen hodie propter officium prædicationis quod multipliciter priuilegiatum est sine dispensatione de consensu abbatis monachus potest præfici per episcopum ecclesiæ parochiali etiam seculari secundum Hosti. ibidem & in sum. eo. ti. §. utrum populum. qui allegat ad hoc lviii. di. di. c. i. & ii. & lxxiiij. di. quorundā. & idem dicit in canonico regulari ut ibi & in c. per tuas. de uo. cum qua opinione concor. d. Frede. de Senis in suis quæstionibus. & Io. An. & Pau. in cle. i. de elec. super uers. seculare quorum dictum fuit. allegatum per unum de dominis quod ego crederem uerissimum in canonico regulari. Tum quia inseruit regulæ laxiori. licet Ber. in. dicto. c. quod dei timorem. & Io. de Ligna. dicat fore tutius quod secum per episcopum dispensetur. Sed in monacho assumendo ad curam animarum credo hodie sicut olim necessariam dispensationem & sic potest intelligi opinio Bern. & sequacium in dicto. c. quod dei timorem. & forte papalem & quia sub eodem forte episcopus contra celebre concilium Lateran. dispēsare non potest. xxv. q. ii. institutionis sicut nec contra clemen. i. de ele. & hoc tenet expresse. argumen. prout legitur & no. in. c. licet canon. de ele. li. vi. quod intelligerem sine magna causa necessitatis & utilitatis. propter quas episcopus dispensat contra concilia generalia. i. q. vii. tali &. c. exigunt. de præbend. proposuisti. & hoc seruatur secundum Io. de Ligna. in. c. at. si clerici. de iudi. & uide de hoc in. c. dilectus de temp. ordi. ubi recitat omnes casus permissos & prohibitos episcopis. quo ad dispensationē unus tamen de dominis in casu quæstionis propositæ dicebat præsentationem prædictam ualere ad hoc ut non possit * patronus laicus redargui de negligentia nec forte etiam de culpa propter diuersas opiniones doctorum positas in dictis iur. sed religiosum præsentatum episcopo non admittendum ad curā sine præuia causæ cognitione summaria & dispensatione expresse secuta cuius dictum placuit Egi. pro quo allegat. dictum Inno. quod bene facit in. c. cum nostris de concess. præben. post prin. de homicida. illegittimo uel irregulari electo ad aliquam dignitatem quæ electio licet non excusat eligen. a culpa excusat tamen eos a negligentia. Ita quod propter negligentiam non deuoluatur potestas eligendi ad superiorem sed bene

* possit patronus add. Egid. deci. 751.

propter culpam. de elec. cum in cunctis. §. fi. Cum igitur laicus ita exacte & exquisite non teneretur scire iura positiua sicut clericus. ut. no. Inno. in. c. firmiter. de sum. tri. & fi. catho. & in. c. cum in cunctis. superius alleg & ubi sunt doct. uarii licitum sit eligere dicebat & bene meo iudicio pdictū patronum laicum excusabilem tam a culpa quā a negligentia & sic præsentationem non esse nullam. & ex illo capite quia religiosum præsentauit eum episcopo effectualiter in-

3 fra rempus a iure statutum Ego dicebam† ipsam inualidam sub dubio forte ex alio capite ex quo fuit beneficium seculare & semper consuetum regi & gubernari per clericum secularem quia dictus patronus non potuit regularem ad illud præsentare allegabam ad hoc cle. quia regulares de supp. neg. præla. & c. sicut eo. ti. per Io. An. in nouel. & c. possessiones. per Abb. de re. eccl. non alie. & in. c. cum de beneficio. de præben. li vi. postea in aliis consiliis dominus Egidius dixit dominum Cardi. sancti Eustachii, tenuisse primam partem uidelicet præsentationem huiusmodi ipso iure nullā Nam licet episcopus dispensare possit ex causa cum religioso. præsentato tamen non tenetur nisi uelit & sic simpliciter p̄sentando religiosum nō idoneum præsentauit. alle prædictum. c. cum de beneficio. & ideo uidetur iuri satisfactum. de offi. ord. cum uos cum ibi no. Ad glo. Inno. in. c. cū nostris de concess. præb. respondebat quod loquitur de eo in quo non cadit ius p̄laturæ ipso iure sine dispensatione ut est homicida excōmunicatus uel irregularis. alle. c. postula. de cleri. exc. mi. de æta. & quali cum bone. de exces. præla. inter dilectos. de ac. c. accedens. Salua reuerentia tanti patris hæc iura potius innuunt contrarium uidelicet quod collatio facta huiusmodi sit nulla. ipso iure & licet sit nulla & sit. potestas conferendi deuoluta ad superiorem. hoc euenit propter culpam conferentis uel præsentantis indignum sed non sequitur præsentauit indignum ergo fuit negligens. ergo non propter negligentiam sed propter culpam priuatus fuit iure conferendi ea uice per iura. superius alle. uidelicet cum in cunctis. & c. quanquam li. vi. stat ergo dictum Inno.

Decisio. VI. alias. 263.

Summarium.

Patrono laico non præsentante infra tempus semestre episcopo statim incipit tempus currere si beneficium uacet de iure & de facto.

Epitome.

1 Semestre ad conferendum beneficium per negligentiam patroni laici ad episcopum deuolutum incipit currere ultima die quadrimestris laico ad præsentandum dati si beneficium tempore deuolutionis de iure & de facto uacauerit & episcopus in diœcesi sua fuerit.

2 Episcopus tenetur quolibet anno semel per se uel alium suam diœcesim uisitare.

3 Episcopus allegans ignorantiam uacationis beneficij in sua diœcesi uacantis non auditur.

1 SI propter† negligentiam patroni laici deuoluatur collatio alicuius beneficii ad episcopum statim currit sibi tempus semestre ad conferendum nisi a tempore notitiæ sed ab ultima die temporis quadrimestri dati laico ad præsentandum computandum hoc uerum si prædictum beneficium uacauit & uacet tempore deuolutionis de iure & de facto & episcopus fuerit in sua diœcesi. uel adeo prope quod uerisimiliter potuit huiusmodi uacationem & negligentiam scire alias non curreret sibi dictum tempus semestre nisi a tempore notitiæ secundū iura uulgaria de conces. præben. c. ii. & c. quia diuersitatē. & c. ex parte. de supp. neg. præla. licet ubi dicit Inno. unum notabile dictum quod contra uidetur fortissime obstare prædictæ conclusioni quod ei ad quem primo. & ei ad quem secundo pertinet collatio beneficii currit tempus duntaxat a noticia uera & qui eam allegat ipsam probet. quia præsumitur ignorantia nisi probetur scientia. de re. iur. c. præsumitur li vi. quæ etiam uidentur obstare prædictæ collationi in casu quo negaretur episcopi notitia uel allegaretur ipsius ignorantia sed his non obstan. stat conclusio

uera

uera.regula præsumitur non obstat quia loquitur in his
quæ quis scire uel indagare non tenetur per se uel alios.
2 ut ibi no.sed cum quilibet episcopus † semel in anno te-
neatur ad minus per se uel alium suam diœcesim uisita-
re & uidere ac indagare quomodo beneficia regantur. &
an sint plena & canonice teneantur.ut.x.q.i. regenda.ca.
de cernimus episcopum. & quasi per totum de censibus
cum uenerabilis.&.c.cum secundum.de præscrip.c.cum
ex officii.de off.ord.si episcopus.lib.vi.non est uerisimile
ipsam uacationem beneficii ignorare quod per quatuor
menses uacauit de iure & de facto & nullus præsentatio
nem recepit.nec de illo disposuit.ipso in sua diœc.existen
te.pro quo optime facit meo iudicio.ca.cum in tua.qui.
ma.accu.pos.ibi.cum dicit text.alioquin cum rationabili
ter præsumatur quod denuntiationem bannorum publi
ce factam idem accusator uolens nunc accusare matri-
monium in ipsa diœcesi existens minime ignorauit. &
ideo papa mandat illum accusatorem etiam ignorãtiam
allegantem *tanquam suspectum repelli. sic in proposito
3 dicerem episcopum † allegantem ignorantiam uacationis
tam note non audiendum uel saltem propter uehementẽ
præsumptionem scientiæ onus probandi.ignorãtiam in ip
sum trasferendum,de elec.c.cum in cunctis &.cap.inno
tuit.de post hæc.c.i.de cle.exc.mi.c. illud cum multis si
mili. Fateor tamen quod posset tales & tantas causas ue-
risimiles ignorantiæ suæ allegare quod transferretur o-
nus probandi in negantem & scientiam allegantem.ar.
corum quæ le.& nota.ut eccle.be.capitu. ut nostrum. &
facit ad hoc & ad prædictam conclusionem unum dictũ
Inno.notabile.in c.ueniens de fi.præsb.super uers. inno-
tuit. Idem dicebant domini in archiepiscopo qui singulis
annis debet celebrare concilium prouinciale cum suis suf
fraganeis & statuere personas idoneas ad inuestigandum
sollicite quæ sunt correctione & reformatione digna &
referenda in proximo concilio.de censi.c.sopite.de accu.
sicut de præben.graue.qui tamen si allegaret ignorantiã
probabilẽ de uacatione beneficij ad se deuoluti staretur
ipsius iuramento secundum Inno.& Hosti.q hoc no.in
c.pastoralis.de excep.in fi.facit.c.cum in tua & Io.And.
in nouel.in.c.ex parte.de conces.præbend. super uers.re-
currerunt.arguendo contra archiepiscopum allegantem
in hoc casu ignorantiam dicit eum non audiendum quia
uidetur affectata ignorantia quam æquiparamus scientiæ
de consti.c.ut animarum.li.vi.de tep.ord.c.eos qui.li.vi.
propter rationem superius alleg. Soluendo tamen conclu
dit quod bonus iudex hoc terminabit considerata bene-
ficii qualitate modo uacationis & locorum distantia &
remotione & fama.ff.de usu.l.mora.de qua materia uide
etiam ar.in.c.propter ecclesiasticas.xviii.di. & per Guil.
de Montelau.in clem.quia regulares de supp.neg.præla.
uide ad materiam no.per doct.uide licet.Io.mo. Io. An.
& Arc.in.c.statutum.de præben.li.vi.& per Cy. & Dy.
ff.de tribut.l.i.

*Ignorantiam allegãtẽ. Ignorantia autem tã possit probari p iuramentũ maxime quando præsumptio est in contrarium ut puta quia secundum est notorium in loco uide. p. d. alb. in .c. quosdam de consum. in uers.glo.i.& ibidem per Fe.in uer.in gl.i.in fi.

Decisio. V I I. alias.268.

Infra in antiq eo, tit. deci. 14.

Summarium.

Collatio seu præsentatio facta per possessorem etiam uiolentum de cuius uiolentia clare non constat ualet & tenet.

COllatio siue præsentatio facta per possessorẽ etiã
uiolentum de cuius uiolentia siue mala fide non
constat.ualet.& * tenet quia prædo etiam tuen-
dus est in possessione de resti.spo.cum literis. sed si consta
ret de huiusmodi uiolentia & mala fide cassaretur colla-
tio & præsentatio per eum facta quia præsentatio est fru
ctus possessionis.ut in cap.consultationibus de iurepa.
Sed malæ fidei possessor nõ facit fructus suos immo tene
tur de extantibus rei uendicatione.& de consumptis.con
dictione sine causa.C.de rei.uen.l.mala.ff.de rei.uen.l.si
nauis.alle.siquis.§.fi.insti.de offi.iudi.§.sed.si in rem.&.§.
illorum ergo quas duas conclusiones ponit. Inn.expresse
in d.c.in literis in prin.& infra uers. Itẽ not.quod si quis
est.& facit etiam no.per eum de Inno.in.d.c.consultatio
nibus & ibi de malæ & bonæ fidei possessore, An ualeant
electiones collationes & præsentationes p eos factæ q in-
tellige de bonæ fidei possessoribus quibus ius cõmune assi
stit. Si uero ius commune eis resistit recurre ad no.auream
Inno.in.c.cum uenisset.de restituti.in inte. in glo.per mo
nachos in fi.ar.no.in.c.eum qui.de præben. super uers.in
uasor.li.vi.quærit de inuasore pacifice posidente utrum
posit præsentare & post multa pro & contra dicit quos-
dam tenere quod si talis tolleratur potest.alias non.remit
tit ad certa loca.xxiiii.q.i.in sum & de elec.c.nihil est.in
glo.ultima per Inno.& per eundem de sen.ex.c.si uero in
glo.hinc colligitur iuxta finem quas glo.intellige de intru
sis non per uiolentiam.sed de possessore uiolento. recurre
& uide no.per Inno.in.c.in literis superius alleg.

*Et tenet. ad. quid autem si patrono qui p̃sentauit. clerico si opponatur ei q non in tẽpore & ipse. patronus negat quis pbabit uide Fel.in.c.ter tio loco de probatione in uers. ex glo.

Decisio. V I I I. alias.259.

Summarium.

Si præsentatus per uerum patronum infra tempus de-
bitum.& per ordinarium non admissus in manibus patro
ni etiam post sex menses renuntiet. patronus iterum post
semestre poterit præsentare.

Epitome.

1 Præsentatus in manibus patroni potest ante institutionẽ superioribus renuntiare.
2 Iuri in re an posit renuntiari.
3 Electus potest ante confirmationem renuntiare iuri suo sibi & electioni quæsito in manibus eligentium etiam si electioni de se factæ consenserit.

1 SI aliquis præsentatus † per uerum patronũ infratẽ-
pus debitum superiori non admittitur nec ille præ-
sentationem suam ulterius prosequatur.immo post
annum renuntiat iuri sibi quæsito per huiusmodi præsen-
tationem in manibus patroni & patronus alium præsen-
tet. Dicebant omnes domini quod ualet tam renunciatio
quam præsentatio. Ad primum allegabatur dictum. Inn.
& Hosti.in.c.quod in dubiis &.c.admonet.de renun. Nã
2 licet † iuri in re non possim renuntiare nisi in manibus eius
qui me posset inuitum destituere ut no.per Pau.in clem.
unica de renun.tamen ius ad rem possum dimittere.& il-
li renuntiare in manibus cuiuscunq; etiam simplicis no-
tarii.multo fortius in manibus patroni leuius enim perdi
tur ius ad rem quam in re de conces. præben.c.fi.de præ
ben.si is cui.&.c.quodã li.vi.& in clem.gratiæ.de rescri.
Cum igitur præsentatus non habeat ius in re quia nõ est
institutus sed ad rem ut in.c.dilectus.de offic.le.ergo illi
potuit renuntiare in manibus sui patroni. Cõfirmatur hoc
dictum per unum dictum Inno.notabile &.c. cum uenis
3 sent.de resti.in inte.super uerbo renuntiauit ubi dicit † q
electus ante confirmationem potest renuntiare iuri suo si
bi ex electione quæsito in manibus eligentium.etiam si e-
lectioni de se factæ consensit.quod indubitanter procedit
in electis ad inferiores.dignitates.de electis ad episcopa-
lem dignitatem.licet olim fuerint opiniones.in.c.inter cor
poralia.de transla.tamen hodie idem tenent omnes mo-
derni in.c.si electio de elect.li.vi.quæ quidem decre.facit
pro secundo dicto cõclusionis uidelicet q patronus post
dictam renunciationem in manibus suis factam potest ite
rato præsentare & habebit integrum tempus quod primo
habebat ad præsentandum quia quod per ipsum nõ stat
non est sibi imputandum de re iudi.c.quod p me li.vi.&
hoc tenet Ioan. An.in nouel.in.d.c.si electio.in.i.& super
antepenul.glo.

Decisio. I X. alias.444.

Summarium.

Patronus potest loco religioso ius patronatus dare abs
que alia uniuersitate de licentia tamen episcopi quanuis.
aliter absque uniuersitate uendi non possit.

FVit dubitatum utrũ ius patronatus per laicũ pos
sit dari religiosis sine gleba uel aliqua alia uniuer
sali re puta castro uilla uel fundo dubium fecit c.
ex literis.de iurepa.ubi uidetur quod per se donari non

posit cum sit ius spirituale quod sine aliqua temporalitate stare non potest, sicut dicimus de præbēda breuiter fuit determinatum & conclusum cōtrarium per omnes. nam licet iuspatronatus non possit uendi per se, nisi cū uniuersitate, ut in. d. c. ex literis &. c. de iure. eo. ti. tamen donari potest a laico clerico sine quacunque uniuersitate uel gleba ut in. c. ex. insinuatione eo. ti. & loco religioso etiā sine cōsensu episcopi ut in decre. unica eo. ti. lib. vi. ubi uidetur tex. pro hac determinatione. Idem uidetur tenere & dicere Inn. in. c. cum secundum. eo. ti. in fi. maxime cum laici hoc ius habeant ex singulari gratia & fauore ecclesiæ. ut no. Inno. super Rubrica de iurepa. & ideo citius & leuius quomodocunq; ad ecclesiam reuertitur quemadmodū dicimus in decimis ab olim in feudum laicis cōcessis de his quæ fi. a præla. sine consen. capitu. c. cum apostolica res enim de facili redit ad naturam suam. xxxv. di. ab exordio. ff. de pac. si unus.

Decisio. X. alias. 412.

Summarium.

Maritus ratione dotis in qua comprehenditur ius patronatus potest præsentare cum censeatur rerum dotaliū dominus. si tamen maritus, & uxor in præsentando diuersos concurrant, præsentatus ab uxore præfertur.

* Consuetudo add. uide. Feli. in. c. cū Bertoldus de reb. in col. num. 44.

1 Relaxatio ad cautelam in interdicto generali an fieri possit.
2 Absolutio uel relaxatio ad cautelam quare fiat.

Infra in ant. co. ti. de. 18.
* Posset relaxari. An interdictum particularis ecclesiæ possit relaxari ad cautelam do. de san gemi. i. c. præsenti de sent. exc. in. vi. ubi tenet quod sic Adde fely. in. c. apostolicæ de excep. in. iij co. uer. dũ abb. nu. iij.

FVit dubitatum utrum interdictum positum in certam ecclesiam possit relaxari * ad cautelam. si dicatur nullum in quo dubio aliqui tenuerunt opinionem Archi. in. c. præsenti. de senten. excom. li. vi. quod non. quia ubi est eadem ratio idem debet esse ius. ut in. c. ii. de translatio. episcopi. ff. ad. l. acquil. l. illud. Sed si bene attendatur ratio & intentio illius decreta, præsenti quæ
1 declarat quod relaxatio † ad cautelam non habet locum in interdicto generali ciuitatis castri loci uel terræ. eadem ratio est interdicto speciali alicuius ecclesiæ. quod in utroque casu ponitur propter delictum domini prælati capituli, uel canonicorum. ut. in. c. non est. de sponsa. de offi. or. c. si canonici. li. vi. ergo. Sed Io. mo in dicta decre. præsenti. tenet contrarium. dicens quod si prælati & canonici ecclesiæ specialiter interdictæ petant scilicet relaxationem ad cautelam illa fieri poterit. quia propter eorum culpam tale interdictum proferri debuit. non sic in interdicto generali in quo puniuntur qui non delinquunt. de offi. de leg. c. sane. ii. & in dicta decre. non est. Præterea relaxatio
2 † siue absolutio ad cautelam. fit in dubio. propter periculum communionis uel lesionis iustitiæ. ut in decreta. solet. & in. c. uenerabilibus. de sen. excom. li. vi. de testi. c. ueniens. de cleri. excom. mini. c. ad apostolicæ. de appella. c. ad audientiam. sed in generali interdicto in quo potest celebrari ianuis clausis &c. iuxta formam. c. alma mater. baptismus & pœnitentia conferri. ut in dicta decreta. non est de pe. & re. quod uite prædicare uerbum dei. de sen. ex. responso. non est tantum periculum si seruetur & non relaxetur donec ueritas eruatur utrum iuste uel iniuste sit positum. & tunc in totum relaxetur. sicut in speciali interdicto. in quo prædicta minime fieri poterunt immo si fiant locus prophanatur & facientes irregularitatem incurrunt ut. in. c. is q de sen. exc. li. vi. de exces. præla. c. tanta ergo uidetur esse modo modica differentia inter interdictum generale & speciale quamuis dominus Io. Cald. in tractatu suo de censura ecclesi in. q. sed quæro an speciale interdictum. dicat sub dubio forte quod premissæ rationes & aliæ quas in primo casu ponunt ibi doctores non inferant diuersitatem. In secundo tamen ipse & dominus Io. An. in nouella. in. d. c. præsenti declinant & tenent opinionem Io. mo. propter regulam quæ habet quod censura ecclesiastica quæ est nulla potest tolli ad cautelã quæ seruanda est. nisi in casu in quo reperiatur uitiata. de spõ. c. cum apud. de transla. c. ii. &. ff. de re. iu. l. i. & sic fuit obtentum & semper in palatio apostolico obseruatum.

Decisio. X. alias. 35.

Summarium.

Metus excommunicationis excusat respondentem libello & litis contestationem impedit maxime. si de dicto metu expresse fuerit protestatus.

Epitome.

1 Metus excommunicationis an sit iustus metus.
2 Excommunicatio iuste prolata dicitur medicinalis debet eam excommunicatus cum omni humilitate & obedientia sustinere.
3 Libello inepto euidenti ineptitudine. non est respondendum. nec est super eo lis contestanda.
4 Ineptitudo libelli dupliciter consideratur.

SI quis in causa prophana respondeat libello. & lit. contest. super eo cui obstan. exceptionibus datis p respondentem uel alias propter eius ineptitudinem non esset respondendum metu * excommunicationis sibi illatæ uel comminatæ & de hoc protestatur expresse uidelicet quod metu excommunicationis respondet. & nõ
1 alias Fuit dubitatum utrum † ipsum respondentem talis metus excommunicationis excuset in tantum quod lit. contestatio in modo præmisso facta habeatur pro non facta uel saltem sit annullanda. & exceptionibus obstantibus supradictis. Ad quod dubium fuit responsum distinguendo. Aut prædictus respondens ab huiusmodi grauaminibus appellauit aut non. Si non appellauerat infra debitum tps. licet iudex eum in præmissis grauauerit sic procedendo tenebit & ualebit eius processus. cum non contra ius constitutionis sed contra ius litigatoris aliquid fecerit. & sic processit de re iudi. c. cum inter. &. c. quod ad consultationem cum simili. Per suam etiam responsionẽ quæ est facto suo contraria uidetur a sua prædicta protestatione recessisse. de consti. c. cum. m. de elec. c. cumana cum ibi no. Responsio enim libelli inepti ualet & tenet.

* metu add. infra in anti. co. ii. deci. 33.

sicut dicimus de responsione ad interrogationem partis ꝑ ut le.& no.in.c.cum causam de iu.calum. licet non possit sequi condemnatio propter ineptitudinem ipsius si esset patens.secus si esset latens.ut in.c.examinata.de iudi. quod crederem uerum si libere & sine coactione ac metu excommunicationis respondisset.sed quia hic propter iustum metum prout statim dicetur respondit merito deberet excusari.& quia responsio sibi nec parti suæ in nullo debet præiudicare.ea enim quæ per metum fiunt rata non habentur.quod metus causa.c.i.&.c.abbas.&.c. ad aures.ff.eo.l.metum.§.ait prætor.Sed ex quo non appellauit uidetur interlocutoriæ iudicis acquieuisse.maxime in causa ulterius procedendo uoluntarie per iura superius ad hoc allegata & sic metus siue coactio per uoluntariũ processum purgabatur.& transiuit in consensum. de spõ. c.ad id quod cum si. Si uero prædictus respondens ante uel post suam responsionem appellasset indubitanter iudex grauasset.ipsumq; prædictus metus excusasset.& pronunciabitur per iudicem appellationis male fuisse processum.& bene appellatum.prædictus respondens ad probãdum suas exceptiones rationabiles alias contra libellum datas admissus fuisset.ar.eorum quæ legun.& no.in.c. ut debitus.de appella.Ratio quia licet metus iustæ excommunicationis non excuset ut.no.per Ber.in.c.cum dilectus.quod me.causa.tamen iniusta excommunicatio est iustus metus.& excusat quemcunq;.ut ibidem dicit Host. & Io.An.Et sic loquitur glo. contraria Ber. posita in.c. olim.in materia de restitu.spol. maxima enim pœna est inter homines conuersari & hominum carere suffragio. C.de aposta.l.qui sanctam.maxime sine culpa ideo censetur iustus metus.quia quis pro nulla re debet uelle subiici tali & tantæ pœnæ.quia non est maior in ecclesia dei. ut in canone corripiantur xxiij.q.iiij.Sed quando excom
2 municatio† iuste proferretur cum illa sit medicinalis.debet eam excommunicatus cum omni humilitate & obedientia sustinere & non contemnere.& ideo ipsam timere non oportebit potissime si culpa sua incidit in hanc pœnam.ff.quod metus causa.l.similiter.xxii.q.iiij.inter cætera.secundum dominum Egid.Ego uero contra utranque rationem allegaui canonem sententia pastoris.&.c.nemo contemnat. xi.q. iij. nam ut ibidem apparet. & etiam in. c.sacro.de sen.excom.siue excommunicatio sit iusta siue iniusta semper timenda est.ergo utraq; inducit iustum timorem quæ uidetur excusari in utroq; casu.ergo non uidetur procedere distinctio supradicta.

Ad quod posset responderi.quod licet quis iustam siue iniustam excommunicationem a suo pastore prolatam debeat timere.& etiam non contemnere.quia non est homo qui ligat.sed deus ut in canone nemo.superius allegatum.& ne illa medicina conuertatur sibi in uenenum. & fiat mortale.ut in.c.cum medicinalis.tamen per hoc non aufertur excommunicato remedium appellandi.ad hoc ut cognoscatur de iustitia uel iniustitia sententiæ excommunicationis per superiorem.ut sic sine difficultate absoluat.si est iniusta& proferens puniatur.si est iusta ad suum excommunicatorem remittatur.uel satisfactione præmissa absoluatur.ut in capitu.sacro & capitulo solet. & capitulo Venerabilibus.Et etiam capitulo Romana.eodem ti. lib. vj. de rescriptis. ab excommunicato.de offi. delega. c. cum contingat. de appella.c.quia fronte.cum simi. uel secundum aliquos dicti canones non procedunt in iudicem delegatum cum sententia si sit iniusta non ligat nec est timenda.immo est nulla secundum Inno.in.d.c.cum contingat in fi.quem recitat Archi.in apparatu.in.c.i.de offic.deleg.li.vi.quorum opinio.quo ad nullitatem non credo ueram.sed quo ad iniustitiam bene.& sic credo ab ea appellandum. ad hoc ut tollatur. ut in capitu. sacro solet.capitu. uenerabilibus & aliis iuribus supradictis.

3 ¶Additio.† Non intelligas quando est ineptus euidenti ineptitudine.quia tunc non est respondendum nec est lis contestanda super eo quia tunc nulla esset & ideo dicimus quod semper potest talis libellus emẽdari.quia semper sumus in principio nisi sit. præscriptum.l. accusatorus.ff.de adul.& ideo sportulæ prius solutæ super inepto libello non prosunt apto.quia aptus est alius libellus ab inepto.unde omnia de nouo fieri oportet.argu.l. ius ciuile.& quod ibi notatur.ff.de iusti.& iure secundum Bal. in.l.edita.C.de edendo.

4 ¶Alia additio.Duplex† est enim ineptitudo libelli. Vna uisibilis.ut cum dico peto talem rem sacram uel dico ago ex.nudo pacto.

Alia est ineptitudo inuisibilis.ut si peto rem ut meam. non faciendo mentionem sacri.quæ res postea apparet. sacra.uel ago ex promissione quæ postea apparet fuisse nuda.Et cognoscitur ineptitudo libelli ex duobus.scilicet ex materia & forma. Materia libelli constat ex causa & re.causa facti & iuris. puta contractu & obligatione uel causa scilicet iuris tantum.puta dominio.Si ergo ista habent in se consonantiam.libellus est aptus.Si uero habent in se dissonantiam.ineptus est.ut not.in.l.ii §. circa .ff. de doli excep. cuius ineptitudinis exceptio potest opponi quandocunque etiam post sententiam. textus est singularis qui non est alibi secundum Bal .in. c. cum dilecti. de emptio.& uendi.Forma autem libelli est sicut silogismus cuius formæ maxima pars conclusio. ut not. Inno. in.c. super literis de rescriptis.& potest dici quod conclusio rite applicata rei & causæ sit forma libelli conuentionalis: in ciuili.in criminali uero. etiam in cohærentiis. loci & temporis stat forma.cum libellus accusatorius sit ipso iure nullus.si non continet locum & tempus. licet reus nihil opponat.nec potest iustificari.quod nullum est secundum Bar.in.l.edita.C.de eden.Sed Inno.& Ioã. And. dicunt in.c.fi.de pur.ca.quod tales circunstãtiæ sunt specificandæ.si reus illas petit specificari.secus si procedi patiatur.quorum opinio procedit de æquitate canonica.sed de iure ciuili est uera opinio Bar.& nota. quod in dubio libellus præsumitur aptus non ineptus.ur not. doc. in. d. c.examinata.

Decisio. XI. alias.487.

Summarium.

Excommunicatus absolutus cum promissione de stando iuri.si non adimpleat ipso iure incidit in excommunicationem.

SI excommunicatus*coram iudice ut absolueretur promisit stare iuri & mandato ecclesiæ. si non adimpleat quod promisit ipso iure reincidit in excommunicationem si fuerat excommunicatus a canone uel a iure.de senten. excommu.c.eos.lib.vi.ubi autem fuit excommunicatus ab homine.& est absolutus cum cautione ut supra si non fecerit quod promisit non est ipso iure excommunicatus.sed per eundem iudicem in eãdem sententiam reintrudendus est.in qua erat ligatus donec fecerit quod promisit.ut in.c. constitutionem.de appella. & quod not.Io.mo.in præallega.c.eos nec est mirum quod per eundem iudicem qui absoluit possit reinduci in primam sententiam.quia sub conditione uidetur absolutus. quæ conditio si deficit non uidetur absolutus.ar. in.l. licet in fi.de iure do &.l.si quis acceperat.de condi. ob turpem causam.cum ibi no.& maxime si infra annum a tempore absolutionis primus iudex uelit eum reinducere.qa per tantum tempus uidetur durare eius iurisdictio. ut in. c.querenti.de offi.deleg.uel dic quod etiam in illo casu post annum.quia sub conditione uidetur eum absoluisse.& sic non uidetur functus officio.nisi cesset conditio per iura superius alle.& huiusmodi reinductio siue intrusio debet fieri citata parte.quæ citatio sufficit pro canonica monitione concor.supra eo.ti.deci.7.

* Excommunicatus add. deci.23.in an. eo.ti.feli.in.c. ad nostram de iureiur.

De Ver-

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Summarium.

Auditor uirtute commissionis sibi factæ quod sola facti ueritate in specta procedat poterit terminos palatii, abbreuiare.

Decisio. I. alias.96.

OMnes domini concorditer ordinauerunt quod quādo committitur auditori quod sola facti ueritate inspecta procedatur quod uigore istorum uerborum possunt abbreuiari termini de stilo palatii introducti. nam si non obstaret stilus. hoc posset in causa beneficiali matrimoniali. &c. iuxta formam cle. sæpe. de uerbo. sig. igitur ut dicta uerba aliquid operentur de priui. c. in his. &. c. si papa. lib. vi. & cito facti ueritas eruatur uoluerunt ut termini abbreuiarētur ut antea poterant. quia res de facili. &c. xxxv. di. ab exordio. & .ff. de pact. si unus. Et qualiter debet procedi. & quales termini seruari. uides. supra decis. 2. de rescript.

Nouæ decisiones Rotæ finiunt feliciter.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes sunt terni.

VENETIIS apud Michaelem Tramezinum.

M D L.



ANTIQVAE CONCLVSIONES ALIAS DECISIONES DOMINORVM DE ROTA FOELICITER INCIPIVNT.

DE CONSTITVTIONIBVS.

Summarium.

1 Commiſſio ſuper eadem cauſa ſi pluribus auditoribus ſignata fuerit. ille ſolus audiet cui primo præſentata fuerit.

Deciſio. I. alias. 803.

Infra de reſcr. num. 6. Bella. Deci. 584. cũ ſequenti.

MEMORIALE ſit ꝙ dñs uicecancellarius in domo ſua die ſequẽti natiuitatis dñi ſcilicet die S. Stephani poſt prandium anno domini M.ccc.lxxv. mandauit expreſſe dictis auditoribus ꝙ ſeruarent in ſuis cauſis tria ſequentia. Primo ꝙ ſi aliqua cõmiſſio alicuius cauſæ eſſet commiſſa duobus auditoribus ꝙ ille cognoſceret de cauſa cui dicta cõmiſſio primo eſſet p̃ſentata & alter nullo mõ cognoſcet.

Summarium.

1 Notarii ſacri pallatii quando pauperibus gratis ſcripturas facere debeant?

Deciſio. II. alias. 804.

NOta mandauit ꝙ notarii cauſarum prædictorum dominorum auditorum facerent ſcripturas gratis pauperibus litigantibus & hoc ſi ſit certum ꝙ ſint pauperes ueraciter alias ſi poſſunt ſoluere de præſenti uel in futurum cum obligatione ꝙ dicti notarii tunc habeãt ab eis quod fuerit iuſtum, & rationabile prout ſeruatur in ſacro pallatio circa hoc.

Summarium.

1 Auditores uolentes habere conſilia in cauſis coram eis uerten. debent bene uidere proceſſum & clare elicere dubia uera ut ſui coauditores uera conſilia dare poſſint.

Deciſio. III. alias. 805.

NOta mandauit ꝙ auditores qui uolunt habere conſilia bene circa cauſas eis cõmiſſas pro iuſtitia miniſtranda bene & perfecte & nõ perfunctorie uideant proceſſus cauſarum eorum ex quibus eliciant dubia in quibus uolunt habere conſilia ut ſuper certis dubiis & ueris domini auditores poſſit dare ſecure ſua uera conſilia ut poſtea in ſecunda inſtantia & in tertia ſententia quam tulerit prædictus auditor aliquo modo nõ poſſit de retractari niſi ex cauſa rationabili iuſta uel nouiter producta.

Summarium.

1 Gratia ad collectionem decani & capituli comprehendit beneficium cuius collatio ex fundatione ſpectat ad ebdomodarios pro tempore.

Deciſio. IIII. alias. 835.

NOta in eccleſia meten. eſt conſuetudo ꝙ qualibet ſeptimana tres canonici nominati ſeu electi per decanum & capitulum ſunt ebdomodarii unus pro preſbytero. ſ. p̃ dicẽda miſſa. alius pro diacono pro dicendo euangelio. alius pro ſubdiacono & dicẽda epiſtola. & mutantur qualibet ſeptimana accidit ꝙ quidã in quadam capella ſancti Pauli ſuper clauſuris eccleſiæ prædictæ quæ eſt ſubiecta decano & c. eiuſdem eccleſiæ fundauit quinque capellanias quæ ex ipſius fundatoris ſtatuto deberẽt pertinere ad collationem ebdomodariorum qui exiſtunt pro tempore in eccleſia ipſa meten. quæritur nunquid ueniat ſub gratia impetrantium ad collationem decani & capituli eccleſiæ meten. quaſi fundator dictarum capellaniarum ſtatuendo ꝙ earum collatio pertineret ad ebdomodarios prædictos uideatur uoluiſſe ꝙ conferant uice & nomine decani & capituli & ꝙ ad eoſdem decanum & capitulum a quibus dicti ebdomodarii qualibet ſeptimana eliguntur principaliter ius pertineret conferendi & ad illos ebdomodarios qui eſſet pro tempore uice & nomine ipſorũ dixi. ut notatur infra in ſimili immo fere quæſtione quæ incipit in eccleſia metenſi.

Summarium.

1 Religioſus ſtatim quo conſenſit prouiſioni de ſe factæ eximitur a iuriſdictione ſui generalis & eſt extra regulas. & conſtitutiones ordinis.

Deciſio. V. alias. 837.

GEneralis auguſtinorum fecit ſtatutum ꝙ nullus frater de religione audeat eorum conſentire electioni de ſe factæ prouiſioni. niſi prius facta reſtitutione ordini omnium quæ habebat. & ſi non præmiſſa reſtõne conſenſerit ꝙ ipſo facto ſit excommunicatus hoc ſuppoſito papa pronunciauit quendam fratrem in epũm in conſiſtorio qui cum nunciata fuerit ſibi noua non præmiſſa reſtõne prouiſioni de ſe factæ conſenſit. quæritur nunquid ſi excõicatus? & uidetur ꝙ non. quia incõtinenti cum conſenſit eſt exemptus a iuriſditione generalis ſui & extra regulas & conſtitutiones ordinis qui incipit eſſe alterius & maioris ſtatus & matrimonium contrahit ſpirituale cum eccleſia cui præfectus eſt epiſcopus. ergo nõ uidetur ligari præmiſſa conſtitutione quia ante non erat ligandus q̃ꝫ conſenſiſſet. & incontinenti cum conſenſit eſt exemptus ab illa ergo per ea non uidebitur ligabilis. In contrarium uidetur per ea quæ not. Inno. extra de appel. c. præterea. in uer. & dico excommunico te ſi eligeris. per quæ poteſt iſta quæſtio terminari. & per no. in re. iu. cum ſint iura obſcura. in. q ibi mota per Io. an. in nouella.

Summarium.

1 Statutum priuilegium conſuetudo non tolluntur per non obſtantias generales literarum apoſtolicarum.

Epithome.

1 Clauſula non obſtantiarum generalium in literis apoſtolicis non tollit ſtatutum priuilegium uel conſuetudinem eccleſiæ, niſi de ipſis Expreſſa ſit facta mentio in clauſulis derogatoriis.

Decisio. VI. alias.632.

NOta ꝙ statutū priuilegium uel consuetudo eccl. nō tolluntur per nō obstantias generales literarū apostolicarum nisi expressa mentio fiat in literis de prædictis etiam de Iur. quando est iux. uallatum rot. infra derescrip.18.

DE RESCRIPTIS.

Summarium.

1 Signatura commissionis de summarie procedendo si di cat audiat summarie &c. & nil fit deletum omnia petita in ea uidentur concessa.

Decisio. I. alias.378.

Sup. eo.in no. de.9. inf.eo.x.

NOTA ꝙ si petatur causa committi cum potestate ꝓcedendi summarie simpliciter & de plano sola facti ueritate inspecta terminis non seruatis & abbreuiatis si signetur audiat summarie & cætera. & nihil sit in commissione cancellatum omnia petita censentur esse cōmissa de rescrip. olim uide deci.infra eod.titu.25.

Summarium.

1 Commissio causæ facta ad instantim. A.contra B.& C. si A.succumbat remanet extincta. Nec eius uigore auditor poterit procedere contra.B.& C.

Decisio. II. alias.512.

Sup.in no.12. eo.ti.

NOta ꝙ cum quis impetrat commissionem contra A. & B.& succumbit auditor inter. A.& B.uigore huiusmodi commissionis nō potest procedere quia nullus istorum obtinuit hanc contra alium. & quia innouare primo uidetur qui primus reus est etiam nunc est actor uoluerunt domini opus esse noua commissione cum res inter alios acta &c.de iudi.quia.v.

Summarium.

1 Commissio continens plura capitula narrata quorum aliqua sunt falsa.& aliqua uera si ex ueris potest sequi cōclusio.ualet.

Decisio. III. alias.515.

Sup. eod.ti.in no.7.

NOta ꝙ licet plura capitula in commissione obtēta narrentur quorum aliqua sunt falsa aliqua uera si ex ueris potest sequi conclusio ualet commissio.iuxta notata in.c.ex parte.&.c.inter cæteros.&.c. olim.de rescrip.facit.c.licet de proba.

Summarium.

1 Impetratio facta de beneficio tanquam curato & dignitatem habente ualet etiā si reperiatur quod non sit dignitas uel curatum sed simplex officium uel beneficium.

Epithome.

2 Expressio falsitatis etiam si non esset talis quæ mouisset principem ad concedendum uiciat literas gratiosas.
3 Decretalis super literis de rescrip quæ loquitur in literis ad lites habet locum in beneficialibus.
4 Extensione qualitatis maioris in gratia non uenit minor qualitas.
5 Dolus in Dubio non præsumitur.
6 Expressio uel omissio tacendæ uel exprimendæ qualitatis uel circunstantiæ in impetrationibus præsumitur in dubio fieri dolose.
7 Demonstratio falsa an gratias debeat uiciare?
8 Super literis de rescrip.intellectus.

Decisio. IIII. alias.582.

Infra eo.73. *Gemi.consi. 111. dominus noster.

QVidam obtinuit gratiam *de quadam sacristia in
quadam ecclesia quam ipse asseruit esse dignita
tem. & postea apparet ꝙ re uera sacristia in ec
2 clesia illa non est dignitas sed simplex officium
quæritur an eius gratia sit surreptitia? Et uidetur ꝙ sic.qa
suggessit falsum ergo & cætera.argu.c.susceptum.de re
scrip.lib.vi. Nam expressio falsitatis etiam si non esset ta
lis quæ mouisset ad concedendum uitiat literas gratiosas
3 ut in.dicto.c.susceptum. Nec in literis beneficialibus lo
cum habet decretalis.super literis de rescrip. quæ loqui
tur in literis ad lites.non in gratiosis ad beneficia.ut notat
glo.de præben c.si motu.lib.vi.super uerbo taceant in fi
ne.præsertim quia & si distinctio illius decret.super lite
ris.haberet locum in literis gratiosis ad beneficia etiam po
test dici quod hic est expressa falsitas & omissa ueritas q̄
mouere potuit principem ad concedendum & si ueritas
fuisset expressa etiam forsan fuisset motus ad nō concedē
dum.quia aliquibus personis prouidendum est de digni
tate quibus nō esset prouidendum de simplici officio aut
administratione arg.decre.de multa de præbende. Licet
enim qui dignus est maioribus sit dignus minoribus scili
cet cum maiora illa & minora sunt eiusdem qualitatis nō
tamen ubi sunt diuersarum qualitatum.ut dignitas & of
ficium. Nam aliqui ualentes uiri & eminentis.uel magnæ
nobilitatis & generositatis sunt boni pro una dignitate q
forsan habet magnas prærogatiuas.uel forsan iurisdictio
nem qui non essent boni pro uno officio uel administratio
ne ubi opus est etiā bono administratore uel negociatore
4 sacrista & tēporali.& sic de singulis. Pro hoc etiam quod
gratia sit surrepticia facit. quia licet expressit qualitatem
maiorem non tamen sub eius gratia uenire debet qualitas
minoris.argu. c.cum illis. &.c. cui de non sacerdotali.§.
primo.&.§ fi.de præbendis.li.vi. Pro hoc etiam quia præ
sumitur dolose expressisse falsum in dubio. licet enim in
5 dubio quis non præsumatur dolosus nec dolus nisi probe
6 tur ut.l.quotiens.§.qui dolo.de probationibus. Tamen in
istis impetrationibus expressio uel omissio tacendæ uel ex
primendæ qualitatis uel circunstantiæ præsumitur in du
bio fieri dolose.argu.notatorum per innocē in.c.dilectus.
de rescriptis.super uerbo iuribus.circa principium. ibi cū
dicitur. præsumitur enim dolose.& cætera.ergo non ua
lent.argumento. c.super literis.supradicti. Et præmissas
rationes quidam tenuerunt. Alii tamen cum quibus ego
eram tenebant contrarium ex quo impetrabatur certum
corpus beneficii uacantis & constabat de corpore benefi
cii impetrati.& persona impetrans supponebatur idonea
ad utrunq; & ad officium & ad dignitatem. & ideo falsa
7 demonstratio non debet uitiare gratiam.* Hæc enim qua
litas dignitatis uidetur esse adiecta gratia demonstrationis
ergo eius falsitas gratiam non uitiat argu.l.falsa.c.de con
di.& demonst. pro hoc etiam quia ex quo ponitur impe
trans idoneus ad utrumq; licet etiam princeps cōcessis
set officium ꝙ est minus cui concessit dignitatē quod est
plus seu concedere debuisset.quia quē reputauit dignum
maiori reputasset utiq; minori & ideo ex quo gratia demō
strationis expressisset qualitatem maiorem quæ potius re
trahere poterat papam a concedendo non nocebit sibi ex
quo constat de corpore beneficii licet sit minor qualitas
qua expressa princeps etiam sibi concessisset arg.dicti.c.
8 super literis. Nec uidetur fecisse dolose in dubio ex quo
expressit qualitatem potius principem retrahentem. Et ꝑ
ista satis patet solutio ad contraria. Nam non obstat.c.su
sceptum.nec quod dicitur in dicto c.super literis.non ha
bere locum in beneficialibus literis gratiosis ubi expressio
falsitatis etiam quæ principē nō mouit uitiat rescriptum.
ut dicto c.susceptum. quia dico illud uerum ubi expri
mitur falsitas gratia taxationis uel limitationis gratiæ
rei uel modi ipsius quia tunc nō ueniet alia res uel alius
modus non expressus etiam si princeps illam rem uel sup

D. Augustinus berous in siguis pceptor meus in.d.c. super literis.

*Gratiam ad. de Fel.in.d.c. super literis in ii. col. & infra eo.tit.deci.70. Cassa deci.xi. pagi.2.de præben.

alio

alio modo seu secundum gratiam concessisset.& sic loquitur dictum.c.susceptum.&.c.cui de non sacerdotali. Et ita etiam crederem de litteris iustitiæ ubi adijceretur falsitas gratia taxationis uel limitationis.quia etiam tunc non continebitur aliud licet illud si fuisset expressum etiā fuisset concessum.argumento notatorum per Innocen. in dicto.c.super.in glo.super uerbo in communi forma. ultra medium.ibi.Et nota quod generaliter. Secus autem ubi exprimitur falsitas gratia demonstrationis.quia tunc credo quod distinctio illius.c. super literis locum habet etiam in literis gratiosis & beneficialibus.Et distinguatur

Expresio ad. de eg. bela. deci.4.

3 an expresio falsitatis illius mouere potuerit seu debuerit principem uel non & utrum per simplicem ignorantiam sit facta expresio an dolose. ut si non fuerit motus princeps seu moueri non debuisset ad non concedendū propter expresionem falsitatis factam potius per simplicitatem uel per ignorantiam.sicut hic in terminis nostræ quæstionis.nihilominus ualeat gratia.nec falsa demonstratio eam uitiet alias uero sic.facit in argumentum pro præmissa distinctione an causa taxationis uel demonstrationis concordia iurium.ff.de uino tritico oleoque legato.l.cum certus.&.l. ex eo.& de lega. primo .l. quidam in testamento.&.l.si seruus.§.qui uero. Nec obstat quod præsumitur expræsio falsitatis facta dolose.arg.notatorum in dicto.c.dilectus.de rescriptis. per Innocen. quia non est uerum quia expresit hic qualitatem potius principem retrahentem.ibi uero exprimit qualitatem potius inducentem & omittebat seu tacebat potius retrahentē.& ita non obst.in dubio enim dolus non præsumitur. ut dicta.l.quotiēs.§.qui dolo.uide deci infra eo.ti.37.&.41.

Summarium.

1 Impetrans beneficium ex causa permutationis exprimere debet beneficium aliud quod habet.alias nulla est permutatio.

Decisio. V. alias.593.

Dic quod si aliquis impetrat a sede apostolica fieri permutationē de aliquo beneficio forte reseruato quod gratia non ualet si taceat aliquod beneficiū quod habebat & ita obseruat sacrum pallatium.

Summarium.

1 Causa si committatur duobus auditoribus ille cognoscet cui primo est præsentata commisio.

Decisio. VI. alias 654.

Nota quod quando causa committitur duobus dominis auditoribus quod ille cui primo est præsentata cōmisio cognoscit de causa pro hoc facit quod notatur in.c.proposuisti.de foro competēti.&.c. duobus §.si uero.de rescrip.li.vj & ita seruat rota. supra deci. 1. de constitu.

Summarium.

1 Causa censetur auocata si petatur,quod commissa uni alteri committatur.etiam si non sit dictum.& cum oportuna auocatione.

Sup.in no. eo. ti.6.alias67.infra eo.80.alias 514.staph.car 172.in libello suo de literis gratiæ & iustitiæ.

Decisio.V I I.alias.513.

Nota si petatur quod causa appellationis cōmissa uni auditori cōmittatur alteri.& signetur audiat talis auocata cēsetur causa appellationis etiā si ne expressa auocatione.quia satis cōstat de mente cōmittentis alteri ꝙ uoluerit causam appellationis auocare.

Summarium.

1 Commisio facta monacho habenti administrationem uel officium in ecclesia cathedrali non facta mētione de monachatu.ualet maxime in literis gratiæ.

Decisio. V I I I. alias.219.

Nota quod ubi causa committitur monacho habēti administrationem uel officium in ecclesia cathedrali secundum quod est officium sacristæ ualet cōmisio maxime in literis gratiæ posito quod de monachatu non fiat mentio.quia ex quo literæ transeunt per cancellariam uidetur ex hoc approbari commisio ut sic intelligantur.not.in.c.statutum.*super uerbo canonicus. de rescriptis.lib.vj.iuncta.l.quidam consulebant.de re iudica.&.l.idem uulpianus.de excusa. tuto. & istud communiter tenet rota.

*Add. ꝙ facit deci. 56. infra de cōces. pbē.

Summarium.

1 Auditor secundus censetur surrogatus quo ad omnia in locum primi.

Decisio.IX. alias.297.

Nota quod ubi committitur auditori quod etiam de speciali gratia prouideat de beneficio licet auditor cui est facta commisio moriatur uel alias desinat esse iudex Secundus auditor qui succedit potest sine speciali commisione de beneficio prouidere sicut primus faciebat.arg.l.si iudex.ff.de iudi.& quia ut auditori fuit primo causa commissa non ut priuatæ personæ.

Summarium.

1 Signatura quæ habet audiat.& cætera.& procedat summarie.&c.censetur concessus processus summarius. præpetitus secus si habeat tantum audiat Talis & iustitiam faciat.

Epithome.

1 Commisio per quam petitur quod in causa procedatur summarie si signetur sic audiat. A.& iustitiam faciat nō censetur commissus processus summarius præpetitus. licet in corpore supplicationis nihil fuerit deletum.

2 Signatura si habeat audiat. A. & summarie procedat a auditor poterit procedere summarie in causa ut petitum est extensione illius &c.

Decisio.X.alias.379.

1 Nota quod si in commisione impetrata petitur ꝙ procedatur in causa simpliciter* & de plano sola facti ueritate inspecta.& cætera licet prædicta uerba non fuerint cancellata nec aliquid eorum signatura tantum habeat audiat talis & iustitiam faciat. Auditor huius commisionis uigore non potest procedere summariæ.& cætera pro ut petebatur. & quia hoc non uidetur commissum immo neglectum.quia si papa uoluisset hoc expresisset.c.ad audientiam.de deci.præterea ad summarium processum per quem tolluntur aliqua acta substantialia iudicii oportet quod illud expresse committatur casibus duntaxat in iure exceptis. in quibus ius dat potestatem & ordinem sic procedendi ut in.c.dispendiosam.de iudi.in cle quia enim requiritur expressa & specialis commisio & mandatum papæ.& sic summariæ.& cætera.procedendum.ut est tex.in cle.sæpe.de uer. signi

2 ficat.ergo &c.ueruntamen si signatura habeat audiat talis & summariæ procedat. & cætera bene auditor illius commisionis uigore procedere posset secundum tenorem cle.sæpe.quia tunc sub illo uerbo &c. bene ueniunt omnia alia in commisione non cancellata uidelicet de plano sine strepitu & figura iudicii quæ tamen sunt diuersa & unum sine alio sæpe ponitur & committitur. prout no.Io.An.in dicta cle.sæpe.

*Simpliciter adde. infra de cis.15.25.82.23.& egi.dec.394.&276.staphi. in Tract. de litte. gra.& iu. fol. 140. uer. sed prius.

Deci.Anti. A ij

Summarium.

Commissio causæ facta secundo iudici in eodem statu in quo reperiebatur uidelicet primo licet non specificetur aliter status ipse ualet.

Decisio. XI. alias.383.

*statu adde.s. in no.cod.ti.de ci.2

Nota ꝙ licet causa committatur in eodem * statu in quo erat coram primo auditore quod ualet commissio licet status simpliciter non exprimatur. Et est ratio, quia per acta primi iudicis poterit apparere in quo statu commissa est. & ideo perinde est ac si status causæ esset
1 expressus. ut. l. nominatim de condi. & de mon. sic non obstat. c. inter monasterium extra de re iud. Et de ista materia qualiter ualeant literæ per surreptionem impetratæ. dic ut no per Io. mo. in. c. si. de fil presby.

Summarium.

1 Capitulum oblatæ. de appell. non seruatur in romana curia.

Epithome.

2 Appellatur in curia potest præuenire appellantem in impetratione rescripti.
3 Iudex in curia datur ex officio secus extra curiam quia nisi contradicatur in audientia habebit quem uoluerit impetrans.

Decisio. XII. alias.444.

*c. oblat. add. sup. de appell. inno. dec. xvj.

Nota quod * c. oblatæ. de appel. de non præueniẽdo partem appellantem in impetratione rescripti apostolici per partem appellatam non habet locum in
2 curia ubi statim datis apostolis pars appellata petit commissionem super appellatione uigore cuius appellationis tenetur procedere nisi ipse præueniat appellatum in faciendo committi causam appellationis & hoc siue terminis fuerit præfixus per auditorem siue non. & rationem huius conclusionis ponit Io. mo. super rubrica de re
3 scrip. ibi. quid est ergo & cætera. quæ est ista ꝙ in curia iudex datur ex officio. sed quando committitur extra curiam impetrans habet quem uult nisi contradicatur in audientia. Alia ratio potest assignari ut citius finis litibus imponatur. & circuitus euitetur. ut in. c. fin. de dolo & contu & in cle. auditor de rescrip. uide decisionem. 47. infra de appellat. sufficit ad effectum ut cum tali procuratore procedi posset.

Summarium.

1 Procuratorium factum ad causas deuolotas dum taxat post causam tamen commissam in curia De speciali mãdato papæ. ualet.

Decisio. XIII. alias.477.

* mandato add. s. Inno. de pcur. dec. i.

1 Nota si post commissionem factam de speciali * mandato papæ pars contra quam commissio fuit obtenta constituat procuratorem ad causas dum taxat deuolutas sufficit ita quod cum illo procuratore potest procedi in causa quia papa committendo de speciali mãdato causam in curia sua uoluit agitari argu. eorum quæ leguntur & notantur in. c. cupientes. de elec. lib. vj. secus autem si constitueret procuratores ante commissionem cum prædicta limitatione nisi adderetur ad causas etiam deuoluendas quia si tunc post huiusmodi cõstitutionem committatur causa de speciali mandato nulliter cum tali procuratori procederetur in causa.

Summarium.

1 Clausula quouis alio modo respicit omnem modum uacandi per eandem personam.

Decisio. XIIII. alias.483.

Nota quod * clausula alias quouis modo respicit omnem modum uacandi per eandem personam. secus si per diuersas ut notat Lapus in. c. susceptum. de rescript. lib. vj.

*clausul. add. sup. co. ti. deci. i. in no.

Summarium.

1 Causa si committitur ꝙ nullis terminis seruatis procedatur per auditorem termini abbreuiari sed nõ totaliter omitti possunt.

Epithome.

2 Termini substantiales in totum omitti non possunt licet bene abbreuiari possint quanuis committatur quod nullis terminis seruatis in curia procedatur.

Decisio. XV. alias.488.

Nota quando causa committitur quod nullis * terminis seruatis sed sola facti ueritate inspecta procedatur possunt termini ad arbitrium auditoris abbreuiari sed non totaliter omitti itaq; nullo termino ad libellandum assignato potest terminus octo uel decem dierum ad dandum articulos & concludendum assignari ut dicta uerba aliquid operentur. xix. di. in memoriam. de priuil. in his. & c. si papa. li. vj. uide.

*terminis add. sup. x. & infra. 25. deci. eo. tit.

Summarium.

1 Causam an inferior a principe De partium consensu cũ potestate summarie procedendi & cætera committere possit?

Decisio. XVI. alias.543.

Vtrum ualet minor seu inferior a papa committere causam de consensu partium cum potestate procedendi summarie & de plano & sine strepitu & figura iudici dic ut scripsi iuxta no. per Io. an. in. c. sed de here. li. vj.

Summarium.

1 Papa si committit in rota causam inter laic os illi non habent ius reuocandi domum.

Epithome.

2 Layci si ipsorum causæ per papam auditoribus sacri palatii commissæ fuerint non habebunt ius reuocandi Domum.

Decisio. XVII. alias.596.

Dominus Vrbanus quintus consueuit quotidie causas laicorum actorum siue reorum præsentiũ in curia ro. dominis auditoribus sacri palatii cõmittere. ut no. per Hostien. in. c. fin. extra de fo. cõpe. nec habent communiter ius reuocandi domum.

Summarium.

1 Clausula derogatoria ad statutum non includit statutum iuratum.

Epithome.

2 Statutum iuratum nõ tollitur per Clau. De rogatoriam ad statutum simpliciter positam. quia requires quod dicatur. non obstante statuto iurato. &c.
3 Clau. non obstantiarum quando necessario ueniunt in literis apostolicis ponendæ?

Decisio. XVIII. alias. 633.

Nota si aliquod * statutum est in aliqua ecclesia iuramento uallatum ꝙ licet dicatur in litera papali gratiæ alicuius ꝙ non obstante tali statuto non faciendo

* statutũ add. sup. de constit. deci. 6.

*℄Nō ualent tales literæ. Ad de notata in.c. cū nō deceat. super uerbo effectus. de cle. li.vj. ubi dr̄ ꝙ per clausu.nō obstātibus priuilegiis uel cō stōibus non tollitur cōstitutio iurata. Et secū dum lapum in suis sing.super uerbo clausula generalis. Item nō tollit priuilegia inserta in corpe iuris fel.in.c. nonnulli de rescri.i.ij.co.uer.xij.conclusio. nu.xxvj.bar. in extrauagāti ad reprimedū super uersi.nō obstantibus.

2 do mentionem de iuramento ꝙ non ualent tales literæ. *dictæ uero non obstantiæ ponūtur ideo in literis aposto
3 licis quia si non essent positæ gratia non ualeret secus autem si papa prouidet de beneficio uacante apud sedē. apostolicam uel de reseruatis quia tunc non est necessarium quod fiat mentio de prædictis in literis apostolicis quia prædicta non habent locum in beneficiis uacantibus apud sedem apostolicam nec in reseruatione. & ita etiam tenet rota dominorum auditorum sacri pallatij. Circa uero prædicta uide iura posita in.c.aliquibus.de rescr. lib.vj. Quid autem circa gratias apostolicas ad recipiendum fructus beneficiorum in absentia familiaris domini nostri papæ uel cardinalium uel aliorum qui habēt gratias super hoc & circa hoc debent uideri uerba dictarum gratiarum seu priuilegiorum dominorum cardinalium de fructibus percipiendis per suos familiares in absentia an remoueant prædicta statuta uel priuilegia uel consuetudines ecclesiarum iurata uel non iurata. domini auditores de rota sacri pallatij cōmuniter nolunt aliud dicere uel consulere super hoc & ex causa. ut infra de conces.præben.deci.

Summarium.

1 Iniuriarum uerbalium causæ nō committuntur per uicecancellarium auditori sacri palatij. secus pro iniurijs realibus.

Decisio XIX. alias.655.

Nota quod uicecancellarius domini nostri papæ nō facit commissionem alicui auditori sacri pallatij de iniuria uerbali facta alicui pro hoc quod no.in c.cum te.in gl.fin.*de re iudi.c.dudum super uerbo calore.de conuer. coniuga. secus autem esset de iniuria reali.

*℄In gl.fina. Vbi dr̄ ꝙ non oīa uerba sunt pro iniuria habenda nec lubricū līguæ facile est ad iniuriam trahendā nec pro modico datur actio iniuriarum.

Summarium.

1 Commissio causæ pendentis extra curiam romanam facta in curia tacita litis pendentia non ualet.

Decisio XX. alias.673.

Dic ꝙ si in aliqua causa spirituali uel prophana pendet lis extra curiam romanam.& committatur de speciali mandato tractari in curia, & non fiat mentio de litis pendentia.quod talis commissio non ualet ut.c.si.&.c.ecclesia.ij.ut lite pen.&.c.inter monasterium.de sta.mo.

Summarium.

1 Commissio habens clausulam constito de assertis antequam cognoscatur pars est uocanda.

Epithome.

2 Verbum si tibi constiterit in commissione papali positum requirit uocationem partis ante processum incohandum super infirmationem commissorum.

Decisio. XXI. alias.684. 684

Dic ꝙ si in aliqua commissione papali committatur sub uerbo si constiterit de hoc contra talem faciat hoc contra eum prout continetur in commissione tunc citanda est pars uel procurator eius anteꝗ̃ auditor faciat informationem de contentis in comissione ut notatur per Io.an.in.c.præsenti.sub uerbo constiterit. de censibus.in cle.

Summarium.

1 Infamia legitime per testes legitimos probari debebit quando committitur ad instantiam iniuriati.quod si inuenit diffamatos citet eos.

Epithome.

2 Citatio per edictum ob non tutum accessum relaxatur. si testes dixerit se credere impossibile uel non tutum citationes exequi posse personaliter uel ad Domum citandi.

Decisio. XXII. alias.693.

Nota quod aliquotiens papa in commissione de speciali mandato ad instantiam alicuius qui dicit se iniuiriatū per aliquos ponit in cōmissione si inueneris eos diffamatos cites eos, iuxta.c. qualiter & quando.de accusa. & Innocen.in.c.cum oporteat.eo tit. & in.c.cum inter dilectos.de excessi.præl. & Hosti.in.c. ueniens.de accusa & in.c.infames.vi.q.i.& in regula infamibus.de regu.iur.lib.vi.cum similibus.& tunc ad probandum talem infamiā oportet quod testes legitimi hoc
2 probent legitime.Si autem petatur ꝙ aliquis seu aliqui citentur per edictum.iuxta.c.dudum.de iudiciis. in clem. sufficit quod tunc testes dicant quod credunt quod impossibile uel non sit tutum citare eos in domo.prout iacet in cle.dudum.& ita seruat etiam rota.

Summarium.

1 Signatura commissionis si habet audiat summarie & cætera.sub illo & cætera.alia uidentur concessa quæ petuntur quo ad summarium processum.

Epithome.

2 Signatura habēs quod absq; obseruatione terminorū sacri palatii procedatur nō operatur ut auditor aliquid quo ad probationem partium tangere possit. Licet in totum non teneatur seruare requisita ad ordinem iuris.

Decisio. XXIII. alias.733.

SI aliqua commissio papalis impetratur ad instantiam alicuius in aliqua causa spirituali uel prophana si ponatur in fine supplicationis per dominum uicecancellarium uerba sequentia. De mandato domini nostri papæ audiat talis auditor summarie. & cætera.sub illo uerbo intelliguntur posita in commissione ꝙ simpliciter procedendo summarie simpliciter & de plano & sine strepitu & figura iudicii.& ponitur aliquotiens in supplicatione & absq; obseruatione terminorum stili sacri pallatii licet in prædicta signatione per uicecancellarium ponantur prædicta uerba nihilominus prædictus auditor debe seruare in aliquibus aliqua de ordine iuris. quantū autem ad probationem partium nihil debet tangere prædictus auditor.aut no.Io.an.in.c.sæpe.de uer.sig. in cle. dicta etiam clausula no.Inn.in.c.olim de accu.circa prædicta etiam uide posita infra.& uide deci.cccclι. Sup.eo. de.x.

Summarium.

1 Surrogatus in iure defuncti si nō surrogatur etiam in lite non admittetur ad iudicium.

Decisio. XXIIII. alias.816.

SCiendum est quod si aliqua causa beneficiali est cōmissa alicui domino auditori sacri palatii ad instantiam actoris uel rei & moriatur aliquis de prædictis litigantibus & surrogetur per papam unus altero mortuo tunc dictus auditor non potest procedere uirtute dictæ primæ commissionis.ita tenet rota.

Summarium.

2 Commissio signata ut sola facti ueritate inspecta procedat facit ut possit iudex abbreuiare terminos de stilo seruari consuetos.

Decisio. XXV. alias.451.

Nota domini ordinauerunt quod quando committitur auditoribus quod sola facti ueritate inspecta procedant ꝙ uigore istorum uerborū possunt abbreuiare terminos de stilo pallatii introductos. nā si non obstan. stilo hoc possunt in causa beneficiali matrimoniali &c. iuxta formam cle. sæpe. de uerb. signi. ut dicta uerba aliquid operentur. & cito ueritas facti habeatur quare deuoluitur ut termini abbreuiarentur ut antea poterant. quia res de facili &c. xxxv. di. ab exordio. ff. de pac. si unus. supra. eo. de. x.

Summarium.

1 Causa appellationis a iudice uel a parte approbata deuoluitur ad curiam romanam.

Decisio. XXVI. alias.635.

Dic ꝙ si facta fuerit appellatio in aliqua causa ad sedem apostolicam & fuerit approbata a iudice uel a parte tunc talis appellatio deuoluit causam ad sedem apostolicā. ut. c. sæpe. de appella. & c. cordi eo. tit. lib. vi.

Summarium.

1 Auditor in qualibet parte litis pronuntiare potest causam esse deuolutam.

Epithome.

2 Causa deuoluta ad sedem apostolicam quando dicatur.

Decisio. XXVII. alias. 715.

1 Nota quod auditor sacri palatii potest pronunciare in quacunq; parte litis aliquam causam esse deuolutam ad sedem apostolicam ratione appellationis
2 & ita tenet rota dominorum auditorum. Quando autem dicatur causa deuoluta ad sedem apostolicā. uide super hoc. c. statuimus. de elec. li. vi. & cle. causam. de elec.

Summarium.

1 Executor qui ut canonicus datus fuit. Licet desinat esse canonicus ante executionē remanent tamen executor.

Epithome.

2 Datæ tempus in beneficialibus rescriptis est considerandum.

Decisio. XXVIII. alias. 122.

1 Nota ꝙ ubi aliquis canonicus est datus executor si ante executionem desinat esse canonicus non propter hoc impeditur quin remaneat executor. quia
2 tempus datæ inspicitur. ut. l. si ita de auro & argen. lega. & de hoc dic ut no. per Archidia. in. c. statutum. super uerbo communicatur. de rescrip. lib. vi. pro hoc facit. l. facto. §. si uero. de uulga.

Summarium.

1 Collatio præfertur reseruationi in concursu.

Epithome.

2 Actus simpliciter explicatus ualet in his ad quæ autoritate una bene. alia autem male duci possumus.
3 c. susceptum de rescrip. in vi. non habet locum in acceptionibus & prouisionibus executorum.
4 Iudex ex officio ex causis animum suum mouentibus potest citare reū personaliter ad respōdendum interrogationibus a se factis. nec ꝑpter hoc diceret grauatus reus.
5 Executor licet mandauerit subexecutori. quod conferat impetranti primum beneficium ꝙ duxerit acceptandum poterit nihilominus ante acceptationē gratia conferre.

Decisio. XXIX. alias. 356.

1 Nota cum reseruatio & collatio executoris apostolici simul concurrunt præfertur collatio reseruationi. per no. in cle. literas. de rescrip. Item cū
2 quis procedit simpliciter ad id in quo potest duci autoritate una bene alia male sufficit quocunq; modo. per no.
3 Inno. in. c. cum ex officii. de præscrip. Item ꝙ in acceptationibus & prouisionibus executorum locum non ha-
4 bet. c. susceptum. de rescript. li. vi. Itē quod iudex ex causis animum suum mouentibus. vt dicit mandans ex officio citari personaliter reum per procuratorem responden tem interrogationibus a iudice factis non grauat per hoc. *add. ære de falco. in tract. reserua. in. 4. q. principali in xxxiij. effectu.
5 Itē quod licet executor mandet sub executori quod conferat impetranti primum beneficium quod duxerit acceptandum poterit conferre ante acceptationem.

Summarium.

1 Electus confirmatus exequitur mandatum directum episcopo.

Epithome.

2 Restituitur quis contra sententiam. licet in commissione pro se impetrata plura narrata sint falsa quia sufficit unum ex ipsis esse uerum.
3 Procurator ad agendum & defendendum qui per se obtinuit sententiam quæ transiuit in rem iudicatam cogitur defendere in causa restitutionis obtentæ contra sententiam principalem suum.
4 c. suscitata de restitu. in inte. non habet locum in sententia arbitri.
5 Restitutio ad appellandum datur ex modica præsumptione.

Decisio. XXX. alias. 360.

Nota ꝙ* mādatum directum episcopo exequitur electus cōfirmatus per. c. eam te. de rescrip. cum ibi no. Item quod licet plura narrentur in com *mandatum add. supra. de res. deci. 7.
2 missione ad restitutionem contra sententiam obtinendam si unum uerum sit sufficit licet alia. falsa. sic de rescrip. ex
3 parte. & c. cum olim. & c. inter cæteras. Item ꝙ procurator ad agendum & defendendum qui pro se obtinuit sententiam quæ transiuit in rem iudicatam cogitur ad defendendum qui pro se obtinuit sententiam in causa restitutionis obtentæ a principe pro minore contra sententiam.
4 Item ꝙ c. suscitata. de in integ. resti. non habet locum in sententia arbitri. quia ista non habet executorem. per no. Inno. de iureiu. c. quintauallis Itē quod modica præsum
5 ptio sufficit pro restituendo ad appellandum. ut cum sententia lata super desertione transiuit in rem iudicatam.

Summarium.

1 Capitulum statutum. de rescrip. li. vj. non habet locum in meris executoribus gratiarum.

Epithome.

2 Executores gratiarum uel sententiæ licet de stilo non dentur nisi sint constituti in dignitate attamen talis stilus non obseruatur in subdelegatis ab eis.
3 Subdelegatus a pluribus delegatis uice omnium fungit.

Decisio. XXXI. alias. 392.

Nota quod si in forma communi pauperum dentur tres executores cum clausula. quod si nō omnes & cætera. iuxta formam decre. prudentiam. de offi. deleg. si duo ex eis tertio se excusante legitime gratiam huius purificauerunt & alia exequenda & facienda commiserint. ut est moris abbatibus præpositis archidiaconis clericis & notarijs publicis & cuilibet ipsorum si unus simplex clericus ex prædictis subdelegatis procedē do ad ulteriora prouideat impetranti de beneficio per eū debite acceptato ac instituat & in corporalem possessionem inducat dubitatur an ualuerit huius prouisio institutio & *supr. eo. ti. in no. 29.

tio & inductio. Causa dubitandi fuit duplex quia uidetur ꝙ huius subdelegatio non ualeret quia simplici clerico non in dignitate constituto facta fuerat. contra.c. statutũ de rescrip.li.vi.secundo quia facta est prouisio per unicũ & non per duos & sic contra formam mandati quæ diligenter est obseruanda alias non ualet quod agitur.de rescrip.c.cum dilectus.ff.manda.l. diligenter de præben. cui lib.vi. His non obstantibus fuit conclusum & determinatum contra per omnes dominos.& responsum ad.c. statutum.illud nõ habere locũ in executoribus meris gratiarum & sententiarum.prout tibi no.Io.mo.& Archidi.

2 Et licet de stilo curie sit quod non dentur executores gratiis uel sententiis nisi sint in dignitate constituti tamen ille stilus non est obseruandus nec receptus in subdelegatis quibus committitur unum nudum ministerium. puta prouiso in corporalem possessionem inductio que sine quacunque causæ cognitione fieri possunt.& ideo simplicibus clericis committitur quemadmodum de examinatione testium dicitur.in.c.cum bertoldus.de re iudi.& per Pau.in cle.iudices.de offi.delega.hanc conclusionem tenere uidetur.Guil.de monte Lau.& Gen.in extrauaganti sedes apostolica.Io.xxij.faciunt no.per Io.andr.in.c.super quæstionum.in prin.super glo.si ergo.de offi.delega. in nouella per Spec.eo.ti.§.sed nunquid. secunda ratio etiam in contrarium non obstat.quia hæc forma mandati licet habeat quod unus sine altero procedere non possit. ut in.c.prudentiam.& in.c.causam quæ.de of.deleg.tamen quia datur eis potestas subdelegandi a lege.ut.c.pastoralis.&.c.sane.eo.ti.etiam quando scribitur in forma pauperum.ut in dicta clemen.iudices.si duo uel tres committant uices suas uni.ille fugitur uice duorum siue omnium.de quo sunt textus clari in.c.quamuis de offi.dele ga.&.c.pe.de elec.li.vi.& ideo quicquid ille unus facit omnes facere censentur.uide decisionem sequentem.

3

Summarium.

1 Executores dati cũ clausula uocatis uocãdis &c. debēt seruare.c.statutũ de rescrip.in lib.vi.in his de qbus. hic.

Epithome.

2 Clausula uocatis uocãdis operatur ut executores meri efficiantur ueri iudices cum causæ cognitione procedere teneantur.

Decisio. XXXII. alias.303.

Nota ex hoc & propter primum dictum in surrexit aliud dubium. Vtrum prædicta constitutio. c. statutum * de rescriptis.lib.vi.locum habeat in executoribus gratiarum datis cum clausula uocatis uocandis &c. Et finaliter fuit dictum quod sic.quo ad personas.loca.dietas. ciuitates & dioceses. intantum quod si prædicti executores procedant extra locum deputatum uel partes trahant ultra unã dietam nihil ualet quod agitur nisi de expresso consensu partium hæc faciant.ut ibi in.§.in nullo quoque.& hoc propter decretum ibidem in fine appositum. Et est ratio quia prædicti executores non sunt meri sed sunt iudices ueri & cum causæ cognitione ac patribus uocatis & ordine iudicario seruato debent procedere.ut in.c.exhibita. de iudiciis * & ideo debent extrahere & citare illud non possunt extra locum eis deputatum facere nisi secundum formam dicti.§.in nullo. & hoc tenet expresse Guil.de mõte.Lau.in cle.i.de rescriptis super uerbo auctoritate litterarum.uide dec.præcedentem.

2

*c. statutum add.sup.in no. eod.ti.in.dec. 29.& infra.de offi.deleg.dec. 1.& de cõcess. præb.dec.56.

*de iudi.adde ibi per fel.

Summarium.

1 Citatio commissa per edictum exequenda in locis uicinis si in uno loco tantum fuerit exequta non ualet.

Decisio. XXXIII. alias.523.

Nota quod si committatur causa cum potestate citandi per edictum locis uicinis in portis affigendum non sufficit quod fiat executio in uno loco uicino quãtũcũque publico sed requiritur quod in pluribus locis exequatur ad minus duobus quia pluralis locutio & cætera.de regu.iuris.c.pluralis.lib. vi. facit glo. Io.an.in.c.causam.super uerbo loco.de elec.Et quia forma mandati hoc habet:quæ est diligẽter obseruanda de rescriptis.c.cum dilecta.

Sup.eo.ti.in no.dec.5.

Summarium.

1 Dieta computatur a fine diocesis domicilii.

Decisio. XXXIIII. alias.634.

Communiter tenet rota dominorum auditorum sacri pallatii quod dieta computatur a fine diocesis domicilii.secundum quod dicit Io.an.in.c. statutum.super uerbo unam dietam de rescriptis.lib.vi.licet super hoc fuerunt diuerse opi.doc.

Summarium.

1 Impetranti non nocebit executoris negligentia.

Epithomæ.

2 Extimatio non cadit in beneficialibus.

Decisio XXXV. alias.164.

Nota quod ubi non stetit * per impetrantem quo minus gratia sua purificetur sed stetit per executorem uel episcopum non imputatur impetranti. ut.l.iure ciuili.de condi.& demonstratione iuncta.l.finali.ff.si quis cautioni.quod si impetrans fuerit impeditus quod infra mensem non possit acceptare nec gratiam purificare sibi non imputetur. Nec ob.si dicatur semper habet recursum contra impeditores.ut.c.pastoralis.de iurepatro.quia hic nõ potest cadere in beneficialibus extimatio.ut.c.quærelam.de elec.per Innocen.Nec ob.c.pastoralis quia ibi erat in potestate collatoris recipere presentatum magis quam sit in isto casu in potestate executoris.& istud tenet rota licet cancellaria uideatur notare contrarium.uide deci.ccxxv.&.cccxcv.

2

*Stetit add.de ci.7.&.8. infra de conces. præben.

æneas de falc. in tractatu reser. in quinta q.pri.in.14.q.

Summarium.

1 Impetratium in forma communi sub eadem data licet uni fuerit prouisum.nihilominus poterit alteri prouideri.

Decisio. XXXVI. alias.194.

Nota quod ubi sunt duo impetrantes sub forma communi sub eadem data si uni est prouisum alteri potest prouideri propter clausulas quæ ponũtur in bullis scilicet non obstañ. quod pro aliis rescripserimus. & sic obstat.c.si duobus de rescrip.li.vi.

Summarium.

1 Impetrans an teneatur facere mentionem de qualitate beneficii uacantis.

Epithome.

2 Motus proprius operatur ut nõ teneatur impetrans mẽtionem facere de aliqua qualitate intrinseca beneficii.

Decisio. XXXVII. alias.202.

Nota quod quis non tenetur facere * mentionem de qualitate beneficii uacantis. uerbi gratia. ubi aliquis imperat decanatum uel archidiaconatũ uel archipresbyteratum uacantem non est necesse quod faciat mentionem an sit cum cura uel sine cura maxime quando est tale beneficium quod de se habet curam licet uideatur contra in.c.cum in illis de præben. lib. vi. sed dic quod ibi loquitur cum papa mandat prouideri in quo casu nõ facit tantam gratiam secundum quod est quando facit seu prouidet de uacanti beneficio quod habet locum cũ gratia est facta motu proximo principis nã tunc de qualitate intrinseca aliqua beneficii nullam mentionem facere debet secus autem si gratia nõ sit facta mo

*Mentionẽ adde.sup.in no. eo.ti.deci.24. & uide per egi. de.9.in fine. Staphi.in tracta.lit.gra & iust.fol.26.

tu proprio.ut no. Io.an.in.c.ei cui de præben.li.vi. & clarius in cle. si dignitatem de præben. & habet locum siue impetret uacans siue reseruatum siue non reseruatum. Et ratio est quia ex quo princeps non præsumitur scire qualitatem quæ extat in facto præsumitur q si fuisset expressa qualitas. scilicet quod erat curatum uel electio uel dignitas & maior post pontificalem quod papa impetranti de tali beneficio minime prouidisset. sed dic quod ibi loquitur cum papa mandat prouideri in quo casu non facit tantam gratiam secundum quod facit cum prouidet de uacanti beneficio. uide infra. eo. ti dec. 41. & de concess. præben. & uide Guil. de monte in. c. fi. de of. ordi. super uerbo spol. in cle.

Summarium.

1 Clausula amoto &c. tollit surreptionem taciturnitatis detentionis beneficii alterius.

Decisio. XXXVIII. alias. 206.

Nota secundum aliquos quod illud quod no. in c. cum nostris. de conces. præben. non habet locum hodie scilicet quod quis teneatur facere mentionem de detentione beneficii propter clausulas quæ hodie ponuntur in bullis amoto exinde quolibet detentore. Et ita uidetur no. Io. an. in allega. c. cum nostris. Et uide infra eo. ti. deci 69. & uide regulam cancellariæ uolentem quod si per duos menses fuerit detentum quod de detentione tenetur facere mentionem.

Summarium.

1 Pensionis taciturnitas an reddat gratiam pauperis surreptitiam.

Decisio. XXXIX. alias. 210.

Nota quod pauper clericus impetrans in forma communi habens pensionem a laico posito quod pensio sit sibi assignata ut titulus beneficii de tali pensione non tenetur facere mentionem posito quod auctoritate episcopi sit instituta. quia ex quo nō est beneficium sed ē talis pensio quod moritur cum persona de tali pensione pauper clericus in communi forma non tenetur facere mentionem alias si esset perpetua pensio constituta iure beneficii quæ transfertur de persona in personam tunc impediret & annullaret gratiam pauperis posito quod non esset beneficium & posito quod non constitueretur ab ecclesia. sic. no. in. c. si pauper. de præben. lib. vi. c. postulasti. de rescriptis per Innocen. & Hosti.

Summarium.

1 Beneficium non dicitur monoculare si collator habet beneficia cum aliis conferre communiter.

Decisio. XL. alias. 241.

Nota quod ubi aliquis est impetrans * ad collationem præpositi & capituli communiter uel diuisim si præpositus habet unicum beneficium conferre per se sed cum capitulo habet plura conferre impetrans potest acceptare illud unicum beneficium. quod est ad collationem prepositi. ubi autem solus per se præpositus haberet unicum beneficium & nihil haberet cum capitulo tunc non ueniret unicum beneficium. Sic nota. in. c. cum ei quem. de concessio. præbend. per Ioann. and. ¶ Item ex hoc induceretur affectus circa mortem proximi. ex quo unicum & certum beneficium ueniret sub gratia. contra. c. nulla de conces. præben Mediolaneñ. in. c. i. de præbendis. in cle. & uide Collecta. in. c. ecclesia. de sortileg. Et est ratio inter ista. quia in primo casu non est præsumptio quod impetrans insidiaretur uite tenentis unicum beneficium pertinens insolidum ad collationem præpositi cum sint alia beneficia ad collationem præpositi cum capitulo pertinentia. quæ ratio non habet locum in secundo casu. propter quam rationem fuerunt moti doctores quod impetrans non possit acceptare beneficium unicum pertinens ad collationem alicuius.

*Impetrans uide sup. in no deci. 13. de præben. uoluerunt.

Summarium.

1 Impetrans præbendā an teneatur facere mentionem de qualitatibus eius scilicet si est sacerdotalis uel electiua.

Epithome.

2 Impetrans debet exprimere qualitates quæ insunt beneficio & cum ipso nascuntur.

Decisio. XLI. alias. 257.

Nota quod ubi papa confert alicui præbendam sacerdotalem uel electiuam impetrās talem præbendam tenetur mentionem facere * de qualitate præbende illius alias gratia uidetur surreptitia. ut no. Io. an. in nouel. in. c. ei cui. de præb. lib. vi. & glo. in c. cum in illis. de præben. lib. vi. ad quod. no. per eundem in. c. per litteras. super. uer. prouideri. de præben. in cle. licet communiter contra teneatur maxime si talia exprimantur per quæ papa possit scire qualitatem beneficij.
2 qualitas autem quæ est in beneficio & nascitur cum beneficio ut quia est beneficium electiuum uel conuentuale tales qualitates debent exprimi. ut. c. cum in illis. de præben. lib. vi. & c. cum olim de re iudi. pro quo facit tex. l. in uenditionibus. §. item quæritur. ff. de contrahen. emp. ubi error qualitatis nocet simpliciter quando qualitas ab initio in est rei. Et quod sit necesse facere mentionem uidentur doctores no. in cle. si dignitatem de præben. & de hoc. no. Io. mo. in alleg. c. si. cui. de præben. lib. vi. circa prin. super uerbo mandatum. ubi tenet quod etiam cum papa prouidet est opus facere mentionem de talibus qualitatibus. & uide infra deci. 50. de conces præben. Et uide infra litteram. b. super uerbo beneficium. q. lxxxviij.

*mentionē ad de deci. 1. de præben. in no.

Summarium.

1 Valoris comunis mentio ubi fit inspiciur taxa decimæ ubi autem secundum taxam decimæ ualor exprimitur inspicitur taxa beneficii.

Decisio. XLII. alias. 277.

Nota quod ubi papa confert beneficium cuius fructus & prouentus cc. florenorū secundū cōem extimatione ualorem annuum non excedunt. si beneficium ualeret ultra. c. flo. secundum taxam decime gratia est surrepticia. quia in isto casu non inspicitur taxa decime beneficii sed ualor communis. ubi autem papa confert beneficium cuius fructus &c. secundum taxationem decime tunc inspiceretur taxa beneficii & illa ueniret in gratia posito quod beneficium plus ualeret secūdum ualorem communem. circa quod uide. c. si beneficium. de deci. in cle. uide infra. eo. ti. 64. & de conces. præben. 45. dicam.

Staphi. in tra. de lit. gra. & iust. car. 4. & 35.

Summarium.

1 Clausula quouis modo uacet non includit modum uacandi ex alterius persona quam expressi.

Decisio. XLIII. alias. 820.

Nota quod ubi papa confert beneficium titij ut reseruatum uel alias quouis modo uacet intelligitur qualitercunque uacet in persona ticii quia omnis modus uacandi uenit concernens personam titii si tamen alias uacaret beneficium non in persona titij. sed in personam alterius non ueniret modus uacationis. quia de alia persona non uidetur intellexisse papa. ar. c. romana. §. in alium. de ap. li. vi. & c. susceptum. de rescrip. eo. li. contra uidetur. l. cum in corpus. de acqui. rerum domi. & l. falsa demonstratio. de condi. & demon. uide infra deci. 19. de conces. præben.

Summa.

Epithome.

1 Excommunicatus ignorans se excomunicatum potest impetrare beneficia & literas apostolicas.

Decisio. XLIIII. alias.381.

Nota glosa quod ignorans se esse excomunicatum potest impetrare beneficium seu literas apostolicas ut no.in.c.apostolicæ.de cle.ex.mi.& ibi no.glo.de his quæ facit ignorans se excommunicatum.

Summarium.

1 Acceptatio beneficii facta per habentem minus decretum infra mensem infra quem habens maius decretum poterat acceptare est nulla.

Epithome.

2 Prouisio non ualet ubi non ualet acceptatio.

Decisio. XLV. alias.296.

Nota ꝙ ubi secundus impetrans in data a infra mẽsem fecit sibi prouideri de beneficio quod primus acceptauerat non ualet acceptatio secundi propter decretum appositum in gratia prima impetrantis quod afficit gratiam secundi quãdiu primus præcedit intantum quod si secundus habeat confirmationem siue ꝓuisionem a papa dicens quod cum canonice fuerit prouisum de beneficio supplicat quod non obstante reseruatione sua prouisio confirmetur gratia censetur surreptitia quia non est canonice prouisum quandiu primus præcedit.ut est dictum quia prouisio non ualet nisi ualeat ac-
2 ceptatio. Et est ratio quia in acceptatione certum tempus statuitur impetrantibus quod non est in prouisione & tũc posset esse dannum magnum si secundus in data non posset acceptare infra tempus primo in data debitum. Item uidetur prouisio factam secundo surrepticia quia si dixisset quod alius expectãs maior eo acceptauerat.& sic gratia sua fuerat sortita effectum.forte papa non condescendisset ad concedendum sibi gratiam.

Summarium.

1 Impetrans non tenetur facere mentionem de beneficio annexo impetrato quia sufficit mentionem facere de principali.

Decisio. XLVI. alias. 318.

Nota quod ubi *beneficium petitur tanquam principale & illud beneficium habeat aliud beneficium annexũ & accessorium de beneficio annexo in supplicatione non est facienda mentio sed sufficit quod de principali beneficio fiat mẽtio.ut no. Io.an.i c.super eo. de præben. lib.vj.in nouel. & ex quo principale nominatur accessorium uidetur nominati. arg.l. si ut certo.§. usque adeo.ff.commo.l.sed ad hæredes.§.si quis mulierem.ff.loca. cum si. licet faciat contra.l.fi. ff. de fun.instrum.

*Beneficium adde Fely. in c.in nostra.33 corre. nu. 30. uer.additur ꝓ tot.inf.de reb. non alie.eccl.

Summarium.

1 Expresio non ueri ualoris beneficii obtenti nocet acceptandi.

Epithome.

2 Impetrans non tenetur mentionem facere de ualore beneficii obtenti.si tamen expresserit & falsum dixerit gratia censetur surreptitia.

Decisio. XLVII. alias.336.

Nota secundum opinio. aliquorum quod licet quis quando impetrat beneficium non teneatur facere mentionem de ualore beneficii quod tenet.ut no. Inno.in.c.dudum.ij.de elec.melius in.c.j.de præben.ergo si intelligas quia habita. &c. ubi uidetur notare quod requiratur tamen si exprimat falsum gratia censetur sur-
2 repticia.quia expressa nocent in tali casu.uide contra eo. tit.deci.37.

Summarium.

1 Processus formatus in uim rescripti impetrati ab appellato in quo non fuit facta mentio de delatione appellationi & termini præfixione & sic de causæ deuolutione ad curiam an teneat parte non opponente.

Epithome.

2 Rescriptum surreptitium parte non opponente non uiciat processum.

Decisio. XLVIII. alias.387.

Nota utrum si fuerit delatum appellationi in partibus & terminus præfixus ad prosequendũ & forsan appellatio approbatur a parte appellata & sic causa debeat tractari in curia iuxta.c.abbate. &.c.cordi de appellati.pars tamen appellans uel alia tacito de delatione & termini præfixione impetret iudicem ad partes an ualet impetratio ipso iure ut sic processus ꝑ tales iudices habitus super appellatione ualeat? si non excipiatur quod literæ sint surreptitiæ & si excipiatur de surreptione carere debeant uiribus.iuxta.c.oblatæ. & præsertim si præuẽtus fuerit terminus in impetrẽdo. iuxta.c. sæpe.in fine.tamen ex quo pars aduersa non excipit processus ualere debet.argu.notatorum de rescrip.c.ad audientiam.& Innocen.eo.tit.c.dilectus.ubi determinat quod processus ha-
2 bitus per literas surrepticas si tamẽ non excipiatur de surreptione tenet. Et sic quidam intelligunt illa iura.c.abbate.c.sæpe in fine tamen contra fuit decisum.quia ex quo causa est alias ad curiam deuoluta ut sit ibi tractanda nõ potest extrahi nisi de certa scientia papæ.facit decre. prouide de elec.uide infra de appellat.deci.i.

Summarium.

1 Impetrans ad colla.episcopi obtinebit contra impetrantem ad conationem prioris.si episcopus est in quasi possessione conferendi beneficium impetratum licet offerat se probaturũ proprietatẽ collationis pertinere ad priorẽ.

Epithome.

2 Proprietas potior est possesione.
3 Opinio ueritate probata debet cedere ueritati.
4 Verbum pertinere concernit proprietatem quamuis latissime suptum possessionem comprehendat.

Decisio. XLIX. alias. 557.

Quidam impetrauit ad collationem episcopi alter ad collationem cuiusdam prioris. quædam ecclesiam uacantem cuius collationis possesionẽ habet episcopus & est in possessione cõferendi eam.nam eam contulit ei per cuius obitum uacauit. & tanquam ad ipsius collationem spectantem per impetrantem ad collationem episcopi fuit acceptata & de ea sibi prouisum alter uero uult probare quod immo proprietas collationis illius reuera pertinet ad collationem prioris quæritur nunquid sit admittendus? & uidetur quod non quia probatum eum non releuaret ut uidetur. quia in talibus plus attenditur possessio.nam si ille qui est in possessione conferendi uel præsentandi conferat uel præsentet ualet eius collatio uel præsentatio.argu.c. consultationibus.de iurepatro & de elec. c. quærelam. de causa pos.c. cum. olim & præfertur ei cui ille ad quem de iure pertinet non tamen est in possessione contulisset uel quem præsentasset ergo etiam impetrans ad eius collationem etiam sit præferendus impetranti ad collationem alterius. quia eius executor tenet uicem illius collatoris & est perinde ac si ab eo fuisset facta collatio. Item quia ultimus status

est attendẽdus.arg.l.cum pater.C.ne de statu defunc. Itẽ cum in ista materia sufficiat sola opinio seu possessio primo inspiciatur opinio quam ueritas. Item imputetur priori quoniam non prosequitur ius suum quousque eo prosequente ad quem principaliter pertinere constiterit. de contrario seruandus erat iste status & præsumendum pro iure episcopi posidentis & impetrantis ad eius collationem obtinere debebunt quamdiu ipse erit in possessione conferendi. & pro ista parte fuit maior pars. sed oppositum uidetur: quia papa in scribendo sic de beneficio pertinente ad collationem episcopi potius uidentur in intelligere & concernere ueritatem iuris & proprietatem quam
2 possessionem. quia proprietas potior est possessione. ergo expectans qui impetrauit ad collationem eius cuius est proprietas collationis erit potior eo qui ad collationẽ eius qui solum posidet impetrauit: argu. de causa pos.
3 & proprie.c. cum dilectus. Item quia ueritate probata debet credere opinio ueritati.ut.c.cum bertoldus de re iu
4 di. Ita quia uerbum pertinere est analogum ad proprietatem & possessionem. Item pro ista opinione posset indici lex quæ bene facit. ff.de reli.l.ij.§.i. Item non uidetur posse negare quin uerbum pertinere ad collationem prioris concernat proprietatem licet latissime sumptum dicatur de possessione ut.l.uerbum illud pertinere.ff.de uerb. sig.ergo similiter sumptum sumitur pro primario uel proprio significatu.ad hanc.q.allegari possent iura alle.per Io.an.in nouel.de reg.iur.mora.li.vi. in.i.q.& decisio illius.q.facit pro prima partem obtinuit & fuit lata sententia & pro hoc quia aliud est quod dicitur seu cum dicitur collatio pertinet ad episcopum aliud cũ dicitur ius & proprietas collationis.ut probant prædicta iura.&c.

Summarium.

1 Cancellatura alicuius clausulæ in suppl catione contentæ operatur concessionem aliorum quæ de stilo cancellariæ non censentur concessa.

Epithome.

2 Papa nuda uoluntate recidere potest a stilo.

Decisio. L. alias. 560.

CAncellaria non consueuit ponere in literis de dignitate petita una cum canonicatu & præbenda in supplicatione signata per papam per simplex fiat nisi papa expresse signauerit de dignitate. hoc supposito præsupponatur ꝙ in supplicatione positum erat ad canonicatum & præbendam ac dignitatem etiam electiuam & papa cancellauit illa uerba etiam electiuam.&postea simpliciter signauit non tamen posuit etiam ad dignitatem &c.quæritur nunquid supposito stilo cancellariæ prædicto debet poni in literis de dignitate. & uidetur ꝙ non ex quo papa signauit expresse de dignitate. In oppositum allegabatur.quia cancellando illa uerba de electiua.uidetur cætera omnia concessisse. argumento. quia quod de uno negatur.& cætera pro hoc allegatur textus in.l.tribunus.ff.de milita.testa.ibi cum dicit amplius. Et si aliquid interuenerit.instit.de testa. milita.§. licet si quis ante militiam.ff.de dona.inter uirum & uxo. cum hic status.§.his quoq;.Tamen respondebatur quod ibi nuda uoluntate miles poterat perficere primum testamentum.ut l.in fraudem.§.testium.hic uero cancellaria ut supponitur non recipit nudam uoluntatem pape sed solum signatam expresse. Nec obstat ratio prædicta.quod de uno negatur.& cætera.non est uerum simpliciter. immo dimissum in dubio est reliquendum dispositioni iuris communis uel stili communis.arg.l.fi.&.l.cum dotem.in principio.ff. solu. matr.& de libe. & posthu.l.commodissime. De quo dixi.ff. de pac.dota.l.inter socios.§. cum inter. Nam prædicta cancellatura quæ facta est ad gratiæ diminutionem non uidetur operari augmentum. seu nouam gratiam de obmisso super quo alias concessio expressa
1 seu significatio papæ requirebatur.secundum stilum argu.l.cum tali.§.fi.ff.de condicti.& demonstra. Et ad hoc allegatur.l.lega.inutiliter & de uerbo.sig.c.fi. Sed omnes maiores de curia romana & de rota tenuerunt quod ueniat dignitas quia stilus cancellariæ loquitur simpliciter cum papa non signat nec cancellat. ergo Aliud cum sit contra ius in suo casu illa clausula debet poni in fine ad signum quod simpliciter intelligatur & non cum papa aliquid cancellauit quasi per cancellaturam declarauit
2 se uelle recedere a stilo a quo nuda uoluntate recedere potuit.& sic signatio simpliciter remanebit in uiribus iuris communis ut quod respondeat omnibus petitis in supplicatione argu.§.præterea.insti.de inuti.stipu.& de fi.instru. §.inter cætera.

Summarium.

1 Literæ super beneficio expeditæ ante causæ commissionem an posint arrestari & quid de literis ad lites?

Decisio. L I. alias. 571.

PRimo & secundo in data impetrantibus ad eandem collationem eiusdem beneficii cadentis sub gratia acceptañ. secundus in data primo in possessione fuit inductus & postea cum quodam alio beneficium illud permutauit in curia romana. confectisq; litteris super permutationibus primus in data fecit committi causam in curia quam super ecclesia seu beneficio per eum acceptato moturus erat contra eos. & fecit arestari literas illius cum quo secundus in data permutauit beneficium ille tamen petebat illas relaxari quæritur an essent relaxandæ? Quidam dicebant quod no. quia ex quo erant cõfectæ & expeditæ ante causam commissam per auditorem non poterant retineri. &dicebant quod pallatium semper seruabat istam practicam in literis retinendis. quod ubi litteræ super beneficio de quo litigabatur erant confectæ & expeditæ ante causam commissam tũc non poterant per auditorem causæ retineri. quia causæ commisio non tollebat potestatem executoris secus si post quam causa fuit commissa impetraretur uel ageretur an deberent expediri. quia licet pro expediendo in cancellaria deberent relaxari. tamen eis expeditis debebant quidem auditori reportari & per eum poterant restitui. Et ita dicebat dominus Symon in litteris quæ impetrarentur ad iudicia.ut de causis in partibus cognosceret. benedicebant quod semper poterant retineri. quia ex quo papa causam retinuit in curia eam committendo & illa cõmisio iam erat auditori commissa & præsentata iam aduocabat iurisdictionem a cæteris ubi scienter uel ubi etiam de hoc in commissione facta auditori non fieret mentio etiam illa commissio debebat potior reputari ex quo erat præsentata.argu.c. ut debitus.de appell.& præsertim in hoc proposito quidam dicebant literas non fore restituendas. quia iniquum esset quod ille cum quo secundus in data permutauit non assequeretur possessionem illius beneficii ex quo suum dimisit quod secundus poterat pacificæ consequi & sic cogeretur esse quamdiu lis penderet sine beneficio seu eius possessione. Alii tamẽ & maior pars tenuerunt.quod hoc casu litteræ erant retinendæ.uel si relaxarentur erat inhibendum sub pœna ne earum uirtute aliquid circa assecutionem possessionis innouaretur.nec aliqui fierent processus & super hoc esset ꝑ illum cuius erãt litteræ cautio præstanda. Et est ratio quia ex quo primus in data non reperiebat possessionem uacuã periculum inerat ne per illum qui præsertim prætendebatur potior alio aliquid innouaretur nam forsan si ille semel assecutus esset possessionem nunquam uel cum magna difficultate posset eam habere & ideo erat super hoc sibi prouidendum.arg. nota. per Innocen. de testi.c. ueniens.secundo. Nam & si ut fatebantur primi talis possessionis adeptio. si esset facta ueniret reuocanda tanquam attemptata lite pẽdente. ergo multo fortius ne fieret erat impedienda.quia multa impediunt contrahenda nec obstat si dicatur quod causa nondum erat in statu inhibendi cum nondum esset iuratum & deliberatum super libello.quia & si stilus curie haberet quod ante non consueuit fieri inhibitio.tamen ubi emergere potest tale periculum.bene posset ante inhiberi præsertim cum ius inhibeat post primam cautionem ut in cle.fi. ut lite pen.ad hoc etiam faciunt no.per Inno.de app.c.significante.uide decisi.16.infra de testi.

Summa-

Summarium.

1 Commissio impetrata pendente termino ad dandum apostolos ualet.licet uirtute eiusdem non possit procedi. nisi lapso dicto termino.

Decisio. L I I. alias. 698.

DIc ꝙ si appellatum est in aliqua causa & terminus est assignatus ad dandum apostolos & pendente termino impetratur commissio ꝙ talis impetratio ualet.sed uirtute eiusdem auditor non debet procedere donec lapsus fuerit dictus terminus alias non ualeret quod faceret uirtute dictæ commissionis.

Summarium.

1 Gratia de beneficio uacanti per promotionem alicuius non extenditur ad uacans per mortem eiusdem.

Decisio. L I I I. alias.743.

NOta ꝙ si facta est alicui gratia per papā de beneficio quod uacare debet per promotionem alicuius ꝙ tūc non uenit illud beneficiū si uacet per mortē nisi ponatur in gratia uel alias quouis modo quia tunc uenit omnis uia uacationis concernentis ipsum tenentem & non alias personas ut no.in.c.susceptum de rescr.li.vj.& hoc etiam tenet rota.& est casus in.c.ex parte de of.deleg.

Summarium.

1 Demonstratio falsa uel error qualitatis expressæ non uiciat litteras.cum de corpore constet.

Epithome.

2 Relatiuum aliud uel alia.licet referūt diuersum in supposito referunt tamen idem uel consimile in substantia, uel qualitate.

Decisio. L I I I I. alias.839.

PApa concessit cluniaceñ.priori ꝙ nullum in monasterio suo seu in aliqua alia ecclesiarum sui ordinis teneatur recipere auctoritate litterarum apostolicarum nisi de eorum ordine fecerit mentionem. hoc supposito.Quidam impetrauit ad collationem uel præsentationē talis prioris scilicet ordinis sancti Benedicti talis diocesis & ille prior seu prioratus eius erat ordinis cluniaceñ.de ordine & cluniacen.nulla in litteris mentio habebatur tandem uacante quadam ecclesia ad collationē uel præsentationem illius prioris pertinente impetrans eā acceptauit & fecit sibi prouideri.prior autem ille uni alteri illam ecclesiam contulit seu ad eam præsentauit qui dicit apostolicum impetrantem non debere dictam ecclesiam obtinere quia ille prior est ordinis cluniacen. & de ordine cluniacen.in litteris nulla mētio erat facta.& ꝙ ordo sancti Benedicti est alius ordo & distinctus ab ordine cluniacen. & ideo per litteras illas apostolicas non potest dici ꝙ ille prior qui non est ordinis sancti Benedicti, sed cluniacen.sit grauatus.arg.ad præmissa pro prima ratione de rescrip.c.cū ordinem. pro secunda in eo ti.c.significante.&.c.rodulphus.Apostolicus autem dicit qđ immo debet obtinere dicto priuilegio seu quod de cluniacen.ordine in suis litteris nulla fiat mentio nō obstat.quia constat de certo nomine prioris seu prioratus grauati per illa quæ sunt in litteris.cum in tota illa diocesi in qua impetrauit & de qua fit mētio in suis litteris nullus sit alius prioratus uel prior eiusdem nominis immo nec eiusdem ordinis sancti Benedicti nec cluniacen.nisi ille. & cū de corpore constat falsa demonstratio uel error qualitatis expresse non uitiat.ar.no.per Inno.in dicto.c. significante.& insti.de lega.§.si quis in nomine.ff.de condi.& demō.in.l.falsa.Nec obstat.c.cum ordinem.quia loquitur de cistercien.non cluniacen.uel satis est facta mentio ex quo fit mentio sancti Benedicti in & sub cuius honore patronatu & regula & cætera.ordo cluniacen.est fundatus.& dato quod forte colores habitum diuersificant tamen est essentialiter eadem regula.& talis ordo licet forsan in aliquibus accidentalibus constitutionibus diuersificentur, facit quod no.de elect.c.i.super uerbo uel habitus. in cl. Non obstat dictum priuilegium concessum cluniacen. quia loquitur & intelligi debet de ecclesiis sui ordinis regularibus.quod patet per uerbum recipere ibi positum. quia propriæ suis ecclesiis regularibus puta prioratibus uel aliis beneficiis consuetis illis de eorum religione assignari dicuntur aliquē uel aliquos recipere.hic autem nō est ecclesia de qua agitur regularium.nec de eorum religione consueta alicui eorum assignari.immo est etiā secularis cōsueta secularibus assignari clericis ad collationē tamen uel præsentationem eorum seu dicti prioratus ordinis cluniacen.pertinens in qua non dicuntur aliquē recipere sed eam alteri conferre uel ad eam alterum præsentare.nec etiam in litteris apostolicis mandatur ꝙ apostolicum impetrantem recipiant.sed scribitur certis executoribus quod sibi prouideant ideo dictum priuilegium casum istum non attingit.Nec obstat quod no.per Inno. de præben.c.pro illorum.in prima glo.ubi uidetur notare quod nōīe ecclesiarum suarum uenirent illa in quibus habet aliquod.& sumitur appellatio illa suarū ualde large quia ibi erat alia forma q̄ in priuilegio prædicto & ad aliū effectū scribat.nam ibi scribebatur ut archiepiscopus burdegalen.in aliqua ecclesiarū ubi expedire cognosceret competens beneficium illi clerico faceret assignari.& ideo large extenditur uerbū suarū.quia qualecunq; ius ad eum pertineret ibi potest clerico beneficium assignare proprie.hic uero cōcedebatur cluniacen.ne in suo monasterio uel aliqua ecclesiarum suarum aliquem recipere teneantur nisi & cætera.& ideo solum intelligitur de illis in quibus proprie dicuntur aliquem uel aliquos recipere quod est solum in suis regularibus & cōsuetis suis religiosis assignari.& de & pro quibus cum eis scribitur & mandatur quod recipiant uel alteri ut ab eo aliquē recipi faciant & in eis non autem est ita de ecclesiis aliis secularibus licet ad eorum collationem præsentationem uel aliā dispositionem pertineant in quibus proprie non recipiunt sed aliis cōferunt uel ad eas præsentant. Item etiam hoc patet.quia dicitur in priuilegio ne in monasterio nec in alia ecclesiarum sui ordinis.& sic cum dictio alia & copulatio aliarū ecclesiarū cum monasterio impli cet similitudinem qualitatis intelligendum est de aliis ecclesiis regularibus sui ordinis ut in hac qualitate cum mo-
2 nasterio conueniat.nam relatiuum diuersitatis aliud uel alia licet referat diuersum in supposito refert tamen idē uel consimile in substantia uel qualitate.ut notat Io.an. in nouel.post Io.mo.de præben.cum in illis circa fin.super gl.electio.in fi.& etiam copulatio diuersorū copulatorum habet etiam cōgiungere uel copulare sub simili qualitate.ff.de fun.instr.l scie.§.gaio.de penu lega.l.nā quod liquide.§.fi.Nec ob.c.significante.nec.c.rodulphus quia ut prædixi hic alias constabat de certo corpore prioratus uel prioris grauati ideo error qualitatis non debet uitiare. arg.ad ibi per Inno. & pro hac parte obtinuit etiam de consilio omnium nemine discrepante.

Summarium.

1 Iudex potest sæpius deliberare & ex uariis opi.alteram præeligere.

Decisio. L V. alias. 774.

DIc quod aliquotiēs aliqui iudices in aliqbus causis etiā liqdis licet etiā habuerint consilia aliquauice seu uicibus nihilominus redeunt iterum ad consilia & hoc fit aliquotiens ut prædictæ causæ magis reddantur dubiæ & ob fauorem aliquorum. contrarium tamen uidetur esse dicendum.nam deliberatio sæpe trahit hominem & facit eum uidere bonum quod ante malum apparebat.secundum glo.in.l. canonizata anteriorum.super uerbo deliberare.ij.q.vj. Dic quod quādo est diuersitas opinionum in aliquo facto iudex potest eligere unam & secundum illam iudicare secundum Guil.te-ren.in.c.graue est.xj.q.iij.

Summarium.

1 Iudex firmiter animum ad iustitiam faciendam habere debet non obstan. magnatorum præcibus.

Decisio. L VI. alias. 820.

Nota ꝙ quilibet iudex debet habere firmiter animũ ad iustitiam faciendam. nec præces magnatorum debent mutare animum suum. nam si cõtrarium faciat non obstãtibus eorum præcibus illi ei magis famam dabunt. & hoc comuniter seruabunt in mundo.

Summarium.

1 Executoria trium sententiarum probat sententias in ipsa insertas.

Decisio. L VII. alias. 732.

Nota quod executoria trium sentẽtiarum pro aliqua causa licet sententia in earum forma non ostendatur forte deperdita ex aliquo casu fortuito. creditur prædictæ executoriæ. cum in dicta executoria sint insertæ dictæ sententiæ uel earum partes in effectu pro hoc facit quod no. in. c. cum iure. de confir. uti. uel in uti.

Summarium.

1 Diligentia in processu ubi est paritas in data gratiæ prævalet.

Epithome.

2 Executor omnis datus ad prouidendum est collator.

Decisio. L VIII. alias. 411.

Nota si unus ex duobus habentibus gratias æquales & eiusdem datæ prius præsentat litteras executori q̃ alter & facit fieri processus. præfertur alteri in præbenda uel beneficio postea uacante propter huiusmodi diligentiam. quia omnis executor datus ad prouidendum
2 est collator. iuxta ea quæ no. in. c. pro illorum. de præbẽ. & de rescrip. c. tibi qui de præben. c. si cui. lib. vj. per Archid. ita ꝙ locum habet in illis. c. duobus. de rescri. li. vj.

Summarium.

1 Gratias plures hñs an una consumpta posit uti alia?

Decisio. L VIIII. alias. 50.

Nota ꝙ ubi quis pro beneficio habendo obtinet duas gratias a papa & usus est secunda & nõ prima si succumbat in secunda gratia potest uti prima quia istæ gratiæ non sunt contrariæ licet sint diuersæ & tendentes ad eundem effectum ideo una acceptata non excluditur ab alia. ff. de lib. le. l. aurelius. §. fi. de instit. l. habebat. & C. de inoff. testa. l. eum. qui. ff. de noxa. l. in deliciis. §. sed si de tracta. licet. res. ex multis causis potest deberi tamen acquisitio dominii non recipit multiplicationem titulorum. l. ij. &. c. inter dilectos. de fide instru. iuncta. l. nemo plurib. ff. de reg. iu. facit quod no. c. iij. in glos. mag. ante fin. de re iudi. lib. vj. &. c. si a iudice. gloss. magna. de appel. eo. li. Io. an. intelligit hoc uerũ in. c. in nostra. in prin. si eodem contextu & sub eadẽ data sint impetratæ secus si sub diuersis datis. & tẽporibus & uide in dec. 63. co. li.

Summarium.

1 Verbum ut asseritur tanq̃ generale & impersonale non censetur prolatum per impetrantem.

Epithome.

2 Impetras ultra summam expressam in gratia acceptare non potest.
3 Verbum ut asseritur & uerbum ut asseris differunt.
4 Verba papæ prolata super facto. papæ habent uim dispositionis.
5 Impetrans habens gratiam usque ad certam summam si contingat beneficium non taxatum magni ualoris uacare ex quo taxatum non est an possit illud acceptare.
6 Taxatio ponitur causa diminutionis non augumenti.
7 Litteræ ad beneficia tanquam ambitiosæ sunt restringibiles.

Decisio. L X. alias. 74.

Nota quod ubi alicui fit gratia* quod possit acceptare beneficium cuius fructus taxationem. xx. lib. ut asseritur non excedunt quod si beneficiũ uacat maioris ualoris seu summæ poterit acceptari. qa ista uerba ut asseritur nõ imponunt taxationem nec uideatur prolata ꝑ impetrantem. & sunt generalia & impersonalia ideo non astringunt partem quin ultra talem ualorem & c. arg. auten. si quando. C. de consti. pecu. & ideo cancellaria consueuit scribere cuius fructus taxationem & c. ut asseris. &
2 sic impetrans ultra summam non posset acceptare. secus si diceretur ut asseritur. ut dictum est. & ideo fit differen-
3 tia an in bullis ponatur ut asseris. ut sic referatur parti. an ponatur ut asseritur licet aliqui dicant cõtra. quia uer-
4 ba papæ maxime quando proferuntur super facto papæ habent uim dispositionis. ut. c. j. de proba. in cle. & ex hoc
5 multi tenent quod si fit alicui gratia usque ad certã summam si contingat beneficium non taxatum esse magni ualoris & uacare quod ex quo taxatum non est impetrans tale beneficium poterit acceptare cum taxatum non sit. & in dubio fit benignior interpretatio & ꝑ hoc. l. a filio. §. fi. de ali. leg. ij. l. si cui seruo. de tri. & ui. & ole. leg. l. fin. in prin. sed contra uidetur. quia ex quo taxata est gratia
6 non uenit nisi species taxata. ff. de leg. i. l. & si certos maxime quia taxatio ponitur causa diminutionis & nõ augmenti & ideo uidetur ꝙ sit tenẽda in suis terminis ad qđ facit. l. concertus de tri. ui. & oleo le. cum ibi no. de le. i. si seruus. §. quandoque c. transmisse. de uerb. sig. &. c. quis.
7 de rescrip. quia tanquam ambitiosæ sunt restringendæ. no. de le. si seruus. §. qui quandoque. Alij diuidunt fructus beneficii non taxati ut si medietas tantum ascendat sicut faceret beneficium taxatum ueniat beneficium non taxatum. alle. c. suscepti regiminis. extra de ho. per Ioã. an. in Spec. ti. de conces. præben.

* gratia adde infra eo. ti. 71.

Summarium.

1 Iuranti se iustitiæ complementum in partibus consequi posse non sperare creditur nec auditur uolens probare contrarium.

Epithome.

2 Exceptio respiciens negocium principale posita nisi sit rei iudicatæ transactæ seu finitæ non admittitur contra commissionem.
3 Conscientiæ alicuius ubi aliquid relinquitur non admittitur alias contrarium probare uolens.

Decisio. L X I. alias. 79.

Nota ꝙ ubi quis impetrat causam committi in curia asserens quod non sperat* iustitiam in partibus habere ꝙ si iurat hoc coram auditore pars aduersa allegans commissionem surreptitiam non auditur si uelit probare contrarium. quia iuramento dicentis per horrescentiã seu timorem creditur. ut. c. statutum de rescrip. ad qđ c. ut circa. de elec. li. vj. ar. l. i. circa fi. de asser. tol. iuncta
2 l. cui relictum. C. de iud. unde quando opponitur exceptio contra commissionem quæ exceptio respicit negotium principale nisi sit exceptio rei iudicatæ trãsactæ seu finitæ. non admittitur cõtra commissionem posito quod dicatur ꝙ si fuisset expressum rescriptum non habuisset. ut. c. i. de litis cõtes. li. vj. de quo dic ut ibi ꝑ doct. iunctis no. in. c. super litteris. super uerbo qualitate. ꝑ Inno. de rescri. facit qđ no. in. c. statutũ. §. assessorem. de resc. li. vj.
3 in glo. super uerbo relinquitur ubi dicit qđ ex quo alicui aliquid

* Sperat adde rot. in no. co. deci. 3.

aliquid reliquitur suæ conscientiæ non auditur alius contrarium probare uolens.

Summarium.

1 Mandatum ad beneficium comprehendit præhendam etiam electiuam in ecclesia collegiata.

Decisio. L X I I. alias. 133.

Nota quod illi cui mandatur prouideri de beneficio poterit prouideri de prebenda in ecclesia collegiata posito ꝙ ad eam quis eligatur dum tamen illud tale beneficium non sit dignitas personatus uel officiū. de quo dic ut in.c.fi. de præben. per Inno. &.c. cui de non.eo.ti. per Archid. lib.vi. &.c. dudum.eo.tit.&.c. gratia. de rescrip.eo.li.in princ.&.c.si eo tempore. per Archid.in.cle.i.de præben.

Summarium.

1 Impetrans q duas literas habet sub eadē data diuersas gratias contenentes si una utatur, non uidetur alteri renunciare.

Decisio. L X I I I. alias. 180.

Nota ꝙ ubi aliquis impetrat duas literas sub eadē data diuersas gratias cōtinentes si utatur una gratia non uidetur alteri renunciare. arg.l.aurelius. §.fi. de libe.le.licet aliqui uoluerunt dicere contra. per.c. sane.de offi.dele.quia ex quo sunt literæ diuersas formas habentes eisdem uti non debet nisi consulto papa. sed istud potest habere locum quod eodem tempore non debet uti si tamen non potest uti una litera. nec ad effectum deducere quin alia litera possit uti. ar. no. in.c.in nostra. de rescrip.& ibi per doc. uide.s.eo.ti.deci.59.

Summarium.

1 Valor monetæ intrinsecus inspicitur & non extrinsecus ubi non est cursus monetæ expressæ in gratia.

Decisio. L X I I I I. alias. 133.

Nota ꝙ ubi est facta gratia alicui de beneficio taxato ad certam summam turonen. paruorum uerum si sit in tali in diocesi in qua non currant turoneñ. nec habeantur extimatur beneficium secundum ualorem intrinsecum turo.& secundum ualorem pecuniæ currentis in loco beneficii quia ualor intrisecus inspicitur & non extrinsecus. ut no. in.l.cum quid. si cer.pe.& circa hoc uide per doc. in clem.si beneficiorum de deci. quia regulariter non inspicitur ualor intrinsecus nisi cōtra culpabilem. ut l.sterilis.§.si per uēditorem. de ac.em & ideo pro pecunia non datur conditio triticaria quæ datur pro rebus quarū estimatio crescit & decrescit.ff.de condi.tri.l.i.

Et infr. de concef.præbē.deci.45.&de probat.deci.12.

Summarium.

1 Beneficia uacatura per assecutionem incompatibiliū sunt reseruata.

Decisio. L X V. alias. 250.

Nota quod ubi papa habenti dignitatem uel aliquod beneficium facit gratiam de beneficio obtinēdo in futurū & in casu in quo obtinebit uult ꝙ prima beneficia dimittat per assecutionem beneficii. beneficia quæ obtinebat uidentur uacare in curia ut seruat ro.curia. & hoc etiam uult regula cancellariæ licet no. in c.commissa.de elec.lib.vi.per Archid. uideatur contra facere.& dic ꝙ interim talia beneficia non poterit permutare. ut no. infra deci. 13. de re cum permu.

Summarium.

1 Gratia ad collationem unius non extenditur ad collationem communem pluribus.

Decisio. L X V I. alias. 271.

Nota glo.in.c. mandatum de præben.li.vi. super uerbo deberi. quod ubi scribitur alicui ꝙ prouideat de beneficio ad suam collationem pertinente talis nō potest prouidere de beneficio spectante ad suam collationem & alterius.& uidetur probare.c. cum in illis. in fi. de præben.

Summarium.

1 Gratiam ad beneficium uel officium non extenditur ad beneficium consuetum teneri per laicos.

Epithome.

2 Gratia clerico facta non extenditur ad officia consueta teneri per laicos.

Decisio. L X V I I. alias. 320.

Nota ꝙ ubi est alicui gratia facta quod possit acceptare beneficium dignitatem uel officium uigore talis gratiæ officium quod laicus consueuit tenere nō uenit in gratia. quia regulariter de officijs quæ per laicos consueuerunt teneri est facienda expressa mentio ad hoc
2 ꝙ cadant sub gratia clerico facta. ar.c. per literas. de præben.in cle.hoc no. Io.an.in nouel in.c.quia sæpe. de præben.li.vi. nam in dubio præsumitur ꝙ clerico sit facta gratia ad hoc ꝙ in beneficio & nomine beneficii conferatur attento statu clericatus. arg.l. sed si quis.§. mancipiorum. ff.de usufruc.

Summarium.

1 Gratias habens generaliter in ciuitate uel diocesi præfertur habenti gratiam specialem ad certam ecclesiā posteriorem tamen in data.

Epithome.

2 Coniuncta persona non potest acceptare beneficium.
3 Procurator generalis non potest acceptare beneficium.
4 Procurator ad acceptandum beneficium poterit acceptare dignitatem.
5 Expectantes plures sub eadem data. forma. non habent nisi unū mensem.& quid si sunt sub diuersis datis.

Decisio. L X V I I I. alias. 313.

Nota. Pau. no. in.c. uno. de concess. præbend. in cle. super uerbo acceptandum. quod ubi est facta gratia alicui ad acceptandum alias generaliter ꝙ sibi possit prouideri in ciuitate uel diocesi generaliter si postea mandetur prouideri secundo in certa ecclesia præfertur primus impetrans secundo impetranti cui mandabatur ꝓuideri in certa ecclesia & ibidem no. super uerbo acce-
2 ptatis quod procurator generalis nec coniuncta persona
3 non possunt acceptare. nisi super hoc habeat mandatum. sed habens mandatum ad acceptandum beneficium po-
4 test dignitatem acceptare ut ibidē no. in gl. fi. & ubi sunt
5 duo expectantes uel plures sub eadem data & forma omnes non habent nisi unum mensem ad acceptandum. secus si essent duo sub diuersis datis quia quilibet haberet mensem licet audientia contra teneat quia omnes nō habent nisi unum mensem.& hoc seruatur in curia.

Summarium.

1 Gratia aduersarii si nulla est non tenetur impetrans de ea facere mentionem in sua.

Decisio. L X I X. alias. 179.

Nota ꝙ de gratia aduersarii quæ nulla est non teneor in gratia mea facere mentionem.*quia non præstat impedimentū.&c.& no. Ber. in.c. ex tenore. in fi.i.g. de rescrip.&.c. auditus de elec.&.c. ad dissoluendum de despō.impub. pro hoc dicitur ꝙ ubi ponit in literis. amoto exinde quolibet detentore. per illam clausulam non teneor facere mentionem de possessione aduersarii. sic intel

*mentionē ad de.§.eo.ti.deci.38.& ꝑ Fel. in.c. in nostra de rescrip. ubi ponit de hac materia.xl. corollaria.

ligntntur no.in.c.cum nostris. de concess.præben. &.c.licet.per Archi.de præben.li.vi. Ite dicitur quod per clausulas quæ ponuntur in bullis de gratia facta aliis expectatibus non teneor facere mentionem ut uidetur no.Io.an. in.c.si postquam de præbend.lib.vi licet Archid.uideatur ibi contrarium no. & uide super hoc regulas cancellariæ.

Summarium.

1 Falsitas expressa quæ non inducit citius ad concedendum non uitiat gratiam.

Epithome.

1 Literæ impetratæ per surreptionem quando ualeant.

Decisio. LXX. alias. 350.

*Falsitas add. fel. in. c. super literis eo.tit.in. vii.col.egi.deci.4.

Nota φ illa*falsitas expressa quæ non inducit ad citius concedendum non uitiat gratiam. no. Innocē. in.c.in nostra.in.fi.de rescrip.& Inno.in.c.cum no-
2 stris.de conce.præben.in glo.litteræ tamen.Et qualiter literæ impetratæ per surreptionem ualeant uide Io. mo.in c.ii.de fil.præsby.li.vi & de 3.eo.ti.deci.4.

Summarium.

1 Motus proprius nō tollit ius tertii nec gratiam ampliat.

Epithome.

1 Motus proprius uicium surreptionis licet tollat.tamen gratiam non ampliat.nec dispensationem irregularitatis aut illegiremitatis aut alterius defectus. aut retentionem plurium beneficiorum incompatibilium inducit.

Decisio. LXXI. alias. 445.

* Motus proprius add.egi. 392.& p abb. & fel. in.c.ad aures de resc.

Nota licet proprius * motus papæ excludat & tollat qualitates extrinsecas puta curam uel principalitatem de quibus si non fit mentio in gratia etiam motu proprio papæ facta ipso iure nulla est.ut no. Io.an.in c.si motu proprio.de præben li.vi.in nouel.& de hoc etiā est facta constitutio in cancellaria per dominum Grego. xi.Item dicebant domini φ non tollit ius tertii puta si beneficium spectat ad ius patronatus alicuius laici de quo si papa sciuisset nullatenus prouidisset. iuxta no.in.c.ii. de præben.per omnes.& in clem.literas.eo.ti. per Io.an. & pau.ubi etiam dicunt super uerbo directas.φ licet pro-
2 prius motus uitium surreptionis tollat.tamen gratiam nō ampliat nec dispensationem irregularitatis aut illegitimitatis aut alterius defectus. aut retentionem plurium beneficiorum incompatibilium inducit.ut no.prædicti doc.in cle.si romanus de præben.uide infra decisio.6.de proba.

Summarium.

1 Impetrans gratiam de alio beneficio sufficit. quod expresserit præbendam.licet de canonicatu non dixerit.

Decisio. LXXII. alias. 547.

Vtrum canonicus præbendatus impetrans gratiam de alio beneficio facta mentione de præbēda quam obtinebat non tamen facta mentione de canonicatu censeatur gratia surrepticia tenuerunt φ non.uide deci.37.s.eo.ti.& Collec.in.c.cum.m.de cōsti.

Summarium.

1 Impetrans beneficium tanquam curatum licet reperiatur quod illi cura non imminet.nō propterea frustrabitur gratia obtenta.

Decisio. LXXIII.alias.562.

Papæ supplicat quidam ut sibi prouideat de certo beneficio uacante in curia uel alias reseruato & asserit φ*cura ei imminet animarū papa de eo sibi mandat prouideri narrando in literis suis secundum asserta in supplicatione φ illi beneficio imminet cura animarum postea reperitur φ illi non imminet cura animarū licet alias requirat residentiam uel forsan est sine cura nec requirit residentiam quæritur nunquid gratia censeri debeat surrepticia ex eo φ falsa qualitas est expressa. quod uidetur sicut quando exprimitur falsus modus uacandi. ut in.c. susceptum.de rescrip. præsertim etiam quia præsumptio est φ papa citius motus fuit ad prouidendum de beneficio curato ut curæ animarum citius prouideatur.propter periculum animarum.ar.c.ubi maius de elec.In contrarium uidetur.quia ex quo concessit de qualitate maiori sed curato multo fortius uidetur concessisse de minori.ut in re.iur.cui conceditur.sed posset solui per.c.cui de non sacerdotali de præben.li.vi.uide deci.eo.ti.37.

* cura add. eod.ti. deci.

Summarium.

1 Impetratio pro alieno in absentia si surreptitia in aliqua parte reperiatur.non nocebit absenti.

Decisio. LXXIIII. alias.37.

Dominus Vrbanus quintus declarauit suo tempore φ si aliquis supplicet pro aliquo in eius absentia.φ aliqua surreptio sibi non imputatur. licet supplicans pro eo tacuerit aliqua beneficia in supplicatione per eum data. pro hoc facit quod dicit Io.mo.in.c. gratia.de rescrip.

Summarium.

1 Impetrans non tenetur facere mentionem in eius gratia de qualitatibus inhærentibus beneficio a iure.secus si inhærent de facto.

Decisio. LXXV. alias.609.

Dominus Vrbanus quintus fuit semel interrogatus me præsente per unum auditorem sacri pallatii an gratia sua reputaretur surrepticia nisi fieret mentio in ea de qualitate.& respondit tunc φ si qualitates inhærent beneficio a iure uel insunt non erat necessarium facere mentionem de eis secus si inhærent uel insunt de facto ratione ecclesiarum consuetudinis uel alio modo.secundum.c.licet romanus pontifex de consti.li. vi.pro hoc etiam facit quod le.& no. per doc.in.c.si dignitatem.de præben in cle.uide deci.s eo.ti.37.

Summarium.

1 Impetrans.licet dixerit se esse clericum diocesis beneficii cum sit alterius diocesis . non tamen erit censenda eius gratia surreptitia.

Decisio.LXXVI.alias.623.

Si aliquis est oriundus de aliqua diocesi & habet domicilium uel beneficium in alia diocesi. si impetrat beneficium dicendo se clericum diocesis beneficii & non originis φ talis gratia ualet nec est surrepticia.pro hoc facit quod no. Arch:. in.c.dilectus.super uerbo actor & reus.de rescrip.lib.vi.&.c.cum nullus de tempo.or.& c.oritur.lxxi.di. & ibi etiam Hug. & Guil. pro hoc etiam c.cum decorem.de insti.& istam etiam tenet rota dominorum auditorum sacri palatii.

Summarium.

1 Gratia signata per uerbū ut asserit.nisi reperiatur ita esse erit urreptitia,secus si sit signata per uerbum ut asseritur.

Decisio. LXXVII. alias.727.

Supra eo.ti.& ci.60.

Nota φ si ponatur in supplicatione alicuius pape supplicando de aliquo beneficio uacanti uel de alia re & ponatur per papam ut asserit tunc talis gratia reputatur surreptitia nisi ita sit.secus si ponatur in supplicatione ut asseritur.& ita seruatur.

Summa-

Summarium.

1 Impetratio beneficii specialiter reseruati per papam ab alio possessi tali possessione tacita est surreptitia. & si dicat per annum & ultra possederit si per biennium possederit erit similiter surreptitia, quia oportet quod declaretur illud & ultra.

Decisio. LXXVII. alias.773.

Dic ꝙ ordinatio papalis est scripta in cancellaria domini papæ ꝙ si facit gratiam de beneficio specialiter reseruato. & alter detinuerit illud beneficium per annum quod si non fiat mentio de dicta detentione dicta gratia non ualet. Item est declaratio super dicta ordinatione in dicta regula domini papæ Grego. xi. & dicta cancellaria quod si fiat alicui gratia per papam de beneficio reseruato specialiter. & dicitur in gratia quod talis detinuit dictum beneficium per annum & ultra quod nisi declaretur illud ultra per certum tempus quod dicta gratia non ualet si detinuit per biennium sed per tantum quod ualet gratia. Dic quod dicta ordinatio & etiam declaratio habent locum de beneficio specialiter reseruato per papam.

Summarium.

1 Collatio beneficii ubi debet fieri per episcopũ cum cõsilio capituli, excludit expectantem ad beneficium communiter pertinens episcopo & capitulo.

Decisio. LXXIX. alias. 379.

Nota quod ubi collatio habet fieri de consilio capituli per episcopum ꝙ talis collatio communiter non uidetur pertinere ad episcopum & capitulum intantum quod si aliquis est expectans ad beneficia communiter pertinentia episcopo & capitulo si beneficium sit conferendum de consilio solum illud beneficium non uenit in gratia. arg. extra ne se de ua. c. i. li. vi. iuncta. l. quidam. & l. titiam. de admini. tuto. ubi sequi consilium non est necessitatis sed magis uoluntatis qui præparat consiliũ nec uidetur facere. & c. ex parte de constit. sufficit petere consilium & non sequi. de arbi. cum tempore.

Summarium.

1 Rescriptum secundum faciens mentionem de primo reuocat illud.

Decisio. LXXX. alias. 514.

Nota ꝙ si fiat mentio de primo rescripto reuocatur. de rescrip. c. cæterum.

Summarium.

1 Surrogatus in iure defuncti & lite censetur etiam surrogatus ad possessionem si de possessione est facta mentio in aliqua parte literarum.

Epithome.

2 Possessio acquisita est quid iuris. licet in acquirendo sit facti.

Decisio. LXXXI. alias. 385.

Nota quod surrogatus in lite & iure quod quomodolibet competebat defuncto si in aliqua parte gratiæ fit mentio de possessione defuncti ad possessionem etiam censetur surrogatus licet expresse illud in gratia nõ exprimatur. nam licet in possessionem acquirendo sit
2 facti. ipsa tamen acquisita est expresse iuris. ut le. & no. in. c. cum nostris. de cõces. præben. facit in simili quod no. Io. mo. in. c. i. de litis contesta. lib. vi. de consuetudine elicita & elicienda.

Summarium.

1 Signatura si habeat cognoscat summarie &c. Censetur cõcessus processus summarius simpliciter & de plano & sine strepitu. & figura iudicii.

Decisio. LXXXII. alias. 788.

Sciẽdum est quod si supplicat aliquis in aliqua causa uicecancellario quod causam committat alicui sola ueritate attenta summarie & dominus uicecancellarius signet cognoscat summarie &c. quod tunc intelligitur esse commissa quod cognoscat simpliciter & de plano & sine strepitu & figura iudicii. Et ita declarauit semel uicecancellarius. de natura seu dictione autem & legitur in. c. præmissis. ii. quæstio. circa prædicta uide. &c. add. s. eo. ti. deci. x.

Summarium.

1 Causæ commissæ per commissionem consistorialem sunt magis periculosæ quam aliæ. si in eis ordo iuris debite non seruetur.

Decisio. LXXXIII. alias. 620.

Nota ꝙ quando aliqua causa spiritualis uel prophana est in curia romana de speciali mandato commissa propter propositionem factam in consistorio coram papa qui tunc mandat uicecancellario ꝙ committat causam alicui domino cardinali uel auditori sacri pallatii secundum ꝙ petitur. Et aliquotiens prædicta causa est in curia per uiam appellationis uel aliam iuris uiam. quod est magis periculosa nisi seruetur iuris ordo quam sit quando est causa de mandato speciali.

Summarium.

1 Causæ debent committi auditoribus doctoribus in iure canonico uel ciuili secundum naturam causarum.

Decisio. LXXXIIII. alias. 778.

Dic ꝙ bonũ & rationabile est ꝙ si aliqua causa esset quæ deberet determinari secundũ doctrinã iuris canonici ꝙ cõmittatur auditori in iure canonico doctori. pro hoc facit. c. i. de consang. & affinita. Si autem esset ciuilis quod committeretur auditori in iure ciuili doctori. pro hoc facit. c. raynuntius. & c. raynaldus. de testa. & c. si pater. eo. ti. li. vi.

Summarium.

1 Impetratio beneficii facta pro absente non uitiatur ex eo quod in ea nõ fuerũt expressa beneficia quæ obtinebat.

Decisio. LXXXV. alias. 824.

Nota ꝙ si supplicetur pro absente & fuerint obmissa aliqua beneficia quæ obtinebat ille pro quo fuit supplicatum sibi non obstat nec imputatur talis surreptio. Ita declarauit dominus Vrbanus quintus. mo. pro hoc Io. in. c. gratia de rescrip. li. vi.

Summarium.

1 Papa si constituat uicarium in aliquo episcopatu quamdiu suæ placuerit uoluntati. & ille concessit alicui licentiam celebrandi in domo talis licentia non expirat morte papæ.

Epithome.

2 Licentia rectori data de non residendo per episcopum non expirat per mortem episcopi.

Decisio. LXXXVI. alias. 878.

Camerarius papæ uel uicarius ecclesiæ Auinion. constitutus a papa tenens episcopatum ad manũ suam quamdiu suæ placuerit uoluntati cõcessit alicui licentiã celebrandi in domo sua quæritur nunquid

talis licentia mortuo papa expiret cum expirauerit eius ui cariatus.ut argumen.c.si gratiose.de rescriptis.lib.vi.uidetur dicendum quod non quia fuit gratia & sic mansura donec reuocetur.durante tamen causa propter quam concedebatur ergo non debet morte concedentis.reuocari.argumen.c.si super gratia.de offi.dele. Pro hoc etiam bene facit.quia licentia rectori data per episcopum de non residendo non expirat per mortem episcopi. ut notatur per Archidia.de elec.c.licet canon.& ibi per Io.an.in nouella.super uerbo gratia.& per glo.in.c primo de elect.in fi. ipsius glo.facit concor.ff.de arbitris.l.quid tamen.§. solutioni.quæ ita concor.cum.l.si cum dies.§.si intra in co.ti. posset induci.l.quod dicetur.ff.de testa.mili.

Summarium.

1 Gratia ex certa scientia.papæ facta comortuo.ante scripturæ confectionem non expirat.

Epithome.

2 Collatio sola in spiritualibus transfert ius. secus in contractibus.
3 Scriptura non est de substantia gratiæ.
4 Beneficium censetur uacare per mortem illius qui signata supplicatione ante litterarũ expeditionem discessit. & non per obitum prædecessoris sui.
5 Beneficium reseruatum si alicui conferatur. qui postea extra curiam per duas dietas mortuus sit. licet literas desuper expeditas non habuerit. non dicetur amplius reseruatum.
6 Litteræ uel supplicattiones per concessum quare non bent.

Decisio. L X X X V I I .alias. 882.

NOta ꝙ ubi gratia est facta ex certa scientia principis. & alicui mandatur de hoc litteras fieri licet talis princeps moriatur gratia ex eo non expirat quanuis de hoc scriptura non sit facta.ut notat Archidia.in principio.li.vi.super uerbo per apostolica scripta.
2 Ratio est quia in spiritualibus ius transit per solam colla
tionem ut in.c.fi.de concessi.præbend. lib.vi.licet secus
fit in contractibus in quibus quæritur ius & dominium
non transfertur in scripturis nisi fiat traditio.ut.l.contra
ctus.de fide instrumen.qua non ostante ut ibi notatur cũ
3 de honestate loquatur.quare non mirum.Et scriptura hic
*non est necessaria cum non sit de substantia tamen solum fit ut facilior sit probatio & memoria argum.ff.de fide instrum.l.mirum.Et hoc dicit se Io.an.obtinuisse per. c.is qui.de præbend.lib.vi.in penul.gl.ut notat Innocen. in c exceptionem. de li.contest.in.vi.in pen. glo. Nec obstat.l.ii.C.de sen.& interlocu.omni iudi.li.xi.quæ hodie non est in usu. Et loquitur in illis qui habent bullas au
4 reas. Et per hoc soluũtur duæ aliæ quæstiones Prima si
quis moritur signata sibi supplicatione antequam habeat literas beneficium illud uacat per mortem illius & non prædecessoris sui. de quo dic ut notat Archidia.c.si electis.super uerbo ex eo de electio.lib.vi.Et Io.an. in princi
5 pio lib.vi.in nouella.Secunda si collatum est alicui bene
ficium reseruatum & moritur extra curiam per duas dietas antequam habuerit literas amplius non dicitur reseruatum.licet cle.contra prouiderit in quadam constitutione cuius constitutio iam expirauit ut dicunt doctores.quare hæc secunda quæstio correlatiua tenet.Sed tamen contra istam opinionem uidetur. quia ad probationem gratiæ oportet quod habeantur transsumpta.si ergo non habet literas.transsumptum non habebit & gratiam probare non potest & per censequens in lite succumbit & in expensis condemnatur. Dicendum hoc speciale in cathedralibus & collegiatis ecclesijs non quod ius sibi non sit quæsitum sed in quasi possessione quasi ut sic transsumptum supplicationem non probat. sed requiritur quod tunc a principio sit ius suum completum.Et hæc est ratio
6 quare literæ aut supplicationes per concessum non pro
bant.quia restringi mandatur in eis per expeditionem & sic est de supplicatione quæ non indiget documentis sed solum literis quæ restringatur. & hoc tenet curia hodie secundum omnes.

¶*Non est necessaria. Adde tamen ꝙ quando scriptura ẽ necessaria seu de substantia actus si ẽ amissa pt actus probari per duos testes si pars pbat auisssionem scripture: ut hr̃ per do. Abb.i.c. sicut de re.iu.i.j.co. ĩ.uersi.nota tertio.& per Baldum in.l.i.ff.si cert.petatur.in colu. pe.uersi. si enim. Adde fely.i. d.c. sicut.col.i. uers. ubi scriptura ẽ de subst antia.

DE CONSVETVDINIBVS.

Summarium.

1 Consuetudo alterans formam iuris in alienatione bonorum ecclesiasticorum.ualet.

Epithome.

2 Alienatio rei ecclesiæ an requirat necessario scripturã.
3 Possessio an transferatur.ex contractu rei ecclesiæ indebite facto.& ex causa insufficienti.

Decisio. I. alias. 134.

NOTA ꝙ ubi est consuetudo in aliqua prouincia. ꝙ res ecclesiasticæ sub certa alia forma quã in iure exprimatur uendãtur ualet cõsuetudo. ut uidetur notare Inno. in.c.nulli.de rebus eccl. non alienan. cum nota. in.l.diuturna.de hæred. institut.ff. quæ in fraucredi. in principio. super uerbo antiquitus. qa illa solennitas de qua cauetur in auten.hoc ius. In alienatione rerum ecclesiasticarum.hodie non uidetur necessaria.ut notat Inno.in.c.dudum.de rebus eccl.nõ alienan.
2 lib.vi.& ibi uidetur gl.ꝙ non requiratur scriptura immo
ꝙ contractus posit probari per testes.Et ex hoc audiui determinari ꝙ si contractus rei ecclesiasticæ sit indebite factus & ex causa insufficienti ꝙ ex tali contractu transfer
3 tur possessio ad hoc quo ad probandum talem possessio
nem fit .remisio ad partes ut probetur per testes. quia ex contractu inutili * transfertur possessio. ut.l.ii.§.quia gratia.de usucap.pro emp.Et posito ꝙ esset uera illa opinio ꝙ contractus rei ecclesiasticæ deberet probari per scripturam.argu.de eo qui furti. ordi.rece.c. innotuit tamen illud non requiritur in translatione possessionis. arg.l.meminerit.C.unde ui.licet Archid. in.c.hoc ius super uerbo tribuant.uideatur notare ꝙ sicut non ualet contractus ita non ualeat translatio possessionis.

*inutili an trãsferatur ex contractu simulato possessio uel dñiũ uide Bar. & Alex. in.l. emptor. ff. de aqua plui. arcen.

Summarium.

1 Consuetudo uel statutum de optando non obstat apostolicis impetrantibus.

Decisio. II. alias. 118.

NOta ꝙ secundum.c.cum in tua.de consuetu. lib.vi. loquitur ꝙ *optio non habet locum in beneficiis reseruatis. eodem modo non habet locum optio ad apostolicos impetrantes. quia talis consuetudo optionis non debet præiudicare impetrantibus sed solum habet locum non extantibus impetrãtibus. Et ista fuit communis opinio rotæ.& credo ꝙ hoc est propter clausulas derogatorias positas in literis. ut dicitur. infra de concess. præben.deci.42.

*optio add.5. in no. de.4.co. titu.

Summarium.

1 Consuetudo ꝙ iudex laicus cognoscat de iure patronatus.non ualet.

Epithome.

2 Ius patronatus est rei spiritualis annexum.
3 Causa iuris patronatus est ecclesiastica nec statuto aut consuetudine potest induci.ut a laico cognoscatur.
4 Consuetudo contra libertatem ecclesiæ non est sequenda nec tenenda.

Decisio. III. alias.222.

NOta quod non admittitur consuetudo qua aliquis dicit laicum iure cõsuetudinis posse cognoscere de iure patronatus. quia ius patronatus rei spirituali

spirituali est annexum.ut.c.quanto.de iud.quia nec consuetudine seu statuto iuduci potest ꝙ quis super rebus nō
3 suæ iurisditionis possit iudicare.ut. c. postulasti. de foro compe.ibi per Innocen Et notatur per eundem in.c.quæ fiuit de his quæ fiunt a maio.parte capi. Ad quod no.per Archidia.in.c.romana.in principio sup uerbo clericorū.
4 de foro compe.lib.vj.quia consuetudo esset contra libertatem ecclesiæ & ideo non sequenda nec tenenda. ut in autē.de sancti.epis.& l.iubemus.C.de sacrosan.eccl iuncto.c.causam.de præscrip.&.l.naufra.de rei uendi.

Summarium.

1 Cōsuetudo quod debeat renūciare beneficiis suis antequam admittatur in canonicum præbēda tum in aliqua ecclesia.non ualet.

Decisio. IIII. alias. 325.

Nota quod non ualet consuetudo. nec admittitur in qua dicitur quod antequam aliquis recicpiatur in canonicum præhendatum in aliqua ecclesia cathedrali secundum quod est in ecclesia herbipolensi ꝙ talis habeat renunciare beneficiis seu præbendis quæ obtinet in aliqua ecclesiarum dictæ ciuitatis uel diocesis propter confirmationem officiorum. primo quia uidetur inhonestum ꝙ antequam aliquis recipiatur ad præbendam beneficio quod habet priuaretur. & non est inhonestum ꝙ alius duo beneficia teneat & in uno residentiam faciat.argu.nota.in.c.fi.de elec.&.c.eum qui de præben.li. vi. & quia faciendo residentiam in uno de beneficiis in aliis uidetur facere.quia posito ꝙ officiaretur eodem tempore & eisdem horis in qualibet ipsarum ecclesiarum.tamen consilium existente in una potest in alia præstare. Item residendo in ecclesia cathedrali non mirum si in aliis ecclesijs acessorijs & quasi subiectis dictæ ecclesiæ uideatur residentiam facere argum.c. extirpandæ de præhendis.

Summarium.

1 Consuetudo quod quis posset excommunicari sine scriptis non ualet.

Epithome.

2 Procurator an possit facere approbationem appellationis de qua in.c.cordi.sine speciali mandato.

Decisio. V. alias. 357.

Nota quod potest consuetudo inducere quod procedatur ad excommunicationem sine scriptis. allegatur in contrarium ꝙ talia quæ conceduntur solum ex priuilegio non inducunt consuetudinem ut ꝙ procedatur summarie.ut.no.ar.viii.di.consuetudo. & de here. c.fi.li.vi.Item ꝙ procurator non potest facere approbationem appellationis de qua in.c.cordi.sine speciali man
2 dato. Alii contra si est procurator ad appellandum.pro primo facit quia non prorogat.c.olim.nec facit nisi includatur sub mandato graue est in curia litigare.ideo requiritur speciale mandatum.de electio.causam.

Summarium.

1 Consuetudo quod in instrumento nō ponatur locus nec dies.non ualet.

Epithome.

2 Instrumentum debet habere diem & locum inscriptos quamuis hoc pacto partium remitti possit.
3 Consuetudo contra substantiam actus non ualet.
4 Consuetudo contra ius naturale non ualet.

Decisio. VI. alias. 439.

1 Nota utrum ualeat consuetudo quod in instrumento non ponatur*locus nec dies? quidam quod sic. quia super hoc ualet pactum uel cōsensus partium no.ff.de pignoribus.l.cum tabellioni. Alii & maior pars contra quia posset aperire uia multis malitijs & quia dies
2 & locus sunt de essentia instrumenti.ut no.in.c.abbate.sane.de re.iudi li.vi.& in autenti.de tabellio.& in auten. ut præpo.no impera.& contra substantiam actus non ualet
3 consuetudo.ut.no. Io.and.de consuetudine.c.ii.lib.vi.& quia aufert defensionem parti argu.l.optimam.C.de contrahen.stipu.& ideo ualere non debet argu. ꝙ defensionis facultas competit de iure naturali.ut in cle. pastora
4 lis.§. cæterum.de re iudi.& contra ius naturale non ualet consuetudo.no.Innocen.de consue.super Rubrica.

*Locus uide infr. de fide instr.deci.v.

Summarium.

1 Consuetudo ꝙ uxor succedat uiro in omnibus bonis mobilibus etiam extantibus filiis.&c.ualet.

Epithome.

2 Consuetudo nō potest tollere ius naturale in totum.sed bene in parte.

Decisio. VII. alias. 475.

Nota*consuetudo ualet qua cauetur quod uxor marito in omnibus mobilibus debitis & creditis etiam liberis existentibus succedat. maxime si maritus habet bona immobilia nam consuetudo licet ius naturale non possit tollere in totum. tamen in parte po
2 test.ut no.dinus in regula iuris. indultum. lib.vi. pro hoc facit.c.rayuncius.de testam. prout not.ibi ala. super uer. consuetudine.faciunt etiam no.per Io.an. post eum in.c. a nobis.de deci.& de consuetudine super Rubrica. in fine.per Inno.

*Consuetudo add.s.eo.ti.deci.i.in no.

Summarium.

1 Episcopus si ex consuetudine debet habere certam mēsuram de grano. quod portatur ad urbem debebit etiam habere de farina quæ portatur solum in fraudem.

Decisio. VIII. alias.834.

Episcopus habet ius in ciuitate ꝙ de qualibet grossa mensura frumenti quæ portatur ad ciuitatem pro uendendo.debet habere certam paruam mensurā gentes nolunt portare frumentum sed farinam. quæritur an episcopus debeat de farina habere illam mensuram quam esset habiturus de frumento? & uidetur ꝙ sic. quia farina & frumentum proprie est * eadem usio.ff. de contrahen.emp.in uenditionibus.§.fina.&.l.sequenti. Item non uidetur noua species farina sed quæ prius erat & latitabat detecta.ff.de acqui rerū domi.l.adeo.§. cum quis. Item licet ius personale & tempore finibile rei mutatione perimatur non tamen si ius reale & perpetuum quale habebat episcopus. quia primū respicit rem secundum formam.ff.quibus modis usufru.amit.l repeti.§.rei mutatione.Secundum uero respicit rem secundum substantiam. ideo non tam interimitur permutatione formæ.ff.de seruitu.urb.prædiorum.l.seruitutes.§.si sublatum.de pigno. l.paulus.§.decimis de le.i.l.seruum filii.§.si pocula.Item frumentum cum sit farina mutatur ad usum destinatum. igitur talis mutatio non nocet episcopo.ad hoc facit.ff.de usufru l.arboribus.§.maius. cum ibi no. Item uerba illa de frumento mensurato potius uidentur dicta seu adiecta gratia demonstrationis seu designationis quam limitationis uel taxationis & ideo licet talis adiectio mutetur. de frumento facto farina nihilominus remanet dispositio seu ius episcopo constitutū.arg.cum concor.iurium.ff.de lega.prim.l. quid testamento in princ.ff. de. an.lega.l.legatum.§.uini iuncta.l. eum certus numerus.ff.de triti.ui. & ole.leg.&.ff.de lega.iij. paulo calimaco.§.fina.Item

* eadem add. bal.in.l.i.in 3. col.C. đ fruct. & lit.expen.& eundem in.l. non dubiū.vi. col.C. de leg. & Bar.in.l.qsitū.§.illud. ff. de leg.iij.

pro ista parte facit quia mens uidetur eadem in farina.l. uerba deficiant & quia fraus posset commmitti episcopo. ergo.&c.ar.ff.ad mace.l.Iulianus.§. initii.ff. de iurisdic. om.iud.licet.si quis id quod.§. si dum proponeretur.ff. ad turpi.l.i.§.incidit in fi.de donatio.inter uirum & uxo. l.cum hic status.§.si sponsus.Itē pro hoc quia sæpe mercatores & furnarii in talibus solent fraudem committere. &c.argu.l. quemadmodum in principio. C. de agric.& censi.lib.xi.& in lib.feudo.per quos fiat inuestitura.§.sed & res.uersi.nisi.ubi fraus probatur ex persona uendentis. extra de emptio.& uendi.ad nostram. & pro reprehendēda uel præsumenda fraude uideri possent no. per.glo.& doc.ff.de le.l.contra legem de elec.auaritiæ.& ibi per Io. mo.in uer.fraudibus & extra de immuni. ecclesi. clericis in uerbo periculosum per Archid.de priui.quanto. & ibi. no.per Ber. pro ista parte etiam bene facit quod no.per Innocen.& hosti.de decimis.c.cōmissum.Item cum frumentum emitur ad portandum ad ciuitatem quasi quodam ius in specie quæritur episcopo. Item licet mutetur in farinam non sibi tollitur.facit de li. causa. seruos . ubi formam rei proprie in alterius præiudicium alicui non licet sine causa mutare.ff.quibus mo.usufru.amit.l.repeti. § fi.de usufru.l.fin.quæ in fraudem credi.l.sed si rem. Itē prohac parte bene potest induci quod no.hostien. & Io. an.in nouella.de decimis.c.cōmissum.in uerbo ita nunc. & quod una uia prohibetur alia non permittetur.extra ne cleri.coniu.c.unico li.vi. de reg.iuris.c.cum quid.& qui contra legem uel eius mentem mitit malam fidem habere præsumitur.in regu.iuris.c.qui contra iura.Item pro ista parte potest induci.ff.de tritico uino & oleo leg.l.i.& l.si quis uinum.§.item acetum.in prin.in uer. ꝙ si totum. & uersi. item si quis uinum.In contrarium facit.ff.de le. iij.quæsitū.§.illud fortasse.Item quia potest dominus frumenti inquirendo fraudare debitorem.ff.quæ in frau.credi.l. qui autē.Igitur facere farinam.ut nil domino uel episcopo quærat.Itē licite potest facere in & de re sua quod uult.etiam si alii præiudicaretur. dum tamen in prouisionem sui faciat.& non ad emulationem ipsius.ff.de damno infec.l.proculus.cum concor. præsertim. dum tamē nil immutatur in alienum.ff. si seru.uen.l.sicuti.§.aristo. ergo licite posit frumētum mutare in farinā.Itē facilius potest impediri ne quis incidat in obligationem.quam ex quo incidit liberari.quia multa impediunt contrahenda. ut.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel alie.uir.&cætera.sic igitur ut non incidat posit facere de frumento farinam.Item per medium non prohibitum potest fieri transitus in effectum non permissum facit.ff.de accep.l.per iusiurandum.§.& si fideiussor.ff.quæ res .l. pign.obli.pos.l. aristo.§.i.Igitur per medium farinæ non prohibitum possit quis uenire in effectum nil soluendo episcopo.alias nō permissum. Item non est discendendum a uerbis. &c. ut l.non aliter.ff.de lega..iij.&.ff.qui & a quibus.l.prospexit.præsertim cum sub uocibus etiam large sumptis comprehendi casus emergens non potest.ut no.per Innocen. in.c.literis de Rescrip.& per Cynum. C. quæ sit longa consuetu.l.i.Item pro ista parte facit. quia rei mutatione mutatur effectus.ff.de auro & argen.lega.l. seya.§.fin.& ibi ad hoc in fi.conco.Item episcopo nil debetur.nisi sub conditione si portetur frumentum . igitur ut sibi aliquid debeatur sit opus ꝙ conditio ita de facto impleatur quod portetur frumentum.argu.l.meuius.ff.de condi.& demōstra.&.l.qui hæres.in principio & in fi.Item mutatio status personæ & ex culpa uel malitia sua proueniens.inducit sibi excusationem ab actu.a quo non esset alias excusatus.& propter medium talis mutationis non astringitur ad ea ad quæ astringeretur.ff. de excusa. tuto. sed & milites.§. sed ignominia missi.iuncta.nota.per dy.in regula quod ob gratiam.circa fi.in uer.ad contrariam autem regulam.igitur & hic mutatio status frumenti in farinam excusat debitorem ab obligatione.etiam si fuerit culpabilis mutatio uel dolosa.facit ad hoc in ratione.l.cum quis. de solutio.Item etiam pro ista parte potest induci.ff.de lega.iii.l.ligni.circa fi.in uer.sed & ticiones &.l.librorū.§.ꝙ tamē cassius.Itē pro ista parte facit.ff.de uerb.si.l.fruge. §.frumētum.Item pro ista parte etiē facit.ff. de acqui.rerū domi.l.adeo.§.cū quis in eo. ꝙ ibi dicit de uuis & uinonam idē est de frumento & farina. licet secundū quosdā non fit de frumento excusso ex spicis. secundum alios fit idem.& ille.§. corrigatur per.§. cum ex aliena.institu. de re.diui.secundum opin. Azo.ut in qualibet no. Item pro ista parte facit.ff.de tritico uino & oleo legat.l.iij. in principio.&.l.si quis uinum.in principio.&.§. Item acetum.

Summarium.

1 Impetrans apostolicus uel expectatiuus an primo debeat esse in inferiori gradu & postea secūdum ordinem suum ascendere ad alios gradus suis loco & tempore iuxta statuta & consuetudines ecclesiæ?

Epithome.

2 Papa conferendo canonicarum in aliqua ecclesia in dubio uidetur conferre cum iuribus canonicalibus quæ cōpetunt canonicis illius ecclesiæ . Secundum eius statuta ad consuetudines.

Decisio. IX. alias.837.

NOta ꝙ in quadam ecclesia ex statuto uel consuetudine est triplex ordo canonicorūā quid sunt inferiores qui uocantur scholares.qui sunt sub cura obediētia & regimine scholastici.quidam dicuntur medii qui uocantur emancipati. quidam maiores qui solum habēt uocem in capitulo. & uocantur capitulares tamen præbendæ omnium sunt æquales & non aliter quis potest ascendere ad maiorem gradum nisi per ordinē primo fuerit in inferiori & de illo ascenderet ad medium & ille ascensus deberet fieri secundum ordinem antiquioris receptionis. nam moriente uno canonico medii gradus emancipatorum unus de inferiori gradu scholariū in loco illius mortui & sic etiam decedente aliquo de superiori gradu scilicet capitularium antiquorum . canonicus de medio gradu emancipatorum secundum ordinem receptionis ascēdit ad superiorem gradum in locum mortui & in locum illius medii ascendit antiquior canonicus inferioris gradus.& in locū eius nouus canonicus surrogatur . Per istū autē ascensum nō permutant præbendas quæ alias sunt æquales. Hoc supposito ponatur sicut fuit de facto quod unus ex antiquioribus superioris gradus capitulariū mortuus est . quidam apostolicus acceptat canonicatum & præbendam . sub sua gratia cadentem uel Papa forsan sibi confert illos forsan reseruatos uel per priuationem quæritur utrum iste apostolicus debeat uenire ad gradū uel ad locum suum. uel an secundum statutum uel consuetudinem ecclesiæ primo debeat esse in inferiori gradu & postea secundum ordinem suū ascendere ad alios gradus loco & temporibus oportunis? quibusdam uidetur ꝙ expectans debeat uenire ad infimum gradū . primo & postea ascendere ad superiores gradus . secundum ordinem suum.argu.c.cum in tua.de consuetudine.sed si papa cōferat canonicatum & præbendam uacantem per mortem superioris gradus canonici . tunc dicunt ꝙ iste cui papa confert debebit uenire ad locum & gradum illius canonici superioris cuius canonicatus & p̄benda collati sunt. quasi reseruatio & collatio Papæ . totū afficiat cum suis qualitatibus & maxime si gratia habet clausulam non obstante cōsuetudine uel statuto ecclesiæ per quæ effectus gratiæ impediri posset quomodolibet uel differri quia nisi ueniret ad locum illum & gradum effectus gratiæ Papæ saltem differretur quo ad iura saltē canonicalia quæ suntin habendo uocem in .c.iuxta no. per Innoc.c.cum. M.Ferrarieñ.de constitu. quam uocem ipse non haberet forsan de magno tempore. aut nūquam si ueniret primo ad infimum gradum & postea ad medium cum eam non haberet ad superiorem capitularium quia supponitur ex statuto uel consuetudine soli illi de illo gradu habent uocem in capitulo . & ideo etiam tenent illi in eo expectante cui papa canonicatum contulisset in illa ecclesia sub expectatione præbendæ cum illa clausula . non obstant. prædicta eadem ratione.nam secundum eos statim habebat uocem in capitulo.uirtute illius clausulæ.non obstante ne effectum gratiæ quo ad iura canonicalia impediri contingat quomodolibet uel differri.secus in alio expectāte cui papa non statim contulisset canonicatū in ecclesia. sed forsan mandasset sibi generaliter prouideri de beneficio

cio uacante uel uacaturo ad certam collationem spectāte. & ipse postea uacātibus istis canonicatu & præbenda. ad illam collationem spectante eos acceptasset. nam tūc primo ueniret ad infimū gradū & gradatim postea ascēdet ad sequentem. maxime si nō sit ibi aliqua clausula obstante. Sed salua reuerentia sic opinantium mihi uidetur semper apostolicus etiam cui Papa istos canonicatum & præbendam uacātes in gradu superiori contulit debet uenire ad infimum gradum. & deinde ad secundum. secundum statutum uel consuetudinem ecclesiæ gradatim in ordine suo ascendere ad supremos. & ratio mea est ista. quia Papa conferendo sibi canonicatum & præbendam etiam cum plenitudine iuris canonici uidetur in dubio sibi cōferre cum illis iuribus & qualitatibus. quæ habet canonicus in illa ecclesia ubi sunt illi canonicatus & præbenda. quia secundum diuersitatem ecclesiæ & consuetudines uarias iura canonicalia uariantur quia alia iura & alio tempore habent canonici in una ecclesia quæ & quando non habent in alia ecclesia & e contra papa conferēdo canonicatum in aliqua ecclesia in dubio uidetur
2 conferre cum iuribus canonicalibus quæ competunt canonicis illius ecclesiæ, secundum eius statuta & consuetudines. facit ad hoc arg. de cōsuetudine. cum olim. cum cōcor. posset etiam induci in arg. l. ex militari. ff. de testa. mili. & l. si quis. ex hæredi. §. sed si quis. uer. nisi forte. ff. de iniust. rup. testa. & de usu. & habita. l. plenum. §. æquitas. & de leg. iij. fideicommissa. §. si seruorum. Cum igitur secundum consuetudinem illius ecclesiæ de qua quæritur quæstio. canonicus non habeat ius habendi uocem in capitulo nisi secundum ordinem receptionis canonicatus ascēdat ad omnes gradus ad superiores igitur &c. nō obstat ꝙ Papa affecit illum locū canonicalē. quia nō est uerum. sed bene affecit illum canonicatū tunc enim bene fateor ꝙ per papæ reseruationem. uel manus appositionē afficitur locus canonicalis & gradus quando ille locus uel gradus debetur illi canonicatui uel præbendæ. Sed hic iste locus uel gradus quem habebat iste canonicus mortuus non erat debitus canonicatui uel præbendæ in quantum talis canonicatus uel præbenda est. Sed potius ex eo quia persona quæ illos canonicatum & præbēdam obtinebat erat antiquior canonicus in inferioribus gradibus gradatim transiuerat de illis gradibus ad supremum quod patet. quia non erat debitus ille locus ille canonicatui & præbendæ. quia aliquando fuerant illi ijdem canonicatus & præbenda sine loco illo cum persona fuerat in minoribus gradibus constituta non obstante quod effectus gratiæ quod ad iura canonicalia differretur uel impediretur. dico quod non. quia iura canonicalia habebit saltem in aptitudine. uel dico quod iura canonicalia habebunt illa quæ canonici ecclesiæ possent & debēt competere. scilicet quæ uariabantur secundum quod uariabitur gradus. Et secundum antiquitatem ipsorum. ac secundum ordinem receptionis personæ. Ad ista facit in simili quæstione mota & eius decisio de regulis iuris. c. in spicimus. lib. vi. in nouella.

Summarium.

1 Consuetudo Anglicana quod Rex habeat iurisdictionē in clericos solutos. in actionibus ciuilibus & personalibus mere. uel criminalibus ubi agitur ciuiliter non ualet.

Epithome.

2 Præcepto prohibitiuo uel negatiuo renunciari expresse non potest.

3 Præcepta negatiua semper obligant. secus de affirmatiuis quia. licet obligent semper. non tamen ad semper.

4 Clerici per legem diuinam sunt exempti a iurisdictione Layci.

Decisio. X. alias. 839.

VTrum ualeat cōsuetudo Anglicana. quod Rex possit cognoscere & habere iurisdictionem in clericos solutos in actionibus ciuilibus etiā personalibus mere uel criminalibus ubi agitur ciuiliter. & uidetur ꝙ non. per ea quæ notat Innocen. de foro competenti. c. postulasti. ultra medium. per Archidyaconum in cap. Romana. in secunda glo. eadem titu. lib. vi. præsertim quia est contra libertatem ecclesiasticam & sanctorum patrum instituta. ergo & cætera. argumentum. extra de his que fiunt a maiore parte capituli. c. primo. iuncto. c. ii. extra de foro competenti. Item quia talis consuetudo est contra præce
2 ptum prohibitiuum & negatiuum. ut dicto. c. ii. cui renunciare expresse non potest. ut ibi notatur & probatur eodē tit. cap. si diligenti. & argumento. notatorum. C. ne fideiussores dotium dentur. l. secun. in fine. ergo multo fortius nec tacite. præcepta enim negatiua obligant semper. &
3 semper. ut furtum non facies & similia. licet affirmatiua obligent semper. sed nō ad semper. secundum theologos. Item quia talis consuetudo est contra generale statutum ecclesiæ præsertim introductum in honorem totius ordinis clericalis. ne dum clerici anglicani. immo & uniuersalis ergo clericus anglicanus. tacite consentiendo aut assentiendo tali abusui non poterit prætextu talis consuetudinis ei derogare argumento. xxv. quæstione secun. sunt quidam. & argumento. nota. per Innocen. de consuetudine. super Rubrica. circa medium. Item quia talis consuetudo est contra legem diuinam per quam exempti sunt cle
4 rici a iurisdictione principum secularium. iuxta ea quæ notat Innocen. de maiori. & obedien. c. si quis. Item quia est contra institutionem ecclesiæ. ergo &c. argumentum extra de temporibus ordinandorum. c. secun. Item hæc consuetudo uidetur expresse reprobata. extra de consuetudine. c. ad nostram. Item pro hoc bene faciunt no. per Archidyaconum. de cle. coniugatis. c. primo libro sexto. super uerbo. condemnari Et per Hostien. Et Iohannem andree in nouella. extra de obligatis ad ratioci. c. primo. Itē contra præcepta non potest induci consuetudo. præsertim per eum qui non potest contrariam legem uel preceptum statuere. ut nota. Innoc. de consuetudi. in Rubrica. circa fi. Nec obstat. si dicatur ꝙ ecclesia anglicana. nec rex obseruauerunt illud statutum. & sic non uidetur ligari. Nec ex hoc trangressores illius. argumento quarta distinctione leges. iuncta notata de treuga. & pace. c. primo. in fin. in glo. Item quia Papa hoc sciuit & semper tollerauit. quia cum fuerit ius prohibitiuum. Et ab exemptione diuina procedens. ut notat Innocentius. de maioritate & obedientia. c. si quis. & per consequens contrarium esset peccatum non possint dici ex hoc esse excusati quantocunq; etiam tempore incontrarium sint abusi. quia tanto sunt grauiora peccata & cætera. ut extra de consuetudine. c. fina. cum concordantijs. Nec hoc casu uidetur sufficere tollerantia papæ. argumento. de præbendis. & notatur. per Innocen. in Rubrica de consuetudine & dato ꝙ propter scandalum quia alias prohiberi poterat tollerauit non propter hoc approbasset censetur. Nec consuetudinem uoluisse introduci. argumento notatorum per Inno. in Rubrica de consuetudine. & de præscriptione. c. nihil. Nec obstat etiam si dicatur ꝙ papa non potuit clerum anglicanum priuilegiare in præiudicium Regis Angliæ. cui omnes antequam Christus ueniret iurisdictio competebat. quia istud priuilegium & hæc libertas cōcessa est clericis a Christo in quem omne imperium fuit transmissum. & in temporalibus & spiritualibus. iuxta notata. in. c. nouit. de iudiciis. Et per Inno. de uoto & uoti redemptione c. ꝙ super his. & de foro competēti. c. licet. & quia clerici sunt spirituales & in spiritualibus Papam solum seu iudices ecclesiasticos posse intromittere priuilegium generale fuit datum a Deo iuxta. c. quādo de iudi. & notata per Innocen. de sen. excommuni. c. nouerint circa. princ.

¶Nec per consequens obstat quod dicebatur per allegātem pro parte ista quod papa expresse protestatur in iure quod non uult derogare iurisdictioni regis Angliæ. extra qui filii sint legitimi. c. causam. cum similibus. Quia ut in præmissis patet in clericos nullam iurisdictionem habet: nec habere potest.

Summarium.

1 Consuetudo quod episcopus in iocundo aduentu suo possit ponere unum canonicum cui statim respondeatur sicut alteri canonico in qualibet ecclesiarum suæ dyocesis & ciuitatis: etiam non obstante certo numero canonicorum. etiam iuramento uel auctoritate apostolica con-

firmato ubi præbende non sunt distinctæ, ualet.

Epithome.

2 Consuetudo & attenditur circa electiones beneficiorum collationes.
3 Priuilegium & consuetudo parificantur.
4 Consuetudo quanuis onerosa cum sic tamen seruanda est.

Decisio. X I. alias. 840.

VTrum ualeat cõsuetudo quod episcopus in iocũdo aduentu suo posit ponere unum canonicũ cui statim respõdeatur sicut uni altero canonico in qualibet ecclesiarum suæ dyocesis & ciuitatis: etiam non obstante certo numero canonicorum, etiam iuramento uel auctoritate apostolica confirmato, in quibus tamen eccle
2 sijs alias præbendarum distinctio non habetur? Et uidetur quod sic. quia in electionibus & beneficiorum collationibus consuetudo spectatur. ut notat Innocentius. de electio. c. cum ecclesia uulterana. in fi. Pro hoc quia etiã de consuetudine ecclesiæ ad reges aliquos pertinet etiã ius conferendi præbendas. ut notat Speculator in titulo ne sede uacante. ad finẽ. Et facit quod notatur de imperatoribus in titulo de præbendis. §. restat. ad finem. Et per Archidiaconum de præbendis. c. secundo. in penultima glosa. Nec uidetur obstare numerus quia per priuilegiũ potest derogari numero. ut patet quotidie in gratiis apostolicis, ubi ponitur Non obstante de certo canonicorum
3 numero. Ad quod de rescriptis. c. constitutus. Igitur & per consuetudinem, quia uidentur parificari. argumento notatorum per glosam. de electione. c. cumana in princi. Et per Innocen. de consuetudine. c. super rubrica. ad finem. Et clarius per glosam. de iudiciis. c. nouit. super uerbo consuetudini. ℭ Sed ad hanc parificationem potes dare instantiam. Quia interdum potest priuilegium quod non potest consuetudo iuris. ut in clemen. religiosi. in fin. cum ibi notatis de priuilegiis. Et ibi scripsi aliquos alios casus ℭ Item nec uidetur obstare quod si dicatur. quod per talem consuetudinem nimium posset grauari ecclesia, cum posset propter mortem uel translationem multiplicari noui episcopi quod si eorum quilibet poneret unũ etiam nimium grauaretur ecclesia. nec sufficerent omnibus facultates igitur tanquam onerosa ecclesiæ uidetur quod non ualeat, ut extra de consuetudine. c. primo. lib. sexto argumentum ad hæc in autent. ut determinatus sit numerus clericorum. Et in autenti. de mensura ordina. per totum iuncta autentica. C. de episcopis & clericis. l. in ecclesiis. & notatur extra de institutionibus. c. auctoritate. Et notatur. C. de sacrosan. eccle. l. non plures. quia potest responderi quod sustinenda sit quousque ueniat casus per quem ratione talis multiplicationis grauetur ecclesia. Et quod tunc ad tempus talis consuetudo restringatur. Nec debet inspici casus aduersæ fortunæ, quod si prætextu mortis multiplicentur episcopi. & cætera. Et etiam sicut poterunt mori episcopi, sic & canonici, sic etiam poterit redigi ad statutum numerum canonicorum:
4 Et non est bona consequentia. Consuetudo est onerosa, ergo non ualet. quia secundum hoc omnis cõsuetudo quæ esset ecclesiæ alicui onerosa non ualeret quod uideretur absurdum, cum sit dare nonnullas ecclesiæ consuetudines onerosas quæ ualent, ut patet in consuetudinibus qđ una ecclesia de alia eligere teneatur. ℭ Item quod illi ad quos de iure communi pertinet electio teneantur admittere extraneos ad eligendum. ℭ Item quod ad unum episcopum uel ecclesiam spectat iurisdictio pertinens ad alium episcopum uel ecclesiam. ℭ Item ꝙ habet uisitationem uel procurationem in alia ecclesia. ℭ Item ꝙ una ecclesia sit alibi pensionaria uel censualis. Item quod una ecclesia participat decimas infra territoriũ alterius. Item quod archidiaconus percipiat palefredum in installatione prælati. Et sic de multis aliis præsertim si loquamur de consuetudine tanti temporis de quo non existit memoria. argumento notatorum per Archidiaconum de electione. c. generali super uerbo consuetudine. libro sexto ibi per Iohannem monach. in secundo dicto glosæ. licet adhuc posset euadi. per notata per Iohannem andre. in glosa. super uerbo antiqua. Nec obstat si dicatur quod propter illum qui nouiter ponetur super numerum minuentur aliorum portiones, quia illa diminutio modicum cuilibet ascendit, puta si sint ibi uigintiquatuor canonici cuiuslibet non diminuitur nisi uigesimaquarta pars & de tali modico non est curandum. & præsertim. quia ceteri per istum superadditum oneribus per uices singulorum sustinendis releuabuntur. quia de facili potest redigi ad numerum statutum, aliquo forsan cedente uel decedente. Et quia etiam per istum augumentabitur cultus diuinus & seruicium ecclesiæ. Et ideo non mirum si prætextu consuetudinis modicum damnum singulorum aliqualiter tolleretur præsertim in honore episcopi qui est caput diocesis. Et quia in iocundo aduentu præsidentis consuetudines sibi solitæ sunt seruandæ. ff. de offic. procons. & lega. l. obseruare. §. antequam. Hoc enim ex quo fit prætextu consuetudinis fiet seu censebitur fieri auctoritate iuris. & sic non poterit dici iniuriosum, quanuis durum & rigorosum. cum ius aliquando permittat quod aliquis aliquando patiatur præiudicium etiam sine culpa quãuis non sine causa. ut extra ut lite non contesta. c. quoniam frequẽter. §. si autem. cum regula iuris. sine culpa. coniuncto quod dicitur. quod executio iuris non habet iniuriam. ff. de iniuriis. l. iniuriarũ. §. primo. & . ff. qui & a quibus. l. prospexit. pro ista parte etiam bene facit. quia in prærogatiuis quas mater ecclesia sicut est ecclesia cathedralis seu præsidens in eadem prout est episcopus sibi uendicat in subditis ecclesiis & suis filiabus consuetudo est attendenda. arg. no. per Innocen. de eccles. ædifi. c. ad audientiam in fin.

Summarium.

1 Consuetudo ubi est quod acquisita per coniuges æqualiter diuidantur potest alter eorum huic consuetudini renunciare.

Decisio. X I I. alias. 841.

COnsuetudo est in quodam loco quod de omnibus quæ acquirunt coniuges seu eorum quilibet debet quilibet habere partem mediam. ut si uir etiam si acquirat de suo aliqua bona mobilia uel immobilia de consuetudine uxor in illis bonis debet habere dimidiam & econtra. si uxor acquirat aliqua eorum acquiritur uiro media pars. hoc supposito uir quidam nolens emere de sua pecunia domum uel castrum uel uineam. uel aliam rem pepigit seu conuenit cum uxore quod ipsa nil peteret in illa re per uirum acquirenda uirtute illius consuetudinis & uxor sibi pactum de hoc fecit & per pactum renunciauit omni iuri prætextu dictæ consuetudinis aut alias in dicta re acquirenda per uirum competituro. queritur an ualuerit renunciatio? Et uidetur quod nõ. quia facta fuit donationis causa. & donatio inter uirum & uxorem est prohibita. & pro hoc allegatur in speciali. l. iij. §. si. ff. de donatio. inter uirum & uxo. & . l. sequenti. & pro hoc etiam. eodem titulo l. si sponsus. §. si donationis. & . §. si uxor uel maritus. & maxime si ualeret renunciatio talis possent se coniuges mutuo amore spoliare. Et sic habet locum ratio legis prohibentis donationes inter coniuges. ff. de donatio. inter uirum & uxo. l. j. In oppositum uidetur quia per talem donationem uxor non efficitur pauperior si non acquirat licet uir locupletior efficiatur. ergo uidetur quod ualeat argumen. ff. de donatio. inter uirum & uxo. l. si sponsus. §. si maritus & . §. si quis rogatus. & . l. sed si uir lanam. §. quod uir uxori. & . §. quod legatarius. quia non amore nec tanquam inter se infestos rescindenda est prohibitio iuris facta de donatione inter cõiuges. ut. l. si id quod. §. si quas. ff. de donatio. inter uirum & uxo. & ad iura contraria patet solutio. quia ibi donator efficiebatur pauperior, hic non. Et hoc latius poterit exordiri per ea quæ scripsi in margine. iuxta. §. si maritus. l. si sponsus. supra allega.

Summarium.

1 Metropolitanus an posit cognoscere de causis subditorum suffraganeorum illis inuitis, etiam si extaret, statutum uel constitutio edita in concilio prouinciali.

Epithome.

Epithome.

2 Iudex unius territorii an posſit cōcedere alteri territoriū ſiue iuriſdictionē, contra ſubditos ſuos qui in dioceſi alterius deliquerunt.

Deciſio. XIII. alias. 842.

VTrum ualeat ſtatutum uel conſtitutio facta in concilio prouinciali quod archiepiſcopus metropolitanus poſsit cognoſcere de cauſis ſubditorū ſuffraganeorum etiā eis inuitis in ſua propria ſcilicet metropolitana dioceſi uidetur quod non inuitis ſubditis ſuffraganeorum. ut notat Io. an. in nouella. de offi. le. c. nouit. ſuper prima glo. in uerbo epiſcopum. Et per nota. per eum extra de foro competen. c. ſignificaſti. ſuper ſecunda glo. in fine. Et in facto erat ita quia in quadam prouincia erant multæ conſtitutiones prouinciales inter cætera cauebatur ibi quod archiepiſcopus metropolitanus haberet executionem illarum conſtitutionum, tam in ſua dioceſi quam in dioceſi ſuffraganeorum. & tam in ſubditos ſuos ſuæ dioceſis, quam etiam ſubditos ſuorum ſuffraganeorum etiam pro exceſsibus non commiſsis in dioceſi ipſius metropolitani. Quærebatur an uirtute harum conſtitutionum metropolitanus poſsit exercere cenſuras & aſtringere ſubditos ſuffraganeorum, & eos uocare ad ſuā dioceſim, & forum ſuum pro exceſsibus uel cōtractibus extra dioceſim metropolitanam commiſsis uel initis. Et quidam tenebant quod non ſine uoluntate ipſorum ſubditorum. pro quibus bene facit glo. prædicta. Item etiam illa glo. facit ad unam aliam quæſtionem. Nunquid ar-
2 chiepiſcopus tholoſanus poſsit dare archiepiſcopo auxitañ. territorium tholoſanum ut poſsit diſtringere ſubditum ipſius archiepiſcopi tholoſani. Et erat in facto quod cum quidam officiales regis dediſſent aliqua damna ſeu aliquos exceſſus commiſiſſent auxitañ. contra archiepiſcopum auxitañ. ſeu eius gentem. quia morabantur illi officiales regis tholoſæ. requirebatur archiepiſcopus tholoſanus ſeu eius officiales quod procederent per cenſuras & alia iuris remedia contra eos? Reſpondebat archiepiſcopus tholoſanus quod non auderet propter eorū potentiam. ſed libenter dabo uobis hic territorium & procedatis prout uobis uidetur contra eos. Ipſi officiales contradicebant dicentes quod eis inuitis territorium in eorū præiudicium non poterat concedere auxitaneñ. quærebatur an poſſet? licet quidam dicerent quod non. hoc tamen caſu crederem quod immo ex quo ipſemet tholoſanus in eos cognoſcere poterat ratione domicilii uel originis. uel etiam ex quo auxitaneñ. in ſua dioceſi etiam contra eos poterat cognoſcere de exceſsibus per eos commiſſis ratione delicti. per notata in eadem glo. Io. an. in c. nouit. ſuper prima glo. de offi. lega.

Summarium.

1 Conſuetudo quod inferior epiſcopo poſsit inſtituere uicarium ad tempus in eccleſia curata. non ualet, licet ex priuilegio poſſet.

Deciſio. XIIII. alias. 149.

NOta quod non admittitur conſuetudo quam allegat inferior epiſcopo quod poſsit eccleſiæ curatæ inſtituere uicarium ad tempus ut. c. i. de capel. monacho. li. vj. Et dic plene per Innocen. in. c. primo &. c. in lateranenſi. de præben. Ex priuilegio autem admitteretur talis conſuetudo & articulus de tali materia admittitur. ut notat Archidiaco. in. c. primo. allegato. de capel. mona.

Summarium.

1 Optio non ex nouo ſed antiquo titulo prouenit.

Deciſio. XV. alias. 665.

NOta quod optio non uenit ex nouo titulo ſed ex antiquo. ut probatur in cap. cum in tua. de conſuetu. libro ſexto.

Summarium.

1 Stilus pallacij apoſtolici eſt ius licet ex facto oriatur.

Deciſio. XVI. alias. 705.

NOta quod ſtilus ſacri pallacij eſt quoddam ius licet ueniat ex facto. ut probatur in. c. ex litteris. extra de conſti. &. c. uenerabilis. de confir. utili. &. xv. di. c. j.

Summarium.

1 Permutantes in ſimul expediunt litteras ſeu bullas ſuas nec alter ſine altero poſſet illas expedire & hoc de ſtilo cācellariæ apoſtolicæ.

Deciſio. XVII. alias. 769.

SCiendum quod de ſtilo cancellariæ eſt quod ſi aliqui permutant ſua beneficia unus ſine alio non poteſt habere litteras ſiue bullas licet alius cum alio habere poſsit.

DE ELECTIONE.

Summarium.

1 Beneficium electiuum quod dicatur?

Deciſio. I. alias. 123.

NOTA quod uocetur beneficium electiuum? dic q̃ uocatur beneficium electiuum illud in quo requiritur confirmatio ſuperioris poſito quod ſit de minoribus beneficijs, argu. nota. per Io. and. in. c. j. de præben. in cle. nam alias non uidetur beneficium electiuum imo magis collatiuū. ex quo immediate poſt electionem ſine cōfirmatione ius quæritur. quia talis electio habetur pro collatione ex quo non indiget confirmatione ſuperioris. Audiui tamen q̃d Innocen. papa. vij. declarauit ſemel in camera quod uolebat id beneficium eſſe electiuum & dici electiuum in cuius electione ſeruabatur forma. c. quia propter. de electi. uel per cuius uacationem eccleſia redditur uiduata prælato. Illud autem beneficium ad cuius electionem ſimpliciem ſeu nominationem quis aſſumitur ſine ſolēnitate ſeu confirmatione ſuperioris non debet dici proprie beneficium electiuum ſed potius collatiuum cū in talibus per electionem ius quæratur.

Summarium.

1 Canonicus ultra numerum ſtatutum poteſt de canonicorum conſenſu eligi licet non ſufficiant facultates eccleſiæ.

Deciſio. II. alias. 250.

NOta glo. B. quod ſuper numerum ſtatutum poſito quod non ſuppetant facultates poteſt quis eligi in canonicum præbendatum de canonicorum ipſorum conſenſu. ut notatur in cap. auctoritate. de inſtituti. uide capi. dilecto. de præbend. in fin. quod uidetur facere contra.

Summarium.

1 Electus litigans super electione si decedat nihilominus sententia super iure electionis ferenda est.

Decisio. I I. alias. 299.

NOta glo. qualiter mortuo electo litigante super electione fertur sententia etiam post mortem super iure electionis. ut notat Innocen. in capi. ex parte de arbitris.

Summarium.

1 C. si hi contra quos. & clemen. i. ut lite penden. non habent locum nisi quando litigatur super beneficio & non super pertinentia collationis iure collatoris.

Decisio. I I I. alias. 307.

NOta secundum opinionem Io. an. positam in. c. dudum. li. de electio. quod posito quod decretalis. si hi contra quos. ut lite penden. lib. vj. & c. j. eodem titulo. in cle. habeat locũ quãdo sup duas electiones uel præsentationes litigatur de beneficio non tamen habet locũ quando litigatur inter eligentes seu præsentantes & possessor moritur lite pendente, secus si petitor. ut notat Io. an. in nouella. in allegato. c. si hi contra quos. ergo non debet extendi ad alium casum scilicet quando litigatur inter eligentes seu præsentantes. & quia potest esse præiudicium si præsentans seu eligens nõ posset præsentato mortuo alium surrogare. argumen. c. si electio. de elect. lib. vj. licet aliqui contra. quia uidetur remanere eadem ratio. infra de rest. spoli. deci. 17.

Summarium.

1 Sequester durante sequestro potest eligere, & præsentare.

Decisio. V. alias 323.

NOta gloss. Innocen. & Hostien. quod ille penes quem fit sequestrum durante sequestro. potest eligere & præsentare sicut ille pro quo est factũ sequestrum ut no. in. c. examinata de iudiciis. in prima glo. & Paul. in. c. uno. de sequestra. in cle.

Summarium.

1 Electio facta per compromissarios uoto electi capitularis non secutato ualet. licet dictũ fuerit in compromisso ꝙ perscrutatis uotis omnium & singulorum eligerent.

Decisio. V I. alias. 843.

CAnonici seu capellani compromiserunt in tres de ipsis ut scrutatis uotis omnium & singulorum de capitulo illum eligerent in episcopum in quẽ omnes uel maior pars ipsorum conuenirent ipsi scrutatis uotis suis primo & demum uero aliorum reperierunt quod omnes conuenerunt in præpositum illius ecclesiæ. ipsi compromissarii illum sollenniter elegerunt non scrutato prius uoto suo qui præsentata sibi electione consensit electioni. queritur utrum teneat electio? quidam dicebant ꝙ non. ex quo non fuerunt scrutati uocem illius electi qui erat præsens & de capitulo propter formam compromissi quæ habebat ut scrutatis uocibus omnium & singulorum. & cætera. Ipsi uero non fuerunt scrutati uoces omnium & singulorum ex quo illum obmiserunt, quia mandati forma diligenter est obseruanda. ut de rescrip. c. cum dilecta. ff. mandati. l. diligenter. Et. c. cum expediat. de elec. libr. vj. Et eodem titulo. c. cum dilectus. §. primo. in antiquis. Non enim completa est conditio sub qua data est. uel fuit compromissariis eligendi potestas scilicet si scrutatis uocibus omnium & singulorum. & cætera. igitur nec potuerunt eligere. Alii dicebant quod electio erat bona. quia satis consentiendo electioni declarabat uocẽ suam ille præpositus. ergo & cætera. Sed illud non sequitur quod fuerint per hoc scrutati uocem ipsius quod requirit forma mandati ab homine dati. Et notanter dico ab homine. iuxta notata per Io. and. in. c. fi. de resti. spol. Inducebant illi etiam quod frustra eius uox in scrutinio fuisset per compromissarios inquisita cum & si fuisset inquisitus non posset nec deberet se nominare quia sic ambitiosus esset. de institutio. c. fi. Et si alium nominasset ille nihil profecisset cum necessario. ex quo omnes alii in ipsum præpositum conueniebant ipse eligendus erat. igitur non fuit magnum inconueniens si eius uocem scrutati non fuerint cum & illud scrutatum non prodesset. ut argumen. l. aliquando. cum concordan. ff. ad uelleia.

Summarium.

1 Reseruatio beneficii per commendam non perpetuam subsecutam non expirat.

Decisio. V I I. alias 243.

NOta quod ubi beneficium est reseruatum si tradatur in commendam non extinguitur* reseruatio nisi esset commenda perpetua. quia tradens beneficium in commendam uidetur beneficium tenere. argumen. l. rei depositæ. ff. commodati. Nec esse uidetur beneficium penes illum cui est commendatum. cum habeat ad tempus. ut. l. ex facto de heredi. institu & c. nemo. de electio. lib. vj. cum ibi notatis per doctores. Io. an. & Archidiac. Vbi autem est perpetua commenda* nõ uidetur uacare beneficium. argumen. notatorum in allegato. c. nemo. Et quod notat Archid. in. c. si propter de rescriptis. lib. vj.

* Extinguitur adde per Bis. de prima. de præben.

* Commẽda. Adde ꝙ ille q hẽt ius conferendi benefi ciũ iure speciali non potest illud dare in cõmendam. not. do. de. S. Gemi. in. c. nemo de cle. li. vj. in fin. idem tenet Fely. in. c. au ditis. de pscri. v. col. vers. similiter uidemus. num. xij.

Summarium.

1 Papa si reseruat beneficia quæ aliquis obtinet. sortitur effectum reseruatio etiam in beneficio quod ille obtinebat solum de facto.

Epithome.

2 Terram alicuius si mandatur supponi interdicto illud mandatum extenditur ad terram & facto detentã ab eo.

3 Reseruatio facta ad instantiam partes tanquam ambitiosa debet restringi. secus si fieret motu proprio.

Decisio. V I I I. alias. 273.

NOta quod ubi papa reseruat beneficia quæ obtinet titius. & titius de facto obtinet unum beneficium de quo ipso iure est priuatus quia incompatibile, reseruatio ad illud beneficium quod obtinet de facto uidetur extendi quia beneficiorum collatio ad papam pertinet ideo non mirum si per reseruationem tale beneficium ad papam sit deuolutum. Cum ista uerba beneficia quæ obtinet titius sint uerba generalia. Et uidetur intelligi siue de iure siue de facto dum tamen sit in possessione argu. l. stipulatio ista. §. si quis forte. ff. de uerborum obliga. Nec in isto casu est necesse quod titius obtineat. dum tamen, detentionem seu possessionem habeat seu ei incumbat

2 ut notatur in simili de senten. excom. c. si sententia;. libr. vj. per Archidi. ubi dicitur quod quando mandatur terra alicuius domini interdicto supponi extenditur mandatum ad terram quam tenet dominus. & non de iure. ad quod facit. c. primum de postulationibus. uer. nec ualet

3 & istud tenet communiter audientia. licet contra uideatur. c. si gratiose. in fine. de rescriptis libro. vj & quia reseruatio uidetur ambitiosa quando est facta ad instantiam partis. secus si motu proprio secundum collecta. & Federicum de senis. ut notatur per Iohannem Andreæ in capi præsenti. super uerbo finitur. de officio legati. lib. vj. ad quod. l. his in prin. ff. de religio. & sump. fune.

Summarium.

1 Gratia ad beneficium uacaturum per promotionem alicuius non expirat per mortẽ papæ licet successor gratias

per

per prædecessorem ad uacaturas cōcessas in genere reuocauerit.

Decisio. IX. alias.744.

NOta quod si dominus noster papa Vrbanus septimus fecerit gratiam alicui de aliquo beneficio uacaturo per promotionem alicuius ad aliud beneficium certis executoribus super hoc deputatis. ꝙ mortuo domino Vrbano nihilominus stat. licet uenerit reuocatoria domini papæ Gregorii undecimi. licet tempore domini Vrbani non fuerit prouisum de illo beneficio sic uacaturo. & sic tenet maior pars Rotæ. ueritas tamē prædicti dubii. melius apparet seu apparebit ex uerbis positis in reuocatoria cuiuslibet papæ.

DE TRANSLATIONE EPISCOpi, uel electi.

Summarium.

1 Episcopi uel electi fructus extantes tempore translationis beneficiorum priorum debent translato seu assumpto in Episcopū secus si esset monachus. & quid in mortuo?

Decisio. I. alias.136.

NOta quod assumptus in episcopum seu translatus fructus sibi debitos ratione beneficiorū quæ tenebat ante translationem potest petere. maxime fructus tēpore trāslationis extantes. de quo dic ut in. c. præsenti. de offi. ordinarii. & per Io. an. in. c. ij. de rebus eccl. non alienan per Io. mo. & c. relatum de testa. p Innocen. & pro hoc facit. l. j. §. ti. ff. de ui & ui ar. secus est in monacho. ut in autenti. de sanctis. episc. §. si monachus. Idem dixerunt quidam in mortuo quod dictum est in translato. scilicet quod hæredibus fructus percepti applicantur. & non successori seu ecclesiæ.

DE RENVNCIATIONE.

Summarium.

1 Vicarius qui potest ex speciali mādato recipere resignationem beneficiorum non potest illa conferre. licet præsentatos p patronum possit instituere sine speciali mandato.

Decisio. I. alias.43.

NOta quod vicarius Episcopi habens potestatē recipiendi resignationē beneficiorū causa permutationis resignáta non potest conferre. cum in collatione beneficiorum requiratur speciale mandatum. ut de offic. uicarij. c. fina. lib. vj. licet uideretur contrarium. quia præsentatos per patronos potest instituere sine speciali mandato. ut ibidem notat archidia. ad quod notat. in. c. uno de insti. eo libro. & cum beneficia permutata non possint conferri aliis nisi permutare uolētibus. c. uno. de rerum permuta. in cle. uideretur idem in beneficiis permutatis sicut in præsentatis ad beneficia per patronos licet prima opinio communiter teneatur in rota.

Summarium.

1 Resignans beneficium etiam ex causa permutationis perdit possessionem beneficij resignati.

Epithome.

2 Resignans ex causa permutationis si expellatur a possessione non habebit interdictum restitutionis, si permutatio sequatur.

Decisio. II. alias. 67.

NOta quod resignās* beneficium causa permutationis uidetur perdere omnimodam possessionē si post factam resignationem permutatio sequitur. quia ex quo per resignationem perdidit ius beneficii. multo fortius uidetur perdere possessionem. cum faciliori modo perdatur possessio quam dominium. ut. l. si quis ui. §. differentia. ff. de acquiren. posses. Et quia permutatione secuta tempore resignationis beneficii uidetur totum ius ꝑdidisse. ut dicitur in simili. ff. de ma. uin. l. iij. iuncta. l. si cum optio. de optio. lega. hoc uidetur dicere Innocen. in c. inter cætera. de præben. in principio ubi dicit quod possessio non transit sub modo facta nisi modus sequatur. ergo si modus sequatur & sequatur permutatio uidetur transmissa a tempore resignationis possessio. Item iste resignans non potest dici post resignationem possidere ciuiliter. cum non sit dominus beneficii nec tanquam in suo possidere quod est ciuiliter possidere. nec potest dici possidere naturaliter. quia non tanquam usufructuarius uel tanquam habens ius in re. quod est possidere naturaliter. l. i. § dicitur. ff. de ui & ui armata. Et quia resignauit iuri suo uidetur naturalem perdere possessionem. quæ erat coniuncta cum ciuili ex quo ciuilem perdidit. quia in dubio uidetur totum ius deduxisse. ut. l. an eadem. §. i. ff. de exceptio. rei iudica. quare uidetur ex his quod taliter resignans causa permutationis uidetur perdere omnimodā possessionem ut si expellatur non detur sibi interdictum
2 restitutionis. & hoc si permutatio sequatur. quia si non sequeretur permutatio uideretur resolui possessio ipso iure in ipsum resignantem causa permutationis. ut dicitur in simili in. l. i. & . ij. cum ibi notatis. de in diem adiectio. ad quod facit nota. per Archid. in. c. si beneficia. super uerbo reuertuntur. de præben. lib. vj.

* Resignans adde supra de rerum permu. de. ij. in no.

Summarium.

1 Renunciatio petitionis restitutionis facta per iam spoliatum. ualet.

Epithome.

2 Spoliatus potest per pactum renunciare petitioni restitutionis.

3 Renunciatio ab eo facta post spoliationē non ualeat.

Decisio. III. alias.68.

NOta quod licet post spoliationem non ualeat renunciatio super beneficio. ut in. c. sollicite. de restitutione spoliatorum. bene ualet si renuncietur petitioni restitutionis per pactum. ut notatur in. c. super hoc. super uerbo renunciatum. de renuncia. per Innocen. ad quod facit. l. si quis rationes. de libe lega. iuncta. l. si unus. §. illud. & . §. pacta. ff. de pactis. uide infra decisionem. 6. & xj. eod. titu.

Summarium.

1 Renunciatio cessionis bonorum an teneat cum iuramento.

Decisio. IIII. alias. 176.

NOta quod secundum aliquos cessioni bonorū quis potest renunciare per iuramentum ut. c. ex rescripto de iureiurando, quia tacite propter contumatiam

non soluentis in tempore dilationis sibi datur potestas renunciandi beneficio cessionis.ut.l.fin.cum ibi notatis.C. qui.bo ce.pos.Et potest consuetudo & pactum ualere.ut no.in Rubrica de deci.sed consuetudine potest induci ꝙ liber homo ponatur in custodia.ut.l.ij.C.de patri.qui fi li.distra.Alii contra quia tale iuramentum continet inhumanitatem.ideo licet ipso iure tenat.tamē uidetur absoluendus ut non intrudatur in carcerem nec persistat in excommunicatione ligatus.ut.c.cum quidam.de iureiurā. uide.in.c.de arbi.deci.ij.circa medi.

Summarium.

1 Renunciatio beneficii non potest admitti per habētem potestatem conferendi.tantum.

Decisio. V. alias.217.

Nota quod cui datur potestas conferendi beneficia uacantia eidem non uidetur dari potestas quod possit renunciationem recipere a uolentibus resignare quia in resignationibus possunt euenire multa in quibus propter factum resignantis posset damnificari ille ad quē pertinet collatio.ad quod facit.c.dudum.de præben.li. vj.uide Deci.in Nu.13.eo.ti.

Summarium.

1 Renunciatio spontanea beneficii nocet dicenti se spoliatum.

Epithome.

2 Spoliato post renunciationem agenti restitutorio.nocet spontanea renunciatio,secus si ante renunciationem fuisset spoliatus.

Decisio.VI.alias.215.

Nota quod existenti in possessione beneficii,renuncianti spontanee.beneficiꝗ si postea dicat se spoliatum potest obici spontanea renunciatio.secus esset si obiceretur spontanea renunciatio post spoliationem facta.sic notat Innoc.in.c.cum super.ij.glo.uer.respondeo quia si reus.sic intelligitur.c.sollicite.&.c.accepta.de resti.spoli.

Summarium.

1 Renunciatio simoniaca non nocet resignanti.

Decisio.VII.alias.235.

Nota quod resignatio facta simoniace non tenet etiā in præiudicium resignantis.ut notat Innocen.in.c. cum uniuersorum.de rerum permuta. Et notat archidia.in.c.dudum.in princ.de præben.libro.vj. Et not. Ber.in capi.super hoc.de renunciatio.super uerbo pecuniæ.

* Simoniace add.sibi fo.67 an Gemi.cōs. 125.

¶ Super uerbo pecuniæ. Aduerte ad illā gl.quia licet illa gl.dicat ꝙ renuntiatio teneat tamētalis quæ recipit pecuniam debet priuari beneficio propter simoniam quā commisit.

Summarium.

1 Expectans potest renunciare ius quod habet ad rem in manibus solius notarij.

Epithome.

2 Resignatio facta per habentem beneficium in manibus solius notarii non tenet.

3 Resignatio ubi non tenet si superior intra sex menses nō conferrat uel renunciantes ad beneficium non compellat redire potestas conferendi deuoluitur ad superiorem.

Decisio. VIII. alias.289.

2 Nota quod licet habens beneficium non possit tale beneficium resignare simpliciter.nisi in manibus superioris habentis potestatem instituendi & destituendi.tamen secus est in impetrante expectationem habens solum ius ad rem.quia talis coram notario gratiæ suæ potest renunciare.ut notat Innocen.in cap.quod in dubiis de renuncia.Et Archidia.in cap.deliberatione.de offic. lega.libro.vj.in glo.penultima.Et est ratio quia ibi nō est
3 aliud interesse superioris cum ius non sit quæsitum in re sed ad rem.ubi autem non tenet resignatio in beneficio quæsito si superior infra sex menses non conferat.uel resignantem ad beneficium uenire non compellat deuoluitur potestas conferendi ad superiorem.ut notatur in.c. admonet.per Innocen.Et circa renunciationem iuris ad rem uide infra decisionem.cccxxviij.

Summarium.

1 Resignatio beneficii facta ex causa permutationis non operatur ueram uacationem beneficii.si permutatio non sortiatur effectum.

Decisio. IX. alias.338.

Nota quod beneficium resignatum causa permutationis non uidetur uacare secundum lateranense cōcilium ad hoc quod beneficium posit ad superiorem deuolui si permutatio non habuit effectum.ut quia unus permutantium non habuit ius in beneficio.quod permutauit.quia permutatio fieri uidetur sub modo uel conditione.quæ permutatio non ualet si modus non sequatur ut beneficium uideatur uacare.argu.no.per Innocē. in.c.inter cætera.de præben.uide infra de re.permutati. deci.5.cap.5.

Summarium.

1 Resignatio beneficii reseruati etiam causa permutationis inducit ueram uacationem beneficii licet pro collatione sit recurrendum ad papam.

Decisio. X. alias.397.

Nota quod resignatio beneficii reseruati etiam ex causa permutationis ueram uacationem inducit.quia reseruatio papæ licet collationem impediat.seu quamuis aliam dispositionem beneficii.ut in.c. ut nostrum.de appellatio.&.c.si eo tempore.de electio. lib.vj tamen non impedit resignationem quin ualeat licet clerici resignantes debeant recurrere ad papam pro permutatione perficienda. ¶ Item beneficia ex causa permutationis resignata uacant in ueritate ita quod post uacationem huiusmodi debet sequi uera collatio & institutio.ut legitur & notatur in.c.uno de rerum permu. lib. vj.licet ibi Io.mo.uideatur dixisse contrarium.cuius opinio reprobatur.pro quo etiam facit clemen.una.eo.ti.ui de infra decisionem.xiiij.eo.ti.

Summarium.

1 Iuramentum nocet spoliato petenti se restitui.

Epithome.

2 Spoliato nocet renunciatio facta cum iuramento de nō petendo reintegra.

Decisio. XI. alias. 428.

Nota quod si spoliatus beneficio suo post spoliationem petitioni restitutionis.cum iuramento renūciet
2 dic quod sibi nocet intantum quod postea petens se restitui non auditur.arg.notatorum per Innocen.in.c. super eo.de renunci.Nec obst.c.solicite.quia ibi solum fuit renunciatio possessionis.secus hic.ubi cum iuramento renunciauit etiam petitioni restitutionis.uide supra eo. ti.deci.3.&.6.

Summarium.

1 Cōclusio in causa reuocatur ꝑ admissionē articulorū.

Deci.

Decisio.XI I.alias. 268.

NOta si post conclusionem in causa beneficiali factā
ad instantiam actoris admittantur articuli rei taci-
te conclusio uidetur reuocata. Ex quo sequitur quod nō
est necessaria in causa beneficiali. secus in causa propha
na iuxta ea quæ no. in cle. de uer. sig. sæpe. uide supra de
cisionem nonam.

Summarium.

1 Executores dati ad prouidendum de beneficio uacanti
non possunt admittere resignationes.

Epithome.

1 Resignationes admittere non potest qui inuitum desti-
tuere non potest.

Decisio.X I I I.alias. 530.

QVæritur utrum executores gratiarum dati ad ꝑ
uidendum de beneficijs uacantibus posint ac
cipere resignationem alicuius uolētis in eorum
manibus beneficium suum resignare ut sic ea recepta ꝑ
uideant. Et dic quod non quia opus est quod expresse cō
mittatur potestas recipiendi resignationem. ut de p̄ben.
dudum. circa prin. li. vj. Et pro hoc faciunt nota. per Ar-
chi. de uer. sig. c. sicut. eodem lib. super uerbo cedentiū.
Et quia tales executores talium sic resignare uolentium
2 non possunt inuitum destituere ergo nec eius resignatio
nem suscipere probatur consequentia per ea quæ notat
Io. an. in cle. prima de regularibus. in gl. super uerbo ma-
nibus. & per Innoc. de renun. c. quod in dubiis. in fi. glo.
secunde. Et per Archi. in. c. si te. de renun. super uerbo re
nunciet. & per eundem in. c. deliberatione prouida. super
uerbo firmitatis. de offi. leg. lib. vj. & in dicto. c. sicut. uide
deci. v. cod. ti.

Infra dec. 14.

Summarium.

1 Impetratio beneficij censetur surrepticia si impetrans
tacet se habuisse beneficium aliud reseruatum, & illud
resignasse in manibus eius qui non potuit resignationem
admittere.

Epithome

1 Capellani papæ sunt exempti a iurisdictione cuiuscun-
que ordinarii.
3 Renunciatur facilius beneficio quærendo. quam quæ-
sito.

Decisio. X I I I I.alias. 572.

QVidam cardinalis obtinens * quandam dignita
tem in quadam ecclesia ratione cuius ad eius
collationem pertinebat unum beneficium au-
ctoritate sua ordinaria illud in curia contulit cuidam ca
pellano pape præsenti tunc in curia. & collationem hu-
iusmodi acceptanti tandem ille capellanus cum nō pos
set faciliter obtinere pacificā possesionem illius beneficii
ipsum post aliquod tēpus resignauit seu renūciauit in ma
nibus eiusdē cardinalis qui auctoritate sua ordinaria ad-
misit resignationē postea uero dictus capellanus impetra
uit a papa unū aliud beneficiū de illo alio sic renunciato
seu resignato nullā faciens mentionē quæritur an ualue-
rit impetratio. uel an ista ultima gratia ꝑ papā sibi facta.
surrepticia censeaẗ ex eo quia tacuit aliud beneficiū & q
dam dicebant eā surrepticiā. quia renunciatio quā fece-
rat in manibus cardinalis non ualebat nec admissio eius
dē auctoritate ordinaria subsecuta * quia beneficia ca-
pellanorū papæ reseruata erant tunc ꝑ papā & cū dictus
capellanus iā haberet ius in beneficio per collationē sibi
factā cui assensit etiā si non haberet possessionē. ut in. c. si
tibi absenti de p̄ben. li. vj. ideo nō potuit resignari nisi in
manibus papæ uel eius cōmissarij qui solus posset eū in-
uitū destituere cū sit exēptus quicunq; capellanus papæ
2 a iurisdictione cuiuscunque ordinarii, qa is demum pōt
auctoritatē præstare renunciationi & corā eo pōt renun-
ciatio fieri qui pōt inuitum destituere. iuxta no. ꝑ Inn. &
doc. de renun. c. ꝙ in dubiis ergo si non ualuit resignatio
adhuc habebat ius in beneficio. licet. n. posset eo priuari,
qa eā fecit in manibus non habentis potestatē. & licet ēt
in eius p̄iudiciū superior habens potestatē. s. papa posset
ratificare & admittere renunciationē. nec ipse posset resi
lire. nec pænitere. nec beneficiū repetere tamē donec eius
ratificatio & admissio subsequaẗ interim habet ius in be
neficio & remanet in eo intitulatus. iuxta uerā opinionem
Inno. in. d. c. qđ in dubiis. cū ergo papa tempore ultimæ
gratiæ nondū illā renunciationē ratificasset adhuc habe
bat ius in. d. beneficio. nō obstante illa renunciatione fa-
cta in manibus cardinalis auctoritate sua ordinaria & nō
apostolica eā recipiētis. & ꝑ cōsequens cū haberet ius in
eodē ipse in impetratione alterius debuit facere mentio-
nē. de p̄b. si motu ꝓprio. li. vj ¶ Secus tamē fuisset si age
ret de beneficio in quo nō haberet ius in re sed ad rē. de
quo esto ꝙ qs impetrans teneaẗ facere mētionē. iuxta no.
ꝑ Io. an. in nou de re. iu. ignorātia. tñ eius renunciatio fa
cta in manibus notarii uel alterius potestatē nō habentis
3 tenuisset, qa facilius renunciaẗ beneficio quærendo quā
quæsito. iuxta no. ꝑ Inno. in. d. c. ꝙ in dubiis. & ꝑ Archi.
in. d. c. deliberatione ꝓuida. de of. le. in fi. & in ista opin.
ego erā. Quidā tamē alii dicebant cōtra ꝙ ultima gratia
nō foret surrepticia qa secundū eos renunciatio tenuit in
eius præiudiciū. iuxta no. ꝑ Ber. in. d. c. ꝙ in dubiis. sed il
la opi. non approbaẗ. qa immo nō tenuit donec eā appro
baret ille qui habet potestatē. ut supra dixi. quare hæc rō
non procedit immo secundū eos ordinarius potuit eā ad
mittere nō obstante reseruatione beneficiorū capellano-
rū. qa licet illa reseruatio afficiat beneficia eorū quo ad
potestatē cōferendi ut nullus posit ea conferre cū uaca-
bunt nisi papa tamen non afficit ea quo ad potestatē re-
nunciandi seu renunciationē de eis fiendā admittendi. &
ideo secundū eos ordinarius poterit admittere. Sed ego
contra ut dixi. s̄. quia potestas admittēdi renunciationē
non impeditur propter reseruationem solum sed propter
exemptionem. quia capellani ab omni iurisdictione ordi
naria sunt exempti. & ideo quia ordinarius non posset in
iudicio eum inuitum destituere cum in eum iurisdictio-
nem non habeat ita non poterit eius renunciationem ad
mittere. quare hæc ratio non obstat. ar. no. per Innoc. in
dicto. c. quod in dubiis. & ideo prima opi. uidetur uerior.
uide de. 7. infra de re. per.

*Obtinēs ad. Fran. de pauinis in tract. de of. & potestate c. sede ua. in 2. par. Inn. in. c. quia diuersitatē de cōce. p̄b.

*Subsecuta, uide. Rot. de re. pm. 1. inno.

Summarium.

1 Auditor Rote sine speciali mandato non potest admit-
tere resignationem beneficii sed litis & causæ sic.

Decisio.X V.alias 705.

NOta ꝙ auditor *sacri pallacij nō potest recipere re
signationē alicuius beneficij sine speciali mandato
papæ. renunciationem autem litis & causæ alicuius be-
ficii potest recipere. & ita seruat Rota.

*Auditor ad. supra in no. e. ti. deci. 3. circa med.

Summarium.

1 Præsentatio. 2. facta post renun. primi p̄sentati in mani
bus patroni subsequēte etiā renun. in manibus epi ualet.

Epithome.

2 Patrono clerico non permittitur uariare.
3 Præsentatus an posit ī manibus solius p̄roni cler. renū.
4 Patientia operatur consensum in eo qui actū contradi
cendo impedire potest.

Deci. XVI. alias. 844.

PAtronus clericus primo p̄sentauit episcopo. a. epi
scopus antequam uellet illum admittere & insti-
tuere præmisit edictum ut si quis uellet se oppone
re certa die cōpareret quo termino edicti pendēte dictus
a. præsentatus in manibus ipsius patroni solius renuncia-
uit p̄sentationi suæ & iuri sibi per eā quæsito quo facto
dictus patronus cuidā canonico cessit seu concessit pro
illa uice ius p̄sentādi ut suo nomine quē uellet p̄sentaret
qui canonicus p̄ntauit eidē epo. b. & tandē anteq; epus
dictū. b. secundo p̄sentatū institueret. a. primus p̄sentatus
in manibus epi iterum renunciauit iuri suo cui primo re-
nunciauerat in manibus patroni. & tunc epus. b. secundo
præsentatum admisit & instituit. postea uero epus præ-
tendens secundā præsentationē non tenuisse & per con-

sequens institutionem subsecutam ex eo quia patronus
antequam primus in manibus episcopi renunciasset non
poterat secundum scilicet .b. præsentare. quia erat patro
nus clericus cui non permittitur uariare & per cōsequēs
nec dictus canonicus cui potestatem præsentandi cōces
serat eundem. b. potuerat præsentare & sic ex hoc pote-
statem conferendi ad se pertinere iure deuoluto. ex eo qa
post renunciationem primi. s. a patronus aut alius eius no
mine nullum præsentauerat infra tempora debita benefi
cium illud contulit auctoritate ordinaria & tanquam iu-
re ad eum per patroni negligentiam deuoluto cuidam. c.
Tandem autem ueniens in notitiam cuiusdam .d. expe-
ctantis auctoritate apostolica ad collationem dicti epi-
scopi beneficium illud infra tempus debitum ipse. d. apo
stolicus impetrans acceptauit & sibi obtinuit pro uideri
per executorem suum. per cle. si de beneficio. ¶ Q uæri
tur quis dictorum a. b. c. d. in dicto beneficio sit potior. &
pro euidenti decisionis huius quæstionis expresso thema
te formantur sequentia dubia. Primo an dictus a primo
3 præsentatus potuerit in manibus solius patroni clerici re
nunciare. & eius renunciatio ualuerit præsertim postquā
præsentatio iam erat delata & exhibita superiori. s. episco
po? & fuerat dictum quod sic. per Io. an. in. c. si electio. de
electio. li. vj. cum remissionibus. ibi factis. & per Archid.
de of. le. c. deliberatione. §. fi. circa finem. ¶ Secundo an
dictus patronus potuerit cedere uel concedere illa uice
ius seu potestatem præsentandi illi canonico seu alteri?
& fuit dictum quod sic. ex quo beneficium uacabat. ar. c.
constitutus. de conces. præben. cum ibi no. per Innocen.
in. c. dilecto. de electio. ¶ Tertio an dato. quod renuncia-
tio non fuisset facta in manibus patroni per ipsum a pri-
mo præsentatum. uel facta non fuisset de iure si penden-
te prosecutione præsentationis suæ. Primus patronus se-
cundum scilicet b. præsentauit seu canonicus prædictus
eius nomine. si primo præsentato postea iuri suo debitæ
in manibus episcopi renunciant talis secunda præsenta-
tio sit admittenda per episcopum? & uidetur quod non.
quia facta fuit pendente prima præsentatione ipsius a. &
& sic nulla fuit ipso iure. quia non licuit tali patrono cle
rico nec alio eius nomine uenienti uariare. de iure patro-
natus. c. cum autem. & sic licet deueniat ad casum quo
fieri poterit scilicet quia primus præsentatus renunciauit
iuri suo. non propter hoc ualidatur. ar. reg. iu. non firma-
tur tractu temporis. reg. iu. li. vj credo tamen quod sit ad
mittenda. si patronus petat eam admitti uel alius eius no
mine. quia petendo eam admitti satis uidetur eam de no
uo facere. ex quo suam obtinet uoluntatem. & ita quasi
ut ex nunc sumat uires non retro. ar. ff. de offi. procon. &
lega. l. obseruato. §. fi. cum iur. ibi alleg. & c. licet. de pro-
cu. li. vj. & idem crederem etiam si non petit eam admitti
dum tamen non reuocet aliam faciendo. sed in eadem
uoluntate persistat. & ipsemet præsentatus. Secundus pe
tit eam admitti. quia satis patronus uidetur etiam facere
ex quo in eadem uoluntate persistit & permittit eā prose
qui illam præsentationem. ar. d. §. fi. cum iuribus. ibi. alle
ga. & ar. de sup. ne. præla. literas. cum ibi no. & sic multo
fortius credo quod si post quam primus renunciauit epi
scopus illū secundum instituit. & patronus non contradi
xit, quod ualeat institutio & idem si tunc patronus nesci-
uit. sed postea ratum habuit, quia sufficit ratihabitio pa-
troni. ar. de iurepatrona. c. cura. & c. suggestum. & no. ex
presse per Hostien. in sum. de iurepatrona. §. fi. qui incipit
in quibus deferant. uer. quid si ecclesia uacan. Pro præ-
4 missis etiam facit. quia quando patitur quod potest impe
dire. cconsentire uidetur. ut. l. sæpe. §. cui inter. de re iudi.
iuxta. no. ff. de pigno. l. fideiussor. §. pater. & per Dynum
in regu. iu. qui tacet. & regula is qui tacet. li. vj. immo for
san posset dici quod etiam absque nouo consensu patro-
ni ista secunda noua præsentatio sumat uires. nec patro-
nus possit contra uenire. quia ab initio in sui præiuditiū
tenuerunt. ar. ff. de ser. rust. prædi. l. per fundum. & com-
muni prædi. l. ij & fi. nec permittendum est sibi uenire cō
tra factum suum. ar. l. post mortem. ff. de adop. non enim
ab inicio simpliciter erat nulla nisi in fauorem primi cui
præiudicari per secundam præsentationem non debuit
nec potuit. ergo cessante fauore primi cessabit inualidi-
tas secundæ presentationis & sumet res efficatiam. arg. d.
l. per fundum. & l. fi. non enim interest alicuius eam non

esse nullam. non episcopi. quia licet esset nulla non pro-
pter hoc ad eū pertineret dispositio beneficii ut infra dicā
nec primi. quia iā renunciauit. nec patroni quia hoc non
posset allegare cum suam turpitudinem allegaret. & ueni
ret contra factū suū. Et quia ut præmisi saltē in eius p̄iu-
diciū tenuit. igitur ex quo nullus pōt prætendere interes-
se huius nullitatis seu inualiditatis. uidetur quod nullus
sit audiendus, uolens eum impedire quo minus admitta-
tur quia non solent audiri quorum non interest. de electi.
c. cū inter. R. ¶ Q uarto dato ꝙ dictus patronus clericus
pendente p̄sentatione primi secundū p̄sentat. Q uæro an
propter hoc ad superiorē. s. episcopū deuoluatur dispositio,
ut eps primo renunciante eo ipse possit de beneficio
disponere quasi patronus. sic uariando reddiderit se indi-
gnum? & dico ꝙ non. dūtamen nō præsentauerit indignū
ar. no. in simili. p Inn. de elec. c. consideramus. in. ij. gl. in
prin. & sic dico ꝙ nisi ut in præcedenti. q. dixi in fi. secun
da præsentatio posset dici resumere uires uel alias forsan
non possit ꝑpter impedimentum in persona eiusdē. secū
do præsentati secūda p̄sentatio sortiri effectū. ex quo pri
mus renunciauit. & secunda præsentatio nulla est si hoc
teneas. uel alias non potest sortiri effectum ius præsentan
di debet redire ad eundem patronum. & non deuoluitur
potestas disponendi ad superiorem. ar. dicti. c. si electi. de
elec. li. vj. quæ etiam habet locum in patronis & præsen
tatis. ut ibi no. Io. an. in noue. in fi in gl. cum in electione.
Sic ex præmissis concludo responsionem propositæ quæ
stionis quis dictorum. a. b. c. d. sit potior quia dico quod
b. secundo præsentatus per patronum. & dictus a. qui di
cto iuri suo bis renunciauit nullum ius habet. c. uero cū
episcopus post admissionem & institutionem factam de
b. secundo præsentato. & infra tempus debitum contulit
etiam nullum ius tenet. cum præsentatio secunda ipsius
b. facta post quam primus renunciauit in manibus patro
ni fuit bona & canonica & admittenda, prout etiam fuit
per episcopum admissa & bene, tum etiam quia & si non
fuisset tunc bona sumpsit uires post renunciationem pri
mi cessante causa impedimenti ex patrono continuante
uoluntatem quasi de nouo fuit facta: tum etiam quia epi
scopus admisit eam. tum etiam quia patronus non po-
test dici fuisse negligens. nec ad episcopum per conse-
quens etiam iure deuoluto pertinuit collatio. propter qd
etiam dictus apostolicus nullum ius habet.

DE SVPPLEN. NEGLI. PRELAT.

Summarium.

1 Iurisdictio deuoluitur ad superiorem per negligentiam
prælati inferioris episcopo. non autem ad conuentum uel
capitulum.

Decisio. I. alias. 278.

NOta quod propter negli
gentiā abbatis uel alte-
rius inferioris prælati ab
episcopo non transfer-
tur collatio ad conuen-
tum uel alium inferiorē
sed transfertur ad epi-
scopum. nec habet locū
c. nulla. de conces. præ-
bē. quod loquitur in epi
scopo negligente. licet.
c. faciat cōtra quod no.
Inno. in. c. cum dilectus
in princi de consuetudine. ubi no quod uacante mona-
sterio abbate. agit conuentus secus in episcopo secundū
unā opinionem. ergo non debet extendi ad alium casum
ar. no. in. c. cum in cunctis. in fi. de electi. per Innocenti.
& pro ista parte uidetur textus. in cap. quia regulares. de
supplen negligen. prælato. in cle. & ibi no. per docto. Ad
superiorem autem instituentem uel confirmantem transi
uit. ut no. infra. c. quia regulares. alleg. per Io. super uer.
dispositionem. & circa istum modum deuoluendi uide
c. cum in cunctis. per Innocenti. in fi. de elec. & c. cum
nostris. in prin. de conces. præben.

DE TEMPO. ORDINAN.

Summarium.

1 Epiſcopus infra tempus ſibi motu proprio ſe conſecran di faciendi prorogatum retinet priora beneficia, ſecus ſi ad ſupplicationē ipſius fuiſſet dictū tempus prorogatū.

Deciſio.I.alias.576.

Staphi.in tra. de lit.gra. & iuſti.fol 20. uer. ſed lapſo tempore,

VTrū epiſcopus cui prorogatum fuit tempus in fra quod debebat ſe facere conſecrari. nihilominus lapſo tempore iuris perdat ſua beneficia uel an teneat uſque ad tempus prorogatum. dic an proprio motu Papa ſibi proroget & tunc retinet. an ad ſupplicationem eius & tunc non. ut no. Io.an.& Innoc.in.c.cū in cunctis.de electi.

DE ÆTATE ET QVALITATE.

Summarium.

1 Minor.xiiij.annis præbendam in cathedrali de iure ob tinere poteſt licet regula cancellariæ.aliter diſponat.

Deciſio.I.alias.204.

NOta quod minor.xiiij.annis poteſt obtinere præbendam cathedralem. & iſtud tenet Rota. circa quod uide per docto.i.c.ex eo.de electio. libro.vj & Cynum in.l.fina. C.de teſta.milit. & uide extra de præben.cap.inordinata.per docto.uide ſuper regulam cancellariæ quæ uidetur dicere contrarium.

Summarium.

1 Maior.14 poteſt obtinere officium ſimplex in eccleſia cathedrali.ſecus ſi haberet adminiſtrationem.

Deciſio.I I.alias.175.

NOta quod ubi eſt ſimplex officium in eccleſia cathedrali quod non uocatur dignitas ſeu perſonatus minor.xxv.an.maior autem.xiiij. an tale officium poteſt obtinere.quia cum in talibus ætas non ſit limitata non curamus de ætate.no. Innocen. in cap. præterea.de ætate & qualitate licet ſecundum aliquos ubi tale officium haberet adminiſtrationem minor uiginti an. non poſſet tenere tale officium. per capitulum.j. de ætate.& qualitate.libro ſexto cum ibi nota.per Archidiaco. ad quod facit no. Innocen.in capi. de multa. in fin. de præbend.

DE FILIIS PRESBYT.

Summarium.

1 Diſpenſatio cum illegitimo facta ut poſſit tenere beneficia,perſonatus & dignitates cum cura uel ſine cura etiam ſi ad ea quis per electionem aſſumatur. nō includit eccleſiam cathedralem.

Epithome.

2 Diſpenſatio quoad maiora extenditur ad minora.

3 Epiſcopus poteſt diſpenſare in præbenda cathedrali. licet ſecus in dignitate.& perſonatu.

Deciſio. I. alias. 45.

Staphi.in tra. de lite gra. & iuſti. fol. 61.

NOta quod ſecundum aliquos & maxime ſecundum cancellariam quod ubi eſt diſpenſatum cum illegitimo qđ poſſit tenere beneficia perſonatus & dignitates cū cura uel ſine cura.etiam ſi ad ea quis p electionem aſſumatur. ſi de eccleſia cathedrali non ſit mentio in tali diſpenſatione non uenit eccleſia cathedralis.c.quamuis.i.de præben. li. vj. & c.cui.eo.ti.quia talis diſpenſatio eſt odioſa. & ideo in terminis ſuis tenenda.& ſic non ueniet quod eſt maius.ſ.eccleſia cathedralis.ar.l.eos.C.de aquæduc licet ſecundū
2 alios uidetur contra quia talis cum quo eſt diſpenſatum in maioribus de beneficiis etiam uidetur diſpenſatum in minoribus.ut in capi.cum illis de præbend.libro ſexto. ad quod facit quod nō. Archidiaco in capi.primo.de fil. præsbyter.ubi dicit quod epiſcopus poteſt diſpenſari in
3 tali præbenda cathedrali licet non in dignitate,ſeu perſonatu.ad quod not.in cap.ueniens.circa princip. per Innocentium de fil presbyter. ex quo diſpenſatum eſt ſuper dignitatibus quæ ſunt regulariter in eccleſia cathedrali ff.de re.iud l.quidam.iuncta.l.ad rem. & .l. legatum.quia beneficium principis eſt latiſsime interpretandum.uide omnino infra deciſionem.iiij.de offic.ordina.

Summarium.

1 Diſpenſatio cum genito ex clerico, & ſoluta, ſi non ſit dictum in diſpenſatione quod ſoluta erat filia ſpiritualis an ualeat?

Deciſio.I I.alias.211.

NOta quod ubi eſt diſpenſatum, cum aliquo ſe dicente genitum ex clerico & ſoluta. de rigore iuris ſi illa ſoluta eſt filia ſpiritualis.quia parrochiana presbyteri & in diſpenſatione nō ſit mentio quod de filia ſpirituali eſſet genitus non ualet diſpenſatio. qui eſt qualitas quæ grauat delictum & committens inceſtum cum filia ſpirituali magis peccat quam in alia. quia deponendus eſt.argumen.l.ſi quis alumnam .C. de nup.& ſunt iura in decre. tamen in iſto caſu recurrendum eſt ad ſtillum penitentiariæ,quia ſi penitentiaria cōcedat in eadem forma litteras quando ſit mentio de genito ex præsbytero & parrochiana ſua. tunc attenderetur ſtilus & modus ſcribendi intantum quod ſi idem modus eſſet ſcribendi non eſſet neceſſe quod fieret mentio de ſpirituali filia in diſpenſatione.ut uidetur dicere Hoſtien. in capi.fina.de fil.præsbyter. & ſuper hoc interrogaui dominum Cardinalem de Floren.pœnitentiarium maiorē, qui etiam erat in iſta opinione.quod non eſſet neceſſe fienda mentio de tali qualitate.niſi ſit qualitas inducens nouum gradum affinitatis,& inducens filiationem irreuocabilem uidelicet: ſi leuauit de ſacro fonte quæ eſt perpetua & irreuocabilis.non ſic in noſtro caſu.quia rector poteſt mutari.

Summarium.

1 Diſpenſatus poteſt impetrare beneficia non facta men-

tione de dispensatione. secus si impetrat nouam dispensationem.

Decisio. III. alias. 279.

Nota quod ubi est dispẽsatum cum illegitimo quod possit tenere duo beneficia, si postea talis legitimatus impetret beneficium non faciens mentionem de dispensatione ualet impetratio. quia dispensatio quantum ad tenendum beneficia operatur in hoc in quo est facta. ac si legitimatus fuisset ab initio. ar. l. imperial. §. si multo. C. de nup. ubi autem ille cum quo est dispensatum indigeret alia dispensatione. tunc impetrando secundam dispensationem oportet mentionem fieri de prima ut. c. ij. de fil. presbyte. lib. vi. & ibi per Io. an. in no.

Summarium.

1 Dispensationem qualitates uitiosæ omissæ an uitiet ut ex post facto possit quis contra eam obtinere.

Epithome.

2 Parochiana est filia spiritualis.
3 Dispensatio an uitietur si condiciones in ea appositæ ueraciter non fuerint purificatæ.
4 Cognatio spiritualis propter ministrationem sacramentorum non contrahetur proprie sicut cum illa quam tenuisset in baptismo uel ei baptismum ministrasset.
5 Verba in dispensatione posita si paternæ incontinentiæ non sit imitator potius sonant in modum instructuum commissarii quam quod inducant conditionem.

Decisio. IIII. alias. 845.

Papa mandauit dispensari cum quodam qui erat presbytero genitus & de soluta. ut possit promoueri ad omnes ordines & obtinere beneficium cum cura. si esset idoneus & non esset paternæ incontinentiæ imitator. ille autem cui papa commisit asserens se inquisiuisse dispẽsauit cum eo postquam ille cum quo sic dispẽsatum fuit impetrauit in forma communi ad collationem &c. & tandẽ uacante illo beneficio cadente sub gratia. acceptauit infra tempus debitum & petit sibi de illo prouideri. sequens uero in data qui idem beneficium acceptauit & fecit sibi prouideri. & in possessionem induci oppo nit se & dat obiectum de illegitimitate cõtra primum & impugnat præmissam dispensationem. primo quia eius mater soluta ex qua per presbyterum fuit genitus erat parochiana illius presbyteri. & cui idem presbyter ministrauerat ecclesiastica sacramenta præsertim sacramentũ penitentiæ & eucharistiæ & de hac qualitate non fiebat me
2 tio in literis. quod uidebatur deberi fieri quia secundum hoc era filia spiritualis. ut uidetur. ar. xxx. q. i. omnes. & c. se. Item dicit quod tempore obtente dispẽsationis ille erat publicus concubinarius & manifestus & quod creauerat liberos ex quadam concubina quam ante dispensationem & tunc & postea tenuerat. & sic dispensationis mandatum
3 seu conditiones ibi appositæ non fuerunt purificatæ ueraciter. quia tunc ille erat paterne incontinentiæ imitator. Quæritur utrum isti articuli si alias sint in bona forma sint in bona materia & admittendi & probati debent obstare dispensationi? tenuerunt domini quod non primũ enim nõ obstat quia penitentiaria non consueuit illã qualitatẽ etiam si fuisset expressa per illum qui impetrat dispensationem apponere in literis nec exprimere tales extrinsecas qualitates crimen aggrauantes. præsertim nouam speciẽ concubitus parentum non inducentes alleg. no. Hosti. de fil. presby. c. si. circa finem. & de illa qualitate retulit auditor causæ scilicet dominus Io. bonæ burlæ qui repulsis articulis prouidit & sententiauit pro primo in data cum quo fuerat dispensatum asserens se super hoc informatũ cum illis de pœnitentiaria. & præsertim cum de Floren. Cardin. tunc summo pœnitentiario quod pœnitentiaria non cõsueuit exprimere illam qualitatem. Item quia propter ministrationem dictorum sacramentorum non contrahitur proprie cognatio spiritualis talis. sicut cũ illo quã tenuisset in baptismo. uel cui ministrasset sacramentum baptismi. ut in dicto. c. non facit. no. Host. in su. de cogna. spirituali. §. & non aliquis. in si. Secundus obiectus etiam non obsistat. quia illa uerba posita in mandato dispensa-
5 tionis si sit idoneus. & non paternæ incontinentiæ imitator potius sonant in quendam modum instructiuum cõmissarii qualiter debeat & super quibus inquirere quam in conditionem præsertim extrinsecam quæ reddit mandatum conditionale. sed dat sibi certam formam quæ si ne expræsione etiam intelligeretur. ut in. c. licet. de fil. præsbyter. ergo &c. facit. ff. de tut. l. muta. § si sub cõditione. de lega. i. l. iij. & quod no. Inno. de præsumpti. c. dudum. in prin. ij. glo. & glo. Io. an. in. c. iudices. de offic. dele. in cle. etiam quod no. Innocen. de translati. c. licet. in glo. fina. & cum appellatum fuisset ab eodem domino Ioh. & causa appellationis mihi commissa fuisset de omnium dominorum consilio eius sententiam confirmaui præsertim, quia illa pars quæ dederat articulos uoluntarie coram me conclusit. nec petiit illos articulos admitti. & ideo fui in securo.

s. eod. de. 2.

DE OFFIC. ARCHIDIACONI.

Summarium.

1 Archidiaconus agit contra subditos sibi causa uisitationis sine licentia episcopi. & quid de re diuisa circa capitulum.

Decisio. I. alias. 284.

Nota quod archidiaconus contra capellanos quos dicit suos subditos causa uisitationis potest agere irrequisito episcopo & capitulũ illud idem quia agit archidiaconus ratione administrationis in re diuisa. & bonis temporalibus. & sic nõ requirit licentiam episcopi. ut. cap. cum olim de testi. ad quod l. ciuitates. ff. quod cuius. uniuersi. & c. edoceri. de Rescrip. secundum unam opinionem. hoc uerum cum agitur de bonis capituli seu non episcopalibus. & alienatione temporalium. quia illo tunc requireretur licentia superioris. ut. c. i. de procura.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

Summarium.

1 Archipresbyteratus non cadit in gratia pauperum nisi exprimatur.

Epithome.

2 Archipresbyteratus an sit dignitas?
3 Beneficium curatum habet magnam præeminentiã & ideo de eo oportet quod expræsse fiat mentio sicut de beneficio cum dignitate.

Decisio. I. alias. 99.

Nota quod archipresbyteratus non uenit in gratia pauperum. nisi dicatur etiam si archipresbyteratus existat. quia archipresbyteratus uidetur habere præeminentiam præ cæteris aliis beneficiis simplicibus. ut sic in gratia non ueniat nisi exprimatur. ut dicitur de beneficio cũ dignitate quod id non uenit propter eius præeminentiã. nisi fieret mentio expressa. ut. c. i. de præben. in cle. & ista fuit communis opinio. quod archipresbyteratus est digni
2 tas, *quod si nõ esset dignitas ueniret in gratia. ut no. Guiliel. de mon. lau. in al. c. j de præbend. licet uideatur contra. quia in gratia communi realiter solum excipitur ecclesia cathedralis. de quibuscunque aliis uidetur intellectum esse. Item quia ex quo pauper clericus habet beneficium cum cura uidetur posse habere archipresbyteratum cum beneficium cum cura habeat magnam præeminentiam. ideo oportet quod expresse de eo fiat mentio sicut de beneficio cum dignitate. c. cum in illis. de præben. lib. vj. & habet stilus cancellariæ quod debet fieri mentio

*Est dignitas. An autem archipresbyter habeat iurisdictionem uide in Spec. de iurisd. om. iudi. uers. secũdum ea. & an habeat uocem in capi. uide per Fe. in c. cum. M. ferra. de const. in col. xij. uers. in eadem glo. circa fin.

mentio an sit dignitas. uide Guil. in. d. c. j. & collec. in. c. de multa de præben.

DE OFFICIO VICARII.

Summarium.

1 Vicario seu officiali generali potest committi potestas conferendi beneficia uacatura & recipiendi resignationes singulari tamen personæ & de singulari beneficio cõmitti non potest.

Decisio. I. alias. 287.

NOta quod episcopus potest committere suo officiali seu uicario generali potestatem conferendi beneficia uacatura. & recipiendi resignationes. ut. c. fi. de offi. uica. lib. vj. non tamen potest committere singulari personæ. & de singulari beneficio. ut. c. deliberatione. §. prohibemus. de offi. le. & ita ibi no. per Io. an. & ita fuit obtentum. & uidetur probare. c. constitutus. de conces. præben. uide decisi. infra eo. ti. de. 4.

Summarium.

1 Prior prioratus secularis in quo est uicarius uidetur habere curam in prioratu. & non ipse uicarius.

Decisio. II. alias. 227.

NOta quod ubi in prioratu seculari curato est uicarius perpetuus seu temporalis in dicto prioratu obtinens uicariam prior illius prioratus uidetur habere curam illius prioratus & non uicarius. & ita audiui & est communis opinio. & uidetur textus in. c. ne in agro. §. ceterum. de statu mona. in cle. uide Henri. in. c. exposuisti. de præben.

Summarium.

1 Monachus simplex potest esse officialis episcopi. & locum tenens officialis. nisi opponatur.

Epithome.

2 Episcopus monachum simplicem potest auocare claustro propter negocia maxime abbate sciente.
3 Monachus delegatus a papa nisi papa faceret mentionẽ de monachatu procedendo an faciat processũ nullũ?

Decisio. III. alias. 285.

1 NOta quod monachus simplex potest esse officialis & locum tenens officialis cum tamen detur ab episcopo. Et est ratio quia episcopus mona- 2 chum simplicem potest auocare claustro propter negotia, maxime abbate sciente & sic ualeret sententia lata a tali monacho maxime si ab inicio non esset oppositum. ar. no. per Inno. in. c. suscitatus de Rescrip. & no. Ioã. an. in. c. fi. de cle. coniu. delegatus autem a papa non pos- 3 set dari nisi papa faceret mentionem de monacho. no. in c. statutum. in uerbo canonicis. de rescrip. lib. vj. & quod no. in. l. pedius. ff. de arbi. ad quod. cap. religiosus. de procura. in cle. quia papa faciliori modo potest decipi quam ordinarius. Specula. tamen tenet ti. de offi. le. §. super est uidere. uer. nunquid quod monacho simplici non potest delegari sine licentia papæ. de quo dic ut ibi tamen maior pars determinauit primam partem. quia potest nisi opponatur ab inicio in. c. præsentium. xvj q. i. uide in cle. ij. de rescrip.

Summarium.

1 Collatio beneficii uacaturi non potest committi singulari personæ sed bene generali uicario secus si beneficium uacasset.

Decisio. IIII. alias. 326.

NOta quod licet ordinarius uel habẽs potestatem conferendi beneficia possit committere uicario suo generali & concedere potestatem conferendi beneficia. certe autem persone non potest de beneficiis uacaturis talem potestatem concedere. ut no. in c. deliberatione. de offi. le. per Io. an. in fi. ubi autem beneficium esset uacans habens potestatem cõferendi tale beneficium in alium talem potestatem trãsferre potest quia ubi uacat cessat ratio. quare de uacaturo non potest concedere. uide supra decisionem. i. eo. ti.

Summarium.

1 Vicarius perpetuus petendo decimas & iura parochialia habet intentionem fundatam de iure communi.

Decisio. V. alias. 341.

NOta quod cum uicarius perpetuus uideatur fundare intentionem suam de iure communi petendo decimas. quia pecuniæ sunt sibi assignatæ ꝑ sustentatione uitæ. uidetur fundata intentio ut sit uicarius & possit decimas & iura parrochialia petere alias non. sic intelligitur. c. g. perpetuus. de fide instrum. cum ibi no. per Ber. & per doc. in. c. i. de officio uica. in cle.

Summarium.

1 Episcopus tenetur ad restitutionem damnorum per officialem suum iniuste datorum.

Epithome.

2 Imputandum est ei qui opere malorum hominum utit.
3 Procuratoris generalis dolus nocet domino.

Decisio. VI. alias. 431.

NOta utrum* episcopus teneatur ad restitutionem dãnorum datorum iniuste uel iniuriose per officialem suum uel uicarium & uidetur ꝙ sic. per ea quæ habentur de restitu. spol. c. i. ibi recolligitur per Io. an. in nouel. super uerbo hominibus & etiam imputatur ei qui ope- 2 re malorum hominum utitur. ff. de ac. & ob. l. ex maleficio & insti. de obli. quæ ex quasi male. §. fi. sibi. enim debet imputare qui tales elegit. ff. de minori. l. cum mandato pro hoc uidetur textus in auten. ut iudi. sine quoquo suffra. §. licet eos in fi. & uide quod ibi scripsi. Itẽ uide ad hoc quod no. glo. & plenius per Hostien. extra ut lit. non con. c. i. pro hac parte facit ff. de offi. præfec. l. iiij. §. proficisci. in auten. de iudi. §. nullo cum. §. se & ibi no. C. de custo. l. consentanei. C. ꝙ metus cau. l. si per impressionem 3 in fi. pro hoc dolus procuratoris generalis nocet domino ff. de excep. do. l. apud celsum. §. quæsitum in fi. ff. ad trebel l. procura. in princi. pro hoc facit de edil. edic. l. i. §. ij. præsertim si potuit eum prohibere & non prohibuit quia non caret scrupulo sotietatis occultæ qui manifesto facinori non desinit obuiare. lxxxiiij. di. error extra de sen. ex c. quam te cum ibi no. uel postquam sciuit non correxit. quia tunc uidetur consocius tacite uel expresse. ar. C. de fal. mo. l. i. §. domus C. de his. qui a latro. l. ij. §. idem. C. de in inces. nup. l. cum autẽ. alias. §. si uero dominos pro hoc autẽ. ff. de his quæ deiecer. uel effude. l. si uero. §. positum facit. quod no. Io. an. in nouel. extra de sen. excommu. eo. §. cum quis. super uer. ratum. lib. vi. & ibi Io. mo.

* Episcopus adde. decisi. in eo. ti. per bisig. & 6. s. eo. ti. i. no.

Summarium.

1 Vicarius habens potestatem conferendi beneficia potest conferre etiam dignitates.

Decisio. VII. alias.436.

* episcopus add. Fel.in.c. causamq; de rescrip.nu.52.

NOta utrum uicarius cui episcopus dedit potestatem conferendi beneficia possit conferre dignitates, dato quod de eis non sit specialiter data potestas? fuit di-ctum quod sic. quia hoc casu nomen beneficii large sumi debet. cum non sit materia ambitiosa. ar. de uerb. si. c. tua & de præben. c. dudum. lib. vi. cum ibi no. per Io. an. cir-ca princ. super uer. beneficia.

Deci. VIII. similis est supra nu. 2. de offic. uic. in No.

Summarium.

1 Episcopus non potest cōmittere uicario suo ea quæ post modum sunt ipso episcopo deleganda. & an possit com-mittere alteri dispensationem sibi commissam?

Epithome.

2 Committi an possint alteri committenda.
3 Metropolitanus an possit committere potestatē confir-mandi electionem fiendam.
4 Iurisdictio nondum competens committi non potest ut ualeat tempore quo competat.
5 Mandata sub uniuersitate an ueniant futura?
6 Fideicommisso uniuersali non ueniunt quæ pars capit extrinsecus.
Nota quod communiter approbatur quod procurator excommunicatus non potest impetrare rescriptum nec literas ex quibus possit agi.ut no.in.c.consulti.de procura.

Summarium.

1 Permutatio facta per assertum procuratorem potest per dominum ratificari. Et acceptatio beneficii potest fieri per procuratorem sed non aditio hæreditatis.

Epithome.

2 Hæreditas per procuratorem adiri non potest.

Decisio. XXI. alias. 288.

Nota ꝙ nunquam procurator nomine domini potest permutare dum tamen dominus ratificet postea ut no. Archid. in c. cum in tua. de consue. li. vi. glo. iij. Ad hoc facit. l. licet. ff. de iudi. cum ubi no. & ꝙ no in. c. cum causam. super uer. præsumptionem. de testi. per Inno. Acceptatio beneficii. potest fieri per procurato
2 rem. ut. c. ne captam de. glo. fi. per Archid. de conces. præben. secus uidetur in aditione hæreditatis. ut. l. placet. ff. de acquiren. hære. Nam aliter quæritur hæreditas in prophano ꝙ̃ quæratur beneficium spirituale. ut nota. in simili per Io. mo. in. c. si tibi absenti. de præben. lib. vi. ibi cum dicit. Item dices. uide. s. decisionem primam eo. ti.

Summarium.

1 Dominus faciendo actũ necessarium & magis sufficientem non uidetur reuocare procuratorem.

Epithome.

2 Procurator non censetur reuocatus si dominus explicet actum in iudicio necessario.

Decisio. XXII. alias. 340.

Infr. eo. ti. 31.

Nota secundum aliquos ꝙ dominus ueniendo ad iudicium faciẽdo actum necessarium quod erat faciendum per dominum sufficientius ꝙ̃ per procuratorem non uidetur reuocare procuratorem per eius præsentiam: secus si faceret actum uoluntarium. arg. l. fideicommissa. §. si rem. de lega iij. sic intelligitur. c. penul de procura. lib. vi. Alij dicunt locum habent quæ dicta. sunt quando dñs præsente procuratore cãm prosequitur. quia tunc uidetur reuocare: secus si ꝓcuratore absente.

Summarium.

1 Procuratori non censetur data facultas substituendi. licet in mandato adsit clausula releuationis substituti uel substituendi ab onere satisdandi.

Decisio. XXIII. alias. 345.

Fel. in. c. sedes. de rescrip. uer. sexta declaratio. & uide prima. deci. eod. ti. in antiquis.

Nota quod si in procuratorio dominus non dedit potestatem substituendi sed postea in releuatione cauetur ꝙ dominus releuat eum & eius substitutũ uel substituendum ab omni onere satisdandi quæritur an ex illis uerbis uideatur sibi dedisse potestatem substituendi ut sic. etiam ante litem contestatam possit substituere: uidetur ꝙ sic. quasi uideatur eo ipso fecisse prius faciendo posterius. argu. l. ad rẽ mobilem. & l. ad. legatum. de procu. l. illud. C. de acquiren. hære. fuit dictum per omnes contra. quia illa uerba non sunt dispositiua. & quia uerba prolata quæ supponunt aliud nihil disponunt super eo quod supponunt. argu. l. ex facto. prima de hæredi. institu. & uide. c. i. de præben. in cle. in. fi.

Summarium.

1 Procurator ad iudicia non potest facere ea quæ sunt gratiosa & uoluntaria.

Epithome.

2 Procurator non potest renunciare ut nõ uocetur uel saltem eius dominus ad uidendum iurare testes.

Decisio. XXIIII. alias. 350.

Eo. deci. 119.

Nota ꝙ licet procurator ad agendum a domino constitutus possit omnia quæ sunt necessitatis quo ad expediendum ea quæ sunt iurisdictionis concessæ non tamen potest facere gratiosa & uoluntaria ideo non potest se offerre ad uoluntarie confitendum nec ẽt facere
2 gratiam quoad uidendum testes iurare ipse uel dñs eius non debeat uocari. sic & de uicario. de offi. uica. c. fi. li. vi. cum ibi no. per Io. mo. in fi. gl. suæ iuncto. c. i. de insti. co. li. &. c. illo. ne sede uacan. uide Cy. in. l. i. C. de iura. calum.

Summarium.

1 Procurator primæ instantiæ censetur reuocatus per constitutionem alterius in secunda instantia factam.

Epithome.

2 Causa appellationis est diuersa an causa principali.

Decisio. XXV. alias. 478.

s. eo. tit. i no. 1.

Nota ꝙ dominus principalis in secunda instantia cõstituat alium procuratorem quam in prima non adiecta clausula citra reuocationẽ &c. primum licet ipse fuerit in prima instantia litem contestatus censetur reuocasse: ita quod sententia lata cum primo in secunda instantia est nulla si reuocatio ad eum uel auditorem uel partem peruenerit. de procurato. c. ex insinuatione & c. in nostra. &. c. mandatum. & de rescrip. c. ex parte decani. Ratio quia diuersa est causa principalis & causa appellationis. ut no. in. c. non iniuste. de procura.

Summarium.

1 Procurator an possit constitui ad acceptandum & permutandum beneficia in posterum obtinenda?

Epithome.

2 Procurator habens generale mandatum an possit acceptare beneficia. & illa permutare.
3 Permutatio facta per procuratorem constitutus tempore quo non habuit dictum beneficium dominus constituens non ualet.

Decisio. XXVI. alias. 528.

Vtrum possit quis constituere procuratorem ad recipiendum & acceptandum & permutandũ etiã beneficia in posterum obtinenda: uidebatur ꝙ non. nisi in specie de certo beneficio daretur mandatum. arg. ff. de acqui. hære. l. si quis in bona. §. sed utrum generaliter. tamen omnes tenuerunt ꝙ immo. per. l. iij ff. de ꝓcura. Et quia isti non sunt de casibus in quibus requiritur speciale mandatum licet quidam dicant contra: quia immo requiritur. quia agitur de contrahendo matrimonio spirituali ergo &c. arg. c. fi. de procura. li. vi. pro qua opi
2 nione uidetur Archid. in. c. cum in tua. de consue. super uerbo per alios &c. sed contra hoc & pro prima parte faciunt no. per. Cy. C. ubi & apud quos. l. i. sed uidetur ꝙ ad primum tantum sufficiat generale mandatum secũdum formam. c. qui ad agẽdum. de procura. li. vi. ut no. Io. an. in nouella. in. d. c. cum in tua. super uerbo per alios. de cõsue. Audiui tamen ꝙ cancellaria non expediret literas ꝑmutationis uirtute procurationis factæ ad beneficium permutandum obtinẽdum. Nota aliqui dicunt ꝙ ubi aliquis
3 constituit procuratorem ad permutandum certum beneficium si tempore constitutionis procuratoris constituens nõ erat dominus beneficii. licet tempore quo procurator permutauit esset dñs beneficii non ualet permutatio facta per procuratorẽ in regula non firmatur. de re. iu. li. vi. s. 17. eod. ti. §.

Summarium.

1 Procurator cum libera non tamen habens speciale mandatum. an possit acceptare beneficium.

Decisio. XXVII. alias. 534.

An procurator etiam cum libera non tamen habens speciale mandatum ad acceptandũ beneficium possit acceptare? Et uidetur ꝙ nõ quia nec posset adire hæreditatem. ff. de acqui. hæ. paulus respondit sed hæc ratio nõ ualet. quia in litera dr̃ per te uel aliũ duxeris acceptandum. sed ad hoc ut requiratur speciale mandatũ allegare põt. ff. de acqui. hæ. l. si quis in bona. §. uisum

uisum.&.§. sed utrum. Et quia sic debet in matrimonio spirituali sicut carnali ad quod contrahendum est opus speciali mandato ut.c.fi.extra de procurato.li.vi.licet in omnibus etiam circa istam materiam non equiparentur. ut ibi patet per glo.super uerbo contraxit.Et pro ista parte uidetur facere quod hodie ponitur in literis ꝙ talis per se uel procuratorem suum ad hoc legitime constitutũ infra unius mensis spacium duxerit acceptandum. uide deci. 26.supra.eo.titu.

Summarium.

1 Substitutus a procuratore facto domino litis potest aliũ substituere postꝗ̃ factus est dominus litis.

Decisio. XXVIII. alias.545.

s.eo.tit.dec.5. in no.

VTrum procurator substitutus a principali procuratore habenti potestatem substituendi:& substitutus uirtute eiusdem potestatis si per litem contestatam efficiatur dominus litis possit alium substituere postꝗ̃ sit effectus dominus litis? tenuerũt ꝙ sic sicut principalis procurator factus dominus litis posset etiã si alias non haberet a domino potestatẽ substituendi.iuxta.l.nec C.de procura.&.c.licet.de procura.li.vi.ꝙ talis substitutus a procuratore principali uirtute potestatis ad hoc datæ ipsi procuratori substituenti ut ab alio domino cõstitutus uidetur.arg.l.item eorum.ff.quod cuiusqꝫ uniuer.nomi.&.l.cum esset.ff.de serui.rust.prædio.§.sequenti.cum ibi.no.in fi.& no.ff.de procura.l.i.glo.i.per doct.Item eadem ratio est de tali substituto facto domino litis quæ est de principali procuratore ergo idem ius.

Summarium.

1 Procuratorium non habens nomina singulorum de capitulo descripta uel sigillum ipsius capituli non ualet.

Decisio. XXIX. alias. 554.

s.eo.ti.9.

VTrum si notarius in instrumento dicat ꝙ capitulum uel conuentus fecit procuratores uel sindicos non nominando personas ualet procuratorium uel si dicatur præsertim cum non apponatur sigillũ capituli uel conuentus all. ꝙ sic.per no.per Hosti.de his quæ fiunt.a præla. quanto.cum no. Spe.ti.de sen.tamen contrarium seruatur.&.ita no.gl.in.c.fi.de procura.scilicet ꝙ nomina canonicorum sunt exprimenda.

Summarium.

1 Procuratorium generale an extendatur ad lites & causas de futuro.

Decisio. XXX. alias.562.

Infra eo.per Bis.3.eo.tit.ad literam.

Summarium.

1 Procurator non censetur reuocatus ubi dominus in iudicio ex necessitate comparet.

Decisio. XXXI. alias.641.

s.eo.tit.22.

SI dominus alicuius procuratoris compareat in aliqua causa ex necessitate tunc non uidetur eum reuocare licet non protestetur secus si ex uoluntate cõpareat nisi appareat quod ipsum uoluerit reuocare ex probabilibus coniecturis.c.si quando de procur.lib.vi.& ita etiam seruat rota.

Summarium.

1 Procuratorium Abbatis & conuentus per notarium siue eorum sigillo factum ualet.

Decisio. XXXII. alias.643.

ALiqui domini de rota dominorum auditorum sacri pallacii tenent ꝙ procuratorium ualet.si notarius dicat in instrumento narrando talis abbas & conuentus faciunt tales procuratores in tali causa sine sigillo eorum.alii uero tenent contrarium. s.eo.ti.29.

Summarium.

1 Procurator ad causas deuolutas tenetur defendere dominum in causa commissa in curia de speciali mandato papæ.

Decisio. XXXIII. alias.667.

SCiendum est ꝙ quando aliqua causa in cu.ro.de speciali mandato papæ committiur ꝙ licet partes ambæ uel una mittat procuratorem limitatum ad causas tãtum deuolutas ꝙ nihilo minus talis procurator tenetur defendere partẽ suã in omnibus necessariis ad dictam cãm postquam est in curia commissa de speciali mandato. Cassa.Deci.2. in fine de pcu.

Summarium.

1 Coniuncta persona potest defendere coniunctam personam in iudicio.licet procuratorem pro cõiuncta persona absente etiam cum promissione de rato constituere non possit.

Decisio. XXXIIII. alias.676.

NOta ꝙ coniuncta persona pro coniuncta potest uenire ad iudicium pro defensione.ut in spe.ti.de coniunc.persona. secus autẽ si coniuncta persona uellet constituere procuratorem pro coniuncta persona absente licet cauere de rato & ita tenet rota. s.in no. eo.t.6. Fely. in.c. cũ i& a.col.4.uersi.declar. de re iudi. & an coniuncta persona possit cõstituere procuratorẽ uide dec. in.c. intelleximus col.5.in princ. de iudi.

Summarium.

1 Generale procuratorium non sufficit in spiritualibus.secus in prophanis.

Decisio. XXXV. alias.788.

SCiendum est ꝙ in causa spirituali procuratorium generale non est sufficiens nisi sit speciale. secus in causa prophana & ita tenet rota.

Summarium.

1 Procuratorium cum solo sigillo in quo prælatus cũ conuentu uel capitulo constituit procuratorem.ualet.

Decisio. XXXVI. alias.790.

DIc ꝙ sic episcopus in aliqua causa facit procuratorem tunc sufficit ꝙ dicat ego episcopus & capitulum uel abbas cũ conuentu uel aliter prælatus cum suo collegio & si non ponatur. capitulum uel conuentus uel collegium sufficit tunc ꝙ in procuratorio eorum ponatur sigillum & ita tenet rota. s.eo.tit.32.

Summarium.

1 Minor.xxv.annis non potest esse procurator ad iudicia etiam consentiendo parte aduersa alias facit processum nullum.

Decisio. XXXVII. alias.800.

SCiendum ꝙ aliquis non potest esse procurator ad iudicia.nisi sit maior xxv.annis.ut le.& no.in.c.quia generaliter.in fi.de procu.lib.vi.& si fiat contrariũ processus habitus taliter est nullus nec iudex corã quo agitur potest habilitare nec consensus habitus etiam expressus partis aduersæ cũ hoc sit contrarius & ea quæ cõtra ius fiunt.&c.& Inno.in.c.in præsenti de renunci.

DE HIS QVAE VI METV. CAV. FI.

Summarium.

1 Prælatus agit interdicto unde ui pro rebus ablatis ecclesiæ anteꝗ̃ esset prælatus.

Decisio. I. alias. 126.

NOTA ꝙ prælatus potest agere in terdicto unde ui pro rebus ablatis ecclesiæ anteꝗ̃ esset prælatus qa licet tempore uiolentiæ nõ possideret tamen possidebat ecclesia ideo prælatus habet interdictum. no Inno.in.c.cum super de causa pos.uide deci. infra de except. deci.6.

Summarium.

1 Resignatio facta per metum est ipso iure nulla.

Decisio. II. alias. 202.

NOta quod resignatio facta per metum non tenet ipso iure & propterea non perdit beneficium ut no.in.c.super hoc.de renun. licet possit agi ꝙ reuocetur resignatio.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

Summarium.

1 Non requiritur summaria cognitio ubi principaliter petitur in integrum restitutio secus si incidenter.

Decisio. I. alias. 97.

NOTA ꝙ ubi principaliter petitur in integrũ restitutio est concedenda sine aliqua summaria cognitione præcedente ad hoc ꝙ quis ad mittatur ad restitutionis petitionẽ.secus si incidenter peteretur in integrũ iustitutio.ut no. Inno.in.c.causam de integ.resti.&.c.cũ ex literis.eo.tit.

Summarium.

1 Restitutio aduersus lapsum fatalium dicitur incidenter peti.nec requiretur litis contestatio.

Decisio. II. alias. 150.

NOta ꝙ ubi in integrum restitutio petitur aduersus lapsum fatalium ꝙ talis in integrum restitutio petitur incidenter & sic non fit in ea litis contes.ut.c.suscitata.cum ibi no.per Inno.de in inte.resti.& uide.infra deci.de rescrip.de.30.uersi.item quod modica. &c.& uide. infra decisio.60.de appellat.

Summarium.

1 Restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium dicitur incidenter peti.& propterea nõ requiritur in ea cõtestatio litis.

Decisio. III. alias.471.

NOta si petatur restitutio in integrũ propter lapsum fatalium non est necessaria litis contes.quia nõ principaliter sed incidẽter petit de offi.iudi.c.ij.hoc no. Inno.in.c.suscitata de restit.in integ.uide.inf.deci.vj.de lit.contest.

Summarium.

1 Minori possunt competere tam beneficium appellationis ꝗ̃ in integrum restitutionis.

Decisio. IIII. alias.193.

NOta minori possunt insimul cõpetere duo remedia.s.beneficium restitutionis & appellationis. ut no.in.l.præses.ff.de mino.

Summarium.

1. Restitutio aduersus tres sententias conformes non conceditur nisi constito prius de illarum iniustitia.

Decisio. V. alias. 404.

NOta ꝙ aduersus tres sententias diffinitiuas cõformes non est danda restitutio in integrũ nisi prius constet auditori de iniusticia sententiarum uel alterius earũ. iuxta no.per Inno.in.c.cum ex literis de restitu.in integrum.

DE ARBITRIS.

Summarium.

1 Iudex datus ad cognoscendum de cõpromisso emologato cum incidentibus.&c. potest partem contra uenientem condemnare ad pœnam compromissi præsupposita clausula rato manentem contractu.

Decisio. I. alias. 14.

NOta ꝙ si arbitriũ uel cõpromissum est emologatum & iudex impetratur & informatur ꝙ pars uenit contracõpromissum cum clausula ꝙ iudex possit cognoscere de compromisso cum emergentibus & incidẽtibus* ꝙ si uideatur iudici quod pars fuerit inobediens non solum potest condemnare partem ꝙ teneat compromissum immo potest eã condẽnare ad pœnam promissam in cõpromisso præsupposito ꝙ actum esset in cõpromisso ꝙ rato manente pacto possit agi ad pœnã ut dicitur in simili.C. loca.l.cõductionis unde ui.l.non ab re. & quod no.ff.de inoffi.tes.l.qui in offici.ad exhibe.l i.primo autẽ debet cognoscere an pars fuerit inobediẽs & eam inobedientẽ pronunciare & percõsequens in pœnã incidisse.ut.l.quotiẽs C.de iudi.cum ibi no.l.i.de ord.cog.ad quod facit quod no.Archid.in.c.si canonici.super uer.iudicata de offi.or. li.vj.forte hoc non uerũ quia ex quo sententia debet esse conformis libello & hoc non est petitum in libello nõ uidetur ꝙ possit.ut in.c.qualiter.de accu.&.l.i.si pars hære.pe.& forte talia non ueniunt ex officio iudicis & quia odiosa ideo restringenda.

* de clau.cum incidẽtibus ponit Fely.in.c. cæterũ col.3. uer. intellige secundo contra rescrip.

Summarium.

1 Iuramentum excludit iurantem a petitione reductionis ad arbitrium boni uiri ubi non docetur de dolo arbitratoris non sic a cessionum bonorum.

Epithome.

2 Cessioni bonorum an quis possit iuramento renunciare?

3 Paupertas superueniens excusat a iuramento licito.

Decisio. II. alias. 210.

NOta quod quis mediante iuramẽto potest renunciare* ne recurrat ad arbitrium boni uiri ut no Hosti.in. c.humilis.de ma.& obedi.& in sum.in titu.de arbi. uersi.alias si iuramentum interuenit.& Spe c.ti.ad quod facit no.per Dy.in.c.scienti.de reg.iu.li.vi. hoc.uerũ nisi allegaretur dolus arbitri seu arbitrorũ.l.si. unus.§ illud ff.de pac.& ex hoc dicitur ꝙ ubi introduceretur pactũ ex iuramento uel iuramẽtum esset contra bonos mores quis non teneretur illud seruare quin possit recurri ad arbitrium boni uiri.c quintauallis de iureiuran. Item si esset cõpromissum in arbitrium tanꝗ̃ in iudicem & sic arbiter dupli ci potestate potest fungi ille tunc a dicto tali arbitro non esset tunc reclamandum . & Ex hoc sequitur ꝙ cessioni bonorum per iuramentum quis nõ potest renunciare si ex tali renunciatione quis includitur in carcerem quia libertas hominis impeditur ex tali renunciatione & res publica

¶ * Potest renũciare an possit peti r̃ductio ad arbitriũ boni uiri si quis ẽ lesus ex magna quantitate non obstante iuramẽto uide per d. Alex.in consili.cxxxi in.v. col.in.ij. uolu.

licia lederetur quia careret libero suo honore. item creditor ex intrusione carceris aliquid comodi non cõseque retur ideo non uidetur quod ualeat renunciatio maxime in clerico qui non potest renunciare priuilegio clericali c. si diligenti. de foro compe. & quia paupertas superuenies excusat a iuramento licito ad quod. l. fi. cum suo intellectu. ff. qui satisda. co. ad quod. l. ad gen. de iurepa. nec ob. c. ex Rescripto. de iureiurau. quia ibi fuit casus specialis propter utilitatẽ monasterii. Itẽ aliud est esse in obsidiatu & aliud intrudi in cacerẽ quia esse in obsidiatu non impeditur sic libertas hominis. nec obstat. l. si libertus. qa ibi ponebatur. de arbitrium in uoluntate tertii. & uide supra decisio. 4. de renun.

Summarium.

1 Cõpromissum si fit in tres uel in duos sic quod ipsi tres uel duo eorum cognoscere & pronunciare possint ut arbitri seu arbitratores & amicabiles compositores. & non seruato iuris ordine. Si omnes tres cognouerunt. & tandem duo tantũ pronunciauerunt non uocato tertio etiam præsente, ualet eorum duorum pronunciatio.

Epithome.

2 Ordinarii plures quorum qui libet habet potestaẽ t in solidum. si simul incipiunt procedere in una causa. postea non poterit unus sine altero. Cessante impedimento diffinire.

Decisio. I I I. alias. 850.

Adde similem in antiquiori Nu. 2. de arbi.

COmpromissum est in tres uel in duos ex ipsis quicunque sint. sic ꝙ ipsi tres & duo ex ipsis habeãt potestatem cognoscendi & pronunciandi prout sibi placebit etiam non seruato ordine iuris & tanquam arbitri & arbitratores aut amicabiles compositores. postea omnes tres inceperunt procedere & cognoscere in negotio & processerunt usq; ad sententiam simul. Sed postea duo soli nõ uocato tertio qui tamen erat præsens nec erat aliàs impeditus pronuntiauerunt. quæritur an pronuntiatio tenuerit? & quidam tenuerunt ꝙ non* ex quo omnes tres simul ceperunt cognoscere. per. c. cum plures de offi. dele. lib. vi. & per. c. fi. extra de arbi. li. vi. iuncta. l. Item si unus. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de arbi. dicebant enim ꝙ hic erant duo compromissa si in tres unum & aliud in duos. ex quo ergo partes & arbitri eliguntur unum compromissum si in tres eorum omnibus tribus & ipsi omnes tres procedendo diuiserunt aliud compromissum factum in duos & per consequens de isto compromisso est iudicandum tanquam de compromisso simpliciter facto in tres. constat autem quod si simpliciter in tres compromissum esset & sententia fuisset lata per duos non teneret etiam si tertius esset contentus. ut iuribus superius alle. proxime. &c. Item ex quo omnes tres simul occupauerunt & de negotio cognouerunt uidetur etiam ꝙ omnes tres debeãt pronunciare. ar. ff. de iud. l. de qua re. Alii tamẽ cum quibus tunc licet dubius ego eram tenebant contra ꝙ immo ualeret sententia duorum ex quo partes etiam solis duobus quicunq; essent ex eis pronunciandi dederant potestatem ex quo etiam duo potuissent in omnibus processisse licet in cognoscendo uel deliberando admiserunt tertium non propter hoc minus debet ualere ꝙ ipsi duo postea fecerunt immo longe plus si enim fecerunt plus quã facere teneantur in cognoscendo longe melius debet ualere sententia quia qui facit ꝙ plus est utiq; facit ꝙ minus est quod sub illo pluri cõcluditur. pro hac parte posset induci quod no. Inno. in. c. cum ex offi. de præscrip. nec obstat. c. cum plures. de officio. dele. quia ibi non negatur quin si oẽs tres cognoscerent simul duo aut unus possent etiam alio uel aliis non uocatis diffinire posset enim dici quod possent. quia ex eo ꝙ possent oẽs tres cognouerunt nõ minus immo magis quilibet cognouit. & ideo cũ nulli tota iurisdictio saltem quo ad exercitium pro hoc fit appropriata. quin etiam penes quemlibet de aliis remanserit etiam quo ad exercitiũ ex quo quilibet occupauit & quilibet eam exercuit uidetur ꝙ si duo aut unus occupat sibi potestatem pronunciãdi postea soli sine alio uel aliis pronunciandi debeat tenere sentẽtia sicut & totus processus per duos aut unum pronunciantes a principio & occupãtes uel occupãtem sine alio uel sine alijs tenuisset. quia ꝙ iure est de toto processu quo ad totum ita debet esse de qualibet eius parte. iuxta. l. quæ de tota. ff. rei uẽ. Sed hæc solutio non uidetur bona, immo si omnes ab initio incepissent cognoscere omnes haberent diffinire. ut no. in glo. in dicto. c. plures sup uerbo uno eorum. pro quo facit quia in pluribus ordinariis quorum quilibet habet potestatem
2 insolidum si omnes incipiãt procedere simul. postea unus sine altero non potest procedere nec diffinire cessante impedimento. ut. l. pompo. ff. de re iudi. & ibi no. Et no. in. l. duo ex tribus. in principio eodem tit. Et no. doctores in. l. i. ff. de offic. consul. quod secus est in terminis. c. cum plures. quando ab initio unus solus occupat quia tunc per occupationem intantum sibi appropriatur tota iurisdictio saltẽ quo ad exercitiũ ꝙ penes alios est nisi iste occupãs impediatur procedere est ligata. ut ibi no. & ideo non mirum si alii non possunt procedere. & per eundem modum posset responderi ad. c. si quem de procura. li. vi. dicendo eandem rationẽ ꝙ si tres procuratores in solidum. cũ clausula ꝙ non sit melior conditio occupãtis deputatis ab initio omnes simul occupauerunt ꝙ duo aut unus soli sine alio uel aliis etiam non impedito uel impeditis procedere possent & si de facto procederent, sic sibi occupando appropriarent potestatem ꝙ alii postea nisi eis impeditis uel nolẽtibus procedere & intromittere. se nõ possent. Nec obstat. c. fi. de arbi. nec. l. item si unus. §. fi. nec. l. sequẽs. quia ibi finaliter fuit compromissum in tres & in duos nec ergo mirum si duo possunt. nec obstat quod dicitur ꝙ hic fuerunt duo compromissa. §. in tres unum & aliud in duos qa dico ꝙ non sed solum unum habens duas partes scilicet ꝙ omnes tres possent procedere uel etiam soli duo. Cum enim dixerunt compromittimus in tres & in duos illa copula & non copulat inter orationes ut sit sensus quod facimus unum compromissum in tres & ꝙ facimus aliud in duos sicut nititur concludere illa oratio. sed copulat inter terminos. & est sensus ꝙ nos facimus unum compromissum in tres sic ꝙ ipsi tres & duo ex eis possunt cognoscere seu procedere & ideo possunt omnes tres si simul a principio processerint etiam soli duo postea poterunt procedere. pro hoc etiam facit quod no. Inno. in. c. quintaualIis. de iureiurãdo. ubi tenet ꝙ in una parte possunt procedere ut arbitri seruato iuris ordine. in alia ut arbitri nõ seruato ordine econuerso. non obstat. d. l. de qua re quia fateor ꝙ tenetur pronunciare qui cognodit nisi per unũ uel alium seu alios. qui solum habent potestatem pronunciãdi pronuncietur. ut hic non obstat. c. cum super. de offici. dele. quia ibi adhibuit illum qui nullam habuit potestatẽ nec propter hoc intendebat suam diminuere potestatem quin ipsi duo cum uellent procedere possent cum non uideantur ad hoc eligisse uiam ad impugnãda sua iudicia ar. l. iij. ff. de testa. mili. ar, tamen contra extra de ele. cum uicen. & quod ibi no.

¶*Tenebant quod non. Adde ꝙ arbitri iuris pñt pronũciare tertio absente. hoc' qa maior ps est pñsens Bar. in. l. item si unus. §. si plures. ff. de arbit. Et ibidẽ dicit ꝙ nõ est sic in uoluntariis. idẽ tenet. Bal. in. c. cum uigesimum de offi. de le. uide Fel. in. c. suspitionis in uersi. gl. in uerbo ad quos de of. de leg.

DE IVDICIIS.

Summarium.

1 Prælatus non potest agere damno dato subdito nisi dicat sua interesse.

Epithome.

2 Iudex in actione iniuriarum non debet habere rationem damni. quia illud uenit per actionem legis acquiliæ.

Decisio. I. alias. 17.

NOta ꝙ prælatus non potest agere pro damno dato subdito suo nisi diceret sua iteresse alias pro interesse suo agere posset. ut not. Inno. in c. dilectus. super uerbo citatis de ap. cum no. in. c. contingit. de sen. excommu. & ibi secundum unam opinionem quod iudex in actione iniuriarum non debet habere rationem damni quia illud uenit per actionem legis acquiliæ.

Summarium.

1 Processus factus coram ordinario publice excommunicato ualet & similiter coram auditore rotæ secus si corã delegato.

Decisio. I I. alias. 24.

NOta quod processus habitus coram excomunicato, ualet & hoc uerum, si sit habitus coram ordinario. secus si coram delegato, de quo dic per Io. an. & archidi. in. c. j. de rescrip. lib. vj. & c. pia de excep. quia iurisdictio ordinaria est fauorabilis alias stricta & extraordinaria, ut in. c. presbyter. de offic. dele. sed palatium tenet quod processus habitus coram auditore tenet in isto casu sicut teneret coram ordinario. Et intellige de publico excommunicato alias secus, ut in cap. ad probandum. de re iudi.

Summarium.

1 Cesionarius non tenetur cauere debitori de indẽnitate.

Epithome.

2 Cesionarius habet actionem utilem iure suo. & est procurator in rem suam.

Decisio. I I I. alias. 51.

NOta quod ille cui est facta cesio actionis si agit actione sibi cessa quod non habet cauere debitorem contra quem agit præstare indemnem aduersus cedentem actionem. & est ratio quia cesionarius
2 ex persona sua ex quo est facta cesio habet actionem utilem iure suo. ut. ff. famil. hercis. l. plane. & est factus procurator in rem suam iure suo. ut in. l. iij. C. de noua. iuncta no. in. l. si de conuentione. de pac. ideo non mirum si non compellatur cauere. maxime si est paratus instrumentũ originale tradere debitori. & ista fuit communis opinio licet uideatur contra. quia aliter præstatur cautio illi qui de facto dubitat in futurum controuersiam moueri posito quod de iure non posit sibi cõtrouersia fieri. ut. l. cum idem. cum ibi no. ff. de peti. hær. nec est mirum quia uides quod contumaci præstatur cautio per dominum. ut l. si donare. in prin. ff. de dona. inter ui. & uxo. ideo nõ mirum si cesionarius debitori dubitanti de facto sibi controuersiam moueri habeat cautionem præstare. & instrumentum non nocet sibi. & prodest aliis uel si præsens sit cedens poterit citari si uelit dicere uel allegare causam rationabilem cur cesionario non debeat fieri solutio. ut. l. si eo tempore.

Summarium.

1 Colonus uel inquilinus conuentus actione reali debet nominare dominum. alias non præiudicaret domino ignoranti.

Decisio. I I I I. alias. 85.

NOta quod ubi colonus uel inquilinus conuenitur pro re immobili quam posidet nomine alterius tenetur nominare dominum. si autem non nominaret non præiudicaretur domino in casu in quo dominus non certificaretur. ut no. Inno. in cap. quoniam frequenter. super uerbo nominare. extra ut lit. non contes. Item talis nominatio habet locum quando agitur actione reali non tamẽ actione personali. ut ibidem glo. ad quod no. per doct. in l. tertia. C. ubi in rem acti. iuncta. l. sæpe. de re iudi. extra c. ti. quãuis. & ff. ad exhibendum. l. de eo. in fi. ff. de publi. l. imperator. & l. si aliena. ff. de neg. ges. iuncta. l. officiũ. de rei uen. & l. qui se liti obtulit.

Summarium.

1 Conclusio in causa debet fieri aliqua parte instante alias potest appellari.

Decisio. V. alias. 706.

NOta quod si aliquis iudex uult concludere in aliqua causa debet facere quantum in eo est quod fiat de consensu partium. uel unius partis petentis conclusionem alias posunt appellare. uel potest appellare a dicta conclusione quando nullus consentit.

Summarium.

1 Terminus ad dicendum contra appellationem potest circũduci non comparente appellato.

Decisio. V I. alias. 743.

NOta quod si auditor asignauit terminum ad dicendum contra appellationem & ueniente termino nõ compareta ppellans nec appellatus quod tunc circunducitur terminus asignatus. i. per partem appellantem. & non potest accusari contumacia idem potest dici in aliis terminis.

Summarium.

1 Conclusio in causa non excluditur quin iudex in beneficialibus informationes pro iustitia facienda recipere posit.

Decisio. V I I. alias 756.

NOta sciendum est quod quando in causa beneficiali est conclusum quod nihilominus auditor potest recipere informationem pro iusticia facienda existente conclusione alias est reuocanda. pro hoc facit. c. sæpe. cũ sua materia. de uer. signi. in cle. & ita tenet Rota. Supra in no. de testi.

Summarium.

1 Conclusio in causa etiam prophana potest reuocari si per producta iura de nouo uideatur auditori reuocãda.

Decisio. V I I I. alias. 757.

NOta quod si in aliqua causa beneficiali uel prophana est conclusum & postea alia pars petat conclusionem reuocari quia uult aliqua iura producere tunc auditor causæ dicat quod producat illa iura. & si uidet q illa iura faciunt bene ad iusticiam causæ tunc reuocat cõclusionem alias non. & hoc etiam seruat & tenet Rota dominorum auditorum.

Summarium.

1 Terminus ad concludendum parte instante prorogandus est alias potest appellare.

Decisio. I X. alias. 762.

SCiendum est quod si aliquis auditor sacri palacij in aliqua causa asignat terminum ad concludendum & una pars dicat quod prolonget propter aliquas causas quas uult dare tunc debet prolongare alias grauaret & posset appellare. secus autem si nihil dicat die asignata ad concludendum.

Summarium.

1 Conclusio si reuocetur ad instantiam illius qui eã procurauit expensæ per ipsum ueniunt reficiendæ.

Decisio. X. alias. 801.

SCiendum quod si in aliqua causa spirituali uel prophana est conclusum simpliciter. quod si reuocetur conclusio ad instantiam partis tunc debet soluere expensas. secus autem si conclusum est cum protestatione & hoc seruat Rota.

Summa.

Summarium.

1 Interesse ubi quis allegat ad effectum admittendi ad causam debet in primis illud probare.

Decisio. XI. alias.53.

NOta quod ubi sunt citati ad causam omnes quorũ interest & unus allegans sua interesse uenit ad causam antequam admittatur habet probare sumarie uel alias quod sua interest.ar.in simili.l.tertia.§.sciendum.ff. ad exhiben.& expedit quod aliqualiter probetur quod intersit.ut.c.ueniens* de testi.alias esset in potestate cuiuslibet impedire commissionem. & sic committeretur fraus contra.l.in fundo.de rei uen.ideo expedit quod ab initio causæ probetur interesse.ut c.ueniens.ij.de test pro quo.l.sæpe.de re iudi.& extrauagans.e.ti.c.quanuis. uide supra deci.3.eo.tit.

*℃c.ueniẽs. Vbi uide do. fe li.in.ij.col.uer. in gl.in uerbo. audiendus ubi ponit tres conclusiones. & alias declarationes quando tertius comparet pro suo interesse & uidebis hanc materia per ipsum bene declaratam.

Summarium.

1 Actiones diuersæ ubi aliquibus competunt.alter agendo non præiudicat alteri nisi citato.

Decisio.XII. alias. 151.

NOta quod ubi aliquibus competunt diuersæ actiones si unus permittat alium agere sibi non præiudicat nisi fuerit citatus.ut.l.si pariter.de libe.cau.& no.In no.in.c.quanuis.super uerbo actio.de re iudi.

Summarium.

1 Ecclesiæ nomine agere extraneus potest prælato negligente.

Decisio.XIII. alias. 158.

NOta qualiter extraneus potest agere nomine ecclesiæ.quia non potest regulariter nisi prælato negligẽte.ut no.per Inno.in ca.cum olim de testi. & per hoc fuit determinatum quod ubi sunt aliqui officiales in aliqua ecclesia pro iure ecclesiæ non possunt agere nisi rectore negligente.circa quod uide no. per Inno. de iudi.c. cum deputati.

Summarium.

1 Iudex laicus dat curatorem ad litem minori clerico agenti coram eo contra laicum.

Decisio. XIIII. alias.206.

NOta quod ubi clericus agit coram iudice seculari contra laicum.& agitur quod detur curator tali clerico.talis curator debet dari per iudicẽ laicum. quia in isto casu iudex laicus habet potestatem contra clericum.ut in.c.uerum.&.c.cum sit generale.de foro comp. ad quod.l.uiros.de pala.sac.lar.C.li.xj. Itẽ curator datur rebus & non personæ.& pro hoc uidetur tex.in.l.sancimus.§.sed si quis.C.de admi.tu.sed Io.an.uidetur dicere contra in cap.fin. super uerbo huius. extra de iudic. libr.sexto.

Summarium.

1 Religiosus potest suo nomine agere contra prædones qui eum spoliarunt.

Decisio. XV. alias.437.

NOta utrum religiosus deprædatus cappa uel breuiario uel aliis rebus suis posit nomine suo agere contra deprædantem ad recuperandas res uel extimationem fuit dictum quod sic.ar.l.i.C si per uim uel alio modo.&.ff.de iudi.l.si longius.no. Spe.ti.de accusa.§.quid si papa.ix.colum.

Summarium.

1 Citatione decreta ad partes poterit auditor si inuenerit aliquem in curia habere sufficiens mandatum procedere in causa.licet non fuerit certificatus de executione.d.citationis.

Decisio. XVI. alias. 637.

SI aliqua causa non sit in curia romana per appellationem uel per præsentiam partium sed tamen de speciali mandato domini papæ cuius commisio facta alicui domino auditori & per eum decreta citatione ad partes illius contra quem impetrata est. & licet dicta citatio non sit executa quod sciat dictus auditor cum nõdum sit re producta uel reportata ad eum citatio nihilominus dictus auditor potest procedere in causa si aliquo modo potest inuenire in curia aliquem habentem sufficiens mandatum a dicto citato.uel citãdo pro dicta causa.& ita etiam seruat rota dominorum auditorum sacri palacii.ueruntamen forte non esset malum quod in tali casu ad cautelam si procurator inuentus in curia iuraret si scit uel credit qđ dicta citatio sit executa in partibus.

Summarium.

1 Anni domini diuersi mode computantur secundum cõsuetudinem locorum.

Decisio. XVII. alias. 812.

SCiendum est quod curia romana Italia & Hispania Aragonia & Catalonia Dacia & Vasconia computant annũ dñi quolibet anno in festo natiuitatis eius quod festum est xxv.die mensis decembris. In regno uero Franciæ, Alamaniæ,& Angliæ computatur annus in festo annunciationis beatæ Mariæ quod festum est.xxv. die mensis Martii.cum quælibet prouincia uel loca mũdi circa hoc possunt abundare in sua consuetudine.ut in cap.certificari.de sepul.prædicta sequuntur per clericos prædictorum regnorum locorum existentium Auinione in sacro palatio apostolico domini nostri papæ.

Supra eo. in no.de.3.&.4.

Summarium.

1 Aduocatus compellitur defendere clientulum.

Decisio.XVIII.alias.816.

SCiẽdum est quod si in aliqua causa spirituali uel prophana quæ agitur coram aliquo auditore sacri palacii pars actrix uel rea petat aliquem aduocatum pro defensione sui iuris.quod tunc auditor debet dicere seu præcipere aduocato quem petit prædicta pars pro defensione sua.& si dictus aduocatus nolit facere immo contradicit omnino.quod tunc dictus auditor faciat compelli eum per dominum uicecancellarium.& ita dixit mihi dominus meus episcopus iuuarien.in audientia contradictarum.xxvj.mensis Martii anno domini.1377.

Summarium.

1 Causa dicitur ciuilis ubi agitur de crimine ciuiliter.

Epithome.

2 Iudex delegatus in causis criminalibus, an posit cognoscere de causa criminali ciuiliter inuentata.

Decisio.XIX.alias. 225.

NOta quod ubi agitur de crimine ciuiliter & sententia fertur ciuiliter dicitur talis causa ciuilis & non criminalis.ut probatur in cap.per tuas.in mag.glo. de simo.& no.glo.in cap.ex parte.A.de testi.& sic iudex delegatus in causis criminalibus non habet cognoscere de tali causa.ut.l.quod ad statum.ff.de pen.iuxta.l. impera

tor.ff.de postula.licet faciat contra.l.istus.fustium.ff.de hiis qui no.infa.licet faciat contra.c.i. de cleri. coniuga. in cle.

Summarium.

1 Quæstores pro luminaribus non possunt agere iudicialiter pro rebus quæ debentur luminaribus prædictis.

Decisio.XX.alias.851.

AN isti qui constituuntur in ecclesiis ad quærendum pro luminaribus possint agere pro hiis quæ debentur illis luminariis puta ex causa legati uel alias.& in facto erat quod in una ciuitate ubi de consuetudine uel statuto si excommunicatus stet in excommunicatione per mensem & ultra.post mensem tenetur ad libram ceræ.pro quolibet mense quo postea remanebit excommunicatus applicando luminaribus ecclesiarum in quarum parrochia moratur.modo contingat quod episcopus illas penas prætendens sibi applicandas per nonnullos annos spoliauerat ecclesias illis pænis.modo omnes luminarii ecclesiarum quibus pro se seu officii sui nomine & nomine ecclesiæ cuius erat luminare seu quæstor constituerant procuratorem unum qui petebat nomine procuratorio se restitui ad ius percipiendi dictas pænas contra episcopum. Quæritur an libellus ille est admittendus.& talis procurator ad agendum nomine talis officii & cuiuslibet ecclesiæ fuit dictum quod non, nisi rectores ecclesiarum de quarum iure agitur, & ad quos principaliter pertinet negligerent prosequi ius ecclesiarū suarum prædictarum.ar.no.per Inno.in cap.cum olim. de testi. Alii dicunt si officium talium luminariorum seu quæstorum non est certum nec perpetuum in ecclesijs. quia tunc non uidentur agere posse nomine ecclesiarum alias sic.ar.l.sancimus.C.de sacro.eccle.ar.no. per Inn. in cap.cum deputati.de iudi. Pro parte tamen luminariorum quod possent admitti seu eorum procuratores allegabatur.l.pompeius.ff.de procur.& dicta.l.sancimus. & hoc credo uerum quia ex quo sunt constituti ad huiusmodi negocia procuranda ergo pro hiis agere possunt & libere quandocunque procuratores alios deputare.ar.de procura.c.i.li.vj.in fi. Sed aliqui intelligunt illud de substitutione ad negocia quia secus si ad iudicia tunc enim non possunt nisi post litem contestatam.ut.l.neque.C.de procura.

Supra eo. 13. & in antiquio ri.nu.1.

Summarium.

1 Creditores possunt continuare processum,& instantiam initam cum abbate qui tempore cœpti iudicij possidebat.licet succubuerit. Duntamen.d.abbas cum altero abbate super petitorio contendat.

Epithome.

2 Tutor uel curator cui interdicta est administratio bonorum agere nec conueniri potest.

3 Creditores habent electionem quem maluerint conuenire ex duobus contendentibus de hæreditate, aut possessorem hæreditates uel petitorem.

Decisio.XXI.alias.852.

DVobus abbatibus contendentibus super solo possessorio coram quodam cardinali de & sup quodam monasterio quod quilibet ipsorum ad se ptinere prætendebat.contigit quod quidam creditor agit contra illum abbatem qui tunc monasterio præsidebat de facto petens ab eo in partibus certum pecuniarū debitum quod ex certis causis monasterium sibi debebat forsan ex aliquo contractu celebrato cum quodam uero abbate prædecessore & conuentu illius monasterii ad utilitatem illius monasterii.& cum per iudicem coram quo causa uertebatur quædam grauamina in processu causæ illata fuissent illi creditori ipse ab eo ad sedem apostolicam appellauit.& ei fuit delatum & præfixus terminus ad prosequendum & per partem abbatis & conuentus appellatio extitit approbata.& causa principalis etiam ad sedem apostolicam deuoluta de consensu partium.& cū ibi ommisso appellationis articulo de consensu partium creditor dedisset libellum super negocio principali iste abbas tunc possessor cum creditor incepisset litigare contra eum succubuit istis pendentibus in possessorio per alium contra eum.super monasterio intentato coram cardinali & ille alius abbas fuit per sententiam restitutus ad possessionem monasterii.& iste contra quem creditor litigauerat expulsus & remotus de possessione & alter inductus licet adhuc super petitorio illius monasterii causa & lis duraret inter eos.& cum creditor præfatus peteret per illum primum abbatem respondi libello super petitione debiti prædicti contra eum dato,excipit quod nunc non tenetur respondere quia monasterium non possidet ipse sed alius qui contra eum obtinuit in possessorio sententiā & dicit creditori quod agat contra eum si uult. creditor uero dixit quod ipse adhuc prætendit se abbatem., & se asserit habere ius in petitorio in abbatia seu monasterio. & ideo bene potest & debet respondere præsertim ex quo causa contra eum extitit inchoata, nomine monasterii. dato quod monasterium non possidet. Item petit etiam quod procedatur contra conuentum contra quem simul etiam cum dicto abbate causa extitit inchoata.sed dicitur sibi quod conuentus non tenetur uenire ad causam cum isto abbate pñso qui non est in possessione monasterii.sed si creditor ageret cum illo alio abbate restituto qui nunc possidet abbatiam seu monasterium, cui solo sibi nunc habenti possessionem & administrationem monasterii tenetur assistere & obedire tunc ueniret ad causam Ex præmissis quæruntur quatuor. Primo nunquid primus prætensus abbas qui nunc perdidit possessionem abbatiæ seu monasterii teneatur respondere libello & contra eum creditor posset agere.uel an creditor necesse habeat agere contra alium restitutum nunc abbatem seu monasterium possidentem. Secundo an possit procedi contra conuentum & conuentus teneatur uenire & respōdere ad causam illi primo cum quo causa fuit inchoata causam defendere & in ea respondere.uel an alter teneatur uenire ad causam nisi agatur contra alium qui nunc possidet. Tertio etiam si creditor possit agere contra illū qui nunc possidet & procedere contra eum, quæro an causa sit deuoluta contra eum sic quod uirtute primæ deuolutionis causæ factæ contra alium etiam procedi possit contra eum. Quarto an dato quod creditor non procedat contra alium nunc possidentem.sed uult cōtinuare processum contra istum & obtineat.quæro an præiudicetur alteri sic quod executio possit fieri contra eum, in bonis monasterii. ¶ De primo dubio uidebatur quibusdam quod primus abbas prætensus qui nunc non possidet non teneatur respondere libello.quia ex quo non habet administrationem monasterii nec bonorum eius non potest causam defendere nec agere nec conueniri ꝑ quo

2 .l.facit quod no.extra de ele.c.quærelam.in.ij.glo. sicut nec tutor uel curator cui esset administratio interdicta. ar.eorum quæ habentur de offi.dele.c.uenerabili cū sua materia.insti.de suspec tu.§.si quis autem. & quia alter nunc possidet ratione possessionis quam habet auctoritate superioris est de omnibus iuribus respondendum secundum no.per Inno.de elec.c.nihil.& per eundem. de resti.spo.c.in literis.circa fi.prin.ergo etiam ille debeat conueniri & creditoribus respondere.tamen maior pars dominorum immo omnes exceptis tribus tenuerunt contrarium quod immo ille primus licet non possideat, nunc ex quo adhuc prætendit se uerum abbatem, & habere ius in petitorio abbatiæ seu monasterii possit conueniri, & teneatur respondere creditoribus. sic quod sit in electione creditoris quem uelit conuenire lite pendente super monasterio inter eos.an illum uel possidentem sicut duobus contendentibus de hæreditate & lite inter eos pendente super petitione hæreditatis creditores possunt agere contra petitorem uel possessorem hæreditatis sicut eis placet.ut.l.fina.C.de peti.hære.cum ibi no. per glo.super uerbo cautione.in fi.& ff.si cui plusquam per l.falci.l.hoc autem.§.si duo.cum fi.nec obstat quod non habet administrationem.quia hic defendendo causam nihil concernens possessionem monasterii administrat. nec est uerum simpliciter quod sibi sit interdicta administratio

stratio licet sibi sit ablata possessio. nec est simile de tutore uel curatore uel alio administratore cui est administratio interdicta. quia illi nudi sunt administratores nec habent ius in re seu administratione. hic autem abbas iste se prætendens habere ius in petitorio habet ius in re & in administratione pro hoc facit quod no. v. q. iij. quia episcopi. ad fi. i glo. & ideo ratione illius iuris potest conueniri. & ualebunt creditori acta cum eo si forsan postea obtineat in petitorio. & si succumbat in petitorio imputet sibi creditor qui eum elegit. sed an fiat executio contra possessorem infra dicam in. iij. q. nec obstant no. in dicto cap. nihil. & in dicto c. in literis. per Inno. quia ibi loquitur de debitoribus qui tenentur respondere. & ibi uerum est q̃d possidentes auctoritate superioris soluendo sunt liberati, & quod per eum quãdiu possident possunt conueniri. In casu autẽ p̃misso, loquunt̃ de creditoribus qui p̃nt cõuenire, & hic uerũ est quod possunt eligere uel possessorem uel petitorem pro quo uide Inno. in dicto. c. nihil. nec ob. glo. ij in cap. quærelam. de elec. quia licet glo. dicat ibi agi posse contra possessorem ecclesiæ qui etiam petebatur remoueri non tamen negat quin etiam agi possit contra alium qui se asserat uerum prælatum seu rectorem ecclesiæ licet non possideret.

Summarium.

1 Causarum introductio in Ro. curia, & eius ordo hic habetur.

Decisio. X X I I. alias. 785.

DIc quod quando aliqua causa debet introduci in consistorio papæ tunc ille qui uult causam introducere protestatur coram hostiario papæ & cum tabellione. si autem causa est in curia per appellationem uel præsentiam partium tunc introducat eam in cãcellaria. si autem est prophana tractanda in partibus tũc introducat eam in audientia contradictarum & postea dicta audientia facit literas de dicta diligentia exhibita per partem quæ tunc committetur tractanda in partibus uel in curia. De prædictis modis & uiis circa prædicta uide Archidiaco. in cap cupientes. super uerbo proposita. de elec. lib. vj.

Summarium.

1 Terminus ad consulendum dominum, extra Rotam consueuit dari secus in Rota.

Decisio. X X I I I. alias. 753.

NOta quod si in aliqua causa procedatur coram aliquo iudice extra sacrum palatium & procurator petat quod det sibi aliquem terminum ad consulendum dominum quod tunc consueuit concedi. secus autem est si uentiletur coram aliquo domino auditore sacri palatij.

Summarium.

1 Nullitas ubi principaliter intentatur termini sacri palatij sunt seruandi secus si incidenter intentaretur.

Decisio. X X I I I I. alias. 820.

Vide Bella. de ci. 319.

SCiendum est quod si in aliqua causa agatur principaliter de nullitate, quod tunc seruandi sunt termini sacri palatii. secus autem si agatur incidenter de nullitate. pro hoc facit cap. cum ad sedem apostolicã de resti. spo. & ita seruat Rota.

Summarium.

1 Terminus ad articulandum non datur insimul utriq; parti in prophanis secus in beneficialibus, in quibus summarie proceditur.

Deci. X X V. alias. 508.

NOta quod in causa prophana dantur termini actori. Primo terminus ad ponendum & articulãdum nec reus compelletur terminum datum actori recipere. sed potest petere alium terminum ad probandum exceptiones & defensiones suas. & istud probatur quia actore probante intentionem suam reo incumbit probatio ad probandum exceptionem suam. ergo ante uidetur quod non compellatur reus probare donec actor probauerit intentionem suam. ut probatur in l. si quidẽ. C. de excep iuncto cap. de testibus. cum ibi no. per Ber. de testi. c. in causis autem beneficialibus insimul. & idem tempus utrique parti datur terminus ad ponendum & articulandum quia in talibus causis beneficialibus proceditur summarie non in prophanis. ut in. c. sæpe. de uerb. sig. & cle. dispendiosam. de iudi.

Summarium.

1 Termini male seruati coram auditore cameræ in prima instantia reassumuntur in secunda instantia coram auditore Rotæ.

Decisio. X X V I. alias. 477.

NOta anno domini. Mcccl xxvj. die. iij. mensis aprilis fuit ordinatum concorditer quod si a sententia diffinitiua auditoris cameræ uel alterius cuiuscunque iudicis ordinarij in curia uel extra contingerit appellari. & causam huiusmodi appellationis alicui de auditoribus sacri palatij committi quod termini soliti seruare seruarentur. ut in prima instantia solent in palatio seruari. nam licet reuera sit secunda instantia tamen quia coram auditore cameræ uel ordinario in partibus termini seruari consueti non solent seruari idcirco domini uoluerunt quod tunc per omnia seruarentur & hoc uerum nisi constaret terminos seruatos fuisse in dicta prima instantia & processu iuxta morem curiæ. quia tunc in causa appellationis proceditur & seruantur termini in secunda instantia seruari consueti.

Summarium.

1 Remissio causæ ad cancellariam præsente notario causæ & una partium ualet.

Decisio. X X V I I. alias. 622.

SI aliquis auditor sacri palatij ex causa rationabili remittere uult causam sibi commissam sufficit notarius causæ præsentibus partibus uel una scribere remitto causam uel si uult remittat notario causam prædictam in cancellaria. ita communiter seruatur in sacro palatio.

Summarium.

1 Remissio ad probandum in partibus datur sub bulla nisi in commissione concedatur quod detur sub sigillo auditoris.

Decisio. X X V I I I. alias. 737.

NOta quod si in aliqua causa remissio petatur ad partes ad probandum aliquid per partem. tunc super hac fit executio papalis. si autem petatur ab auditore suo sigillo sigillari fieri debet, si sit in commissione concessum. pro hoc facit. c. de causis. de offi. dele.

Summarium.

1 Remissio ad partes super eisdem articulis non datur nisi semel.

Decisio. XXIX. alias. 819.

NOta quod remisio ad partes non conceditur nisi semel super eisdem articulis hoc tenet Io. mo. in.c. cupientes.de elec.lib.vj.

Summarium.

1 Processus factus per audientiam contradictarum pendente termino ad ueniendum ad cu.ro.est nullus.

Decisio. XXX. alias. 741.

NOta quod quando pendente termino iuris uel ministri eius ad ueniendum ad curiam romanā non debet procedi contra aliquem per audiētiā contradictarum tanquam contra contumacem ꝙ si fiat nihil ualet.

Summarium.

1 Sententia lata non seruato termino ad producendum omnia est nulla.

Decisio. XXXI. alias. 805.

SCiendum est quod si aliquis dominus auditor sacri palacij in aliqua causa spirituali, uel prophana fert sententiam non seruato termino ad producendū omnia tunc sententia est nulla cum terminus prædictus sit ualde substantialis.& ita tenet Rota.

Summarium.

1 Termino asignato ad producendum aliqua iura si illa uerbo producantur erit satisfactum.

Decisio. XXXII. alias. 814.

SCiendum quod si in aliqua causa spirituali uel prophana in asignato termino ab auditore sacri palatij ad producendum aliquid actori uel reo & pars actrix uel rea producat id uerbo pendentè termino quod ualet secundum Io.an Gen.& Ber.ynardi.prout le.&no.in.c. sæpe.de uer.sig.in cle.secus autem est si infra terminum asignatum non producit facto neque uerbo. quia tunc nihil ualeret atsignatio dicti termini.& ita tenet dominus Guil.de guillermo antiquus auditor sacri palatij tunc episcopus cartagiñ.nunc etiam tenent aliqui auditores.

DE FORO COMPE.

Summarium.

1 Ius reuocandi domum legato uel alias si propterea nō impeditur in sua legatione non conceditur.

Decisio. I. alias. 72.

NOta quod ubi aliquis petit ius reuocādi domum quia legatus uel alias quod si non impediatur in legatione propter illud quod ab eo petitur quod tenetur respondere ut si petatur qđ respondeatur interrogationibus, uel alteri causæ de qua potest se faciliter expedire.argu.l.si legatus.ff.ad trebel.uide in deci.clxxxvj.

Summarium.

1 Ius reuocandi domum non habent uenientes ad romanam curiam ex causa uoluntaria secus si ex necessaria, & sit causa quæ de facili expediri non posit.

Decisio. II. alias. 185.

NOta quod illi qui ueniunt ad cu.ro. causa necessaria legationis uel peregrinationis.habent ius reuocādi domum.ut ibi no.per Inno.in cap.licet.de fo.cōpe.& Spe.in ti.de reo.uer.item legati.si autem alia causa uoluntaria ueniunt non haberent ius reuocandi domum. ut ibi no.& idem seruat curia ut dicit Spe.si autem de facili posset expediri legatus non haberet ius reuocandi domum.ut.l.si legatus.ff.ad trebel.uide decisi.pri.eo.tit.

Summarium.

1 Princeps unus an posit socium sibi æqualem in principatu deliquentem punire.

Epithome.

2 Par in parem non habet imperium.

Decisio. III. alias. 245.

NOta quod si sunt barones duo habentes unum territorium pro indiuiso in quo habent merum imperiū & mistum & unus delinquat an suus combaro posit ipsum punire uel quis ipsum puniat & uidetur quod alius maior ipso ipsum punire debeat. quia par in parem
2 non habet imperium,sed isti duo sunt pares in iurisdictione ergo &c.ar.l.i.ad trebel.& l.is a quo .§. tempestiuum.& de arbi.l.nam magistratus.c.innotuit.de elec.ad hoc de manu.uin.l j.§.apud.alij dicunt per istum.§.contra:quia ibi secundum unum intellectum dicitur qđ magistratus potest suum socium dare tutorem.nec ob alleg. iura. quia ille qui delinquit per delictum amisit merum imperium & sic factus est alius priuatus & sic suus combaro poterit ipsum punire non ut parem sed ut priuatū. ar.C.ubi sena.uel clari.l.sicut quia quilibet potest præsentare.arg.l.si ut certo.ff.como.

Summarium.

1 Auditor cui est commissum negocium principale siue principaliter siue in consequentiam potest.statim inhibere etiam in partibus.

Epithome.

2 Auditores sacri palacij omisso articulo grauaminis, a quo in partibus extitit appellatum procedunt in negocio principali sibi commisso.

3 Auditores licet prununcient bene processum, & male appellatum nihilominus negocium principale manebit in curia.

Decisio. IIII. alias. 390.

NOta quod auditor datus in negocio principali in cā appel.interpositæ in partibus siue ante sententiam siue post fuerit appellatum potest inhiberi iudici a quo dummodo sibi constet de appel & causa peream sit deuoluta/alias si cum articulo appellationis negocium etiam principale sit commissum cum potestate citādi ad partes indifferenter inhibere potest ratio quia ius inhibet.
2 & etiam auditores sacri palatij omisso articulo grauaminis a quo in partibus extitit appellatum procedunt in negocio principali dummodo sit id sibi commissum & ad curiam deuolutum & si aliquotiens de ipso grauamine
3 cognoscerent & bene processum & male appellatum pnunciarent nihilominus maneret in curia nec remitteretur ad partes.& hoc habet stilus licet de iure esset contrarium faciendum.ut de ap.cap.ecclesia. &.c. ut debitus. cum ibi no. Idem seruatur in causa quæ de speciali mandato committitur in curia & decreta est citatio licet non executa. Idem seruatur in omnibus appellationibus interpositis ab auditore cameræ & aliis iudicibus in curia citata tamen parte ad dicendum contra commisionem.

Vide deci.8 infra de appe.

Summarium.

1 Clericus succedens laico an sit subiectus statutis quibus erat subiectus laicus.

Epithome.

2 Clericus etiam in reali debet gaudere priuilegio clericali ut corā iudice ecclesiastico conueniatur.

Decisio.V.alias.551.

OBligatus est laicus Auinione in certa quantitate pecuniæ ad curiam sigilli montis præsulani quæ obligatio habet uim rei iudicatæ & absque alia cognitione mandatur executioni nec admitterentur nisi certe exceptiones.s.solutionis & rei iudicatæ &c. modo mortuo debitore successit sibi clericus creditor contra bona & in omnibus dicti debitoris exposito clamore dicti sigilli procurat fieri executionem per illam curiam requirendo officialem a ministrando in iure subsidium ut faciat bona distrahi, opponit se dictus clericus successor & uult opponere debitas exceptiones quare executio non debeat fieri & coram eo petit se admitti ad probandas. officialis remittit eum ad curiam sigilli ut ille opponat illas exceptiones & ob hoc debitor prædictus appellat q̄ritur an bene officialis grauauerit? uidetur quod non. quia laicus prædecessor huius clerici fuerat præuentus immo & condemnatus cum obligatio habet uim condemnationis ergo uidetur quod idem iudex debuit facere executionem non obstante quod personæ conditio sit mutata immo & cognoscere propter priuationem ar.no. per Hosti. de obli.ad ratioci.c.j.&.c.postuiasti. de fo. compe.ff. de iudi.l.si quis postea.sed posset dici quod illa uera eum eadem persona esset præuenta.hic autem sunt diuersæ personæ debitoris laici uidelicet & clerici quare uidetur aliquibus contra quod immo clericus debet audiri super op-
2 positione sua in foro ecclesiastico quia clericus etiam in reali debet gaudere priuilegio clericali & conueniri in foro ecclesiastico.iuxta no.in autten.ut omnes obedi.iudi. prouin.§.hoc considerantis & per Archi.de cleri.coniuga.c.j.lib.vi.& per Io.an.in nouella.in titulo de duel. & præsertim quia ubi contra hæredem debet fieri executio oportet præmitti uocationem & aliquam causæ cognitionem quam in clericis iudex secularis non potest præmittere.argumen.ad hoc quod no.per Inno.de iudic. quia v.in fine.

Summarium.

1 Ius reuocandi domum an habeāt præsentes in romana curia.

Decisio.V I.alias.828.

NOta quod illi qui sunt in curia romana pro republica habent ius reuocandi domum.de fo.cōpe.c.fi.de dila.c.causam.tamē communiter obseruatur quod tales non habent ius reuocādi domū ideo coguntur ibidem respondere suis aduersariis postquam sunt præsentes in curia.ita obseruat Rota.uide Compos. in.c.statutum.de rescrip.li.vj.

DE LIBELLI OBLATIONE.

Summarium.

1 Nullitatem intentatas debet in libello causam exprimere in quo potest nullitatem,& iniquitatem deducere.

Decisio.I.alias. 144.

NOta quod intentans causam nullitatis debet causam exprimere in libello.ut no. Innoc.in cap.cum bertoldus.de re iudi.ff.de app.l.si expressim.& quod in eodem libello ualeat causa nullitatis & iniquitatis no.in capi. dilecto.de ap.intentari.

DE MVTVIS PETITIO.

Summarium.

1 Reconuentio non habet locum in causa appellationis.

Decisio.I.alias. 61.

NOta quod in causa app.non habet locum reconuentio* ut no. Innoc. in cap.j. de mu.peti. & uidetur textus in.l.ad cognitionem .ff. ex qui.cau.in pos.

* Reconuētio An autē recōuentio possit fieri post litem contestatā uide do. abbatē in.c.i.de mu. petitio. ubi ponit longam disputationē in materia reconuentionis. Ad de.d. Fely. in d.c.i.col.i.uer sicu.dum glo. tangit.

Summarium.

1 Reconuenire an possit reus actorem uirtute comissionis actoris.an opus sit nullam comissionem impetrare.

Decisio.I I.alias.597.

SI quis impetrat nouam commissionem in aliqua causa a papa auditori contra reum & reus uult eum recōuenire in eadem causa uel alia non potest sine commissione speciali quæ de facili obtinetur tamen forte hoc posset fieri ex prima commissione sed melius est aliam super reconuentione obtinere.& ita etiam obseruat rota dominorum auditorum sacri palatij.

DE LITIS CONTESTA.

Summarium.

1 Exceptio solutionis non impedit litis contest.

Epithome.

2 Solutio an finiat litem?

Decisio.I.alias. 153.

NOta quod exceptio solutionis non impedit litis contesta. ut uidetur no.per Innocen.in cap.primo. de li.contestatione.super uerbo con-
2 tingentis.libro sexto. licet lex uideatur dicere quod per solutionē lis uidetur finita.ut.l.cum quærebatur. uersicu. proinde.ff. iudi. solu.

Summarium.

1 Nullitatis exceptio impedit litis contesta.

Decisio.I I.alias.114.

NOta quod causa nullitatis impedit litis contesta.& ante litem contest.opponi potest.ut notat Archid. in capi.ut circa.in fin.de electi libro sexto. & Io.mo. uide deci.8.infra de rest.spol.

Summarium.

1 Litis contestatio non fit in causa appellationis parte absente.

Decisio.I I I.alias.143.

NOta quod absente parte in causa appellationis non fit li.contestatio.de quo dic per Innoc.in.c. p tuas de appel.

Summarium.

1 Contestatio litis non requiritur in possessorio causæ beneficialis.

Decisio. IIII. alias. 154.

NOta quod ubi agitur possessorio iudicio in causa beneficiali non requiritur li. contest. de quo dic ut in cap. primo. de libel. oblatio. per Innocen. ubi no. certi casus.

Summarium.

1 Lis si est contestata in prima instan. nõ est necesse illã conte. in causa appellationis de stilo rotæ.

Decisio. V. alias. 207.

NOta quod seruat audientia quod ubi est lis contest. in causa principali non est necesse quod contestetur in causa appella. alias sic. ut. l. fi. C. de tempo. ap. & &. c. per tuas. de appel.

Summarium.

1 Restitutio ad appellandum non requirit litis contestationem nec alium iuris ordinem.

Decisio. VI. alias. 495.

NOta quod in restitutione cõcedẽda ad appellandũ non est necessaria litis contestatio in his & alijs præambulis sicut probando infamiam contra quam cõcedenda est talis citatio personalis uel facienda inquisitio non est seruandus ordo iuris. arg. c. qualiter & quando. & c. cum oporteat. & c. inquisitionis. de accusa. uide supra decisionem. de in inte. rest. de. 3.

Summarium.

1 Præceptum de soluendo a quo nõ fuit appellatum impedit litis contestationem sicut sententia diffinitiua.

Epithome.

2 Præceptum de soluendo habet uim diffinitiuæ.

Decisio. VII. alias. 540.

VTrum præceptum de soluendo a quo non fuit appellatum infra tempus debitum impediat litis contestationem sicut sententia diffinitiua quæ transit in rem iudicatam? fuit determinatum quod sic.
2 cum habeat uim diffinitiuæ. quod patet ex eo. quia oritur actio sicut ex sententia. ut notat Specu. ti. de sen. excem. §. breuiter. circa finem quæ non orir etur ex interlocutoria. ut no. in cle. fi. de appel. ultra medium. Itẽ quia imponit finem liti sicut sententia ergo transit in rem iudicatam. ff. de re iudi. l. i. ergo cum per ipsum dicatur res finita obstabit & impediet litis contestationem. ut in. c. exceptionis. de li. contes. li. vi. cum dicit finita. & l. eleganter. ff. de condi. inde. ad tertul. l. ij. §. fin. licet quidam nitantur contrarium sustinere ex eo quia non inuenitur plena causæ cognitio sicut in sententia. sed uel est hoc dictũ quia in confessum nullæ sunt, nec restant partes iudicis in cognoscendo sed in pronunciando uel diffinitiuã sententiam proferendo si post li. conte. & dato libello fiat cõfessio. iuxta no. in. l. i. C. de litis contesta. & l. perinde. ff. ad. l. aquil.

Summarium.

1 Processus factus lite non contes. in causa prophana est nullus secus in spirituali.

Decisio. VIII. alias. 626.

IN causa prophana lite non conte. processus est nullus. ut in cap. uno. de lit. contesta. secus in causa spirituali. pro hoc. cap. sæpe. de uerbo. significatio. & ita seruat Rota.

Summarium.

1 Litis contestatio, an in causa appellationis sit necessaria.

Decisio. IX. alias. 668.

QVando aliqua causa est in secunda instantia & dato libello seu libellis non est responsum & sic lis non est contes. nunquid ualet, *dic quod sic. ut no. in. c. per tuas. de app.

* Dic qđ sic. Adde do. abba. in. d. c. per tuas. in. ij. col. uer. in fi. gl. Et an litis contes. sit necessaria i causa nullitatis. uide eundẽ abb. in. d. c. in iij. col. uer. ult. extra gl.

Summarium.

1 Processus factus lite non contest. in causa prophana est nullus secus in spirituali.

Decisio. X. alias. 826.

NOta in causa prophana lite non contestata processus est uullus. ut c. uno de litis contesta. secus in cã spirituali uel priuilegiata uel matrimoniali uel usurarũ. quia in spirituali solum iuratur de calumnia. ut in cle. dispendiosam. de iudi. & de uer. sig. sæpe. in cle.

Summarium.

1 Petenti responderi libello si obiiciatur de compromisso uidendum est an sit tale quod impediat litis contes. quia secus si est simplex.

Decisio. XI. alias. 705.

SIc quod si in aliqua causa datus est libellus per aliquam partem quæ petit responderi libello & alia renuat respondere dicens quod de causa erat factum compromissum an hoc impediat responsionem libelli. dic circa hoc quod est uidendum an compromissum sit tale quod impediat li. contest. secus autẽ si esset simplex. uide circa hoc de li. contes. c. i. li. vi.

Summarium.

1 Litis contestatio inducitur per negationem contentorũ in libello etiam quod non dicatur animo litem contestandi.

Decisio. XII. alias. 471.

NOta quod si pars rea respõdendo libello actoris neget narrata prout narrantur & dicat petita fieri nõ debere licet non addat nec dicat animo litis contestandæ nihilominus censetur lis contestata. per. l. rem. non nouam. C. de iudi. & c. uno de litis contes. & c. dudum. de elec. Et hanc quæstionem recitat Specu. & eam sic decidit ti. de li. contes. §. i. uer. si proponatur.

DE IVRAMEN. CALVM.

Summarium.

1 Procurator in romana curia in animam constituentis & suam tenetur iurare.

Decisio. I. alias. 491.

NOta ꝙ procurator in ro. cu. non solũ in animã dñi sed etiã sui ipsius tenet̃ præstare iuramentũ de calumnia alioquin habebit locũ pæna. c. fi. de iur. cal. nã licet dñs principalis iurasset nihilominus iurare tenet̃ ꝓcurator cũ ipse calumniari possit sicut dñs. prout legitur & notatur in c. appellationis. super uerbo ab ipsis de procu. li. vj. & faciunt in

simili

simili no. per doc. in. c. præsentium. de testi. eo. lib. & in auten. principales. C. eo. ti. in. i. glo. & no. in. c. in pertractandis. eo. ti. & faciunt no. in. c. procu. de elec. li. vi. & p Host. eo. ti. §. ij. circa fi. in summa.

Summarium.

1 Iuramentum calumniæ si petitum fuerit & non præstetur nullus est processus secus si non fuerit petitum.

Decisio. II. alias. 659.

Dic ꝙ si in aliqua causa quæratur ꝙ iuretur de calumnia potest præstari usq; ad finē & si non præstetur nullus est processus secus autem si non petatur. & ita seruat sacrum palatiū & hoc est expressum in c. i. de iura. calum. li. vi.

Summarium.

1 Auditor potest compellere partes nescientes quid contineatur sub iuramento calumniæ ad iurandum quinque capitula sub eo contenta & actor iurare recusans cadit a causa & reus habetur pro confesso.

Decisio. III. alias. 786.

Sciendum est ꝙ est consuetum in sacro palatio ꝙ in causis coram auditore iuratur de calumnia simpliciter & potest fieri ꝙ iuretur per procuratorem si sciat ꝙ capitula contineat dictum iuramentum. extra de iura. calum. c. penul. si autem sit pars ignorans & hoc uidetur auditori ꝙ debeat iurare specialiter quinq; capitula quod continet dictum iuramētum tunc dictus auditor potest eum compellere & sub pœna iuramenti. & si est actor qui non uult præstare dictum iuramentum uadit ab actione per sententiam & reus absoluitur. & si uero reus non uult iurare habetur pro cōfesso & conuicto secundū Hosti. in summa ti. de iura. calum. §. quæ sit pene nolentis præstare iuramentum.

Summarium.

1 Iuramentum calumniæ omissum si non fuerit petitum non uiciat sentiam.

Decisio. IIII. alias. 663.

Nota quod si in aliqua causa omittatur iuramentum de calumnia quia non petitur præstari nihilominus ualet sententia lata.

DE DILATIONIBVS.

Summarium.

1 Terminus datus actori ad articulandum nō uidetur datus etiam reo in causis prophanis secus in beneficialibus.

Decisio. I. alias. 169.

Nota ꝙ in causa prophana datur terminus actori primo terminus ad ponendū & ad articulādū nec reus cōpellitur terminū datū actori recipere sed pōt petere alium terminū ad probandū exceptiones & defensiones suas. & istud probatur quia actore ꝓbante intētionē suā reo incumbit ꝓbatio ad probandū exceptionē suā ergo ante uidetur ꝙ non cōpellatur ad ꝓbandū exceptionē suam donec actor probauerit. ut probat. in l. si quis. C. de excepti. iuncto. c. de testibus. cum ibi no. p Ber. de testi. In causis autem beneficialibus insimul in eodem tempore utrique parti datur terminus ad ponendū & articulandum. quia in talibus causis beneficialibus magis proceditur summarie ꝙ in prophanis. ut. c. dispendiosam. de iudic. in cle.

Summarium.

1 Remedium legis diffamari quādo intentatur ab eo quē reus asserit esse suum creditorem. quomodo procedatur.

Decisio. II. alias. 304.

Nota qualiter dicenti aliquem debitorē statuitur tempus a iudice infra ꝙ probet debitum uel infamiā ꝙ allegat. ut no. Inno. in. c. conquerente. in. ij. gl. de of. or. & in. c. lator. qui fil. sint leg. iuncta. l. diffamari. C. de inge. & ma. in libello autē non posset peti ꝙ in futurum alicui inhibeatur ꝙ nō agat uel non petat quia actio negociatoria nō competit in talibus personalibus actionibus sed in realibus. ut. l. harum. ff. si ser. uen.

Summarium.

1 Testes iurati infra terminum probatorium poterunt examinari post dictum terminum.

Decisio. III. alias. 344.

Nota ꝙ ubi est datus certus terminus ad probandū si testes ante terminū sunt iurati post terminū possunt examinari. nec ob. c. pia. cum ibi no. de excep. li. vj. quia ibi est speciale propter odiū excōicatiōis iō infra terminum iuris habet probare alias nō admitteretur in illo casu. c. pia. secus est in alijs casibus quia ex quo testes sunt iurati ante terminum post terminūnō uidetur aliquid de nouo fieri sed quod est inceptū continuari. ar. l. sed si manente ff. de præca.

DE FERIIS.

Summarium.

1 Petitorium tempore feriarum non potest suspendi ut procedatur in possessorio.

Decisio. I. alias. 94.

NOTA ꝙ tempore feriato si aliquis uelit suspendere petitorium prius intentatum cum possessorio nō auditur. quia interest partis ut tempore feriarum non procedatur quod fieret si possessorium solum intentaretur.

Summarium.

1 Sententia diffinitiua ubi conclusum est in causa potest ferri in uacationibus non autem interlocutoria.

Decisio. II. alias. 754.

Sciendum est ꝙ in uacationibus sacri palatij potest ferri diffinitiua sententia in causa in qua est conclusum. sententia autem interlocutoria nō potest ferri.

Summarium.

1 Beneficium an dicatur uacare apud sedē. si ille cui de eo tanꝙ uacante apud sedem papa prouidit subconditione si idoneus repertus fuerit, extra curiam literis non expeditis mortuus sit?

Decisio. III. alias. 649.

Si papa prouidet alicui de beneficio uacante apud sedem apostolicam si idoneus repertus fuerit & ille recedat de curia non examinatus & etiā sine bullis dictæ gratiæ & moriatur in suis partibus an tale beneficiū adhuc dicatur uacare apud sedem apostolicā? dicunt aliqui maiores de rota sacri palatij ꝙ si ille erat idoneus & ut talis probatur per testes etiam post mortem eius ꝙ tale beneficium uacat extra curiam. Aliqui uero alii domini

de rota teneát contrarium ꝙ adhuc uacet in curia cũ dicta gratia uideretur conditionalis si idoneus reperiretur & id non fuit factum morte præuentus.

DE ORDINE COGNITIONVM.

Summarium.

1 Spoliatus est restituendus antequam de nullitate sententiæ cognoscatur, & rei iudicatæ exceptio a qua non fuit appellatum impedit restitutionem.

Epithome.

2 Spoliatus ubi notorium est enim nõ habere ius maxime in beneficialibus non est restituentus.

Decisio. I. alias. 47.

Vide deci. affli. 98. pulchrũ dubium.

NOTA ꝙ ubi aliquis dicit se spoliatum per partem seu iudicem & opponitur spoliato ꝙ sentẽtia pro eo lata fuit nulla, uidetur ꝙ primo cognoscatur de restitutionis iudicio ꝙ̃ de causa nullitatis quia nulla exceptio uidetur obstare beneficio restitutionis.c. fi. de ordi. cogn. c. in literis. de resti. spol. uidetur uerum maxime si pars fuerit spoliata post appel. quia tunc uidetur restituenda secus si seruato ordine iudiciario. ut c. conquærente. de restit. spol. ibi no. per Inno. in. i. glo. & iij. q. i. in summa. in prin. ubi autem esset notorium ꝙ spo-
2 liatus non habet ius tunc nõ restituitur maxime in causis beneficialibus. ut c. cõstitutus. per Inno. de filijs præsby. & Spec. no ꝙ rei iudicatæ exceptio a qua non fuit appellatum impedit restitutionem. in tit. de pos. & peti. §. quoniam. uersi. xxiij. Idem no. iij. q. i. in summa. quia præsumi debet pro sententia a qua non fuit appellatum. ut notat Inno. in. c. quoniam cõtra falsam. de quo uide no. per Dy. de reg. iuris. qui ad agendum. li. vj.

DE CAVSA POSSESS. ET PROPRIE.

Summarium.

1 Possessio beneficij an acquiratur per traditionẽ anuli?

Epithome.

2 Restitutorio an posit agi pro cadauere amoto?

Decisio. I. alias. 301.

Bisig. deci. 8. inf. de rest. spo.

NOTA ꝙ per traditionem anuli portæ beneficii de quo agitur non acquiritur possessio si alius qui dicebat ad se collationem beneficij pertinere claues portæ beneficij habebat secus autẽ esset ubi ille qui tradidit possessionẽ anuli omni modam habebat collationẽ & super iure collationũ non turbaretur quia tunc per anulum & præsentiam collatoris uidetur acquisita possessio beneficij ut. c. tibi qui. de rescriptis li. vi. per doc. sic in. l. i. §. si cã. cum. l. sequenti. de resti. spol. & uide. c. cũ olim de sen. & re iudi. de hoc in. c. transmissam. de elec. per Io. an. & per Dynũ
2 de reg. iur. c. i. ¶ Item no. glo. Inno. ꝙ si corpus humanũ sit remotum de loco sepulturæ posito ꝙ pro tali amotione posit agi restitutorio iudicio non tamen restituitur donec plene constet corpus fuisse restituendum & de iure restitui debere. ut no. Inno. in. c. cum liberum. de sepultu. Hostien. dicat ꝙ de rigore iuris esset restituendum quia ex hoc posset agi possessorio iudicio & debet fieri restitutio licet æquitas sit pro prima opinione. ut ipse no. in. c. allega. Istud fuit in rota determinatũ licet lex diui. ff. de relig. & sump. fune. cum iuste uideatur facere contra. ergo si iniuste sit ablatum per uiolentiam sit restituendum.

Summarium.

1 Soluens nomine alieno præsumitur habere mandatum ad soluendum.

Epithome.

2 Pensionem soluens nomine alieno censetur ex mandato domini soluisse. maxime sciente pensionario.

Decisio. II. alias. 23.

NOta ꝙ ubi dixi si aliquis in possessione alicuius pensionis & probat ꝙ pensio fuit retroactis temporibus soluta sed non apparet de mãdato illius
2 qui dicitur pensionem debere cum fuerit soluta præsumitur ꝙ soluens habuit mandatũ. quia non est uerisimile ꝙ soluens uoluerit iactare pecunias suas. ut. l. cum de indebito. ff. de probatio. quia in tali casu præsumitur ꝙ gerens talem actum gerat de mandato domini. per Innoc. in. c. nonnulli. super uerbo mandato. de rescrip. maxime quando sciẽte illo qui dicebatur debitor soluta est pensio quia tunc uidetur solutionem ratificare & mãdatum dare. ar. no. in. c. ex parte. de rescrip. per Inno. Et sic sequitur ꝙ petens talem pensionem si petat restitui restituitur: quia per talẽ solutionẽ præsumitur fuisse in possessione nisi aliud probetur licet uideatur contra: quia factum tertij non debet nocere alteri. ut dicitur in simili ꝙ factum abbatis nõ nocet conuentui quantum ad transferendum in alium possessionem proprietatis extra de reli. domi. c. cum dilectus. cum ibi no. in glo. per Inno.

Vide deci. cõs. 136. Incip. in cau. reuerendi uolu. p̃. gigas tracta. de pen sio. q. 47.

Summarium.

1 Possessor beneficii dicitur habere possessionem pacificã licet sibi postea moueatur lis super beneficio.

Decisio. III. alias. 36.

NOta ꝙ ubi aliquis est in possessione alicuius beneficij licet moueatur sibi lis super beneficio uidetur tamen possessionem pacificam habere. quia ad hoc ꝙ aliquis uideatur pacificam possessionẽ habere sufficit ꝙ de facto possideat licet super iure moueatur sibi controuersia. Et no. Inno in. c. constitutus. de appel. & Archid. infra eo. licet canon super uerbo pacifica. lib. vi. ad quod facit l. sciẽdum. §. si fundus. ff. qui satisda. cog. quia licet uideatur contra. l. lutius. §. tres. ad trebel. sed pro prima parte facit ꝙ interruptio ciuilis nõ mutat possessionem. ut. l. inter de diuer. temp præscrip. contra faciunt no. in cõmissa super uerbo pacifican. de elec. li. vi. p̃ prima pte bene facit quod ibi notatur per ipsum Archi. in. gl. per te uel alium.

§. in no. de præ ben. 3. in add.

Summarium.

1 Petitorium potest suspendi ui causa appellationis. secus in causa principali quia non posset post cõclusionẽ in cã.

Epithome.

2 Causa appellationis uidetur diuersa a causa principali.

Decisio. IIII. alias. 69.

NOta ꝙ in cã appellationis põt suspendi petitoriũ licet in causa principali non posit post conclusionẽ: ut in. c. i. de causa pos. & proprie. in cle. quia alia cã uidet
2 causa appel. a principali. ut. l. cũ apud. ff. iudi. sol. ꝙ intellige ꝙ in causa principali usq; ad conclusionẽ potest suspẽdi petitorium. ut no. in. c. pastoralis super uerbo petente. p̃ Inno. de causa pos. nisi sit probatum per reum ius habere in proprietate quia tunc si constaret de iure rei non potest suspendi per actorem petitorium. ut ibi patet.

Infra eo. §.

Summarium.

1 Possessio an dicatẽ acquiri per solũ tactũ anuli ecclesiæ clausæ si fiat in præsentia habẽtis potestatem cõferendi.

Decisio. V. alias. 152.

NOta pone ꝙ aliquis est inductus in possessionẽ panulũ ecclesiæ clausæ cuius claues erãt penes eũ ad quẽ ptinebat custodia ecclesiæ tunc uacãtis utrũ p hoc possessio ipsius ecclesiæ apprehẽdatur ita ꝙ p talẽ apprehensionẽ * solius anuli requiratur possessio beneficij ut sic postea nõ admittatẽ uel si alius in possessionẽ inducatẽ sit restituendus

¶ * Solius anuli. An autẽ pos

sessio possit tradi ad oculum si est i præsentia. uide abb. ī c. cū aliquibus de re iud. & ibidem per Fely. col. q. uer. secūdo. Adde & limita istam cōmunē opinionem.

restituendus ut spoliatus: & dic quod sic si anulus est sic traditus per illum qui dicebatur habere potestatem conferendi quia anulus est instrumentum ædificii. ar. l. fundi. in prin. de ac. emp. quia qui tangit superficiem rotum tangere uidetur. ut. l. uulgaris. ff. de fur. iuncta. l. ꝙ si. §. man. de peri. & como. rei uen. de testa. l. ad testamentum. §. fin. Itē quia corporaliter res uidetur apprehēsa ex quo est in prinsentia rei. ut. l. nunquam nuda. § 1. cum ibi not. de acquire. do. & circa hoc adde no. per Innoc. in. c. in literis. sup uerbo possessio. de resti. spol. & per Cōpost. in c. transmissa. de elec. & per Dy. in regula. i de regu. iuris. uide. supra eo. tit. deci. i.

Summarium.

1 Petitorium licet inter duos collitigantes fuerit suspensum coram suo iudice. si contingat per tertium coram alio iudice agi super eodem petitorio. poterit suspendens tale petitorij uenire & agere pro suo interesse super petitorio coram secundo iudice.

Decisio. VI. alias. 188.

Nota ꝙ ubi quis suspendit petitorium coram uno iudice seu auditore si agatur per tertium coram alio iudice seu auditore super eodem petitorio. ꝙ suspendens tale petitorium coram primo auditore potest uenire pro interesse & intentare petitorium coram secundo auditore qui sunt diuersi iudices & uidentur diuersa iudicia. ar. l. cum apud. ff. iudi. sol.

Summarium.

1 Fructus quæsiti per eum qui obtinuit in possessorio non restituentur postea obtinenti in petitorio quando petitoriū fuit post restitutionem intentatum. Et acceptanti beneficium dicenti postea illud non cadere sub gratia sua non creditur.

Epithome.

2 Acceptans beneficium si post acceptationem dicat per non cadebat in sua gratia non creditur sibi.

Decisio. VII. alias. 196.

Nota ꝙ si primo fuit intentatū petitorium & possessorium & postea suspensum sit petitorium & iste spoliatus obtineat & fructus sunt restituti: si postea spoliator obtineat super petitorio fructus restitutos & quos percepit a tempore motæ litis sub petitorio tenet restituere. ut no. Ber. in c. significauerūt. de testi. si autē petitorium nō fuisset prius intentatum sed intentaretur post restitutionem factam spoliato: tunc spoliatus fructus sibi restitutos antequam intentaretur petitorium nō habet restituere. sic notatur. in. c. cum super. in secunda glo. de cā pos. & proprie. ¶Glo. Io. an. in nouella. in. c. cum in multis. in fine. de rescriptis. lib. vi. ꝙ acceptans beneficium si post acceptationem dicat ꝙ non cadebat in sua gratia nō creditur sibi: quia ex quo acceptauit præsumitur ꝙ cadat in gratia ita ꝙ acceptanti incumbit probatio. Et circa istum uide supra de elect. deci. vij. ꝙ si spoliatus intentans petitorium & possessorium suspenso petitorio obtineat in possessorio & per consequens fructus sibi restitui si postea spoliator obtineat in petitorio an recuperet fructus prædictos? & dic quod sic. secus si a principio non intentasset nisi possessorium.

Summarium.

1 Clericatus possessio per aliqua tempora absq; alia probatione an sufficiat?

Epithome.

2 Clericatus possessio. licet inducat præsumptionem sine alia probatione tituli tamen non erit sufficiens ad adiudicandum beneficium.

3 Præsumptio est semper pro possessore.

Decisio. VIII. alias. 263.

Nota ꝙ talis est opinio rotæ ꝙ ubi clericus fuit in possessione per aliqua tempora & uixit ut clericus sufficit probare possessionē clericatus: licet alias per literas uel testes non probetur titulus. ita notatur per Innoc. in. c. super his. circa finem magnæ gl. de accusa &. c. innotuit. de eo qui fur. ordi. recep. & Io. mo. in. c. si iudex. & notatur in. c. licet de senten. excom. li. vi. licet ibi Io. au. uideatur notare cōtrarium: quæ opinio uidetur de rigore iuris? quia licet possessio clericatus sine
2 alia probatione tituli inducat præsumptionem. ut notat glo. allegata. tamen in beneficialibus præsumptio non est sufficiens ad adiudicādum beneficum nisi uerus titulus probaretur. ut. c. i. de re iudi. li. vi. & hoc notat Inno. in. c. illud de præsumptio ad quod notatur per Archid. in. c. ordinarij. de offic. ordin. licet ista præsumptio sufficeret quātum ad tuendum eum in possessione quia semper est
3 præsumptio pro possessore nisi contra probetur. ut notat in. c. ex insinuatione. de procu. per Innocen. ad quod faciunt notata per Archid. in. c. ij. de conces. præben. li. vi. Prima autem opinio secundum æquitatem semper consueuit seruari. maxime si diu quis fuerit in possessione clericatus. ar. l. iij. ff. ad macedo. iuncta l. barbarius. ff de offi. præsi.

Vide Iason ī. l. barbarius col. 9. uersi. 3. facit & col. 12. uer. quito. ff. de offic. præto. & ꝙ pbetur p unū testē uide hippoli de mar. in l. i. §. idem Cornelio in fi. col. ff. de quæsti.

Summarium.

1 Possessor beneficij etiam nō probato titulo beneficij nec pensionis poterit agere nomine sui beneficij.

Decisio. IX. alias. 466.

Nota possessor beneficij etiam non plene probato titulo beneficii nec pensionis potest agere nomine sui beneficij actione ex decre. quærelam. de electio. pro pensione iam diu soluta prædecessoribus suis & postmodum ei subtracta licet ipse non fuerit in possessione percipiendi eandem. iuxta notata per Inno. in. c. in literis de resti. spo. & in. c. cum super. de causa pos. & proprieta.

Summarium.

1 Reseruatio papæ obstat agenti possessorio. quia afficit titulum & possessionem.

Decisio. X. alias. 478.

Nota si agenti possessorio obijciatur & producatur papalis reseruatio siue ante siue post suspensionem petitorij denegatur restitutio: quia decretum papæ nedum afficit titulum sed etiam possessorium. argu. corū quæ leguntur & notantur de appella. c. ut nostrum. de electio. c. si eo tempore. li. vi. facit optime. c. suscitata. de rest. spo. & no. in. c. constitutus. de fil. presby. & infra de restit. spol. deci. 2.

s. de. 16. in no. de restit. spoli.

Summarium.

1 Reseruatio beneficij obstat agenti possessorio nisi sit spoliatus lite pendēte quia tunc officio iudicis sibi subuenit.

Decisio. XI. alias. 56.

Nota ꝙ ubi aliquis tenet beneficium reseruatum ꝙ si talis expellatur de beneficio sibi nō datur interdictū quia sicut reseruatio afficit beneficiū ita possessionem. ut c. ut. nostrū de appel. & ibi Inno. ad ꝙ. l. si minor. ff. de seruis exportan. bene tñ daretur offm̄ iudicis si esset expulsus lite pendente: in quo quidē officio nō requiritur possessio sed sufficit ꝙ quis tempore expulsionis detineat. ut no. Innoc. in. c. dilecti. de maiori & obediē. Ad ꝙ facit no. in. l. & idē. cū. l. sequenti. ff. de cond. furti. & l. nō tamen. ff. de peti. hæred. licet uideretur secundum aliquos quod posito quod reseruatio afficiat possessionem ciuilem non tamen naturalem. ut. l. i. §. dicitur de ui & ui arma. ut dicitur in simili quod ex contractu ex quo non potest transferri dominum transfertur possessio naturalis: ut in donatione inter uirum & uxorem. ff. de acquiren. poss. l. prim. §. si uir. ita concordatur. cum. l. si quis. & l. iij.

Vide. s. in no. de. 16. itē si cōtra de re. spoli.

Rot. s. ī no. de 14. fuit dubitatio de rest. spo.

§.si quis causa.ad quod.l.ii.§.a furioso.de usurā. Item po sito ꝙ reseruatio afficiat possessionem quantum ad papā non tamen quantum ad extraneum litigantem.ut dicitur in simili in.l.qui optionem. ff. de secu: ita. & uide infra de præben decisio.20. & supra de elect. de.4. & infra de rest.spol.2.

Summarium.

1 Petitorii suspensio quoad unam partem operatur effectum etiam quoad aliam etiam non petentem.

Decisio. XII. alias.625.

SI auditor sacri palatii suspendat petitorium ad instantiam unius partis dumtaxat ut agatur tantum in possessorio iuxta cle.unam de causa pos.& proprie.ꝙ tunc etiam intelligitur suspensum petitorium quo ad aliam partem sine eius petitione secundum dispositionem iuris communis ut in allega.c.uno notatur in.c. ex conquestione.de resti.spol. & hoc uerum est in eadem ratione secus in diuersis.& ita seruat rota.

Summarium.

1 Intrusus est tantum qui habet beneficium ab eo qui titulum dare non potest.

Decisio. XIII. alias.410.

Vide Fel.in.c. in nostra de rescrip.nu.27.infra de præbē. de.183.nota ꝙ ubi 20.de.

NOta ꝙ intrusus est ille qui absq; titulo eius qui dare potest tenet beneficium & non ille qui ab alio habet titulū qui dare potest licet de ipsius prouisi uel tenetis tit. ualiditate disputetur alias dubitetur. hoc uult Inno.in.c.nihil est.in magna glo. circa medium de electio.& ibidem Compost.in glo.pone. & sic intrusio opponitur canonico ingressui.

Summarium.

1 Possessorio per tres sententias conformes deciso suspenso prius petitorio non est amplius sententia dicēda super possessorio.

Decisio. XIIII. alias.367.

NOta ꝙ ubi in uero possessorio actum est: & sunt tres sententiæ latæ suspenso prius petitorio super possessorio seu spoliatione non est amplius sententia ferenda. Et hoc pōt esse uerum quando ab eodem agebatur petitorio & possessorio restituendæ possessionis & talis obtinuit & est restitutus in possessionem tunc frustra ageretur de possessione:quia non esset nisi fatigare laboribus & expensis.l.i.ff.de inoffi.testa. sic no. Inno.in.c.cū dilectus. extra de causa pos.& proprie. secus tamen si aduersarius, de quo dic ut in.c.qui ad agendum.per Dy.de reg.iur.& per Cy.in.l.incerti. C.de interdic. notatur in.l.j.§.cauendum.de interdic.

Summarium.

1 Spoliatus qui obtinuit in possessorio & recuperata possessione ecclesiæ super fructibus & expensis dedit spoliatori dilationem qui dilatione pendente potest procedere in petitorio si propterea fuerit facta nouatio.

Decisio. XV. alias.883.

SPoliator condemnatus ad restituendam ecclesiā cum fructibus perceptis & expensis restituta ecclesia cōponit cum spoliato pro fructibus & expensis in certa pecuniæ summa & quantitate & spoliatus dat sibi certos terminos certorum annorum ad soluēdam illam quantitatē pecuniæ:quibus terminis nondum lapsis nec adhuc soluta pecunia spoliator uult procedere in petitorio spoliatus dicit ꝙ non donec pene sit restitutus quia nōdum habuit restitutionē fructum & expensarum. Alter dicit ꝙ non tenetur soluere propter cōuentionem & terminos & quod ex hoc uidetur renunciasse spoliatus illi exceptioni.quæritur an bene dicat si fuerit facta nouatio/alias non.ut.ff. de re iudic.l.iiij.l.si exconuentione.C. de excep.rei iudi. l.ij.ad quod facit arg.l.qui id.ff.de dona.

DE RESTI. SPOLIATORVM.

Summarium.

1 Monachus spoliatus beneficio ad nutum remouibili nō restituitur contra abbatem suum nisi pendente inquisitione quam contra abbatem, prosequebatur uel ab extraneo sit spoliatus.

Epithome.

2 Præcario in dubio transfertur possessio.

Decisio. I. alias. 1.

Supra eo.ti.in no.deci.vj. Fely.in.c. ꝑtuas ꝗ maio.&obe.

PRIMO ꝙ monacho habēti ad ministrationē seu prioratū ad nutū abbatis amouibilem non cōpetit restitutio nec aliquid remediū in cā restitutionis possessionis contra suum abbatē. & sic tene ꝙ no. Inno. in.c.olim super uerbo restitutus. in ulti.opi.* de accu. nisi spoliet eum pendente inquisitione contra ipsum abbatem quam ipse monachus prosequebatur. ita no. Innoc.in prin.in ulti.opi.de accusa.nec seruamus opinionē eiusdem positam in.c.insinuante.qui cle. uel.uo.circa ꝙ uide quod no. Archi.in c.præsenti de offi.ordi.lib vj.Et istud ego intelligebam esse uerum quando prior uel monachus habens talem administrationem ad nutum remouibilem remouetur ab abbate secus si spoliaretur ab extraneo quia tunc competeret sibi restitutio.quia cum iste uideatur præcario posſidere in dubio respectu extranei ui-
2 detur habere possessionem.quia in præcario in dubio trāsfertur possessio.ff.de præca.l. & habet.§.cum qui. & ibi no.& istud est ad instar serui cui competit restitutio possessionis. C.si per uim uel alio modo.l.fi.qui legi. perso.habent.l.i.cum ibi no.contra tamē abbatem a quo talis monachus causam tantum habet non habet restitutionē.ar. l.si quis conductionis.C. loca. sed bene contra extraneū ut.l.qui præcario.ff.de præca & religiosi in causis in quibus possunt agere possunt procuratores constituere.

C*Vlti. opin. Vbi dicit ꝙ monachi bene petere possunt ut restituātur ad monasteria salua ordiis disciplina: sed ꝙ restituantur ad prioratus uel obediētias hoc petere nō pñt.

Supra de iudi. deci.15.

Summarium.

1 Notorium non ius agenti possessorio & reseruatio obstant eidem.

Epithome.

2 Spoliato petenti restitutio obstat exceptio notorij non iuris.& reseruationis.

Decisio. II. alias.7.

NOta ꝙ ubi agitur possessorio iudicio in causa beneficiali & apparet de notorio non iure agentis impeditur restitutio de quo.c.*ad decimas.de resti.spol.li.vi.ut no. Inno.in.c.cōstitutus.de fil.presb. & Spec.in.ti. de peti.& pos.§.quia supradictū est. secus uideretur in re prophana.ar.no.in.l.fi.ff.de ui & ui ar.& l.si de ui.& possessione.ff.de iudi.no.per Dy.in regula qui ad agendum de reg.iu.cum si pro quo.c.lator.&.c. consanguinei de re iudi.& quod no.in.c.quod sicut de elec. In beneficio reseruato etiam spoliatus non restituetur quia reseruatio tollit ne talis posſit dici possessionē habere.& ita no.per Inno.in.c.ut nostrū de ap.& ita seruatur & de elec.si cotpe li.vi.uide infra deci.supra de causa poss.& propr.deci.xi. & ccclxxj.

Vide.§.in no. eo.ti.de.16.itē si cōtra Alex. in.§. nihil cōe col.6. uer. aut quærimus.

C* C.ad decimas.qd.c.hoc dicit. Ecclesia quæ petit restitutionem decimarū quas se dicit intra parrochiā alterius possedisse nō auditur:nisi ꝓbat possessionē legitimā. Et sic obstaret sibi ecclesie notoriū: quia decie in aliena prochia cōstitute de iure cōi spectant ad illius parrochie ecclesiā.

Summarium.

1 Dolus tam in spolio rerum corporalium quam incorporalium requiritur.

Epithome.

Epithome.

2 Spoliatus pensione ad hoc ut obtineat necessario docere debebit de iure suo.

Decisio. III. alias 11.

NOta ꝙ sicut in spoliatione rerum corporaliũ dolus requiritur ita in spoliatione rerum incorporalium & ad hoc sequitur ꝙ ille qui tenetur ad certam pensionem & propter aliquas causas non soluit in præteritum sed est paratus soluere in futurum talis uidetur spoliare.ut no.Inno.in.c.quærelam.super uerbo subtractione.de electio.similiter in tali casu qui dicit se spo-
2 liatum pensione præterita oportet ꝙ doceat de iure suo anteq̃ pensio præterita adiudicetur.quia in isto casu tale possessorium a petitorio separari non potest quia non restituitur possessoriũ quin restituatur petitorium cum possessio in talibus incorporalibus haberi non possit sine iure ff.de itinere actuq; priuato.l.iij.§.hoc autem:& quemadmod.serui.amit.l.fi.cum ibi no.&.c.transmissa.de restit.spol.de quo notatur per Inno.de seruis non ordi.c.de seruorum cum ista sint coniuncta in isto casu cognoscendo de uno necesse est ꝙ de alio cognoscatur.ut dicitur in simili extra de dona.inter uirum & uxo.c.ad prudentiam.cum ibi no.per Inno.iuncta.l.quotiens.ff.de iudi.odium spoliatorum & suspicio petitorũ.ut de in rem uerso.l.seruitutis.& notatur de doli excep.l.ij.& contra.

Summarium.

1 Appellatio spoliati donec durat spolium ualet.

Epithome.

2 Spoliatus si appellauerit etiam post.x.annos poterit persequi appellationẽ suam.si grauamẽn non habet uim diffinitiuæ sententiæ uel interlocutoriæ.

3 Spoliatus semper uidetur grauari.

4 Spoliatus infra quod tempus uidetur possessionem perdere si petere negligat?

Decisio. IIII. alias.54.

NOta ꝙ ubi dicit se aliquis spoliatum & appellat post magnum tẽpus a tempore spoliationis etiã post decem annos ꝙ ualet appellatio & hoc si
2 grauamen non hebet uim diffinitiuæ sententiæ uel interlocutoriæ.ut no.Spec.ti.de appel.§.restat.uersi.sed quid dices.circa quod uide Archidi.in.c.concertationi.super uerbo apprehẽdi.de appel.li.vj.et est ratio.quia semper
3 spoliatus uidetur grauari ergo quandocunq; & ubicunq; potest appellare.licet uidetur contra.quia fur ex prima contractione tenetur.ut.l.ei qui.de fur.igitur uidetur ꝙ tempore spoliationis quis uideretur grauari non alio tempore.Inno.tamen uidetur notare in.c.quærelam.de elec.
4 super uerbo de nouo in prin.ꝙ spoliatus negligens per annum petere possessionem nõ uidetur perdere dictam possessionem arbitrio tamen iudicis relinquitur in quo tẽpore spoliatus uideatur possessionem perdere si petere negligat.ut dicitur in.c.mandatum.de rescrip.p Inno.in gl.i.

Summarium.

1 Spoliatus debet probare se habuisse possessionem ab eo qui auctoritatem habebat instituendi.

Decisio. V. alias. 65.

NOta ꝙ ubi quis petit restitutionem beneficii quo dicit se spoliatum oportet ꝙ probet possessionem se habuisse ab illo qui auctoritatẽ habebat instituendi.ut no.Inno.in.c.in literis in glo.circ fi.de resti.spol.& Archid.in c.i.de eo qui mit.in pos.causa rei seruã.li.vi. Et ponit hoc Io.an.in addi.Specu.in rubrica de resti.spol.& Io.de lig.in.c.ex parte.de resti.spol.& hoc tenet curia romana.

Summarium.

1 Restitutio hospitalario uel similibus spoliatis nõ datur.quando crimen tangit administrationem propter quod fuit amotus alias secus.

Epithome.

2 Hospitalariis uel leprosariam tenentibus an detur restitutio.si spoliati fuerint.

Decisio. VI. alias. 71.

NOta ꝙ ubi quis tenet hospitale ut leprosariam si per superiorẽ amoueatur propter aliquod crimen ꝙ imponitur tali datur restitutio ad tale hospitale donec
2 contra eũ fuerit probatum.& hoc intelligo uerum si fuerit amotus propter crimen ꝙ non tangebat administrationem.Si autem crimen tangit administrationem.quia postulatur suspectus propter malam administrationẽ tunc nõ restituetur.sic no.in.c.quia cõtingit.de reli.do.in cle.Sic dicitur in simili ꝙ tutorum suspicio non potest solui si
1 de administratione accusentur secus si de alio crimine.sic concor.l.ff.iudic.sol.l.ꝙ si forte.§.i.cum.l.q̃uis.alias incipit calipodius.eo.ti.Item interest istius ꝙ purget famã suam & ꝙ interim non spolietur.ut dicitur in simili ꝙ etiã administratori est licitum defendere famam suam.ut.l.quæ omnia.ff.de procura.

Summarium.

1 Clericus rediens ad beneficium non dicitur spoliare in casu.c.si beneficia.de præben.li.vi.Et in eodem casu non licet propria auctoritate redire ad beneficium dimissum & per alium occupatum.

Epithome.

1 Clericus rediens ad suum beneficium quod dimiserat si alium in possessione inuenerit.nõ debebit propria auctoritate illum possessione sua spoliare.

3 Hæres poterit res hæreditarias propria auctoritate occupare nisi fuerint per alium occupatæ.

Decisio. VII. alias.100.

NOta ꝙ ubi aliquis per.c.si beneficia.de præben.li.vi.reddit ad beneficium primum in quo alias erat institutus contra istum redeunte ad beneficium suum non datur possessorium iudicium nec interdictum.Et est ratio q̃a iste qui rediit ad suum beneficium non uidetur perdidisse possessionem nec amisisse.quia dũ redijt nihil de nouo uidetur acquirere sed acquisitum conseruare.ar.l.filio.de iniusto rup.testa.ff.de pecul.l.peculium.§.si habere.&.l.uolũtate.ff.quibus mo.pig.uel hipot.sol.ad ꝙ facit quod no.Archi.in alleg.c.si beneficia.ubi dicit ꝙ propria auctoritate potest redire ad suũ beneficium.& hoc intellige uerũ ſm me si possessio non erat occupata nec erat qui contra diceret tempore regressus.quia si esset occupata uideretur ꝙ iste non posset redire.quia licet non sit priuatus ipso beneficio per sententiam hominis seu iuris.tamen ubi institutus in beneficio & occupauit beneficium tali habẽti ius non est permissum occupare propria auctoritate.ut no.in simili Inno.in.c.transmissam.de elec.ut dicitur in simili ꝙ hæres propria auctoritate potest res hæreditarias occupare nisi fuerint per alium occupatæ.in autã.de hære.& fal.§.in omnibus.qui ita concor.cum.l.habeat.ff.de manu.testa.cum multis si.

Sum marium.

1 Appellatio interposita per spoliatum contra spoliãtem habet uim citationis.

Decisio. VIII. alias.109.

NOta ꝙ ubi aliquis dicit se spoliatum & appellauit contra spoliatorem licet spoliator nõ ueniat ad causam reintegrandus est spoliatus.quia spoliator uidetur citatus a iure.& licet non appareat reuera spoliasse.tutius est ꝙ reintegretur qui dicit se spoliatũ sub

ſub conditione ſi & inquantum eſt ſpoliatus contra illum a quo dicit ſe ſpoliatum licet aliter non appareat.ut.c.g. perpetuus.cum ibi no.per Inno.de fide inſtru.iuncta.l.cō ductorum.C.de pac.Item no.ꝙ cauſa nullitatis impedit litis conteſ.& ante litem opponi poteſt.ut no. Archi.in.c. ut circa.in fi.de elec.li.vi.& Io.mo.

Summarium.

1 Canonico regulari ſpoliato beneficio datur reſtitutio.

Epithome.

2 Fructus an lucretur in habilis?
3 Conferenti beneficium inhabili non currit tempus ut de uoluatur beneficium propter negligentiam.

Deciſio. IX. alias. 113.

Nota ꝙ ubi regularis canonicus habet ex collatione ordinarii beneficium ſeculare ſi ſpoliatur a tali beneficio tali canonico datur reſtitutio. quia per tales perſonas talia beneficia poſſunt præſcribi ergo posſideri ab initio. ut.c. ſi de beneficio.de præben.lib.vi.iūcto.c. cum noſtris de conceſ.præben.ubi inhabilis *lucratur fructus.ergo posſidet.& ibi uidet̄ textus in.c.poſt electionē. eo.ti.ꝙ ſi inhabili conferatur beneficium conferenti non
2 currit tempus ut ſic deuoluatur beneficium propter negligentiam.quia non deuoluitur.ſuper quo uide.c.quanquam.de elec.li.vi.

¶ * Lucratus fructus. Super quo uide late ꝑ Fely. i. c.de quarta.đ ꝑſcr. col.xi.ubi plenge & latisſime de hoc tractat ultra cæteros ſcribentes.

Summarium.

1 Spoliator uiolentus & intruſus cum titulo reprobato cō demnādi ſunt etiam in fructibus qui percipi potuerunt.ſecus ſi ageretur contra alium poſſeſſorem ad quem prouenit res cum titulo colorato.

Deciſio. X. alias.129.

Nota ꝙ ubi agitur de reintegrando ſi agitur contra uiolentum & doloſum.uel contra illum ad que res peruenit ex contractu reprobato tunc ueniunt fructus qui percipi potuerunt.ar.l.ſed & parcus.ff. de reſtit. ſpol.ubi autem ageretur de reintegrando contra aliū poſſeſſorē ad quē peruenit res titulo colorato uel aliū colorata cauſa nō ueniunt fructus qui percipi poterant.l.ſi.fundum.cum ibi no.ff.de rei uen.

Summarium.

1 Spoliatus uenit reſtituendus etiam ſi ſpoliator dicat beneficium reſeruatum.niſi incontinenti paratus eſſet illud probare.

Epithome.

2 Reſeruationis exceptio eſt excluſoria poſſeſſorij. ubi cō ſtaret de reſeruatione uel incōtinēti poſſet probari de illa.

Deciſio. XI. alias. 474.

Nota ꝙ ubi ſpoliato opponitur beneficium quo dicit ſe ſpoliatum fuiſſe reſeruatū, & ſpoliatus petit ſe admitti ad probandum ſpoliationem ante reſtitutionē non auditur ſpoliator quia exceptio reſeruationis probandæ non excludit ſic intelligitur.c.ut noſtrum.cum ibi no. de appel.& c.conſtitutus.de filijs præsby.& ſi dicatur ꝙ reſeruatio eſt excluſoria poſſeſſorij.quia uerum eſt cū eſt probatum uel quando quis incontinenti paratus eſt probare.alias contra ſpoliationem non admittitur exceptio. ar.l.ſi debiti.ff.de iudi.c.in literis.de reſti. ſpo. facit bene quod ibi no. Inno.in fi.uer.ſed ſi conſtaret.uer.ſe.& quod no.Io.mo.in.c.ii.de reſti.ſpol.li.vi.

Aeneas de falco. in tracta.reſerua in.4. q̄ſt. principali i.xi. effectu.

s̄. de ca. poſſ. & ꝑprie de.xi. &de reſt.ſp.2.

Summarium.

1 Epiſcopus habet præſumptionem pro ſe quando agit cum inferiore prælato.& hoc cæteris paribus.

Deciſio. XII. alias. 298.

NOta si auditor admittat articulos in aliqua causa & recipiat statim testes super illis & postea ab huiusmodi admissione articulorum appellatur & pars quæ appellauit per auditorem in statum pristinum reponatur & postea iterum idem articuli admittantur & tunc non appelletur fuit dubitatum utrum receptio testium post admissionem & ante receptionem factam ualuerit? Et uidebatur quod non.nam ex quo auditor partem appellantē reposuit in statum pristinum in quo fuit ante huiusmodi admissionem uidebatur grauasse & ideo reuocando grauamen uidelicet admissionem quæ fuit principalis uidebatur etiam omnia accessoria reuocasse & sic testium receptionem nil ualuisse alias non reuocasset grauamen cū effectu de appellatio.c.cum cessante.Et.c.a iudice.li.vi. Dicebatur & concludebatur per omnes dominos contrarium.nam licet auditor partem appellantem reposuerit hoc facit animo melius deliberandi, & non repellendi sed potius admittendi articulos. quem animum postea certum admittendo eosdem declarauit nec etiam secundum omnes dominos esset magnum peccatum si seruatis omnibus terminis reciperentur testes super articulis admissibilibus immo secundum aliquos eoipso quod iudex recipit articulos admittit saltem tacite.& ideo iudices in
2 partibus seruatis seruandis nunquam super admissione uel repulsione interlocuntur sed testes & instrumenta recipiunt ad probandum eosdem,& si actor probet intententionem suam procedunt ad diffinitiuam sententiam. nec huiusmodi admissio est de substantia ordinis iudicia-
3 rii nec uitiat receptionem testium dummodo alias sint ꝑtinentes. per hoc facit.c.si.de elec.in cle. præterea licet ab admissione prima articulorum fuerit appellatum tamen non a receptione testium.nec a secunda admissione quæ declarat primam bonam fuisse & canonicam ergo &c.

Summarium.

1 Exceptio manifestæ offensæ generaliter opposita absolutionem petenti simpliciter uel ad cautelam ualet.

Decisio.XI.alias.500.

NOta sufficit opponere exceptionem manifeste offensæ in genere absolutionem petēti simpliciter uel ad cautelam maxime si excipiens referat se ad acta tempore probationis & prædictam manifestam iniuriam in curia tunc specificari oportebit.iuxta notata in.c. solet. de sen. excom.lib.vi.uide de.cccclvi.

Summarium.

1 Exceptiones declinatoriæ non sunt admittendæ post terminum ad dicendum contra commissionem nisi iuretur.&c.

Decisio.XII.alias.502.

NOta exceptiones declinatoriæ post terminum ad dicendum contra commissionem oppositæ ad probādum non sunt admittendæ.nisi uellet iurare excipiens. iuxta formam.c.pastoralis.de excep.

Summarium.

1 Exceptiones tacite repelli uidentur si auditor procedat illis non obstan.

Decisio.XIII.alias. 594.

DIc quod si aliquæ exceptiones dentur in aliqua causa per aliquam partem si auditor procedat ad ulteriora tacite repellit eas & reputatur ac si super eis pronunciasset expresse.pro hoc in.c.cum cessante.de ap.& ab eo potest appellari.c.ex parte. el .ii. de appel.& ibi per doct.

Summarium.

1 Ætatis defectus ubi opponitur auditores ex aspectu corporis solent iudicare.

Decisio.XIIII.alias.811.

SCiendum est quod si in aliqua causa commissa alicui domino auditori sacri palatii opponitur contra aliquē quod non habeat ætatem sufficientem ad beneficium curatum quod tunc auditor causæ præsentat illum coram dominis auditoribus ut uideant illum & possint habere consilia ab eis per aspectum corporis.iuxta.c.pube-

res.de sponsa.impu.& ita seruat rota.

Summarium.

1 Exceptio peremptoria potest omitti per prælatum & p latus agens nomine suo & conuentus præsumitur agere de consensu conuentus.

Decisio.XV.alias.241.

NOta quod prælatus potest omittere exceptionē peremptoriam competentem monasterio licet monasterium post si esset lesum poterit restitui.ut notat Innocen.in.c.ueniens de præscrip.& ibi no.quod ubi prælatus agit nomine suo & conuentus præsumitur agere de consensu conuentus.ut est tex.in.c.noscitur.de his quæ fi.a præla.

Summarium.

1 C.Vt circa de elect.in.vi.quando non opponuntur crimina uel defectus non habet locum.

Decisio.XVI.alias.321.

NOta glo.est Paul.de elazariis q quādo non opponitur crimen uel defectus contra electum uel prouisum sed opponitur aliud quam crimen uel defectus non oportet quod seruetur c.ut circa de elec.li.vi. puta quia dicit electum renunciasse.ut ipse no.in.c.constitutionem de elec.in uerbo opponuntur.

Summarium.

1 Articuli obiectiui dandi sunt infra terminum facto & nō uerbo tantum.

Epithome.

2 Articuli obiectiui quando ex eis dans nullum ius acquirit an sint admittendi?

Decisio.XVII.alias.606.

DIc quod stilus sacri palatij est quod assignetur partibus terminus ad ponendum & articulandū in aliqua causa quod si aliqua pars dat articulos obiectiuos contra aliam post illum terminum non admittetur ad dandum articulos.nec assignabitur alius terminus sibi.nec sufficeret si daret uerbo nisi facto det in termino assignato.pro hoc facit quod dicit Compost.in.c.quod sicut de electi.Sed ad crimina proponenda restitutio denegatur secus tamen si ille articulus respiciat ius commune uel dantis.nam tunc assignabitur alius terminus si est necessarium ad dandum articulos de iure,ut si aliquis dicat in suis articulis quod ipse habet ius in tali beneficio ex collatione ordinaria uel alia uia debita,& non ille cui papa contulit cum ipse copulauerit matrimonium cum tali antequam papa sibi contulisset dictū beneficium uel alia iusta causa dicat illum non habere ius isti articuli respiciunt ius dantis eos ideo sunt admittendi cum cuilibet sit permissum defendere ius suum ut legitur & notatur in.c.cum ecclesia uulterana.de electi.
2 Articuli uero obiectiui ideo non sunt admittendi quando ex eis dans nullum ius acquirit ideo non debent admitti cum probatum non prodesset ut notatur in.c.contingat.de offic.deleg.contra hoc uidetur quod dicit Cōpostillanus.in.c.mandatum.ibi.Item reus nunquam cōtra quem extra de rescrip.ubi dicitur quod licet reus non habeat ius in aliquo beneficio admittitur in iudicio contra actorem cum multis fauoribus.ut ibi dicit Compost. præterea articuli obiectiui sunt calumniosi & ideo sunt repellendi.pro hoc facit.c.calumniam.extra de penis. De materia obiectiua legitur & notatur in.c.statuimus. & in.c.ut circa.de elec.lib.vi.& melius in.c.constitutionem de elec.in cle.ubi dicitur quod articuli concernentes ius ecclesiæ uel ponen.ideo sunt tales articuli admissibiles.quando uero obiectus habent locum debent specificari.secundum Inno.in.c.cum uenissent.de integ.resti.uide.supra decisio.64.

Summarium.

1 Gratia si neutri operatur quod materia obiectiua quæ alias esset repellenda admittatur.

Decisio.XVIII.alias.827.

NOta quod materia quæ alias obiectiua esset repellenda uigore gratiæ si neutri ius competat efficitur extunc de iure suo & est admittenda nam qualitercunque poterit ostendere aduersario ius non competere totum est de iure suo.quia per hoc sibi prouidebitur. ad hoc cle.constitutionem.de elec.

DE PRAESCRIPTIO.

Summarium.

1 Ecclesia parochialis & hospitalarii possunt præscribere iura aliarum ecclesiarum.

Decisio.I.alias.10.

NOTA quod ecclesia parochialis et hospitalarii ex consuetudine possunt præscribere iura alterius parochiæ & possunt conferre ecclesiastica sacramenta. de quo dic ut in cle.quia contingit. de reli domi.in fi.cum ibi no.& c.religiosi de priui.ut no.per Io.mo.i.c.cum persone.eo.ti.li.vi.

Summarium.

1 Titulus minus iustus non tamen reprobus dat causam præscribendi,& ideo ex eo acquiritur mediante præscriptione dominium.

Decisio.II.alias.309.

NOta ex minus iusto tiulo non tamen reprobo ut rei furtiuæ uel raptæ acquiritur mediante præscriptione dominium.quia minus iustus titulus dat causam præscribendi.extra de iure patro.c.cura.&.c.pastoralis.cū ibi no.&.c.si diligenti.de præscrip.ff.de usucap.pro empto.l.ij.§.fi.a furioso.

Summarium.

1 Archidiaconus potest præscribere ius instituendi & destituendi.

Decisio.III.alias.343.

NOta archidiacono iure præscriptionis potest competere institutio & destitutio beneficij etiam curati.de quo dic ut in.c.satis.de offi.archi.& istud potest esse præscriptibile.

DE SENTEN.ET RE IVD.

Summarium

1 Sententia lata non publicatis testibus non uitiatur nisi fuerit appellatum a non publicatione.

Decisio.I.alias.16.

NOTA quod non uitiatur sententia testibus non publicatis nisi a non publicatione fuerit appellatum uel a parte fuerit petita publicatio.ut no.Inno.in.c.cum I.&.A.super uerbo publicatur.de re iudi.

Summarium.

1 Sententiæ executioni intereſſatus opponere ſe poteſt.

Deci. I I. alias. 2.

NOta quod opponens ſe* executioni ſententiæ ſiue in cauſis beneficialibus ſiue aliis ſi ſua inter eſt audit ur. ut no. in. c. ueniens. de teſti. per Inno. ſuper uerbo. opponere. & ſuper uerbo incontinenti. de quo dic ut ibi & uide in. deci. liii. & cccxciiij.

* Add. Fel. in c. ſuper eo. de offi. delega. in prin. nu. pri.

Summarium.

1 Cle. ut calumniis de re iudi. non habet locum quando tertia ſententia eſt lata ſolum ſuper deſertione.

Epithome.

2 Iudex nullitatis an poſſit inhibere ubi latæ fuerunt tres ſententiæ duæ conformes & tertia ſuper deſertionem appellationis?

Deciſio. I I I. alias. 21.

NOta quod ubi tres ſententiæ ſunt latæ ſuper uno negocio ſed tantum ultima ſententia eſt lata ſuper deſertione appel. & ſolum appellatio eſt pronunciata deſerta quod in hoc caſu ſententiæ ſunt difformes in iſto caſu non habet locum. c. i. de ſent. & re iudi. in cle. quin iudex cui commiſſa eſt cauſa nullitatis poſſit inhibere q non fiat executio. nam illud. c. habet locum quando tres ſententiæ ſunt latæ conformes. & in omnibus eſt cognitum de inſtantia quod non eſt in præſenti caſu quando ultima ſententia ſolum eſt lata ſuper deſertione. licet cõtra hoc uidetur. l. furti. in prin. ff. de his qui no. in fa. ubi quando pronũciatur ſuper deſertione a tempore primæ ſententiæ habet effectum niſi ante confirmetur ſententia a tempore latæ ſententiæ a qua fuit appellatum ut ibi. pro prima parte faciunt no. per Ioa. an. in. c. ſicut. de ap. in cle. & uide. in. deciſi. clxv. & cccxvii. & ccccxli. & dxvij.

Summarium.

1 Executoria factum parti non citatæ non præiudicat.

Epithome.

2 Sententia inter alios lata inducit præſumptionem.
3 Executor neceſſario non uocat aliquem ubi procedit ad examinationem an impetrans ſit idoneus.
4 Executor poteſt alteri commetere Examinationem idoneitatis impetrantis.

Deciſio. I I I I. alias. 88.

NOta quod ubi executor declarat illum qui acceptauit beneficium ius non habere in beneficio talis declaratio non nocet tertio niſi fuerit uocatus, licet alias faciat præſumptionem quia quod facit executor nõ uocata parte parti non uocatæ non nocet immo poſt. x. dies poteſt uenire contra ſecus ſi pars eſſent uocata. ar. illorum quæ no. in. c. propoſuit de cõceſ. præben. & c. dudum. de præſump. cum no. per Io. an. in. c. cum in multis. in nouel. de reſcrip. li. vi. præſumptionem autem facere
2 ret iſta declaratio. quia ſententia inter alios lata inducit præſumptionem. ut no. in. l. quia non debet. ff. de iureiu
3 ran. quando autem fit per executorem examinatio an alias ſit idoneus per purificationem gratiæ impetrantis nõ eſt neceſſe aliquem uocari per executorem. ut no. Innocen. in. c. licet. de transla. & in allega. c. propoſuit. & ui-
4 de. c. i. de of. iudi. deleg. in cle. quia talis executor poteſt alteri committere.

Summarium.

Interlocutoria non eſt ferenda in ſcriptis de neceſſitate niſi in ea uerteretur magna cauſæ cognitio.

Deciſio. V. alias. 91.

NOta quod ſententia interlocutoria non eſt neceſſe quod feratur in ſcriptis ut no. glo. ff. de appel. l. ii. & de arbi. l. diem proferre. in prin. & no. nihil dicit Archi. in. c. fi. de ſen. & re iudi. li. vi. & hoc intelligo uerum. niſi talis ſit interlocutoria in qua uertatur magna cauſæ cognitio. quia tunc eſſet ferenda in ſcriptis ſicut diffinitiua. arg. l. minori C. de præ. mino. iuncta. l. i. C. de ſenten. ex pericu. reci. ſic no. in. l. ii. eo. ti. per. Cy. Inno. in. c. auditis de procu dicit quod ferri poteſt ſine citatione & partibus abſentibus.

Iaſon in. l. ne quicquam. §. ubi decretum co. xi. uer. ultimo queritur ff. de offi. pro. con. & uide de ci. primam eo. in antequio.

Summarium.

1 Poſſeſſor reus non eſt amouendus a poſſeſſione beneficii etiam ſi nullum ius habeat ubi conſtat de non iure actoris.

Epithome.

2 Poſſeſſor etiam ſi nullum ius habeat in beneficio tamen dare poteſt obiectus.

Deciſio. V I. alias. 70.

NOta quod ubi conſtat de non iure actoris reus non eſt amouendus a poſſeſſione beneficii quod tenet poſito quod reus ius non habeat. ut no. Compoſ. in. c. mandatum de reſcrip. & Inno. in. c. ex inſinuatione de procurat. ad quod facit. l. fi. C. de rei uendi. & quod no. Inno. in. c. in literis. de reſti. ſpo. in glo. ſuper uerbo fatemur. melius in. c. cum bertoldus. in glo. mirum. poſt prin. de re. iudi tamen uidetur tex. in. c. olim. de reſcri. in fi. ad quod. l. i. ff. uti poſſi. immo ſecundum aliquos talis poſſet dare obiectus contra ius non habentem. quia intereſt
2 ſua eſſe in poſſeſſione donec cõſtet de iure actoris, maxime ſi ab inicio haberet poſſeſſionem coloratam ar. no. per Archi. in. c. licet. de præben. lib. vi. ad quod facit. l. loci corpus. ff. ſi ſer. uẽ l. paulus. §. fi. qui. mo. pig. uel hipo. ſol. & eſt tex. extra de reſti. c. ſignificauit. uide omnino. ĩ deci. ccccxix. & ccccxx. & ſe.

Summarium.

1 Sententia nulla per ſecundam confirmata non poteſt ulterius allegari nulla.

Deciſio. V I I. alias. 115.

NOta quod ubi ſententia nulla per ſecundam ſententiam eſt confirmata. ammodo prima ſententia confirmata non poteſt allegari nulla. no. Inno. in. c. i. de. confir. uti. uel inutili.

Summarium.

1 Cauſa cenſetur deuoluta ad curiam in petitorio ex quo in ea ſunt latæ tres ſententiæ conformes in poſſeſſorio.

Deciſio. V I I I. alias. 101.

NOta quod ubi tres ſententiæ ſunt latæ ſuper poſſeſſorio & ſunt mandatæ executioni ſi poſtea agatur petitorio petitorium uidetur deuolutum in curia eo quod ſuper poſſeſſorio in curia ſententiæ ſunt latæ ne diuidatur cauſæ continentia. l. nulli. C. de iudi. maxime coram iudice competenti qui iudex eſſe poteſt in utraque cauſa ſi petitur uentilato petitorio. nam alias poſito quod poſſeſſorium, eſſet uentilatum coram iudice petitorii non eſſet competens iudex. ut dicitur in ſimili in. c. at ſi clerici. de iudicii. ubi laicus conuentus a clerico coram iudice ſeculari non poteſt laicus clericum reconuenire coram eodem iudice ſeculari. Ad quod facit

quod no. Archi.c.i.de cle.coniuga.li.vi.in uerbo condẽnatis.in fi.uide.supra.deci.vi.

Summarium.

1 Executioni trium sententiarum tertiã se opponens non auditur nisi se ante sententias opposuisset & interesse suum declarasset.

Decisio.IX .alias.165.

NOta quod ubi sunt latæ tres sententiæ & mandantur executioni.iuxta.c.ut calumniis.de re iudi.in cle.tertius allegans inter esse quod sententiæ non mandẽtur executioni non potest executionem impedire nisi ante sententias se opposuisset & interesse suum declarasset de quo dic ut no.per Guil.& Gen.in allega.c.ut calumnis.& per Inno.in.c.ueniens.de testi.uide supra decisione.xxi.

Summarium.

1 Sententia lata super attentatis an dicatur interlocutoria si feratur,ordine iuris seruato.

Epithome.

2 Sententia quæ fertur super his quæ incidunt uel emergunt pendente lite dicitur interlocutoria.
3 Ordo iuris ubi nõ negritur sed tamen partes illum cœperunt obseruare an sibi præiudicent?
4 Sententia lata super possessorio dicitur diffinitiua.

Decisio.X.alias.214.

NOta quod sententia lata super attentatis uidetur interlocutoria magis quam diffinitiua nec habet uim diffinitiuæ quia ex quo post iudicium inceptum incepit competere uidetur de processu causæ,ut no. Archi.in.c. non solum.in.glo.ii de ap.lib.vi.imo illa sententia dicitur interlocutoria quæ fertur super his quæ incidutn uel
2 emergunt penden.lite.ut no.Io.an.in.c.ad compescendas.de sequest.pos.in cle.super uer.diffinitiua.Item non uidetur diffinitiua quia non diffinit negocium quia posito ꝙ sententia sit lata super causa attentatorum potest agi interdicto uel aliis remediis ad possessionem ar.no.p Io.mo.in.c.cupientes.super uer.in totum.in fi.de elec. lib.vi.& ex hoc dicitur ꝙ si appelletur a tali sententia ẽ appellandum i.scriptis sicut ab interlocutoria.no.in.c. cordi.de.ap.lib.vi.Item dicitur quod ubi super attentatis coram iudice a quo est appellatum & est datur libellus & lis contestata non est necesse ꝙ talis ordo iudiciarius seruetur coram iudice appel.quia est alia instantia. ut.l.cum quærebatur.ff iudi.sol.& partibus uidetur præiudicatum si primo elegerunt ordinariam uiam de quo dic ut no. Archi.& Io.an.in.c.non solum.de ap.li.vi.& c.cupientes.super uerbo plenam fidem.nam etiam illa interlocutoria uocatur quæ uere decidit negocium dum tamen incidat in causa principali.ut no.glo.in l.int. uti le.ff.de mino.in.fi in gl.licet aliqui uoluerint dicere ꝙ ex quo super attentat.seruatur ordo iudiciaribus si sententia feratur seruato iuris ordine uidetur diffinitiua. Archi.no. in. c. constitutus. super uerbo effectum. uers.& licet.de ap.per.Inno.licet ibi loquatur in casu qui differebat totum negocium.quia posito ꝙ seruetur ordo iudiciarius non sequitur quando sit interlocutoria sed difficili modo reuocatur.ut no.Inno.in.c.cum uenisset.circa fi.de iusti.Sententia autem lata super possessorio uidetur
4 diffinitiua.ut est tex.in cle.ad compescendas.de seques. & circa materiam attentatorum uide dec.xc.&.ccclvii.

Summarium.

1 Sequestrum decretum post sententiam diffinitiuam inter alios collitigantes latam an impedire possit tertius interesse suum deducens.

Decisio.XI.alias.393.

NOta ꝙ si feratur sententia diffinitiua in causa beneficiali pro iactore & contra reum possessorem & ab illa sententia appelletur per eum qui dicit sua interesse dubium fuit utrum hic tertius appellans possit cõtradicere & impedire sequestrationem beneficiarum & fructuum.iuxta cle.unam.de seques.posses & fruc. & uidebatur ꝙ sic.quia per hanc appellationem impediretur realis & actualis executio sententiæ.quæ & maior quã sequestratio.ut in.c.cum super.de re iudi. cum ibi no.ergo multo fortius sequestrationem fructuum quæ est minus.de deci.c.ex parte.de regu.iu.cui.licet.li.vi.pro hac opi.faciunt quædam no.Pau.in glo.penul.dictæ cl.quæ quærit si duo litigant de beneficio ꝙ in totum spectat ad tertium. nunquid per talem litem impeditur in iure suo? tenet quod non.quia hoc absurdum esset dicere.facit.c. cum ecclesia uulterana.de elec.qa nemini facit.in iuriã qui utitur iure suo.& res inter alios acta &c.de re iudi.c. quamuis facit etiam pro hoc dicto quædam no.Io.and. in eadem cle.super uerbo alias.uers.possessorem non tamen pro petitorio non est sequestrari.concor.Gen.& Pa. dicunt hæc licet sententia non sit lata pro illo nouo petitore licet lata contra possessorem ad instantiam illius qui forte nullũ ius habet in beneficio ergo uidetur quod ad eius instantiam non sit facienda huiusmodi sequestratio. de accu.c.super his.præmissis non obstan. fuit decisum contra per omnes dominos nam per huiusmodi sequestrationem nullum sibi fit præiudiciũ nec damnumr immo est sibi plus utile quam damnosa uidelicet quod fructus per unam personam colligantur idoneam & reseruẽtur sibi si finalem in causa obtineat uictoriã.nec per hoc impeditur in iure suo in aliquo ergo cessat dictum Paul. quod forte procederet si iste tertius fuisset & esset possessor beneficii.quia si inter duos uel plures petitores fertur sententia pro uno contra unum alium uel reliquos non fit sequestratio nec habet locum cle.illa quod probat ibi tex.quando dicit dum una sententia pro petitore & contra possessorem non possidentem contra unũ fertur sententia quod non est hic.præterea dictum Io.an. non ob. quia loquitur quando sententia fertur pro petitore qui al legabat ad priuationem tunc enim non est locus sequestrationi quæ non habet locum nisi quando agitur super titulo beneficiali.& ideo si inter petitorem & possessorem beneficii esset.alia quæstio realis uel personalis non esset locus constitutioni.secundum Io.an.super uerbo diffinitiua.& Pau.illud cum igitur istius tertii non interfit impedire huiusmodi sequestrationem & sit sibi potius utile quam damnosum non est audiendus.ii.q.vi.non solent. & in dicto.c.super his.non ob.c.eum super cum ibi no. per Inno.& Hostien.quia ibi posset fieri appellanti tertio magnum præiudicium si fieret executio latæ sententiæ pro uictore & ipse in possessionem induceretur & sic sibi nouus possessor & durior aduersarius constitueretur. at hic in casu nostro illi habenti unam sententiam pro se non dabitur possessio nec aliquid de fructibus percipiet nisi finalem uictoriam in causa obtineret ergo maius præiudicium fieret tertio per illam executionem quam per illam sequestrationem quæ fit per iudicem & non per partem immo parte in hibita ergo non debet esse partibus dãnosa.secundum Guil.& Gen.ibi qui remittit ad no. de iudi.c.examinata. Et plenius de hac materia sequestrationis de regu.iuris.locupletari.li.vi.per Io.an.uide.in. decisi.dx.

Ludo. gomes super regu. de surro colli.q. 7.fol.pri.circa fine.

Summarium.

1 Appellatione deserta si iudex proferat sententiam super principali negotio etiam appellato instante talis sentenia erit nulla.

Decisio.XII.alias.603.

DIc quod si appellatio alicuius deserta est.& iudex qui procedit ratione dictæ appellationis ꝓferat senteutiam quod talis sententia nulla est licet appellatus procederet corã eo ratione dictæ appellationis.& ita fuit obseruatum in curia romana cum reuerendi

tendis patribus dominis cardinalibus auunculo & nepote.

Summarium.

1 Episcopus ubi latæ sunt tres sententiæ conformes contra eius capitulum an possit executionem ipsaru impedire ex eo quod non fuerit citatus.

Deci. X I I I. alias. 440.

Nota utrum latis tribus sententiis contra capitulum episcopus ueniens ad causam etiam in secunda uel in tertia instantia & prætendens illas nullas quia ipse uocatus non fuit ad causam possessionis impedire earu executionem. uel an obstet sibi. c. ut calumniis. de re iudi. in clem. nam aliqui ibi intelligunt quod ille contra quem latæ sunt non possit extunc impedire prætextu nullitatis tamen tertius bene impedit. sup quo uide Pau. & Ge. ibi.

Summarium.

1 Cle. ut calumniis. de re iudi. an locum habeat quando una sententia super nullitate duarum præcedentium diffinitiuarum intermediauit tertiam earum confirmatoria.

Epithome.

2 Appellans a sententia lata super nullitate duarum sententiarum super negocio principali ad fauorem suum latarum si obtineat sententiam confir. materia primaru sententiarum & infirmatoriam tertiæ sententiæ latæ super nullitate, an possit impediri quominus executionem obtineat sententiarum ad fauorem suum latarum.

Deci. X I I I I. alias. 423.

Similis de. nu. 1. co. in antiq. Vide deci. … in … 136.

2 Nota quidam obtinuit duas sententias pro se & tertiam contra se & super nullitate primarum duaru per quam primæ duæ fuerant nullæ declaratæ & quartam pro se confirmatoriam & infirmatoriam tertiæ latæ super nullitate & sic habet tres sententias pro se concordes & unam contra se super nullitate pars uero rea contra quam sunt latæ tres sententiæ appellat a sententia cofirmatoria primarum duarum prætendens & produces earum nullitatem pro qua & super qua nullitate obtinuerat pro se sententiam tertiam actor uero petit antequam reus audiatur super illa nullitate mandari tres sententias concordes executioni. iuxta. c. ut calumniis. de sen. & re iudi. in cle. reus dicit quod. c. calumniis non habet locu in hoc casu. quia ipse de nouo post tres sententias concordes non proponit nullitatem immo ante post duas sententias proposuerat de nullitate & super ea & pro se unam sententiam iam reportauit quis eorum bene dicat no fuit determinata sed mota in concilio. uide Deci. num. 17. de senten. excom. infra.

Summarium.

1 Appellatum si fuerit, a sententia lata super possessorio suspenso petitorio nuquid possit iudex appellatiois super utroque pronunciare.

Epithome.

2 Iudex appellatiois a sententia lata in partibus super possessorio, petitorio suspenso, an possit cognoscere de possessorio, & petitorio simul.
3 Possessorium non trahit ad se petitorium.

Decisio. X V. alias. 435.

Nota actio in partibus super ecclesia petitorio & possessorio tandem suspenso petitorio lata sententia in solo possessorio appellatur ab ea defertur appellationi. & in uirtutem appellationis causa appellationis commissa fuit in curia auditori. & partes procedunt coram eo in petitorio & possessorio simul. & fertur sententia in utroque quæritur an ualeat in petitorio. & quidam dicunt quod non, quia solum possessorium uidetur commissum sibi ex quo appellatio erat emissa a diffinitiua lata in solo possessorio. Alii contra, quia per illam appellationem totum fuit deuolutum ad curiam. & petitorium & possessorium & præsertim ex quo originaliter fuerat super toto processum ne causæ continentia diuidatur. & sic causa illius appellationis commissa totum negocium eo modo quo erat ad primum iudicem in partibus commissum uidetur. sed coram eo potuissent partes procedere in petitorio. ergo & coram isto auditore pro prima parte erant plures. quia sub possessorio non uenit. c. 1. de sequestra. cum ibi not.
3 nec possessorium trahit ad se petitorium. ut ibi ar. C. si a non compe. iudi. si de proprietate. iuncta. l. naturaliter. C. de acquiren. posses.

Summarium.

1 Sententia diffinitiua lata per falsas causas transit in rem iudicatam secus interlocutoria.

Decisio. X V I. alias. 442.

Nota quod licet sententia diffinitiua obtenta per falsam causam seu per falsas allegationes transeat in rem iudicatam si non appelletur. tamen præceptum interlocutorium seu etiam decretum per falsam causam seu etiam per falsas allegationes obtentum non transit in rem iudicatam. immo est nullum ipso iure. ff. de fideico. libe. l. cum uere. §. subuentum. uer. proinde. ff. de re. eoru quæ sub tu. l. magis puto. §. si ea alienatio. cum suis concor. uide deci. cccxcvii. Vide if. nu. 27

Summarium.

1 Sententia absolutoria tantum ab impetitione quæ transiuit in rem iudicatam non obstat quin mortuo eo p quo lata fuit debeat admitti ille contra quem lata fuit ad prosequendu ius suu sup beneficio super quo fuerat res iudi.

Epithome.

2 Sententia absolutoria ab impetitione potest fieri ex diuersis causis nec obstabit si in ea non fuerit impositum perpetuum silentium.
3 Sententia absolutoria nullum ius adiudicat actori.
4 Sententia lata cotra pupillum nocet eius substituto uulgari uel coheredi ad quem pupillo abstinente ab hæreditate peruenit hæreditas.
5 Sententia lata in causa beneficiali transit in rem iudicatam inter easdem personas quo uero ad iudicem secus. 6.

Decisio. X V I I. alias. 549.

Vtrum si petitor beneficii probans de iure suo p mittat metu uel alias sine quacunque pactione illicita & sine renuciatione intrusum absolui ab impetitione & non appellat. possit postea illo reo mortuo. & alio in eius loco surrogato seu intruso non obstante exceptione rei iudicatæ agere contra nouum surrogatum & intrusum. & iterum beneficium petere. uidetur qd non cum lata fuerit sententia nec appellauerit. In contrarium uidetur. quia nunc reus est alia persona quæ no habet causam a primo qui fuit absolutus ab impetitione actoris immo ab eo qui sibi contulit. & ideo non prodest sibi exceptio rei iudicatæ. ar. l. cum quæritur. & l. an eandem. ff. de excep. rei iudi. pro quo. e. ti. l. si a te §. iulianus. & l. si mater. §. si quis auiam. cu glo. eo. tit. pro hac parte de concef. præben. c. post electionem. ubi primo expulsus seu non admissus potest iterum petere præsertim ex quo non fuerat per sententiam primo intruso beneficium adiudicatum. nec impositum reo perpetuum silentium absolutio enim ab impetitione potuit fieri ex diuersis causis propter ineptitudinem libelli & propter alias causas personales. & sic non uidetur obstare exceptio agenti de nouo contra alium nisi esset sibi impositum perpetuum silentium. ut fuit in. c. præal. post electionem. sic loquitur. l. a titio. cum glo. ff. de acti. Item sicut sententia lata contra

Bal. in. c. cu super i fi. de cau. pos. & proprie & uide in alle. me. nu. 43. incipi. qm totu contrarium.

primum non potuisset nocere isti secundo nitenti ex aliis iuribus & agenti ita nec sibi proficere debet.C.quibus re. iudi.non no.l.ii.pro hoc facit quia licet absolutio rei pareret exceptionem rei iudicatæ. absolutio tamen nullum adiudicat ius actori.ar.l.iul.de condi.inde.&.l.item si uictus.de exce.rei iu.ergo si actor petat rem suam uel beneficium suum ab iniusto possessore non nocet sibi absolutio tertii.ad hoc de præscrip.xxx.an.si quis emptionis.§.si uero nullum.si enim nouus possessor de illa exciperet ius tertii allegaret quod non potest.cum per hoc non arguitur rationes actorum.ut.ff.si serui.uendi.l.loci corpus §.competit.nec ob.quod no.ff.de excep.rei iudi.l.si quis adhiben.&.l.si quis reum.& per Cy.in.l.nec.C.e.ti.quia illud uerum contra eundem reum.hic contra alium.non
3

4 ob.ff.de re iudi.l.ex contractu. ubi sententia lata contra pupillū nocet uel prodest eius substituto uulgari uel coheredi ad quem pupillo abstinente ab hæreditate peruenit hæreditas.& tamen illi non succedit. nec habet causam ab eo sed a testante.quia ibi ideo quia lis erat ducta nomine hæreditario.& cum primo tunc uero hærede & petente hæreditatis nomine hæreditatem litigiosam defendere.& ideo tenuit processus ac sententia.nec isti qui ex priuilegio speciali & contra ius ecclesiæ conceditur. unde acta & nomine hæreditario retractet ad hoc bene facit.ff.de mino.l.integra.hic uero lis non erat agitata nomine ecclesiæ. sed nomine solius defendentis ideo &c. quare non obstat si dicatur quod actor si se non opponat uidetur tacite renunciasse iuri.quia nō est quin illud possit deducere & petere contra alium.quia non fuit absolutus uidetur tex.in.l.item si uictus ff.de excep.rei iudic. nec sententia absolutoria rei ius perfectum actori abstulit facit.l.iul.de condi.inde.Item in dubio non præsumitur quod iudex tulit sententiam absolutoriam ex eo quod actor non probauit intentionem suam. quia contrarium supponitur.scilicet quod intentionem suam probauerat. & sic non potuit se referre.nec debuit ad falsam causam. oportet ergo præsumere quia ex aliqua causa personali. uel alia qua cessante cessat effectus suæ sententiæ ad qd potest induci.l.hæ enim causæ.ff.de suspec.tuto.&.l.si præses.§.de pænis.sic enim elegisset uiam ad impugnandum suam sententiam si eam tulisset ex falsa causa.arg. no.ff.de acquiren.hære.l.si is ad quem.§.si.quod non est uerisimile.ff.de re iudi.l.iii.nec ob.quod no.Hosti.in summa.de sen.§.quot sunt eius species.uer. sed nunquam & hoc sum.uerum,quia illud uerum quod sententia lata in
5 causa beneficiali transit in rem iudicatam inter easdem personas.hic autem sunt diuersæ.Item pro hac parte facit æquitas quæ debet mouere iudicem alias superiorem ne actor iste de cuius iure constat illud perdat. & ne reus intrusus indebite teneat.respectu enim superioris senten-
6 tia non transit in rem iudicatam in causa beneficiali. ad quod no.per Inno.de rescrip.c.constitutus. in fi.de re iudi.c.lator.cum concor &.c cum Bertoldus.de re iudi.&. Hen.in.c.i.de conces.præben. Item pro hoc facit.quia etiam inter easdem personas ubi actum est uno modo agendi.& reus est absolutus.si postea de eadem re uel materia agatur alio modo agendi non obstat absolutio præsertim cum non pronunciatur super facto.sed super iure. ut colligi potest per no.per Cy.C.quando ciuilis ac criminalis.l.i.in.q.ibi cum quæritur.nunquid &c. ergo idem dicatur inter diuersas partes.licet sit idem modus aged.

Summarium.

1 Sententia lata in confessum ante litem cōtestatam quæ non potest ualere.ut sententia ualet ut præceptum.

Decisio.XVIII.alias. 567.

VTrum si contra reum confitentem debitum ante litem contestatam.& nō dato libello per actorem iudex tulit sententiam diffinitiuam.& eum condemnauit ad soluendum. talis sententia diffinitiua quæ ualere non potest.ut sententia saltem ualeat ut præceptum de soluendo.tenuerunt quasi omnes quod sic.ut sic actus non ualet ut agitur ualeat ut ualere potest. quia hic potius cēsetur peccatum materiæ quam peccatum formæ.quia materia talis confessionis sic ante litem contestatam factæ non est sufficiens ad sententiam, sed ad præceptum.ar.l.inutilis ut uerbum ibi positum condemno sumatur large in principio secundum materiam subiectam.ar.c.de uerbo signi.c.in hiis. quando dicit ut fiat*interpretatio ut actus magis ualeat quam pereat. ut de supra deci.dlxi.

*Interpretatio. Adde.c.inter dilectos.de fi. instr.& reg.iu. c.cōtra eū.& c.utile li.vi.ff. de reb.dub.l. quoties in fin. fo.iij.l.in tradendis.ff.cō. predi.in spec. de tes.§.i.uer. item quod testis obscure.

Summarium.

1 Appellare non licet tertio tam in causa prophana quā beneficia.

Decisio.XIX.alias.686.

DIc quod si aliquis in causa spirituali uel prophana in eadem causa non in diuersis in prima instantia & secunda sententiam diffinitiuam contra se reportauit & appellauit. & in tertia instantia habuit sententiam contra se & confirmatoriam a qua sit appellatum.& petat apostolos sibi dari non dabuntur tunc aliqui apostoli sed iudex potest dicere sibi petenti. Amice non licet tertio appellare.ut.c.sua.&.c.directe.de appellatio.

Summarium.

1 Appellare non licet tertio licet duæ sententiæ in partibus fuerint latæ.

Decisio.XX.alias.724.

DIc quod si duæ sententiæ diffinitiuæ in aliqua causa spirituali uel pphana latæ sint pro aliquo extra sacrum palatium auctoritate apostolica.& & postea appellatur a secunda sententia confirmatiua. & postea causa appellationis & negocium principale cōmittatur alicui domino auditori sacri palacii qui prædictas sententias confirmet tunc non est licitum appellare tibi licet primæ duæ sententiæ sint latæ per iudices extra palacium ut le.& no.in capi.sua.de appellatio.cum simili.

Summarium.

1 Pronunciari causam esse deuolutam in spiritualibus necessario non debet secus in prophanis.

Decisio.XXI.alias.736.

NOta quod necessarium est quod causa prophana pnuncietur esse deuoluta ad curiam romanam per auditorem causæ secus in causa spirituali. & ita tenet rota.

Summarium.

1 Auditor potest in causa in qua nullum dubium habet pronunciare de consilio & assensu coauditorū.licet causam non posuerit in consiliis.

Decisio.XXII.alias.750.

SCiendum est quod si aliquis auditor sacri palatii habet causam sibi commissam spiritualem uel prophanam in qua seruatis terminis sacri palacii debet ferre sententiam diffinitiuam in qua nullum dubium habeat cum sit clara pro iusticia ministranda. Nec est necessarium quod ponantur consilia sed tunc in prolatione sententiæ potest dicere de consilio & assensu &c. nam i isto casu data est potestas auditori generaliter sic dicendo p dominos auditores sacri palacii. Si autem auditor habeat dubia quæ ponat in consiliis tunc si consilia sunt cōcordia potest dicere in prolatione sententiæ. si autem sunt discordia consilia debet stare consilio maioris partis & et potest dicere in prolatione suæ sententiæ de consilio dominorum auditorum.

Summ.

Summarium.

1 Auditor potest cognoscere de appellatione intrusi in executione duarum sententiarum conformium latarum contra reum mortuum.

Epithome.

2 Appellatio licet propter eius defectum causam non deuoluat ad curiam attamen auditor poterit de appellatione interposita per intrusum ab executione duarum sententiarum contra reum mortuum cognoscere.

Decisio. XXIII. alias. 6.

NOta quod ubi pro appellato sunt latæ duæ senten-
2 tiæ in curia & moriatur ille contra quem sunt latæ si exequantur sententiæ contra successorem intrusum per ordinarium & appelletur posito quod appellatio non sit deuoluta propter eius defectum cum ratione primarum sententiarum auditor habet cognoscere de appellatione cum de noua causa non uideatur introduci. sed quod prius factum est ad executionē deducitur. & quod prius factum est declaratur ideo aliud seruatur quam si de nouo causa induceretur, ad quod faciunt no. in. l. hæredes palam. §. i. ff. de testa. Istud est sequela. l. quocunque. de institu. alias lites essent immortales. pro quo. c. auditor. de rescrip. in cle. c. sæpe. de resti. spol. uide decisio. iiij. & infra deci. cij.

Summarium.

1 Executio si fiat super re de qua cognitum & iudicatum est non requiritur summaria cognitio & an in executione uocanda sit pars?

Decisio. XXIIII. alias. 73.

NOta quod ubi fit executio super re super qua est cognitum & iudicatum in executione non est facienda summaria cognitio secus si super aliis rebus. ut no. In. in. c. cum super. in fi. de re iudi. in glo. pe. & uide per eum no. in. c. ex ratione. de ap. & no. per Cy. in. l. i. C. de iuris & fac. igno. an in executione pars sit uocanda.

Summarium.

1 Iudex primus qui condemnauit in expensis potest illas taxare non ob. appellatione.

Epithome.

2 Iudex appellationis in expensis factis in prima instantia a qua est appellatum potest condemnare sicut in expensis factis in causa appellationis.

Decisio. XXV. alias. 90.

NOta quod ubi iudex a quo est appellatum condemnauit in expensis taxare potest de rigore iuris. quia nihil de nouo uidetur facere. sed quod sententiatum erat declarare. ar. l. hæredes palam. ff. de testa. tutius est tamē quod non taxentur expensæ donec uideatur an bene uel
2 male fuerit appellatum. quia iudex appellationis in expensis factis in prima instantia a qua est appellatum potest condemnare sicut in expensis factis in causa appellationis. ut no. in. c. sæpe. de appel. & qualiter condemnatio expensarum & per quem modum fiat. dic ut not. per doc. in. c. cordi. de appel. li. vi. & per Inno. in cap. finem. de dolo.

*No. ꝙ p hac deci. uide. do. abb. in. c. significauerunt. de exce. in. iij. co. in uer. aduerte p Felin. in. c. si duob. de app. in princi. & in d. c. significauerunt. in. iij. col.

Summarium.

1 Iudex in possessorio, potest imponere perpetuum silentium.

Epithome.

2 Excomunicationis exceptio potest opponi petenti restitutionem & sententiæ executioni, qa etiam postquam cōclusum est in causa potest in uim peremptorii & per modum obiectionis opponi.

Decisio. XXVI. alias. 290.

NOta quod in sententia lata super possessorio auditor potest parti condemnatæ imponere perpetuum silētium. ut est tex. in. c. licet. de proba. in fine. glosa est Innocen. quod petenti restitutionem possessionis opponi po-
2 test exceptio excommunicationis. ut no. in cap. pastoralis. in fin. de appel. nec mirum quia sententiæ executioni opponi potest. ut in cap. pia. de excep. & per hoc audiui quod etiam postquam est conclusum in causa potest opponi per modum obiectionis seu in uim peremptorii. dū tamen opponatur in bona forma tradita in alleg. c. pia.

Summarium.

1 Sentētia per falsas allegationes & causas lata est nulla.

Decisio. XXVII. alias. 346.

NOta quod licet sententia diffinitiua obtenta sit per falsam causam seu falsas allegationes. tamen non transit in rem iudicatam. immo est nulla ipso iure. ff. de fideicommis. liber. l. cum uero. §. subuentum. uer. proinde ff. de re. co. qui. sub tu. l. magis puto. §. si æs alienum. cum si. uide deci. cccclxii.

Summarium.

1 Tres sententiæ conformes latæ super attentatis sunt ante omnia executioni demandandæ.

Decisio. XXVIII. alias. 516.

NOta quod tres sententiæ latæ super attentatis sunt ante omnia executioni demandandæ. dummodo prædictæ sententiæ uim diffinitiuæ habeant puta si post litis pendentiam uel post appellationem a diffinitiua aliquid sit attentatum circa possesionem rei de qua agitur. quia sic sapit naturam possessoris ueri quod est mandandum executioni ante ingressum petitorii. de rest. spol. in causis. nec potest opponi nullitas ante executionem eorundem. de re iudi. ut calumniis. in cle. uide deci. xc. & ccccxvij.

Summarium.

1 Nullitatis & rei iudicatæ si quæstio proponatur utra ueniat primum discutienda?

Epithome.

2 Iudex delegatus non potest cognoscere de nullitate nisi in uirtute suæ appellationis.
3 Metropolitanus non cognoscit de nullitate sentētiæ nisi in uim appellationis.
4 Appellatio nedum deuoluit instantiam causæ sed etiā nullitatem sententiæ.
5 Cognitio incipienda est ab his de quibus facilior est probatio.

Decisio. XXIX. alias. 433.

NOta utrum primo sit cognoscendum de desertione appellationis quam de nullitate sententiæ? credo ꝙ sit dicendum quod aut iudex qui cognoscit de appel. nō
2 poterat cognoscere de nullitate nisi in uirtute appellationis. ut quia est iudex delegatus super causa appellationis illius. uel erat metropolitanus. ut de for. com-

3 pe.c.romana.li.vi.& tunc credo ꝙ ſit prius cognoſcendũ
de deſertione quam de nullitate.quia ſi appellatio eſt de
ſerta tunc nõ deuoluitur ad talem iudicem cognitio ſu-
per nullitate.ſi uero nõ eſt deſerta tunc ſic.quia appella
tio nedum deuoluit inſtantiam cauſæ.immo & nullitatẽ
3 ſententiæ.ut no.per Inn.de appella.c.dilecto.& per Ar-
chid.de appel.c.cordi.li.vi.ſuper uerbo de partiũ. in fin.
uer.hic quæro.& ideo cũ deſertio ſit præiudicialis in hoc
caſu cognitioni de nullitate prius de ea eſt inquirendũ.
ar.C.de adul.l.quoniam.C.de ordi.iudi.l.i. Si autem po
terat cognoſcere de nullitate etiam ſine appellatione.ut-
pote quia expreſſe erat cauſa nullitatis cõmiſſa.& etiam
cauſa appellationis. uel quia talis ordinarius erat ſupe-
rior qui adiri poterat non ſolum per uiam ordinariam ap
pellationis.immo etiam per uiam ſimplicis quærelæ.ar.
notatorum per Cy.C.de acti.l.ſi abſentis. in tertia opin.
& credo quod ſi cauſa nullitatis habet promptam inda-
ginem quia eſt notoria uel apparet ex actis tunc credo ꝙ
primo debeat cognoſci de nullitate & pronunciare. arg.
pro hoc.quia incipienda eſt cognitio ab illis de quibus fa
5 cilior eſt probatio.extra de elec.ſi forte.& no. Inno.in.c.
auditis.ſuper uer.conſtiterit.de præſcrip. Item quia illa
eſt præiudicialis deſertioni.quia ſi ſententia fuiſſet nulla
per conſequens appellatio non fuit neceſſaria.ar.ff.de ap
pel.l.ſi expreſsim. immo nec tenuit ad finem cognitio-
nis iuſticiæ uel iniuſticiæ primæ ſententiæ.& ſic per con-
ſequens nec appellatio poteſt dici deſerta uel non deſer-
ta.nec aliquem effectum continens iuſticiam per iniuſti-
ciam. Si autem cognitio ſuper deſertione habet altiorem
indaginem tunc poſſet ſimul cognoſci ſuper utraque &
pronunciari ſuper eo quod primo poterat determinari.
ſed dato quod ptimo eſſet pronunciatum ſuper deſertio-
ne appellationis poſtea apparebit. cum pronunciabitur
ſuper nullitate. an illa deſertio potuerit ſortiri effectum
uel non.uideas Inn.in.c.ſolicitudinem.de ap.circa fi.an
ſimul quis poſsit proſequi iſtas duas uias.uide uer.

Adde Bar.i.l. ſi expreſsim. ff. de app.

Summarium.

1 Spoliator an admittatur ad cedendum bonis.

Deciſio.XXX. alias. 553.

VTrum ſpoliator uolens cedere bonis ſit audien-
dus antequam integre reſtitutus fuerit ſpoliatus
ad fructus in quibus ſpoliator extitit condemna
tus.uide.ur quod non.ar.c.alma mater.§.illa.in fi.de ſen.
excom. Item ꝙ põt hac pæna puniri. Item ad hoc facit.
ff.de col.bo.l.ſi cum duobus.& quod no. In.in.c. odoar
dus. Incontrarium facit extra de elec.c.quia ſæpe.in fin.
cum ibi no.per Archi.& quod no. Archi.de uſuris.c.quã
quam.li.vi.ſuper uerbo patiuntur.& quod no. Spec.ti.de
poſſeſ.& peti.§.i.uer.ſed cum ſpoliatus. & quia fructus
ſunt res prophanæ.& exceptio ſpoliationis de re propha
na cum agitur de ſpoliatione beneficii non admittitur.ut
in.c.frequens.in fi.de reſti.ſpol.li.vi.

Summarium.

1 Ceſsioni bonorum, utrum cum iuramento renunciari
poſsit.

Epithome.

1 Reipublice intereſt habere homines liberos.
3 Iurans non uendere ſi uendat efficitur periurus attamẽ
uenditio tenet.
4 Renunciare quilibet poteſt iuri ſuo.
5 Ceſsionis bonorum triplex eſt effectus.

Deciſio.XXXI.alias.566.

VTrum poſsit renunciari* ceſsioni bonorum cum
iuramento.ut ſic renuucians poſtea non ſit au-
diendus ad ceſsionem faciendam nec poſsit ce-
dendo bonis euadere a creditoribus & uidetur quod non
quia talis renunciatio eſt contra bonos mores. ut arg.no.
per Cy.C.qui bo.ce.poſ.l.vlti.& ar.regulæ iuris. non eſt

* Renunciari ceſsio.bo.add. Fel.in.c.ex re-ſcri.de iurei.in iii.col.uerſi.& iſta ducuntur.

obligatorium contra bonos.&c. Item ſecundo ſic.quia p
talem renunciationem aſtringeretur ad pænam detruſio
nis carceris.per no.in.l.fi.C.qui bo.ce.poſ.ex quo ſequi-
tur primo inhumanitas & crudelitas ſine comodo credi-
toris.quia forſan ibi detruſus debitor inhumaniter uexare
tur.& famæ forſan moreretur propter inopiam. arg.l.reo
certis.ff.de ſolu.nec ex hoc creditor reportabit comodũ
cum ibi exiſtens nihil lucrari uel acquirere poſsit. quod
forſan extra faceret.& ad pinguiorem fortunam ueniens
ſatisfaceret creditori.ergo cum renunciatio debitori no-
ceat & creditori non proſit non teneat cum ex hoc credi
tor ſit caninus & ueniat contra præceptum charitatis.ar
gu.ff.de euic.l.fi.ff.de appel.l.non tantum.quia deducit
ad illicitum.uel ſaltim poteſt deducere.ar.no. de pac.c.
quamuis.li.vi.per Archi.ſuper uerbo æternæ ſalutis. Itẽ
tertio ſequeretur quod debitor ſic detruſus in carcere nõ
poſſet audire diuina officia.& eccleſiaſtica recipere ſa-
cramenta pro libito uoluntatis.nec audire prædicationẽ
eius ex quo forſan poſſet deduci ad infidelitatem.ergo ta
lis renunciatio quæ poſſet deducere in peiorem ſtatũ ſa-
lutis æternæ non poſſet uinculare iuramento.arg.no. per
2 Archidiaco.in dicto cap.quamuis.lib.ſexto.ſuper uerbo.
æternæ ſalutis. Item quarto ſequeretur damnum reipubli
cæ cuius inter eſt habere homines liberos. ut ſibi ſeruire
poſsint ar.ſolu.matri.l.i.in fi.& quia forſan eius debitoris
ſeruitio indigebat.ergo in eius præiudicium tales renun-
ciationes non poſſent uinculare iuramentum.ff.ad muni
cipa.l.fina. Item quinto iuramentum præiudicat uxori &
liberis quibus non poterit debitor neceſſaria quærere.nec
miniſtrare.nec eos alere.ergo &c.argu.l.necare. de liber.
agna.ergo non poſsit uinculare iuramentum. argu. capi.
cum contingat.de iureiuran. Item uidetur talis renuncia
tio aſtringere ad quandam ſpeciem perpetuæ ſeruitutis,
& eius libertatem infringere quod eſſe non poteſt.ff. de
conditio.& demonſtratio.l.titium centum.§.titio.ff. de li
bero ho.exhi.nihil ergo &c.C.de actio. & obligatio.l. ob
æs. Item ſi talis renunciare non ualeret ſequeretur quod
perpetuo cogeretur debitor remanere excommunicatus.
quia ſi pro debito excommunicaretur non abſolueretur
donec bonis cederet.ut cap.odoardus. de ſolutio. nunc
autem propter renunciationem cedere non poſſet, ergo
&c.hoc autem uideretur inductum in ſalutis animæ præ
iudicium ergo &c.argu.no.in cap.cum contingat.de iu-
reiuran.& cap.quamuis.ſupra allegatis. Item pro hoc qa
ſecundum communem opinionem ſimplex renunciatio
non ualet iuxta no.per Cyn.in.l.prima.C.de hiis qui bo
no.cede.poſ.ergo nec uinculabitur iuramento. argu.l.
non dubium.C.de legib. Item uidetur quod iuramento
non obſtante ſi cedat bonis nihilominus ualet ceſsio.ſed
cedens eſt periurus.ſicut dicitur in ſimili de iurante non
3 uendere.ut no. Innocen.in cap.dilecto.de præben.uel de
iurante non teſtari.ut no.xiii.queſtio.ſecunda.ultima uo
luntas cum in ceſsione bonorum non uideatur quod ſit
opus conditione iudiciali.ff.de ceſsio.bono.l.fina. Nec
eſt neceſſarium factum iudicis admittentis, uel eam ad
admittendum decernere.ſed per ſe & de ſe ſortitur effe-
ctum ex facto cedentis ſolum.cum ſufficiat profeſsio uo
luntatis.C.qui bono.ced.poſ.l.tertia.ſicut in ſimili ſuffi-
cit ſola cognitio coram iudice bonorum poſſeſsio. nec e-
tiam eſt opus quod iudex eam decernat.C.qui.admit.ad
bono.poſ.l.fina.ergo ſi contra iuramentum fiat factum te
nebit argumen.no.per Ioan.and.de regulis iuris. quod
ſemel.lib.ſexto. Incontrarium uidetur quod quilibet po
4 teſt renunciari iuri ſuo.ut.l.ſi quis in conſcribendo. Item
quare per iuramentum.uel conuentionem quis poſſet ſe
cogere uel conſtringere ad carcerem patet.quia talis car
cer pro debito ſolum debet eſſe quædam detentio in ap-
ta & libera cuſtodia.C.de exac.tribu.l.nemo.ex qua non
poteſt ſequi nec crudelitas nec inhumanitas. Item quia
talis eſſe ſub cuſtodia non uidetur niſi tenere quoddam
obſtagium ad quod tenendum poteſt quis ſe obligare. ut
extra de iureiu.c.ex reſcr.cum ibi no.poteſt reſponderi ꝙ
poteſt renunciare beneficio ceſsionis per iuramentum.
quia iſtud.ſ.non cedere ſit in poteſtate renunciantis. er-
go &c.c.quamuis.de pac.li.vi. Nec ob.contrarium. Pro
5 quorum ſolutione ſciendum eſt pro euidentia ꝙ triplex
eſt effectus ceſsionis bonorum. Vnus quia liberatur a pæ
na carceris.iuxta not.in.l.ii.de hiis qui bono. ced. poſ.

Staphi. in tra. de li.gra.& iu. fo.156.uer.qñ quis petit.

Secundus

Secundus quia habebit tunc priuilegium quod non possit conueniri nisi inquantum facere possit quo ad postea quæsita.ut.l.hiis qui boni.Tertius secundum quorundã opinionem quia tollitur obligatio ciuilis naturali sola remanente.ut no.ff.de fideius.l.ubicunque.licet illa opin. mihi non placeat.quia non tollitur ciuilis nec naturalis. sed eius effectus differtur donec facere possit.adhuc tamen plenius no.in.d.l.prima.C.de hiis qui bo.ce. pos.in ix.q.Sed dico quod talis renunciatio quod cedatur bonis prodest & ualet in præiudicium secũdi & tertii effectus. uidelicet quodammodo non possit cedere bonis ne gaudeat priuilegio ne conueniatur nisi inquantum facere potest.Et nota quod propter hoc non habet aliquam dilationem ne conueniatur donec facere possit. immo semp de quibuscunque quærendis tenebitur.insolidum etiam non habita ratione ne egeat.nec obstat ad hoc .l. aliena. §.eleganter.ff.solu.ma.quia illud uerum in eo cui compe tit priuilegium tale ob reuerentiam personæ. Secus ubi competit ratione contractus.uel alia ratione.ut no.glo.ff. de re iudi.si conuenerit.uel etiam in eo cui priuilegium tale tempore renunciationis competebat. Secus autẽ ubi non competebat.sed competiturum erat quia tunc facilius impedire potest ne competat.quia multa &c.ar.l. patre furioso.ff.de hiis qui sui uel alie.iur.sunt. sicut in simili dicitur per argumentum iuris ciuilis.licet non tollatur obligatio naturalis.tamen per prohibitionem iuris ciuilis bene potest impediri ne oriatur.ff.de dona.inter ui.& ux. l.iij.§.sciendum.& ita concor.cum.l.iij.ff.de condi. ind. ad quod etiam no.per Cy.C.de in inte.resti.l. si curatorẽ habens.quantum uero ad effectum primum ne detrudatur in carcerem potest dici quod non ualeret renunciatio etiam cum iuramento.ubi per intrusionem sequi possent dicta inconuenientia uel sequi deberent. immo ad tales non se extendit.sed ubi intrusio fieret ex aliqua humanitate.iuxta.l.nemo.de exac.tribu.& possit ex ea uerisimili ter sequi comodum creditoris.puta quia forsan habebat debitor amicos qui antequam permitterent eum capi uel saltem in carceribus diu morari soluerent pro eo debitum uel forsan quia fugere uolebat.& sibi de propinquo sperabatur obuenire.Vnde totum debitum uel pars solui posset.uel forsan erat homo uagabundus qui non curabat operari cum esset artifex bonus & reputatus in certo loco bene posset operari.& ex suo artificio lucrari unde satisfacere posset creditori uel in totum uel in partem. tunc crederem renunciationem sibi præiudicare etiã quo ad primum effectum.& sic cedendo non posset se liberare.quo minus posset detrudi in carcerem.dum tamen ex tali intrusione adeo sibi non adimeretur libertas quo minus posset percipere ecclesiastica sacramenta &c. saluti animæ suæ incumbentia facere.ne aliquod salutis æternæ præiudicium posset incurrere.nec nimia inhumanitas uel crudelitas sequi posset.& ita stant argumenta in oppositum facta. Alio modo possum dicere quod renunciatio facta ualeat cum iuramento.quia est in eius potestate non cedere.nec obstat quod dicitur detrudetur in carcerem fateor.& cum dicatur quod sequuntur inconuenientia prædicta.nego.quia si iudex uideret quod illa inconuenientia sequerentur tunc relaxabit eum.quia talis intrusio debet intelligi quod fiat ciuili modo. & ne aliqua crudelitas uel nimia inhumanitas. uel salutis æternæ præiudicium sequatur.ar.ff.de serui.l.si cui.ibi cum dicit. Ciuili tamen modo.& ex hoc credo quod ualeat renunciatio ẽt simpliciter sine iuramento.quia quilibet potest renunciare iuri pro se introducto.ut dicta.l. si quis in conscribendo.pro quo.l.fi.C.qui bo.cede.pos. ubi tacite renunciat beneficio cessionis recipiendo quinquennalem.ergo &c. multo fortius posset renunciare.pro hoc faciunt aliæ rationes recitatæ per Cy.in dicta.l.i.in ultima quæstione. nec hoc est contra bonos mores. quia priuilegium quod per talem renunciationem perdit scilicet quod non conueniatur nisi inquantum possit facere non debebatur sibi ratione personæ.ut erat in dicta.l.alia.§.eleganter.Sed alia ratione.& ideo renunciare potest illi priuilegio. iuxta no.in dicta.l.i si conuenerit.de re iudi.præsertim cum tẽpore renunciationis nondum sibi competeret illud priuilegium.sed per cessionem competiturum erat. & ideo facilius posset impediri ne incipiat competere. nec priuilegium de non incarcerando protendatur ad aliquem casum qui esset contra bonos mores ut prædixi. Nec obstat responsio ultima.quod si non obstante renunciatione cedat bonis.tenebit cessio.licet periurium incurrat. quia illud esset uerum quod teneret cessio quo ad bona & eorũ perderet dominium aut possessionem tamen non teneret quo ad effectus iuris prædictos quin non obstante cessione modo posset incarcerari. ciuiliter tamen & humano modo & insolidum etiam postea quæsito etiam non deducto ne egeat conueniri. quia licet perditio dominii & & possessio bonorum sit in sua potestate.tamen non gauderet dictis priuilegiis.ex quo renunciauit.uel etiam posset dici quod postquam cessio bonorum remittitur quo ad perditionem bonorum uel possessionem eorum etiam non teneret cessio in præiudicium creditoris. ut puta si sint talia bona quæ non essent utilia creditori quæ forsan possunt uendi.& ex eis redigi pecunia . & si creditor haberet uendere. uel uenditionem bonorum procurare nimium uexaretur.uel laboraret.uel non posset ita faciliter reperire emptorem sicut ipse debitor qui cessit.nã certe tunc crederem quod non ualeret cessio.immo adhuc esto etiam quod alia essent adhuc bona sufficientia ad debitum ex soluendum crederem compellendum iuris remediis ad solutionem debiti.uel per incarcerationem. uel alias non obstante tali cessione.& sic ipsemet eorum distractionem faceret uel procuraret. ut exinde debitum solui possit propter renunciationem.Nam debitor ex tali facto suo non debet creditori præiudicium generare uel parare.ar.de reg.iu.alteri per alterum.& non obstat alia ratio cum dicitur quod semper remanere habebit excommunicatus si non potest cedere bonis.quod nego. Nam dico si doceat de inopia & impotentia soluendi alias quã per cessionem puta per testes uel iuramentum. Vel quia est notorium.uel quia põt docere de casu fortuitu, ꝑ quẽ perdidit bona sua.est ab excommunicationis sententia absoluendus.Nam dicta decre.odoardus.de solu.non exigit aliud nisi quod constet quod non possit soluere in totum uel in partem,quod alias bene constare potest per cessionem.Et licet doctores dicant ibi de remedio cessionis.hoc dicunt.quia ille est unus modus per quem clare & faciliter constare põt & sic non negauit quin si per aliũ modum quam per cessionem constare possit quin etiam absoluendus etiam si bonis non cederet.præsertim si cedere non posset obstante renunciatione uel iuramento. quare non obstat.ubi tamen cedere posset. quia non obstaret renunciatio.licet etiam si non cederet constito . alias de impotentia absoluendi esset absoluendus ab excõmunicatione.tamen cum ueniret ad pinguiorem fortunã bene conueniretur & teneretur insolidum. nec haberet priuilegium nec conueniretur nisi inquantum facere posset nec alias priuilegio cessionis.sic intelligo illum textũ cap.odoardus in fi.secus tamen si cessionem bonorum fecisset.& in hoc interdum utilius est cedere bonis.quia utilitate non gaudet cum renunciauit beneficio cessionis. uide deci.177.&.211.

Summarium.

1 Renuncians liti & causæ censetur etiam renunciare iuri ,quod habet tam in causa prophana ,quam spirituali.

1 **Decisio. XXXII. alias. 678.**

DIc ꝙ si aliquis in aliqua causa prophana renunciat liti & causæ quæ inter aliquos in iudicio uertitur ex aliqua causa ꝙ etiam renunciat iuri ꝙ habet ut.l.postꝙ liti.C.de pact. & idem etiam uidetur in causa spirituali si fiat.ut in.c. pridem.ibi liti de pac.& etiã uidetur. ibi sentire Inno.secundum Io.and. & Pau.in.c. gratiæ.de rescrip.in cle.hoc etiam tenet maior pars dominorum.Sed dominus petrus de sarcenato auditor sacri palacii & contradictarum dicit ꝙ si quis renunciat liti & causæ in causa prophana renunciat etiam iuri secus in causa spirituali.

Summarium.

1 Violentia facta domui uacue non sufficit ad condemnationem fructum percipiendorum & distributiones quotidiane non computantur in ualore beneficii impetrati secundum communem extimationem.

Epithome.

2 Distributiones quotidianæ non computantur in ualore beneficii impetrati ex comuni extimatione.

Decisio. XXXIII. alias. 407.

NOta non sufficit quo ad condemnationem fructuũ percipiendorum faciendam probare quod tempore spoliationis fregerit hostia uel similia fecerit. nisi facta fuerit uiolentia personæ spoliate uel familie suo existenti in domo. quia poterat esse quod domus erat uacua. & sic censetur nulli facta uiolentia. iuxta no. in. c. cum. ad sedem. super uerbo interdictum unde vi. de resti. spol. in Spe. ti. de peti. & poss. §. i. circa finem. uer. Item quando
2 impetratur certum beneficium certi ualoris fructus secũdum communem extimationem distributiones quotidianæ in huiusmodi ualore fructuum non sunt computatæ. ratio quia ille dantur ratione cuiusdam ministerii ꝑsonalis. puta interessentibus & non de corpore beneficii. & ideo sub illa non comprehenduntur prout legitur & notatur de præben. licet & de cleri. non resi. c. uno. li. vi. & ibi per Io. an. & Inno & melius per eundem in addi. Spe. de conces. preben. pro hoc facit optime. c. fi. de conces. preben. §. in illis uero. li. vi. ubi distributiones quotidianæ sunt aliud quam illud quod datur ratione præbende.

Summarium.

1 Attentans litæ penden. debet condemnari in fructibus ꝑcipiendis si petatur.

Decisio. XXXIIII. alias. 482.

NOta attentãs aliquid in præiudicium litis pendentis non solum in fructibus perceptis. sed etiam qui percipi potuerunt. debet condemnari si hoc petatur. quia dolosus & temerarius & male fidei possessor esse censetꝗ in huiusmodi fructibus de iure uenit condemnandus. de resti. spolia. grauis cum ibi. no. per Innocen. uide supra. decisio. xc.

Summarium.

1 Auditor si pronunciat appellationem desertam non potest condemnare in expensis neque imponere perpetuũ silentium nisi seruatis terminis. hoc dicit.

Decisio. XXXV. alias. 609.

NOta licet dominus auditor sacri palacii pronunciauit aliquam appellationem fore desertam. & postea petitur ab eo quod pronunciet sententiam transisse in rẽ iudicatam ratione cuius appellationis etiã petitur quod imponatur silentium illi contra quem lata est sententia & etiam quod condemnet eũ in expensis quod non potest facere nisi termini sacri palacii seruentur. alias executionem habere non posset. & ita seruat sacrum palacium pro hoc. c. cum dilectus. extra de do. & contuma. cum similibus.

Summarium.

1 Expensarum condemnatio pro executione sententiæ latæ pro possessore non fit secus si fieret pro non possedente.

Decisio. XXXVI. alias. 681.

NOta quod si executio sententiarum diffinitiuarum uel alicuius sententiæ diffinitiuæ petatur pro possidente tunc non fit condemnatio expensarum pro dicta executione. cum iam habeat possessionem. pro qua habẽda conceditur dicta executio. Secus autem si supradictæ sententiæ latæ sint pro non posidente & petatur executio prædictarum sententiarum. quia tunc fit condemnatio expensarum pro dicta executione. & ita seruat rota.

Summarium.

1 Expense attentatorum taxantur anteq̃ pronuncietur in principali. & super sententia taxantur ad tantum quantum taxarentur in negocio principali.

Decisio. XXXVII. alias. 454.

NOta si fiat codemnatio expensarum in causa attentatorum potest fieri taxatio earundem ante sententiæ prolationem in principali. & pro sententia super attentatis lata tantum taxabitur quantum pro sententia super principali facta. quia uim diffinitiue habet. ut in constitutione Io. xxii. & pro registro quantum extimet. pro aduocato procuratore ad arbitrium iudicis remittitur ꝑ ut plus uel minus eos laborare inuenerit. uide deci. xc. & cccclxxiiii.

Summarium.

1 Expense aduocatorum & procuratorum qui gratis seruierunt peti possunt si remittuntur animo remunerandi. alias non.

Decisio. XXXVIII. alias. 535.

SEd quid si habuit procuratorem & aduocatum amicos suos qui propter curialitatem & beneficia alias ab eo recepta noluerunt ab eo salarium. quod an tunc posit petere expensas pro procuratore & aduocato uidetur distinguendum. aut illi remittunt sibi animo & causa remunerandi. & tunc petere posset. aut nõ & tunc non per. l. idemque. § fi. & l. si uero non remunerandi in prin. ff. manda.

Summarium.

1 Auditores palacii non possunt exequi sentẽtias suas. sed alii delegati sic infra annum.

Epithome.

2 Delegatus habet anuum ad exequendum sententiam.

Decisio. XXXIX. alias. 614.

DIc quod licet iudex delegatus de iure habeat annum ad exequendum suã sententiam ut. c. querenti. extra de offi. de. Auditor sacri palacii suã sententiam exequi non potest. Sed dominus uicecancellarius. uel camerarius domini nostri pape suis uiis & modis super hoc consuetis prouident.

Summarium.

1 Expensarum condemnatio si omittatur in sententia lata super possessorio non poterit demum in petitorio secus est de fructibus.

Decisio. XL. alias. 661.

ESt sciendum ꝙ si in aliqua causa ꝓcedatur in possessorio suspenso petitorio. & pronuncietur super possessorio restitutorio & omittatur condemnatio expensarum postea non potest deduci in petitorio. Secus autem quo ad fructus perceptos restituendos. & qui percipi potuerunt si sit casus & ita tenent aliqui domini de rota sacri palacii. pro hoc facit. c. unum. de cau. poss. & proprie. & c. ad compescendas. de seque. pos. & fructum. in clemen. Incontrarium tamen uidetur facere Inno.

Summ.

Summarium.

1 Expensas ubi quis per se causam agitauit non habebit p aduocatis & procuratoribus non. conductis.

Decisio. X L I. alias. 533.

IN ducens causam suam propriam qui non habuit procuratorem in causa & obtinet. cuius aduersarius etiam condemnatur in expensis posit perere interesse expensas salaria procuratoris & aduocati quæ dedisset & sunt taxata in curia si eos habuisset. facit quod sic ff. rem ra. ha. si procurator. circa medium. In oppositum. facit. ff. de fideiuss. l. si stipulatus. & quod no. glo. in. c. cũ pro causa. de procura.

Summarium.

1 Auditor taxat expensas factas in partibus lite coram eo pendente.

Decisio. X L I I. alias. 279.

Vide & cõcor da de. infra nu mero. 44.

NOta quod auditor in curia deputatus potest taxare expensas factas in partibus. dum tamen sunt facte postlitem inceptam coram auditore. Secus si ante litem inceptam. & istud approbat audientia.

Summarium.

1 Auditor pendente appellatione cui dedit reuerentiales non potest taxare expensas quarum taxationem sibi in sententia retinuit.

Decisio. X L I I I. alias. 236.

SI dominus auditor sacri palatii pronunciauit in aliqua causa diffinitiue. & etiam condemnando in expensis retinendo sibi taxationem carum. si est appellatum ab eo & dat apostolos reuerentiales sicut fieri debet quando est appellatum a diffinitiua. tunc pendente appellatione non debet facere dictam taxationem. nec aliquid innouare nisi dicta causa reducatur ad eum & ita seruat sacrum palacium.

Summarium.

1 Auditor taxat tantum expensas factas coram eo. nisi habeat ex speciali commissione.

Decisio. XL I I I I. alias. 735.

NOta quod quando fit taxatio expensarum in aliqua causa per aliquem dominum auditorem. quod tũc non debet taxare nisi expensas factas coram eo. siue fiat in prima instantia siue in secunda siue in tertia. ita seruat rota dominorum auditorum sacri palacii. hoc intellige nisi per commissionem daretur potestas prout fit quotidie.

Summarium.

1 Vicecancellarius non dat executores sententiæ nisi seruatis terminis palacii.

Decisio. X L V. alias. 792.

SCiendum est quod executor a uicecancellario in aliqua causa non conceditur secundum stilum sacri palacii nisi sint seruati termini sacri palacii. in ea tamen aliqui dicunt quod etiam uicecancellarius concedit si seruati sunt termini in partibus in probatione sententiæ in causa quæ per appellationem uenit ad curiam romanam. in qua pronunciatur male appellatum & bene diffinitum.

Summarium.

1 Expense non debent taxari nisi finitis tribus instantiis. alias reuocatur taxatio. per uiam attemptati.

Decisio. X L V I. alias. 831.

NOta dic quod si feratur sententia in qua pars condemnabitur in expensis fuitque appellatum nunq̃ expense sunt taxande donec causa fuerit finita per tres instantias quod si fieret taxatio per iudicem ad quem reuocantur per modum attenta.

DE APPELLATIO.

Summarium.

1 Appellatio intimata solum parti deuoluit quantum ad ipsam partem tantum.

Decisio. I. alias. 4.

NOTA quod causa appellationis in curia censetur deuoluta quantum ad appellatum. & illos quorum interest quando intimata est in loco publico uel ecclesia cathedrali. Si autẽ intimata sit solum parti. quantum ad partem solum est deuoluta cui est itimata. de quo dic ut in. c. causam de ele. in cle. super uerbo deuolutis. per Io. an. ar. l. fi. rem. §. i. ff. de rei uendi. quia quilibet præsumitur ignorans. iuxta. l. uerius. ff. de proba. l. ueniunt. ff. de peti. here. & l. denunciasse. ff. de adul. uide. ifr. dec. vi. viii. cc. & cvi. & cc xxii. Et quando causa prophana dicatur deuoluta ad curiã uide. ifr. ccxliii. & ccclxiiii. & ccclxxvii. & ccclxxx vi. & cccxci. & dxxxvii. & dcxxxv. dcclviii. Supra de rescrip. deci. 48

Summarium.

1 Iudex appellationis post appellationẽ desertam debet pronunciare se non iudicem.

Decisio. I I. alias. 5.

NOta quod ubi appellatio est deserta auditor impetratus in causa appellationis solum habet se non esse iudicem pronunciare quia post desertionem si prosequatur causam appellationis solum habet se non esse iudicem pronunciare quia post desertionem si prosequatur causam appellationis non ideo minus prima sententia transit in rem iudicatam. in. c. si appellationẽ. de ap. in cle & uidetur notare glo. in. l. eos in principio. C. de appella. Et habet stilus & papalis quod pars appellans citatur tantum ad docendum de diligentia in prosequendo de quo si non doceatur expeditum est quod solum lapsus temporis excludit. ut. no. in. c. plerumque. de rescrip. iuncta. l. fi. C. de tempo. ap. Supra in nu. deci. 14.

Summarium.

1 Appellatio extraiudicialis intimari debet per procuratorem appellato.

Decisio. I I I. alias. 12. Suprain Ho. eo. ti. deci. 18.

NOta quod ubi appellatur extra iudicium intimatio habet fieri ipsi parti per procuratorem sicut appellatio. sic uidetur notare Ioã. andr. in. c. causam quæ de elec. circa principium in cle. licet contrarium uideatur. quia posito quod appellatio debeat fieri per procuratorem tamen intimatio sufficit quod fiat per quemcunque. qnia per intimationem nihil domino acquiritur sed q̃ acquisitum est ampliatur & ad effectum perducitur, ideo non mirum si per quamcunque personam tale exercitiũ intimationis adimpleri posit. ut dicitur in simili. ff. de usuris. l. qui. solidam. in fi. & l. licet. de constitu. pecu. l. pro hibere. quod ui aut clam. pro hoc. l. Item ueniunt. §. petitis. de peti. here. primam tamen opinionem audiui eamque ueram de terminari in rota.

Summarium.

1 Iudex ad quem potest facere gratiam parti in expectando eum.

Epithome.

2 Illegitime natus uel malus administrator quando quis dicitur cum incumbat probare.

Decisio. I I I. alias. 26.

Nota quod iudex ad quem appellatur potest facere gratiam parti in expectando eam dum tamen duret iurisdictio ut notatur in. c. quamuis. super uerbo competen. de elec. lib. vi. ad quod. c. consuluit. de offic. delega. Cui autem imcumbat probatio quando quis dicitur illegitime natus uel dicitur malus administrator. dic. ut notatur in. c. si forte. super uerbo defectu. de ele. li. vi.

Summarium.

1 Capitulum statuimus. de elec. lib. vi. habet locum in prouisione facta & fienda.

Decisio. V. alias. 28.

Nota quod. c. statuimus. de elec. lib. vi. habet locum siue appelletur a prouisione facta siue fienda. & idem est in. c. ut. circa. notatur per Archi. in uerbo facta. tamen in hoc est differentia. quia. c. statuimus. procedit siue fiat in iudicio siue extra. ut no. in allega. c. super uerbo impugnat. Constitutio tamen ut circa. non habet locũ nisi in extraiudicialibus. ut. c. constitutio. de elec. lib. vi. quia tunc debet seruari sollemnitas illius. c. alias si iudicio monitus ab executore non habet seruare illam sollemnitatem. & uide supra de testi. deci. 13.

Summarium.

1 Iudex a grauamine recepta appellatione potest inhibere & quid in auditoribus sacri palatii.

Decisio. VI. alias. 44.

Nota quod per auditorem non fit inhibitio regulariter in causa nisi lite contestata uel post datum terminum ad impugnandum & iustificandum appellationẽ. quia tunc uidetur pendere lis. ut. c. ex parte. de uerbo. signi. iuncto. c. fi. ut lite penden. in cle. posito. quia lis non fuerit contestata. de quo. dic. ut notatur in. c. fi. ut lite pẽden. in. cle. Io. tamen mo. dicit quod ex quo iudex appellationem recipit potest inhibere. de appella. romona. super uerbo inhibere. lib. vi. Et uide infra decisio. lviij. &. cccxci. &. dcclxxxviij. &. dclix. &. dclxviij. &. dcclxxxiij.

Supra de do. & contu. deci. 30. & deci. 24. eo. tit.

Summarium.

1 Iudex appellationis potest appellationem pronunciare desertam.

Decisio. V I I. alias. 50.

Nota quod auditor datus in causa appellationis potest desertionem cognoscere & potest decernere appellationem esse desertam. Ad quod facit. l. ij. §. fi. cum ibi notatis. C. de tempo. appel.

Summarium.

1 Appellans si non obtulit se coram iudice a quo probaturum excepiones per se propositas iudex ad quem antequam pronunciet bene appellatum habet cognoscere de ueritate exceptionis & probationes admittere.

Decisio. V I I I. alias. 81.

Nota quod ubi est appellatum eo quod exceptiones legitime non admittebantur si pars proponens tales exceptiones non obtulit se probaturum iudex appellationis antequam pronunciet bene appellatum habet cognoscere de ueritate exceptionis & probationes admittere super eisdem. secus si pars ab inicio coram iudice a quo obtulisset exceptiones se probaturum. sic uidetur notare. Io. mo. in. c. non solum. de appella. lib. vi. iuncto. c. interposita. cum ibi. no. per. Ber. & per Inno.

Summarium.

1 Iudex appellationis a grauamine si post appellationẽ lata fierit sententia super negotio principali poterit insimul de utraque sententia cognoscere etiam parte inuita.

Decisio. I X. alias. 81.

Et ibidem no. Inno. quod iudex appellationis insimul debet cognoscere de negocio prencipali si super prencipali est lata sententia post appellationem & de causa appellationis nec esset audiendus aduersarius si peteret quod primo cognosceret super appellatione quam super prencipali super quo sententia lata fuit post appellationem. de quo dic ut. c. cordi. per doc. super uerbo de partium. propter abbreuiationem litis cognoscitur de utraque appellatione. l. quæ facta dicitur a grauamine & post diffinitiuam sicut ponitur in. c. super eo. de. ap. uide in. c. i. de. ap. li. vi. & . i. deci. cccxci.

Summarium.

1 Attentata post appellationem ubi petuntur reuocari non tenetur petitor probare se prius possedisse nisi aduersarius præsumeretur de iure comuni & ex causa uerisimili possedere.

Epithome.

2 Remissio ad pares non conceditur pro probandis attentatis.

3 Fatalia non currunt agenti super attentatis.

Decisio. X. alias. 89.

Nota quod ubi post appellationem uel litis pendentiam aliquid dicitur esse attemptatũ sufficit quod ille qui petit attemptatum reuocari probet attemptationem licet non probet possessionem quæ est attemptata. ut notat Inno. in. c. dilecti. de maio. & obedien. Et hoc uerum nisi ille contra quem petuntur attemptata reuocari de iure communi & ex causa uerisimili præsumatur possidere quia tunc non reuocarentur attemptata nisi ille contra quem attemptatum est probaret se uere possidere tempore attemptationis. ut notat Inno. in. c. bone. de appel. circa ꝙ adde nota. in. c. dudum. super uerbo dispensatum de elec. &. c. dilecto in fine. de exceptionibus. Et est ratio istius dicti quia ubi alias de iure communi præsumitur possidere non uidetur pendente appellatione attemptare sed uti possessione quam prius habebat & sic non uidetur attemptatum nisi probetur alium possidere. argu. notatorum in. c. cupientes. super uerbo ad totum. per. Io. mo. de electi. lib. vi. iuncta. l. utique. in fine. de rei uendica. & extra de resti. spo. c. decimas. & uide in. dec. cxv. &. ccxx. &. ccccxlix. &. ccccliii. &. cvii. & cccxxxiii. & cccclxiii. & cccclxiii. &. clxxxii. &. cccv. &. dxvii. &. cccxix. ccxv. Aduerte quia quando agitur super attemptatis non fit remissio ad partes sed debet recipi probatio in curia. ut. in. decisi. &. cccxlvii. & ccclvii. &. cccc. & quod agenti super attemptatis nõ currunt fatalia. uide infra decisio. ccccxlviii. & omnino decisi. dcclxxxvi. Et multa circa materiam attemptatorũ uide infra litteram. A. super uerbo appellatio.

Supra de proba. deci. 7.

Supra ut. lite pen. deci. 3. & de resti. spo. deci. 13. 74.

Summarium.

1 Appellatus an posit causam de uoluere re integra absente appellato?

Decisio.

Decisio. XI. alias. 57.

Nota ꝙ appellatus re integra posito ꝙ non sint seruata tempora potest causam deuoluere absente appellante. ut no. Innoc. in. c. statuimus. super uerbo mense. de elect. & Archidia. eodem. c. super uerbo expectata. licet Compost. & communiter audientia contra. & maxime si appareat de scientia appellantis, præsumitur autem ignorans nisi scientia probetur. C. qui mili. pos. l. super seruis. libro. xij. Et uide omnino infra decisio. ccclxxvij. & §. deci. iiij.

Summarium.

1 Iudex appellatiōis potest cognoscere de nullitate, & in euentum pronunciare appellationem iniustam.

Decisio. XII. alias. 109.

Nota ꝙ ubi est appellatum a sententia quæ ipso iure non ualet posito ꝙ pars non dixerit sententiam nullam iudex appellationis poterit cognoscere de nullitate, & si sibi uidetur nulla pronunciabit appellationem iniustam. arg. l. fi. de. peti. hæredi. §. in quadā ff. fami. hercis. & l. ij. C. de tempo. appel. cum ibi notatis. Et inserat causam quare nihil ualet sententia. Istum modum pronunciandi dat glo. in. l. i. quando prouo. non est neces. hoc uidetur Archid. in. c. cordi. super uerbo. de procurato. in fine. de appellatio. lib. vi. ad quod notatur in. c. cum contingat. circa finem magne glo. Et potest dicere ꝙ in causa appellationis nō est necesse dare libellum & hoc uerum quando appellatur ab interlocutoria non tamen quando a diffinitiua. ut idem no. in. c. ij. de iura. cal. li. vi.

Summarium.

1 Appellans in absentia iudicis non est exemptus ab eius iurisdictione.

Decisio. XIII. alias. 136.

Nota ꝙ appellans a iudice absente eo tempore quo appellat etiam absente iudice: non est exemptus a iurisdictione iudicis. ut notat Inno. in. c. dilectus. de appella. super uerbo innotuerat. de quo dic ut per Archid. in. c. appellatio de app. lib. vi. glo. ij. quod dic ut ibi.

Summarium.

1 Appellatio male formata non excludit ius partis.

Epithome.

2 Probationum materia est fauorabilis & amplianda.

Decisio. XIIII. alias. 156.

Nota ꝙ posito ꝙ appellatio sit obreptitia & male formata admittuntur articuli de iure partis, quia mala appellatio non excludit ius partis. ut. c. constitutionem. in princ. de elec. in cle. Et appellatio in mala forma de qua in. c. ut circa. de elect. li. vi. tantū excludit materiā odiosam & obiectus cū quisq; præsumatur bonus. c. fi. de præsumptio. Et obiectus qui dantur in contrarium sunt odiosi & ideo sunt restringendi, & materia probationum
2 est fauorabilis & amplianda. ut. l. quoniam. C. de hereti. c. quoniam. ut lite non contesta. & per consequens materia data contra istam fauorabilem est odiosa. de probat. licet. de excess. prælatorum. præsentium. lib. vi. & uide. s. deci. lxiij.

Summarium.

1 Appellans a grauamine illato per delegatum eximit ab eius iurisdictione quoad omnia secus si illatum esset grauamen ab ordinario.

Decisio. XV. alias. 163.

Nota ꝙ ubi ab aliquo articulo appellatur a delegato: in omnibus aliis uidetur exemptus appellans a iurisdictione delegati secus ē in ordinario. ut notat Ber. in. c. pastoralis. super uerbo ad tempus. de appella. & sic est differentia inter delegatum & ordinarium. alia nota per Inno. in. c. olim glo. fi. de offi. delega.

Summarium.

1 Iudex qui non detulit appellationi non potest præfigere terminum ad eam prosequendum.

Decisio. XVI. alias. 182.

Nota ꝙ iudex qui non detulit appellationi non potest præfigere terminum ad prosequendum appellationem. ut notat. Inno. in. c. fi. de accusatio. de quo plene in. c. ueniens. de renunc. per Ber.

Summarium.

1 Iudex a quo ante dationem apostolorum an possit testes affuturos recipere.

Decisio. XVII. alias. 198.

Nota ꝙ per iudicem a quo est appellatum ante dationem apostolorum non possunt recipi testes affuturi. ut in. c. super eo. & c. ab eo. de appellat. lib. vi. cum talis iudex non uideatur habere iurisdictionem sed aliqui uoluerunt dicere ꝙ si non detulit ualeat receptio: quia uidetur habere iurisdictionem ex quo non detulit & propter periculum. & licet isti testes affuturi faciant fidem non tamen talem ꝙ per eos ualeat ferri sententia. ut notatur per Ber. in. c. quoniam. super uerbo cauetur extra ut lite non contest. uide supra deci. xci. & lix.

Summarium.

1 Iudex ad quem pendente termino ad persequendum in partibus assignato non potest procedere ad instantiam appellati.

Decisio. XVIII. alias. 200.

Nota ꝙ ubi in causa prophana est præfixus terminus per iudicem a quo est appellatum ad prosequendum appellationem ante terminum nō possunt fieri citationes per audientiam nec aliquis actus exerceri licet Compos. uideatur dicere contrarium in. c. statuimus extra de elec. Pars autem appellata non potest prosequi appellationem nisi constet de appellatione & uideatur appellatio. quia nō omnis appellatio deuoluit causam nisi impingeat in titulum. uel sit causa de qua fit mentio in. c. sæpe. & c. nicolao. de ap.

Summarium.

1 Appellans a grauamine ante dationem apostolorum potest impetrare commisionem.

Epithome.

2 Iudex impetratus uigore appellationis. non procedit parte opponente donec apostoli sint exhibiri.

Decisio. XIX. alias. 214.

Nota secundum aliquos ubi appellatur a grauamine ante dationem apostolorum si fiat commisio ualet
2 sed tamen iudex appellationis non habet procedere si opponatur per partem donec sint dati apostoli quia remanet primus iudex. Vide infra eo. ti. 52.

Summarium.

2 Delatio appellationi facta ab uno ex tribus an delegatis an deuoluat cauſam.

Deciſio. XX. alias.222.

Infra deci.55. & co. nu.9. in antiquio. Feli. in.c. cũ omnes col.x. uerſi.vi. fallit.de conſti tu.& ibi Deci. col.5.uerſi.vi. limitaturq dicit eſſe cõmunẽ contra hãc deciſio.

NOta ꝙ ubi appelletur a tribus iudicibus delegatis ſi unus ſolus iudicum deferat appellationi & det apoſtolos cauſa uidetur deuoluta ac ſi omnes detuliſſent maxime quando erant dati iudices cum illa clauſula ꝙ ſi non omnes &c. quia penes quemlibet uidetur eſſe iuriſdictio quantum ad iſtum caſum. argu.l.ſi. concilio.§.fi.ff.de cura. furi. maxime ſi parte appellata uolente ſeu præſente fuerit delatũ appellationi. quia conſenſus unius iudicis uidetur deuoluere cauſam appellationis & iſta fuit communis opinio ubi autem pars appellata non conſenſiſſet tunc uideretur dicendum ꝙ delatio facta per unum iudicem nec datio apoſtolorum ualeat. quia niſi eſſent inſolidum dati unus non haberet iuriſdictionem ſine alio ergo non poteſt a ſe abdicare iuriſdictionem. pro hoc.c.i. de appella. in cle. ubi eſt appellatum a maiori parte &coram maiori licet nõ ab omnibus ergo nõ a minori parte. & pro hoc gl. Inno.in.c.cum ſuper.iij.gl. uerſi.ergo.de offi.deleg. uide deci.iiij.

Summarium.

1 Iudex a quo ſi præfigat terminum appellanti ad proſequendam appellationem cenſetur cauſa deuoluta.

Epithome.

2 Appellatus ſi conſtituat procuratorem in curia ſimpliciter poſt appellationem uidetur appellationem recepiſſe.

Deciſio. XXI. alias.243.

NOta ꝙ in cauſa prophana ubi appellatur a diffinitiua ſententia ſi terminus eſt præfixus a iudice cauſa uidetur eſſe deuoluta ad curiam licet non ſit recepta appellatio ab inicio a iudice uel a parte. ſecus ſi ab interlocutoria.ut notatur in.c.ueniens.de renunci. tamen ſi pars appellata quando eſt appellatum ab interlocutoria facit
2 procuratorem & poſt appellationem ſimpliciter & nõ ad cauſas deuolutas tunc licet non ſit recepta appellatio ab inicio a iudice uel a parte tamen ex poſt facto per conſtitutionem procuratoris uidetur recipi a parte appellata quæ fecit procuratorem licet procuratores proteſtentur in curia non acceptare procuratorium niſi ad cauſas deuolutas Et uide infra.deci. ccclxxvij. & ſupra.iiij. & infra. dxxxvij.

Summarium.

1 Iudex appellationis infirmans ſententiam in uno articulo tantum in aliis uidetur confirmare.

Deciſio. XXII. alias.261.

Vide infra deciſ.xi.co.in antiquioribus.

NOta glo.eſt Inno. ꝙ iudex appellationis infirmans ſententiam in uno articulo in aliis uidetur confirmare.notat Inno.in.c.dilecti.de appella.

Summarium.

1 Lis non conteſtatur in cauſa appellationis abſente parte ſecus ſi ſit præſens.

Deciſio. XXIII. alias.267.

NOta glo.eſt Inno.in.c.per tuas.de ap. quod præſente parte.in curia in cauſa appellationis non eſt procedendum lite non conteſtata ſed bene abſente parte.

Summarium.

1 Appellatio obiectiua non ualet in ſufficienter expreſſis ſi continet alia non ſufficienter expreſſa.

Deciſio. XXIIII. alias.270.

NOta ꝙ ubi in appellatione obiectiua aliqua ſufficienter ſunt expreſſa & aliqua non ualet inſufficienter expreſſis quando appellatio eſt male inuenta ualeret. ut notat Archi.in.c.ut circa.ſuper uerbo interdicta. de elec. li.vi.uide.ſ.de teſti.deci.15.

Summarium.

1 Appellatio deſeritur ſi ſententia non feratur infra fatalia licet concluſam ſit in cauſa.

Epithome.

2 Deſertio an habeat locum in curia.
3 Cauſæ beneficiales debent eſſe breuiores quam prophanæ.
4 Compenſatio quamuis ipſo iure competat debet tamẽ peti ab homine.

Deciſio. XXV. alias.295.

Infra nu.38. uide deci.nu.i. co.in antiquio.

NOta ꝙ ubi aliquis proſequitur appellationem uſq; ad ſententiam excluſiue ſi poſtea obmittat petere ſententiam uel petat ſed non proſequitur ſententiam facto ſed ſtat per magnum tempus poſt concluſionem appellatio cenſetur deſerta. quia iura uolunt ꝙ infra certum tempus quis appellationem ſuam proſequatur. & finiat. ut.l.fi §.illud.de tempo.appel. Et quia cauſa non uidetur proprie finita niſi lata ſententia. quia ſententia lata equiparatur rei iudicate.ff.ad tertul.l.i.§.illud.iuncto.c.i.extra de litis conteſta.lib.vi. ergo appellationem appellator non uidetur proſecutus niſi ſententiam reportauerit quia tunc negocium finitum uidetur. ut.l.fi. C.de tempo.in inte.reſti.pe.iuncto.c.unico.eo.ti.in cle. quia tunc non uidetur actum licet uideatur contrarium quia quando concluſum eſt in negocio uidetur pars appellans feciſſe quod in ea eſt.quia ferre ſententiam iſtud concernit factum iudicis cum reſtat ad faciendum ut.l.ij.de origi.iuris. ut notat Archi.in ſimili de except.pia.ſuper uerbo probauerit. uerſi.pone ergo quia proſequendo negocium uſq; ad diffinitiuam ſententiam omnia uidetur peragere.ut no.in ſimili.C.de adulte.l.quamuis.ſuper uerbo pœnitentia.uer. ſed certe.ad ꝙ notatur per gl.i.l.ſi rem.§ fi.ff.de uictio.& ad hoc facit ꝙ no.Hoſti.in.c.ex ratione.extra de appella.
2 ubi dicit ꝙ in curia romana nõ habet locum deſertio.nec cauſa poteſt dici deſerta quod poteſt habere locum quãdo coram papa agitur de cuius perſona non poteſt haberi copia ſecus de alijs iudicibus.ut in.c.diſpendioſam.de
3 iudi.in cle. Beneficiales cauſæ debent eſſe breuiores quã prophane ut.c.diſpendioſam. de iudi. non mirum ergo ſi appellans fuit diligens ad proſequendum ſententiam & poſt concluſionem ſtetit donec talia tempora fuerunt elapſa ſi cauſa ſeu appellatio fuerit deſerta & licet ſententia conſiſtat in poteſtate iudicis tamen bene conſiſtit in facto partis ꝙ petat ſententiam ferri ut dicimus in compenſatio
4 ne quæ licet ipſo iure competat tamen ab homine peti debet.nt.l.ſi conſiſtat. C.de compenſa. uide circa prædictã deſertionem.ſ.deci.v.

Summarium.

1 Commiſſio ſi impetratur per partium præſentiam ſufficit eas eſſe præſentes tempore quo proceditur coram iudice.& petens poſt concluſionem cauſæ attemptata reuocari non auditur.

Epithome.

2 Attentata an petens reuocari poſt concluſum in cauſa audiatur?

Inhibitio

3 Inhibitio siue iusta siue iniusta timenda est.

Decisio. XXVI. alias. 307.

Nota ꝙ audientia tenet ꝙ ubi impetratur commissio per præsentiam partium sufficit ꝙ partes sint præsente tempore quo proceditur coram iudice & tenet simpliciter ꝙ ubi est conclusum in causa & petitur per partem ꝙ reuocentur attentata post appellationē
2 non debent attentata reuocari. Et potest esse ratio. quia ex quo est conclusum negociū uidetur esse finitum ideo primo est pronunciandum, licet aliquibus uideatur contra. quia reuocatio attentatorum non dependet ex euentu appellationis quia posito ꝙ pronuncietur male fuisse appellatum non propter hoc reuocaretur pronunciatio si esset facta super attentatis, quia attentata fiunt in cōtemptum iurisdictionis ideo non concernunt causam principalem nec appellationem. ut no. Io. and. in. c. non solum. in glo. fi. de appel. lib. vi. ex quo per iudicem appellationis est institutum debet teneri inhibitio siue iusta siue iniusta. ut. l. i. §. i. de no. ope. nunc. &. c. significantibus. de ap.

Summarium.

1 Procurator si non appellat infra decendium nō auditur postea dominus etiam per uiam restitutionis.

Epithome.

2 Procuratoris negligentia nocet domino. & ecclesiæ.

Decisio. XXVII. alias. 313.

Nota ꝙ ubi procurator in causa beneficiali nō appellat a sententia cōtra dominum dominus post lapsum decem dierum nō auditur etiam per uiā restitutionis. quia imputatur domino qui talem sibi elegit
2 & negligentia procuratoris nocet domino & ecclesiæ. ut notatur in. c. i. ut lite non contesta. Et quia iura loquuntur indistincte dicentia ꝙ dominus indefensus per procuratorem non auditur post lapsum decem dierum appellans. de quo dic ut notatur in. l. diuus. ff. de in integrum resti. Et quod notat Innocen in. c. quærelam. de procura. Nec obstat si dicatur ꝙ procurator non est soluendo in causa beneficiali: & sic dominus debet audiri appellans. ut. l. i. §. fi. ff. quando appellan. sit cum ibi notatis. quia ille tex. intelligitur quando dicit difficile auditur dominus scilicet quando procurator fuit uere contumax qui appellare nō poterat. Si uero est soluendo dominus auditur tamen infra decem dies a tempore sententiæ post autem non auditur. ut notat. Hosti. in allegato. c. i. ut lite non contesta. super uerbo purgauit. in principio glo. uer. non obstat. Et sic in alle. § fi. dominus auditur infra decem dies ubi procurator non audiretur.

Summarium.

1 Lite non contestata in absentiam partis proceditur.

Epithome.

2 Absens per audientiam contradictarum citari potest. sed excōmunicari non potest. licet bene suus procurator.
3 Absens non punitur in expensis.
4 Procurator uerificando procuratorium coram iudice a quo uidetur recessisse ab appellatione.
5 Excomunicatio non infligitur regulariter nisi personaliter apprehenso.
6 Dominus punitur ex negligentia procuratoris.
7 Dominus post. x. dies a tempore scientiæ qualiter intelligatur quod appellare possit?

Decisio. XXVIII. alias. 314.

Nota ꝙ lite contestata uel habita pro contestata secundum ꝙ in causa appellationis ubi proceditur absente parte lite contestata. ut. l. fi. §. illud de tempo. appella. C. & quod notatur in. c. pertuas. de appel latio. per Innocen. In talibus casibus per audientiam ab
2 sens citari potest: sed tamen excōmunicari non potest: sed excommunicabitur procurator si compareat procurator: uel si non compareat procedetur contra absentem in negocio principali maxime cū est talis causa in qua potest ferri sententia parte absente quia non interest partem habere copiam partis absentis: cum in eius absentia procedi posset & ideo sufficit ꝙ procedatur. & in hoc pars absens
4 puniatur non tamen in expensis puniatur propter contumaciam uel non excommunicabitur. ut no. in Spec. in simili ti. de expen. §. i. uer. quid si talis causa sit. Cy. in. l. sancimus. uer. quarto quæritur C. de iudi. §. si dicatur. quod interesse partis præsentis est habere præsentiā partis absentis quæ melius scit merita causæ quā alius. quia istud posset habere locum in terminis ad ponendum & articulandum sed non in terminis ad libellandum. & hoc fuit quia procurator qui comparuit post excommunicationē latam in partem suam absentem & appellat si in datione apostolorum procuratorium exhibuit si negat procurator coram iudice appellationis potest procuratorium uerifi-
4 care quia nō potuit coram iudice a quo fuit appellatum quia procurator ratificando procuratorium uidetur recessisse ab appellatione. ut. c. gratum. &. c. relatum. de offi. de leg. nec obstat. c. appellanti. de appel. in cle. quia loquuntur in iustificatione causæ principalis & sic per consequēs in casu superius dicto non potuit excommunicari quia re
5 gulariter aduersarius antequam excommunicetur debet personaliter apprehendi. ut no. in. c. si aduersarius. de eo qui mit in pos. causa rei ser. licet ex negligentia procurato
6 ris dominus puniatur. de quo dic ut in. c. i. ut lite non con-
7 test. Et qualiter intelligatur ꝙ dominus potest post decē dies appellare a tempore scientiæ dic ut ibi per Hosti.

Summarium.

1 Appellans si allegat appellationem præcessisse excommunicationem debet hoc probare.

Decisio. XXIX. alias. 317.

Nota ꝙ ubi aliquis dicitur esse excommunicatus si allegat ꝙ excōmunicationem præcessisset appellatio ille qui appellationem allegat præcessisse debet hoc probare. ut no. per Io. an. in. c. uenerabilibus de sen. excom. lib. vi. glo. penul. licet idem Io. an. in nouella no. cōtra. in. c. solet eo. ti. li. vj. sed prima gl. uidetur uerior quia in dubio præsumitur pro sententia & semper incumbit probatio excōmunicato. ut no. in. c. bone. de electio. super uerbo præsumitur per Inno. & uide super hoc q. disputatam per Io. an. in regula semel.

Summarium.

1 Appellans si producat appellationis cedulam quam alias produxerat in alio grauamine petens illam in processu ad istum secundum effectum registrari an dicatur uerbo iterata appellatio?

Decisio. XXX. alias. 361.

Nota ꝙ si iudex successiue pluribus uicibus id seu omnino simile grauamē intulerit prima uice fuit ab illo appellatum in scriptis & in debita forma an si post alia uice ab alio grauamine prius appellans de nouo uerbo appellet secundum formam cedule prime appellationis quam quo ad istum effectum producit & petet inseri in actis & uult habere pro inserta nihilominus debet appellatio sine scriptis facta censeri quia uerbo appellauit secundum formam cedule diuersa tamen fuerunt consilia. Ego enim cum quibusdam tenui appellationem uideri esse factam in scriptis quia si illam cedulam tenens dixisset se uerbo appellare sed illa sufficeret ergo & hoc casu cum idem sit porrigere & porrectam de nouo producere. illa enim cedula quæ tunc representat appellationē a primo grauamine etiam representat appellationem a secundo. & nomina significant ad placitum & considerandus est effectus & mens plusquam uerba nec obstat quia uiua uoce appellauit. quia debet intelligi idest uiua uoce

dixit se appellare secundum illam cedulam. sed hoc non obstat maior pars noluit exaudire.

Summarium.

1 Appellans ad papam eo mortuo potest prosequi appellationem coram successore.

Epithome.

2 c. si gratiosæ habet locum in factis quæ per papam non fuerunt affecta.

Decisio. XXXI. alias. 264.

Nota utrum appellans ad dominum Clementem sextum eo mortuo possit introducere appellationem ad dominum Innocetium successorem suũ. Et an talis appellatio deuoluat causam sic ad curiam ꝙ tempore successoris prædicti debebat ibi causa tractari? Et uidetur ꝙ non. per. c. si gratiosæ. de rescrip. li. vj. In oppositum uidetur quia ex quo causa semel est in curia seu in manu papæ non debebit exire. Item potius uidetur appellasse ad sanctam sedem apostolicam quam ad certum papam propter personam. & hanc partem credo ueriorẽ.
2 Nec obstat. c. si gratiosæ. quia habet locũ in futuris quæ per papam uiuentem nõ fuerunt semel affecta nec in eius manu fuerunt.

Summarium.

1 Appellatio generalis a futuro grauamine extra iudicium licet non nominentur personæ propter quas appellatur. ualet.

Epithome.

2 Appellatio extraiudicialis non habet effectum nisi a die illati grauaminis & tunc incipit currere tempus.

Decisio. XXXII. alias. 376.

Nota ubi appellatur extra iudicium ualet appellatio generalis & a futuro grauamine licet persone propter quas appellatur non nominetur. secus si in iudicio. quia ibi non appellatur nisi a grauamine illato. extra de appella. bone. & notat Innocẽ. eo. ti. c. consuluit li. vj. ubi est plena glo. de materia attentatorum. Et appellatio extraiudicialis non habet effectum nisi a tempore illati grauaminis & tunc incipit currere tempus. ut in. c. sicut de ap. in cle. est potius prouocatio quam appellatio.

Summarium.

1 Appellatus uolens appellationem esse deuolutam ex eo ꝙ appelans constituit procuratorem ad impetrandum & contradicendum auditur.

Epithome.

2 Appellans non potest renunciare appellationi in præiudicium appellati.
3 Causa ad curiam deuoluta qualiter censeatur.

Decisio. XXXIII. alias. 377.

Nota quod ubi appellatur ad papam & pars appellans nõ uenit ad curiam sed facit procuratorem ad impetrandum & contradicendum si pars appellata sit præsens & uelit causam esse deuolutã & in curia remanere auditur pars appellata. ut uidetur no. Inno. in. c. statuimus. de elec. lib. vi. super uerbo propter hoc in fi. in uerbo appellatus autem. & satis in glo. eiusdem. c. quia posito ꝙ fuerint. seruata tẽpora illius. c. statuimus. & non fuit seruatum. c. causam. de elec. in cle. illud non debet præiudicare appellato maxime si appellatio fuit recepta a iudice. ut. c. nicolao. de appella. & non fuit intimata appellato alias haberet seruare tempora. ut in simili dicitur ꝙ appellans non potest renunciare ap. in præiudicium ap-
2 pellati. ut no. Abb. in. c. cum qui. de dolo & contu. Cy. tamen contra ista opi. uidetur ꝙ re integra inuito appellante non posset in curia causam deuoluere. ut in. c. interposita. de ap. ad quod facit quod no. in. c. cordi. de ap. li. vj. su per uerbo petierit. de renunc. ueniens. per Io. mo. ubi tamẽ dicit ꝙ sufficit appellanti ꝙ appellatio ab inicio interponatur in fauorem appellantis. nec mirum si posset renunciare maxime quando res est integra. & dicit secundum aliquos. ꝙ appellatus quandocunq; potest uenire quando appellatio habet uim citationis deberet uenire infra tempus dum tamen pars appellata ueniat infra tempus quando est sibi intimata appellatio alias non tenet. argu. no. per Io. mo. in. c. cupientes. de elec. lib. vj. super uerbo
3 deuoluit. ubi est bona glo. qualiter causa deuoluta censeatur. Item ista possunt habere locum qnando appellatur in iudicio uel in causa beneficiali quæ de sui natura debet tractari in curia si appellans aliquid inpingit in titulũ partis appellate ꝙ si nõ inpingeret in titulum forte esset aliud in causa beneficiali. uel potest sic dici ꝙ potius est in potestate partis appellantis an causa deuoluatur in curia quã in potestate partis appellate quia ipse habet intimationẽ facere. ut. c. causam. & si appellauit a diffinitiua ad papam potius expedit iudicem impetrare ad partes in causa ap. quam in curia causa deuoluatur quia cum maioribus expensis fit in curia & remissio est sumptuosa quia in causa appellationis non opposita opponã. ut. c. fraternitatis. sed si ab interlocutoria appelletur expedit ut expediatur in curia. iuxta. c. sæpe. de ap. & euitetur circuitus ut. c. auditor. de rescrip. in cle. uide deci. cvi. & cc.

Summarium.

1 Criminosus condemnatus remittitur ad iudice ad quẽ.

Decisio. XXXIIII. alias. 381.

Nota ꝙ criminosus cõdẽnatus ad iudicem ad quem appellauit remittitur. ff. an per ali. causa appella. re. pos. l. eos. uideatur facere contra. l. nunc. eo. tit. quia etiam male posset iudex causam determinare in absentia accusati. quia etiam in tali causa non admittitur procurator. in. §. ad crimen. & in causa tali debet lis contestari.

Summarium.

1 Iudex a quo potest prorogare terminum præfixum ad prosequendum.

Decisio. XXXV. alias. 384.

Nota utrum iudex qui appellationi detulit & terminum præfixit ad prosequendum postea possit ex interuallo fortasse circa finem illius termini illum terminum prorogare uidetur ꝙ non ex quo officio functus est semel & præsertim si parte appellante interest terminũ non prorogare. tamen fuit determinatũ contra quia immo ueruntamen casus in quo proponebatur quæstio erat talis: ubi non erat pars appellata: quia iudex processerat ex officio suo.

Dec. in. c. cũ si romana de appel. nu. 19. col. 4. §. in no. eo. ti. deci. 25. Georgius nata in Clẽ. sæpe col. 44. uersi. vii. q. ro de uer. signi.

Summarium.

1 Appellans petens coram ordinario iudice a quo testes affuturos recipi. non censetur renunciasse appellationi suæ.

Decisio. XXXVI. alias. 386.

Nota utrum postquã ordinarius detulit appel. si pars appellans petit coram eo recipi testes affuturos uel ualitudinarios ad perpetuam rei memoriam pro iustificatione appellationis super his super quibus appellauerit uidetur renunciasse appellationi fuit dictum ꝙ non quia iudex posset eos recipere propter periculum. allegabatur de appel. cum teneamur. & quod notatur per gl. de appel. c. si a iudice. lib. vi. & quod no. per Innoc. in. pasto talis. de offi. deleg. circa princ. in tertia columna. & præsertim

sertim si iudex non exaudiuit partem nec uoluit testes recipere non præiudicat parti quo ad renunciationem.facit.c.cum uenissent.de eo qui mittitur in pos. cum ibi notatis super uerbo coram eo.

Summarium.

1 Iudex a quo an si pendente termino dandorum apostolorum procedat ualeat processus ipsius?

Epithome.

2 Dilatione pendente data a iure uel ab homine conquiescit officium iudicis.

Decisio. XXXVII. alias.406.

Vide infra deci.nu.53.eo.& s.deci.19.eo.

Decisio. III. alias. 30.

NOta ꝙ ubi aliquis est receptus in canonicum extunc habet actionem ad præbendam postea uacantem si alter non præcedat. sed tamen non habet ius in præbenda.nisi sibi assignetur de quo.dic ut in c.tibi qui.de rescrip.li.vi.per Archid.

Summarium.

1 Beneficium uacare dicitur ubi facta est resignatio. seu ubi erat beneficiatus.

Decisio. IIII. alias.33.

Rom.consil. 341.Inci.quad primū.col.3.

NOta ꝙ ibi beneficium uidetur uacare ubi facta est resignatio.uel ubi erat qui tenebat beneficium.de quo per Archi.in.c.si electio super uerbo ex eo.de elec. lib.vi.&.c.commissa.super uerbo pacifica eo.ti. & in.c.licet.in magna glo.de præben iuncto.c.i.ut lit.pend.in cle. ubi de hoc.& uide infra deci.lxxxvi.ubi quis eo.ti.

Summarium.

1 Expectātium autoritate apostolica sub clausula ad præbendam quam duxerit acceptandam si alter primus in data omittat acceptare primam præbendam uacaturam non sibi præiudicat quin possit acceptare secundam.

Epithome.

2 Gratiam habens quod possit acceptare præbendam ecclesiæ cum præstimoniis unius cedentis uel decedentis poterit simul uel successiue acceptare præbendā uel præstimonia & separatim.

Decisio. V. alias.37.

NOta ꝙ ubi sunt duo expectantes autoritate apostolica sub ista clausula ad præbendam quam duxerit acceptandum.si primus in data omittat acceptare primam præbendam uacaturam nō sibi præiudicat quin possit acceptare secundam.nec in isto casu habet locum c.si clericus.de præben.li.vi.ut ibi uidetur notare Archi. super uerbo ꝙ iudex.& uidetur notare Inno.in.c.mandatum.circa princ.de rescript. Et idem si habeat gratiam ꝙ possit acceptare præbendam ecclesiæ cum præstimonijs unius cedentis uel decedentis. quia tunc potest simul uel successiue acceptare præbendam uel præstimonia & separatim.& uide infra decisi.ccccxvi.

Staphi.in trac. de lite gra.& iusti.fol.110. uersi.i.ius in lIteris.

Summarium.

1 Expectans apostolicus præfertur nominato ab eo qui nominare potest ex concessione papæ uel priuilegio.

Decisio. VI. alias. 55.

NOta ꝙ ubi aliquis ex rescripto papæ uel ex priuilegio potest nominare ad uacantem seu ad uacantes præbendas.nominatus per talem priuilegiatum non præfertur impetrāti apostolico. immo apostolicus tali nominato præfertur secundū aliquos.uide de præbē.si cui li.vi. ar.de præben.dudum.eo.ti.& lib.propter hoc uidetur potestatem a se abdicasse.

Staphi.in tra. de lite grati.& iust.fol.36.uersi.ex quo dicto

Summarium.

1 Gratia potest purificari in curia romana.

Decisio. VII. alias.134.

NOta ꝙ ubi sunt tres executores dati ad purificandū gratiam.gratia potest purificari in curia romana. quia talis purificatio etiam potest fieri absente parte. ut uidetur notare Innoc.in.c.licet.de translat.immo.si duo ex tribus iudicibus datis cognoscerent de purificatione antequam constaret tertium impeditum dum tamen reuera impeditus esset ualeret si post probaretur reuera licet faciant contra quod no Archi.in.c.cum plures.de offic.dele.lib.vi.super uerbo impediri.sed in glo.super uerbo maliciose tenet primam partem.& pro prima parte facit.l.si in arbitris.§.fin autem de arbitrio.C.de arbi.

Summarium.

1 Expectans ad collationē decani & capituli ad illa quæ habent conferre in aliqua ecclesia ciuitatis poterit acceptare beneficium quod non est de principalioribus in ecclesia cathedrali.

Epithome.

2 Canonici ecclesiæ collegiatæ si deseruiant diuinus in aliqua ecclesia cathedrali & ob id recipiunt destributiones & instalantur non propterea uidentur esse canonici & illius cathedralis ecclesiæ.
3 Deseruientes duabus ecclesiis nomen assumit ex ea in qua magis moratur.

Decisio. VIII. alias.309.

NOta ꝙ sententia fuit lata in audientia ꝙ est aliquis expectans ad collationem decani & capituli ad illa quæ habent conferre in aliqua ecclesiarum ciuita-

Staphi. in tra. de lite.gr.& iusti.fol.27.uers. ut cunq; sit.

tis uel diocesis.posito ꝙ uigore istius gratiæ non possit ac/
ceptare beneficium in ecclesia cathedrali.s. beneficium
maius uel præbendam cathedralem . tamen beneficium
minus uicariam uel aliud beneficium modicū quod non
est de principalioribus in ecclesia potest talis impetrans
acceptare.quia.c.quamuis.de præben.li.vi.est penale.&
ideo restringendum.Item est ibi propter prærogatiuam &
honorem ecclesiæ cathedralis. ꝙ non ueniat beneficium
sub generalibus uerbis.sed in modicis beneficijs ecclesiæ
cathedralis non est illa prærogatiua.maxime cum nō in/
tersit capitularibus negociis. ergo uidetur cessare ratio di
cti.c.quamuis. Archid.in allegato c. quamuis super uer/
bo ecclesiam uidetur notare contrarium. & idem Io.and.
in glo.non extendit. licet sententia fuerit lata in contra/
rium.& hoc in fauorem pauperis impetrantis.quia in gra
tia speciali & non pauperis forte posset habere locum opi
nio Archi.& Io.an.&.ex hoc potest dici ꝙ si ad aliquam
2 ecclesiam cathedralem ueniunt deseruiendo diuinis ali/
qui alij canonici alicuius ecclesiæ collegiate. licet in ec/
clesia cathedrali tales canonici recipiant distributiones
& installentur ꝙ non uideantur esse canonici ecclesiæ.cū
alibi habeant focum & larem & stallum.similiter & prin
cipaliter debet attendi locus in quo originaliter sunt ca/
nonici & seruiunt & habent habitationem . & in qua ec/
clesia nomen recipiant . quia a nomine res denominatur
in.§.est & aliud.institu.de dona. ubi dicitur ꝙ nomen de
bet esse consonum rei.ad quod. C.de incol.l.ij.&.fi.quia
ubi aliquis seruit in duobus locis . de loco ex quo trahit
moram.& in quo magis moratur nomen assumit. ut.l.ser
uus.&.l.urbanus.in princ.l.sed dicendum de lega.ij.Itē
a iure artificium ad se trahit officium.ut in.l.seruus.§.fi.
deleg.iij. ergo posito ꝙ officient in ecclesia cathedrali si
alibi similiter officiantur & ultra officium faciunt simili
ter aliud officium quod faciunt alibi trahi ad se officium
ecclesiæ cathedralis.ut sic non sint de ecclesia.ad quod
.l.eius qui.§.fi.ff.ad municipales.

Summarium.

1 Quando beneficium quod est in claustro uel in continē
tibus edificijs censeatur esse in ecclesia.

Decisio. IX. alias. 549.

VTrum beneficium censeatur in ecclesia cum est
in claustro.uel in cōtinentibus ædificij ecclesiæ.
facit pro & contra.ff.de uerbo.sign.l.ij.de con/
se.eccle.uel alta.c.i.li.vi.de sen.excō.si ciuitas.eo li.& ui
detur attendendum an habeat officium facere in eccle/
sia ut puta celebrare.& in horis interesse.ut tunc in eccle
sia censeatur.ar.l.cum quid.de fun.instruc.& ad hoc fa/
cit multum destinatio patrisfamilias seu fundatorum uel
communis.ubi censeatur destinatum.an ꝙ sit beneficium
in ecclesia & ibi cottidie distributiones recipiat & seruiat
uel non.ad hoc faciunt iura.ff.de lega.iij.l. seruus urba/
nus.C.de præ.mi.l.si prædium.& de suppellec. le.l.quē/
admodum de fundo instruc.l.quæsitum.§.alfenus.&.§.si
quis &.ff.ad municipales.eius qui.§.fi.quæ leges probant
ꝙ non attendatur locus.quia est extra ecclesiam. sed alia
qualitas destinationis more & seruicij licet etiam aliquā/
do seruiant in capella seu ecclesia quæ est in claustro. &
dixerunt ꝙ ab antiquo plures obtinuerunt in palacio.ꝙ si
talis beneficiatus non habet alios prouentus quam illos
quos percipit ab ecclesia propter seruitium quod ibi facit
quod censetur in ecclesia licet etiam habeat in claustro
celebrare uel in aliquo seruire secus si haberet dotem uel
redditus pro illo beneficio aliunde & extra ecclesiam.de
stinatur.illi beneficio.quia tunc est extra ecclesiam.& sic
utrobiq; uidetur dicere attendere ubi dignius officium
exercet & ubi frequentius &c.facit de deci.ad apostolice
ff.ad municipa. eius qui.§.fina.&.l. si quis fructus.& pro
hoc de sepul.cum quis.lib.vi. & quod ibi no. Io. and.in
nouella.

Summarium.

1 Optio præbendarum ubi datur de minori . ad mediam
& de media ad maiorem. quis optare non poterit maiorē
si ius in minori non habet.

Epithome.

2 Possessio sola dat titulum in beneficialibus.
3 Consequens sibi fundatur in aliquo antecedenti.subla/
to antecedenti tolitur.

Decisio. X. alias. 577.

VTrum in ecclesia ubi sunt præbendæ minores
medie & maiores & secundum ordinē receptio/
nis antiqui canonici possunt de minori ascende/
re ad medias & de mediis ad maiores ? si unus qui primo
erat receptus in canonicum & auctoritate capituli ad pre
ces iusperiales obtinuerat de facto unam præbendam mi
norem uacantem per capitulum sibi collatam quam ma
gno tempore tenuit bona fide & iusto titulo ascenderit ad
unam mediam postea uacantem & dimisit primam mino
rem.& postea superueniente quodam apostolico impetrā
te qui primam minorem quam impetrauerat infra tem/
pus debitum & alias canonice acceptauerat & sibi obti/
nuerat prouideri declarabitur ipsum apostolicum habuis
se ius in illa minori & sibi adiudicetur & illum alium ad
eam ad preces imperiales receptum nullum ius habuisse
remanere debeat ille imperialis in illa media ad quā ascen
dit.uel utrum si sequens eum in ordine receptionis illam
eandem mediam optauerit & dimissa minore quam alias
iuste tenebat ascenderit ad eam debeat esse potior in ca/
dem.& uidebatur quibusdam ꝙ primus imperialis sit po
tior in media non obstante ꝙ non habuisset ius in prima
minori ex quo eam tenuerat & possiderat bona fide qua/
re fecit fructus suos & iste ascensus uidetur quidam fru/
ctus.arg.c.consultationibus.de iurepatro. pro hoc allegat
l.barbarius philippus. & quæ no.Inno.in.c.nihil.de ele.
pro hoc in speciali allegabatur unus textus qui uidetur
2 probare ꝙ sola possessio dat titulum in beneficialibus.c.si
a sede de præben.li.vi.pro hoc in speciali allegabatur.ff.
de dona.inter uirum & uxo.ex auro. cum.l. sequenti. ad
trebel.facta.§. si hæres determinatum fuit contrarium.
quia ex quo non habebat titulum canonicum in prima
minori non possit habere in secunda media.quia in eccle
siis ubi habet locū optio uel ascēsus seu pmutatio præben
darū fit transitus de una ad aliam.absq; nouo tit.& absq;
noua prouisione uel collatione in uirtute prouisionis seu ti
tuli habiti in prima.iuxta no.per Arch & Io.mo.in.c.cum
in tua.de consuetu.li.vi.Si ergo canonicus titulus non ha
betur in prima non potest habere secundam alias sequere
tur ꝙ ecclesiam sine canonico titulo obtineret . quod ius
non patitur.pro hoc.quia consequens fundatur in aliquo
3 antecedenti sublato antecedenti tollitur consequens. be/
ne facit.ff.de pactis.si cuncti.si cum re.de accusat ad pe
titionem.pro hoc.l.egi.ff.de exceptio. rei iudica.pro hoc
inducebant.l.qui liberum.§.& hæc uerba.ff de uulgari.
&.l.ex facto.§.finali.eodem tit.licet illa aliquantulum ui
deantur obstare. sed non obstant si bene attendatur pro
hoc allegatur.ff.de in diem adiect.l.ij. &.l.ubi §.sed mar
cellus.&.ff.de edili.edicto.l.i.§.ii &.l.cum autem.§.cum
rediretur.pro hoc quia resoluto iure fundamenti resoluit
fundamentum. de pigno.l. uectigali.ff.ut le.no.caue.l.i.
§.si quis sub conditione.&.§.quæ minorem.

Infra de con/
sue.dubio.v.
adde cassa.
decisi.xvij.de
præben.

Summarium.

1 Beneficia subcollectoris surrogati in locum primi cen/
sentur reseruata.

Epithome.

2 Beneficia semel affecta semper durant affecta.

Decisio. XI. alias. 412.

NOta licet secundum ordinationem domini Gre/
gorij undecimi unicus subcollector in qualibet
diocesi sic deputatus cuius beneficia sint reserua
ta:tamen si unus remoueatur.& alter loco eius surrogetur
omnium sic successiue deputatorum sunt reseruata be/
neficia.prout supra in quadam conclusione est dictum

quæ

quæ incipit. Item ꝙ bene & conclusum uidelicet ꝙ licet cesset eorum officium non tamen cessat reseruatio. Et est uerum dicere quando quilibet pro suo tempore erat solus & unicus subcollector. & sic ipsius beneficia cadunt sub reseruatione & fuerunt affecta semel quæ affectio nunq̃ extinguitur nisi per prouisionem papalem subsecutam sal uo tamen casu. c. statutum. de præbend. lib. vi. uide ccccliij. eo. tit.

Decisio. XII. alias. 593.

Dic ꝙ si aliquis impetrata &c. est repetita. s̄. de rescript.

Summarium.

1 Beneficia semel affecta semper durant affecta. etiam si desinat officium propter quod beneficia fuerant affecta.

Decisio. XIII. alias. 617.

SI beneficia alicuius sunt reseruata propter aliquod officium sedis apostolicæ quod habet quod licet re moueatur sua priuetur dicto officio quacunq; causa ꝙ nihilominus seu beneficia quæ tunc habebat remanebunt reseuata secus tamen de beneficiis quæ post amotionem siue priuationem dicti officij obtinebit. & ita seruat prædicta sedes apostolica.

Vide infra duas sequentes dec. & infra eo. tit. 31. inci. papa reseruauit &. 3. in no. eo. tit. 9. ꝙ benefici.

Summarium.

1 Beneficia collectorum uel subcollectorum semel reseruata semper durant reseruata pro ea uice. & talis reseruatio est specialis.

Decisio. XIIII. alias. 410.

NOta ꝙ beneficia collectorum & subcollectorum semel reseruata licet desināt esse subcollectores & cesset eorum officium semper remanent reseruata. nec alius potest disponere præter papam. quia per decretum papæ semel fuerunt affecta quæ affectio nunq̃ tollitur nisi per collationem papæ postea subsecutam. & quia semel ablata erat potestas ordinario conferendi per huiusmodi reseruationem nisi restituatur sibi potestas huiusmodi & tollatur impedimētum nunq̃ poterit se intromittere de illo beneficio. pro hoc iura cōmunia. de ap. ut nostrum de offi. ord. pastoralis. de præben. statutū. de elec. si eo tempore. li. vi. pro hoc faciunt declarationes domini Vrbani. v. & Gregorij. xi. quæ habent quod si mādat papa prouideri de aliquo beneficio uacante certo modo uel uacaturo si ex aliqua causa huiusmodi prouisio possit sortiri effectum nihilominus tamen remanet reseruatum ¶ Sed uidi dubitari utrum huiusmodi reseruatio debeat cēseri generalis uel specialis. Et fuit determinatum in rota & etiam per dominum uicecācellarium ꝙ erat specialis. uide deci. ccccxij. & dliij.

s̄. eo. ti. deci. xi. & in no. e. t. xi. Infra eo. deci. 283. nota ꝙ papa. Milis in reperto suo in uerbo reseruatio facta per regulas Papæ.

Summarium.

1 Beneficia collectorum sedis apostolicæ de stilo etiā cessante officio eorum remanent reseruata.

Decisio. XV. alias. 300.

DIc ꝙ beneficia collectorum sedis apostolicæ sint reseruata quandiu utuntur officio secundum aliquos sapientes secus tamen est secundum stilum curiæ romanæ. quia postquam semel quis factus est collector uel subcollector: utatur officio uel non utatur beneficia quæ tunc habebat remanēt reseruata secundum prædictum stilum seu obseruantiam sedis apostolicæ. beneficia autem quæ post depositum officium assequuntur nō sunt reseruata.

Summarium.

1 Impetratio beneficij in qua tacetur ꝙ defunctus fuerit familiaris cardinalis est surrepticia.

Decisio. XVI. alias. 721.

NOta ꝙ ubi dominus noster papa uult ꝙ gaudeāt priuilegio cardinalium familiares & qui in expensis eorum cum quibus morantur continue sunt iuxta formam. c. sicut. de uerbo. sig. li. vi. unde si aliquis qui impetrat beneficium alias de prædictis & habitat cum aliquo de dominis cardinalibus & moriatur ille cōmensalis cuius beneficium impetratur & non fiat mentio de prædictis gratia est surrepticia. & ita declarauit dominus Gregorius papa. xi.

AEneas de falco. in tracta reserua. in. 4. q̄st. i pri. inci. in. 6. effectu in. 4. pagi. uer. & istud dictum.

Summarium.

1 Clausula siue alias generaliter ueniunt omnes reseruationes licet una tantum sit expressa.

Decisio. XVII. alias. 726.

NOta ꝙ beneficia ecclesiastica uacant diuersimode apud sedem apostolicā. ut patet in. c. licet infra de præbend. li. vi. Et in extrauaganti. quæ incipit. Et debito pastoralis officii. & aliis diuersis modis. unde si papa faciat alicui gratiam de beneficiis uacantibus apud sedem apostolicam per unam uiam si uacant alia uia reseruationis non uenit sub gratia nisi ponatur in gratia de tali beneficio uacante. uel alio quouis modo. nam tunc uenit omnis uia uacationis apud sedem apostolicam. & intellige per illam personam nominatam. & ita seruat rota dominorum auditorum sacri palacii. dic. ut in. c. quondam. de præben. lib. vi. uide deci. dcclxiiij.

s̄. in no. de. 28. de rescri. si mā datur.

Summarium.

1 Beneficiū ecclesiasticum dicitur plenum quando possidetur ab aliquo de iure.

Decisio. XVIII. alias. 740.

NOta ꝙ beneficium ecclesiasticum dicitur plenum quando possidetur ab aliquo de iure.

Summarium.

1 Collatio uel præsentatio ubi communiter pertinet ad abbatem & conuentum tutius est quod abbas præsentet de consensu & uoluntate capituli.

Decisio. XIX. alias. 105.

NOta ꝙ ubi præsentatio seu collatio communiter pertinēt ad abbatem & cōuentum. tamen abbas qui est caput collegii facit præsentare. ut no. Inno. in. c. ea nosci tur de his quæ fi. a præla. Et ex hoc sequitur ꝙ ubi abbas probat ꝙ collatio insolidum pertineat ad eum tutius tamen est quod quando abbas præsentat ꝙ caueatur in litera præsentati ꝙ præsentet de consensu & uoluntate capituli. quia in dubio de iure communi ad prælatum & ad capitulum pertinet collatio præbēdarum seu beneficiorum de quo dic in. c. a collatione per Archid. de ap. li. vi.

Summarium.

1 Intrusus in beneficio reseruato propter decretum reseruationis nulliter. confert beneficia ad eius collationē spectantia ratione dicti beneficij reseruati.

Decisio. XX. alias. 183.

NOta ubi aliquis est intrusus in beneficio reseruato seu dignitate quandiu tolleratur si confert beneficia non ualet collatio beneficiorum facta per ipsum existentē in tali dignitate reseruata cum reseruatio & decretum afficiat totum beneficium & per consequens illud ꝙ sequitur ex eo. ut. c. ut nostrū. de app. secus si alias esset intrusus præterq̃ in beneficio reseruato. ar. no. per Inno. in. c. nihil de elec. uide. s̄. de ca. po. &. propter nota ꝙ ubi deci. xi.

Intrusus quis dicat uide de. ca. pos. & pp. de. 415. supra in an. dec. 15. AEneas de falco. in tract. reserua. in. 4. q. princip. in. xxvj. effectu. & in. 2. parte tra. in. 4. q. pric. in. xi. q.

Summarium.

1 Collator quando impeditur in suo turno habet sequentem turnum.

Epithome.

2 Impeditus impedimento facti remanet illesus.

Decisio. XXI. alias. 190.

Nota ꝙ ubi ex statuto ecclesiæ sunt duo abbatissa & decanus quorum unus habet conferre duas præbendas primo uacaturas, secundo habet conferre tertiã ꝙ in casu in quo primus esset impeditus per apostolicum non noceret primo sibi quin posset conferre præbendam alias uacantem si contingat ꝙ primus fuerit impeditus in collatione suarum duarum & sic tertia iure statuti pertineat ad eum si cõtingat postea ꝙ aliquis sit impetrans ad collationem abbatisse quæ habet conferre duas. talis impetrans tertiam præbendam quæ pertinet ad abbatissam propter impedimentum poterit acceptare quia eius collatio pertinet ad abbatissam pro non ergo est uerum dicere ꝙ ille qui habet ad collationem abbatisse est potior illo q habet ad collationem decani. quia licet regulariter prima præbenda pertineat ad decanum tamẽ ubi abbatissa fuit impedita pertinet nunc ad abbatissam & non ad decanũ. argu. c. si de beneficio. in princ. de præbend. in cle. & quia
2 impeditus impedimento facti remanent illesus. c. significãte. de pig. & c. imputari. de regu. iu. li. vi. & de conces. præben. quia diuersitatem.

Summarium.

1 Capellanus papæ nõ probatur ille quem papa in literis prouisionis nõminat fuisse capellanum.

Epithome.

2 Verba narratiua papæ quando dicantur probare?

Decisio. XXII. alias. 197.

Nota ꝙ ubi papa confert præbendam uacantem tanquam reseruatam per mortem capellani honoris talia uerba papæ non inducunt probationem ꝙ sit capellanus ille per cuius mortem uacat nisi alias probetur. ar. c. si sumus. de sen. ex. in cle. c. si papa de priui. lib. vi. licet faciat cõtra. c. i. de proba. in cle. sed ibi papa narrabat super facto suo secus ubi non narrat super facto suo proprio sed de alieno. idem si papa narret factum sui prædecessoris & gratia super narratis non fundatur quia tunc uerba narratiua non probant.

Summarium.

1 Collatio facta ab ordinario infra mensem datum impetranti ad acceptandum non ualet si tamen purificatio infra mensem fiat.

Decisio. XXIII. alias. 240.

Nota ꝙ ubi ordinarius confert beneficia infra mẽsem datum impetranti ad acceptandum non ualet collatio facta ante purificationem gratiæ si tamen purificatio infra mensem fiat posito ꝙ subsequatur collatio ordinarij & hoc per. §. secus. in. c. cum ei quem. de conces. præben. in cle. circa quod adde no. per Archi. in. c. dudum. super uerbo ignoranter. de præben. lib. vi. uide supra deci. cxvij. nota ꝑm infra de concess. præben.

Summarium.

1 Reseruatio papæ expirat per solam collationem etiam possessione non subsecuta.

Epithome.

2 Ius quæritur in iuribus incorporalibus non apprehensa possessione corporali.

Decisio. XXIIII. alias. 283.

Nota ꝙ ubi papa prouidet de beneficio reseruato si anteq̃ prouisus habeat possessionem corporalem moriatur ordinarius in partibus de beneficio potest prouidere. quia reseruatio assecuta est semel suum effectum per prouisionem licet corporalis posses-
2 sio non fuisset apprehensa. quia in iuribus incorporalibus ius quæritur: non apprehensa possessione corporali. ut. c. si. cum ibi no. de conces. præben. li. vi. & quod no. per Inno. in. c inter cætera. in magna gl. uer. immo plus uidetur de præben. & Io. an. in nouella. in. c. quondam. de præb. lib. vi ex quo enim semel habuit effectum reseruatio non reconualescit sine noua uoluntate papæ. ut. l. qui res. §. aream. ff. de soluti. iuncta. l. penult. in fine de consulibus. li. xii. Nec obstant no. in. c. commissa. & c. de multa. quia loquitur in penalibus. pro prima parte facit. c. si electio de elec. li. vi. uide. infra dec. ccccx. nota ꝙ benefici. eo.

Summarium.

1 Clausula ac si nulla reseruatio facta foret includit oẽm reseruationem generalem.

Decisio. XXV. alias. 291.

Nota ꝙ papa faciendo gratiam alicui ꝙ possit acceptare beneficium dum uacabit ac si nulla reseruatio facta foret ꝙ per ista uerba tollitur quæcunq̃ reseruatio iuris & hominis intantum ꝙ ubi beneficium sit reseruatum per papam siue sit reseruatio ex dispensatione canonis. ut per decre. execrabilis talis reseruatio uidetur sublata quia dicendo ac si nulla reseruatio facta foret intelligitur de omni reseruatione facta. ut. l. hoc genus. de condi. & demon. & notat Ber. in. c i. ꝙ metus causa. quia uerbum nullo modo omne ius includit. ut. l. nullo ff. de fal. Et ex quo reseruatio hominis est sublata multo fortius legis. quia mitius agitur cum lege quã & cætera. ut. l. celsus. ff. de arbit. Et quia papa tollendo reseruationem uidetur conferre & dare omne ius quod habet in beneficio reseruato. ut. c. penulti. cum ibi no. per Inno. de dona. & l. si. quando. C. de bo. uacan.

AEneas de falca. in tract. reser. i. 3. q. prin. pag. x. circa finem uer. aduerte quia auctiliuet.

Summarium.

1 Præbendæ ubi non sunt destinctæ terminus mensis ad acceptandam præbendam non statuitur.

Epithome.

2 Clausula quam duxerit. &c. non apponitur ubi præbendæ non sunt distinctæ.

Decisio. XXVI. alias. 292.

Nota ꝙ ubi papa confert canonicatum non habentẽ distinctam præbendam sed solum canonicalem portionem si conferat canonicatum prædictum sub expectatione canonicalis portionis expectans potest portionem dum uacabit sine præfinitione alicuius temporis: & post mensem a tempore uacationis acceptare. quia cum portio non sit certa nec distincta certum tempus non sta-
2 tuitur. nec in bulla ponitur clausula quam duxerit infra unius mensis spacium acceptãdum immo indistinctæ acceptare potest. quia proprie talis portio non est præbenda certa. ut notatur in. c. dilectus. in fine. de præbend. per Inno. ubi autem poneretur illa clausula quam duxerit &c. haberet locum. c. cum ei quem. de conces. præben.

Summarium.

1 Collatio facta ab ordinario infra mensem datum expectantibus ad acceptandum etiam si appareat expectantes non acceptasse infra mensem non ualet.

Deci-

Decisio. XXVII. alias. 833.

CVm ad collationem cuiusdam episcopi: essent impetrantes apostolici expectātes cum potestate acceptandi. infra mensem iuxta clem. cum ei quem §. secus uacante quodam beneficio cadente sub gratia impetrantis episcopus infra mensem cōtulit cuidam. & paulo post papa illud beneficium reseruauit & tanquam reseruatum contulit cuidam impetranti expectantes tamen aliud beneficium: nunquam acceptauerunt: nec infra mēsem nec post. quæritur quis sit potior: an ordinarius idest ille cui episcopus cōtulit: an apostolicus cui papa in uirtute reseruationis contulit? Quidam dicunt ꝙ ordinarius est potior. quia manus episcopi ita demum infra mensem erant & ceusebantur esse ligate si expectans infra mensem acceptasset. quia in eorum fauorem mensis appositus est. tunc enim eis uel eorum altero acceptantibus retro collatio ordinarij apparet nulla & tunc apostolicus cui papa ante acceptationem expectantis contulisset esset potior. sed quia expectantes infra mensem non acceptauerunt ideo retro manus ordinarij non censebatur ligate fuisse & ualebat eius collatio. arg. notatorū per Io. an. in. c. statutum. de præben. lib. vi. Alii uero tenent contra & communiter istam approbant omnes. Et pro ista parte uidetur. c. quondam de præben. lib. vi. Nec obstant no per Io. mo. in. c. statutum. quia eius opinio non approbatur per dictū c. quodam. de præbē. li. vi. ut etiam notat ibi Io. an. in gl. fi. in nouella. & in terminis in quibus Io. mo. loquitur pendente collatione ordinarij propter dubium euentum acceptationis futurum non superuenit reseruatio papæ seu collatio eius seu manus appositio. sicut hic. nec reuocatio papæ sicut superuenit in. c. quondam. & uide. s. in. q. quæ incipit primus & secundus in data.

Fel. in. c. cum ex officij col. fi. de pscript.

Summarium.

1 Reseruatio specialis per papam dicitur, quando reseruat aliquod beneficium collationi suæ seu collationi sedis apostolicæ.

Decisio. XXVIII. alias. 784.

DIcitur specialis reseruatio per papam quando reseruat aliquod beneficium collationi suæ seu collationi sedis apostolicæ non autem habet locum prædicta ordinatio & declaratio in beneficio reseruato generaliter. & est reseruato facta generaliter seu dicitur de beneficiis officialium sedis apostolicæ de quibus loquitur extrauagans. Ex debito pastoralis officij prædicta. Ita tenet & seruat rota dominorum auditorū. & iuxta consilia super hoc habita per eos in quadam causa ecclesiæ & præstimonijs uacan. corduben. tuli sententiam in quibusdam canonicatu dictæ ecclesiæ & præstimoniis uacantibus apud sedem apostolicam per mortem cuiusdam sub collectoris sedis apostolicæ. de quibus papa Gregorius. xi fecerat gratiam in qua gratia fuit facta mentio de detētione prædicta. quod quidem alter tenuerat per multos annos.

Summarium.

1 Demonstratio falsa non uitiat reseruationem papæ.

Epithome.

2 Demonstratio falsa non uitiat legatum.
3 Reseruatio beneficiorum nō uitetur ex falsa demonstratione si nominatim beneficia fuerant reseruata secus si generaliter quia non teneret nisi ille in cuius persona fuisset facta reseruatio beneficia teneret.

Decisio. XXIX. alias. 191.

AEneas de falco. in trac. res.

NOta ꝙ ubi papa reseruat certa beneficia quæ tenet ticius posito ꝙ non teneat ualet reseruatio. quia falsa demonstratio non uitiat legatum. & hoc uerum secundum aliquos: ubi nominatim reseruat: secus si generaliter non nominando beneficium seu beneficia. quia tunc non teneret reseruatio nisi teneret beneficia ille in cuius persona fuisset reseruatio. arg. ad hoc. l. si sic. de lega. i. iuncta. l. est differentia. ff. in quibus causis pig.

in. 4. q. prin. in xix. effectu.

Summarium.

1 Impetratio ruit quando non fit mentio de reseruatione.

Epithome.

2 Papa in beneficio reseruato dicitur solus ius habere.

Decisio. XXX. alias. 253. 258

NOta de beneficio reseruato non ualet collatio nisi per impetrantem fiat mentio de reseruatione. quia constat beneficium reseruatum. argu. notatorum per Archid. in. c. fi. de consue. lib. vi. licet posset dici ꝙ deberet fieri interpretatio in præiudicium concedentis. regula contra eum. de reg. iu. lib. vi. & ne papa notetur de auaricia seu cupiditate si aliud retinere uideatur. C. de bo. uacan. si quando. iuncta no. per Innocen. de donati. c. pastoralis. Item in beneficio reseruato solus papa habet
2 collationem: in alio non solus. ut. c. si a sede. de præbend. lib. vi. Nec est uerisimile ꝙ papa collationem ordinariorū uelit impedire. sed contra uidetur. quia papa concedendo ad totum ius uidetur concedere. ut. c. pastoralis cum ibi notatis per Innocen. de dona. & c. cum dilectus. Nec obstat quod dicitur de ordinario. quare licet ordinarius habeat collationem tamen donec constet papæ confert & conferre potest papa. & sic non uidetur facere iniuriā ordinario cum iure suo utatur. ar. l. iniuriarum. §. i. de iniurijs. iuncta. l. cum quidam. ff. de integ. resti.

Summarium.

1 Beneficium semel affectum semper durat affectum.

Epithome.

2 Conferendi beneficia suorum familiarium si alicui concedatur & unus desierit esse familiaris an ueniente casū possit conferre beneficia eius.

Decisio. XXXI. alias. 553.

PApa reseruauit omnia beneficia officiariorum & familiarium suorum capellanus commēsalis suus uel alius officiarius uel familiaris suus. postea dimissa capellania uel officio seu familiaritate decessit post quam desijt esse familiaris uel officialis quæritur nunc an beneficia quæ obtinebat cum erat officialis uel familiaris sint reseruata? Et uidetur quod nō. quia officium illius reseruationis dirigebatur in tempore mortis talis familiaris uel officialis ergo & cætera. argumen. l. cum (sponse. cum concordan. C. de donati. ante nup pro hac parte. ff. de pigno. cum tabernam. in principio. ibi rescripta. & cætera. ff. de lega. iij. item legato. §. uxori. ff. de bonis aucto. iudi. possi. l. i. §. reti. sic ff. de lega. iij legatis seruis. §. si ex
2 officio. ¶ Item pro hoc. quia si concedatur alicui potestas conferendi beneficia familiarium suorum: & unus desierit esse familiaris suus & postea moriatur non poterit conferre beneficia illius. ut notat Io. an. in nouella. de uerbo. sig c. fi. lib. vi in oppositum facit quia ibi debet attendi tempus reseruationis. argu. l. facta. de auro & argē. lega. pro quo quia ex quo semel fuit familiaris beneficia quæ tunc obtinebat iam fuerant reseruata & in manibus papæ ergo cum semel fuerant non desinant esse. nec ueniunt ad manus inferioris collatoris donec ipse disposuerit semel argu. no. in. c. inter dilectos in glo. magna al. fi. de exces. prala. per Innocen. & pro hoc bene facit quod

s. eo. dec. 613. inci. si bñficiū. AEneas de falco. in tract. reser. in. 4 q. principali in. xvij. effectu.

Vide ro. s. eo. deci. 283.

no.de rescrip.statutum.super uerbo cōmittatur. pro hoc etiam uidetur tex.in ratione de noxali.l.ij.§.i.ff.de rebus dubi.si canati uide deci.ccccxij.

Summarium.

1 Reseruatio geminata in fauorem unius met operare potest multos effectus.

Epithome.

2 Clausula quibuscunq; reseruationibus nostris spiritualibus nequaquam obstantibus an tollat effectum reseruationum factarum tunc & etiam post ante tempus acceptationis & promisionis?
3 Reseruationis effectus est ligare inferiorum potestatem circa beneficium reseruatum.
4 Rescripta ubi multa eiusdem tenoris impetrātur in una causa quoad effectum reputantur unum.
5 Instrumenta ubi multa de uno met cōtractu conficiuntur non minus unicus contractus reputatur.
6 Plenitudo non indiget adiectione.
7 Excommunicatus an iterum excommunicari possit?
8 Papa si reseruauit suæ collationi beneficia alicuius ecclesiæ non uidentur includi sub reseruatione non dū creata tempore reseruationis.
9 Qualitas adiecta rei eius imutat naturam.

Decisio. XXXII. alias.858.

DOminus papa Kalen. Ianuarii reseruauit præbendam quam in ecclesia parisien. obtinebat.a.in Kalen.Februarij fecit gratiam.b. de canonicatu ecclesiæ parisien. sub expectatione præbendæ in forma consueta post Kalendas Marcij dominus noster uolens dicti.b.gratiam consequi debitum effectum uoluit ꝙ præbendam uacantem uel proxime uacaturam nulli alteri de iure debitam possit acceptare & sibi prouidere adiecta clausula quibuscūq; reseruationibus nostris specialiabus nequaquam obstantibus.demum Kalen. Aprilis iterū dominus noster reseruauit eandem præbendam quam tenebat.a.& non constat ꝙ prima reseruatio esset sublata.demum Kalendas Maij moritur.a.b.acceptat præbendam suam & facit sibi prouideri quæritur an acceptatio & prouisio ualeant?Et sunt in effectu due quæstiones. Prima si papa reseruauit beneficium & iterum prima reseuatione durante illud iterum reseruet sub prima forma utrum secunda reseruatio aliquid operetur?Secunda quæstio quæ exinde dependet utrum illa clausula quibuscunque.&c.
2 tollat effectum reseruationum factarum tunc & etiā post
ante tēpus acceptationis & prouisionis.b.In prima quæstione uidetur posse defendi quod nihil operetur secunda
3 nam effectus reseruationis est ligare inferiorum potestatē
ut circa beneficium reseruatum disponendo de eo tanq̃
titulo beneficiali nihil omnino posset.de iurepat.cum dilectus.de elec.si eo tempore.de conces. præbend.cum ei quem. Cum ergo per primam reseruationē hæc potestas sit ablata simpliciter per consequens secunda nihil potest auferre uel ligare cum nihil inueniat ut sic posset dici esse unitam reseruationem quo ad effectum multiplicata sint siue repetita uerba per quæ fit reseruatio. sicut si habiles hodie contrahant matrimonium licet uerba contrahendi sint repetita inter contrahentes.ut probatur in clem.dispē diosam.c.ij.cum ibi notatis.in glo finali Sicut si hodie detur mihi per papam beneficium & collatio efficax est.si cras uero det mihi illud idem una est collatio in effectu licet uerba donationis sint multiplicata. ut de fide.instrumen.c.inter dilectos.§.cæterum. & ibi multe cōcor.in gl.
4 sic instituta.sicut si multa rescripta eiusdem tenoris impe
trant̄ in una causa quo ad effectum est unum rescriptū.
de rescrip ex tenore.cum ibi notatis de uno contractu fee
5 runt multa instrumenta non minus est unus contractus.
iuxta no.per Innocen.de proba.c.i.Si igitur uidetur ꝙ sit
unita reseruatio:cum totus effectus quem potest reserua
tio operari & propter quem per principem sit expletus
per primam & si secunda quo ad effectum nihil potest
6 adicere cum non indigeat adiectione plenitudo.vi.q.i.c.
si omnia.Sed mihi de præsenti uidetur contrarium dico tamē ꝙ secundum reseruationem aliquid operari uel adicere primæ potest intelligi dupliciter.Vno modo quo ad principalem effectum ad quem fit reseruatio nec fortius scilicet ligent potestates inferiorum ambe coniuncte quā prima sola quantum ad hoc cum sunt in concursu nihil operatur adiectio secunde.per superius allegata. Et facit clemen.de priuil.c.ij.§.si quæ uero. potest tamen operari propter tempus prolixiorem ambitionem. Si enim prima reuocetur remanebit effectus qui erat in prima tunc reuocat̄.penes secundam adhuc manentem uel si papa ex aliqua causa haberet primam reseruationem pro infecta.iuxta ea quæ habentur de censibus.c.i.in clem.cum ibi notatis.remanent nihilominus ligate manus inferioris propter secundam quæ pro infecta habita non est.sicut uidemus in excommunicatione cuius effectus est aliquem ponere extra ecclesiam militātem.ij.q.i.si peccauerit.xxiiij.
7 q.i.audiuimus.& sequen.cum alijs multis.tamen excom
municatus potest iterum excommunicari.iiij.q.iiij.engeltrudam.de iudic.c.quorundam.& ibi concord.multe in glo.& tamen huius secunde quandiu concurrit cum prima nullus est effectus quo ad illud ꝙ excōmunicatio principaliter operatur. sed dum erit excommunicatus a prima absolutus secunda operatur quæ operabatur prima dum durabat.ut no.in dicto.c. engeltrudam. Et ita quorundam.sicut etiam patuit exemplum Io.an.de ligato cū una forti cathena:quæ post ligatur alia operabitur ligatura secunda remota prima Et potest poni exemplum naturale dum sol bene lucet accēditur lucerna quidem operante quo ad effectum illuminandi certe nihil.vi. q.i.si omnia.& tamen obscurato sole remanebit aer illuminatus lumine lucerne quatenus posset dici quod dum actus secundus adijcitur primo eundem operante effectum dū concurrunt fit in effectu confusio sed primo sublato remanet effectus ratione secundi.iuxta ea quæ no.Io.and. de elect.c.cum in cunctis.ad finem.& in cle.de magist.c. fi.& secundum Ber.si dicamus effectum reseruationis prime sublatum per secundam gratiam factam.b. secunda reseruatio prius facta potest eundem effectum reinducere quem prima operabatur ante illius clausule adiectionē supposito ꝙ clausula solum præteritas reseruationes respiceret.Dico ulterius pro secundo membro distinctionis ꝙ aliquos effectus consecutiuos ad illos ꝙ principaliter operatur reseruatio potest habere secūda reseruatio quos non habebat prima.ut puta si prima ignorabatur secunda sciebatur per ordinarium.si nihilominus ipse beneficium confert in uirtute prime cuius effectus durat nulla est collatio sed tamen in uim illius nō potest de inobedientia uel contemptu superioris notari.de regu.iur.ignorantia.cum concordan.sed posset in uirtute secunde quā sciebat.xiiij. q.iiij.quod præcipitur.de uerbo. sign.c.in his. de maio.& obedi.c.ij.cum similibus.præterea posset prius includere
8 puta si papa reseruauit suæ collationi beneficia alicuius
ecclesiæ non uidetur includi sub reseruatione nondum creata tempore reseruationis.de rescrip.c.literas.in clem. cum ibi no.per gl.&doc.Si ergo inter primam & secundā reseruationem in illa ecclesia creatum est beneficium licet illud non afficiat prima reseruatio afficit tamen secunda.per illam decre.literas cum ibi alleg. & multo fortius si secunda reseruatio haberet aliam qualitatem sibi adiunctam quam non haberet prima.procederent alleg. tunc enim non est dubium ꝙ adiceret secunda ad primā & plus posset operari quam prima. nam qualitas adiecta
9 rei eius immutat naturam.de iureiur.c. debitores.&.c.cū
contingat.C.de pact.l quamuis.de foro compe.c.fi.de iureiuran.licet.de præben.c.cui de non.li.vi.& bene faciūt notata per glo & Pau.in allega.c.literas.de rescrip.in clemen.quia beneficium curatum efficitur non curatum uel econtra.& quod notatur de iurepatr.c.a nobis.de beneficio collegiato quod efficitur collegiatum.& hoc no.in simili Io.mo de sepultu. in.c. super cathedra. hodie innouata in clemen.& ibi idem Io.and.& Paul.post eum. ex quibus satis patet solutio allegatorum in contrarium saluo ꝙ de matrimonio & donatione dicebatur. illa autē nō obstant quia sunt actus de sui natura perpetui & ideo secundus tempore donationis non potest excedere primum.patet de matrimonio.xxvij.q.ij.§.i.de consang.& affi.c.de infidelibus.de diuor.quanto.uer.nam in tue. cō

cor de dona. patet. I. vi. di. satis peruersum. xvi. q. vij. c. inuentum est. de dona. cum dilectus. cum similibus.

Summarium.

1 Clausula non obstantibus reseruationibus se extendit etiam ad reseruationes subsecutas usque ad tempus acceptationis.

Epithome.

2 Additamentū est eiusdē naturæ cuius est res cui adiicit.
3 Literæ ad beneficia per quas rationes odiosæ dicantur.
4 Papa nunquam tollit ius alterius. nec in re nec ad rem ubi hoc non exprimit.
5 Motus proprius præseruat a surreptione sed non tollit ius alterius & nu. 7.
6 Expressio eorum quæ tacita redderent gratiam surrepticiam non operantur dispensationem.
8 Papa licet concedat alicui potestatem beneficia conferendi tamen poterit conferre beneficium cadens sub prima concessione mentione non facta.
9 Clausulæ generales quid operantur?
10 Clausulæ inhibitoriæ. & non obstantiarum apponuntur in literis apostolicis ad firmandum. & exequendum gratiā impetrantis & non ad tollendum ius alteri quæsitum.
11 Reseruatio simplex sequens gratiam secundam. 6. & præcedens acceptationem & promissionem an impedire potuerit in acceptando & sibi prouidere faciendo.
12 Gratia facta per principem quæ ipsi soli principi. & nō alteri facit præiudicium large est interpretanda.
13 Quælibet res debet estimari secundum effectum productiuum.
14 Argumentum sumi potest ab ordine scripturæ.
15 Princeps ubicunq; facit aliquem actum & ad ipsius effectualem suppletionem remouet impedimenta quæ completioni actus obstarent uniuersaliter loquendo tam præsentia quam futura impedimenta remouisse uidetur.
16 Gratiam facere a principio gratia est sed postquam facta est de iustitia est ꝙ suum sortiatur effectum.
17 Variatio maxime in principe cuius actus debent esse stabiles damnatur.

Decisio. XXXIII. alias.

Circa secundā quæstionem quæ est iudicio meo satis dubia multi allegati tenent illam clausulam non excludere nisi reseruationem tēporis datæ pēden. fundauit se principaliter in tribus. Primo in clausula adiecta in literis. Secundo in quibus papa declarat suæ intentionis fuisse de illis canonicatu & præbenda per apostolice sedis prouidentiam ordinari. & in quibus includit omnes expectātes. & in quibus decernitur irritum si quid a quoq; quauis auctoritate forsan hactenus attemptatum est uel contingeret attēptari. & istud est fortius. Secundo fundauit se. quia ista gratia fuit ambitiosa & restringibilis. & sufficit ꝙ operetur aliquid & si nō totū quod uerborū significata importent. & hic satis pōt operari tollendo reseruationem tunc extantē licet non futurā. & coadunāt hanc rationē per uerbum nostris ꝙ contrahit terminū cui adicitur ad tēpus præsens seu ad illud ꝙ importat terminus & de præsenti est. Tertio quia per illā concessionem acceptandi præbendā reseruatā papa nec sibi manus ligauit nec ut teneretur de illius. b. gratia facere mentionē in sequētibus suis reseruationibus legē imposuit. iuxta. c. dudum. de præben. li. vi. Sed mihi de præsenti saluo meliori & pleniori deliberādi iudicio uidetur totū contrariū. *Et dico ꝙ illa clausula quibuscunq; reseruationibus nostris specialibus nequaq̄; obstātibus remouet omne impedimētum subsistens tēpore acceptationis prouisionis faciende. & proueniens ex reseruationibus specialibus quare effectus tunc pendet: siue essent facte ante gratiā siue post. & iudicio meo si natura actuū consideretur. Rationes cōtrarie fortius probāt hac partē q̄; contraria ut tamen fortius & clarius hoc uideatur. ℂCirca materiam aliqua incidētia sunt distinguenda. Et primo uideamus utrum ista gratia secundo loco facta. b. ꝙ non obstarent sibi reseruationes sit odiosa & restringibilis ueluti prima gratia ad cuius
2 executionem concessa est. Et licet prima facie uideretur quod sic. quia additamentum est eiusdem naturæ cuius est res cui adijcitur. de præben. c. super eo. li. vi. Et accessorium cuius est ipsum principale. ut in reg. iu. accessorium. cum concor. ibi allegatis. quas causa breuitatis sufficit retinere. Et ad hanc partem quam notat Io. mo. de elect. quanq; lib. vi. in fi. mihi de præsenti totum uidetur contrarium. & dico hanc secundam non esse odiosam immo magis fauorabilem: ꝙ satis apparet si rationes propter quas prima ratio iudicatur odiosa & inexpugnabil. debite cō
3 siderantur quæ sunt res propter quas prima rō iudicatur odiosa. Prima ratio quia in impetratione inest ambitio ex parte impetrantis hoc autem odiosum est & contra ius ꝙ promotionem alicuius ad beneficia ambitio cōcomitetur. de præben. quāuis. primo li. vi. hæc autem ratio cessat in casu præsenti. postq; enim per primā gratiam papa cōtulit canonicatum sub expectatione præbēde extunc modo iure communi isti præbenda debetur ratione canonicatus qu eam afficit pro canonico. de præben. c. relatum. i. q. iij. c. si quis obiecerit. de rescrip. tibi qui. li. vi. cod. li. de præben. c. si clericus. & c. si postquam. & c. de pœnis. cū concor. multis. In quo ergo potest notari ambitio si iste canonicus procurat ut impedimenta tollantur quæ impediebant ut præbendam sibi iure communi debitam consequi nō possit certe in nullo. & hoc sonat tex. in allegato. c. si postquam. in fine. ibi iuste petere potuisti &c. Inde est ꝙ licet a principio non competit actio alicui petendi ut beneficietur postq; canonicatus est sibi collatus actio sibi cōpetit seu saltē actionis loco officium iudicis ad præbendam. ut notat Cōpost. de rescrip. c. mandatum. Et de hoc satis ibi per Io. an. & in allega. c. si postquam. de præben. lib. vi. in nouel. post principiū. Hoc etiam saltis clare no. Pau. de rescriptis. c. literas. gl. puta. uer. quid dicet. in cle. ubi tenet ꝙ si aliquis receptus in canonicum impetret a papa mandatum ut sibi detur præbenda ex ui illarum literarum sed prætēdente receptione inde est quod tales literæ bene extenduntur ad beneficia post datam literarū creata. ut et ibi no. gl. Et facit ꝙ no. Io mo. & Io. an. in nouel. post ipsum de præben. c. si apostolice sedis. li. vi. ut fortius ergo sunt de iusticia literæ quæ solū remouent impedimenta circa prouisionē ex iure debito faciendā rōne pcedentis collationis canonicatus quare non possunt dici istæ literæ ambitiose nec p cōsequēs hac de causa restringibiles. Secunda ratio propter q̄; literæ ad beneficia sunt odiosæ & restringibiles est præiudiciū ꝙ faciūt ordinariis quorū manus ligātur ne cōferre possint beneficia q̄ alias ad eorum collationē spectabant. de rescrip. c. mandatū. & c. in literis nostris. & hæc ēt ratio cessat in casu psenti quin immo uidet inesse ratio cōtraria. nā in uirtute primæ gratiæ ptās ordinaria ligata est. ut in. c. allegato si postquā & semper manebit ligata donec sit isti impetranti prouisum ut ibi. Quanto aūt iste impetrans citius erit prouisus: tanto ordinarij manus citius deligantur ut tolletur impedimentum ꝙ impediebat: ne ordinarius posset cōferre. Si ergo prima gratia est odiosa: quia ligat. secunda fauorabilis quia causa est ut citius illud ligamen tollatur ar. ab oppositis. ut. xxxij. di. hospiciolum. xxiij. q. c. sane. xi. q. iij. extimatur cum multis similibus. Tertia ratio propter q̄; primæ literæ sunt odiosæ est quia per eas datur ius ad beneficiū uacaturū cōtra conciliū lateranense. de cōce præben. nulla & c. c. accedens eo. ti. c. detestanda. li. vi. hæc ratio ēt cessat in casu præsenti. Nā licet a principio hoc statutū obuiaret postquā est factus canonicus quo casu iure cōi debetur pbenda cessat illa ratio ut patet ex superius allegatis. ℂEx quibus cōcludo ꝙ istius. a. canonicatus ex quo fuit. b. sibi collatus iā iure cōi debetur præbēda & ista secūda gratia solū fit sublatiua impedimentorū quæ deferebant gratiam ꝙ ista non fuit odiosa sed fauoribilis. ℂAd contraria potest responderi per notata per doctores de iureiurand. debitores. Secundo est circa hoc uidendum ut facilius tollantur contraria cum iam esset isti b. ius quæsitum ut reseruationes non impedirent ipsum acceptare sed postquam papa reseruat de nouo non facta mentione de illa gratia: sic an ex hoc gratia fit surrepticia & si ex hoc surrepticia redderetur nunquam pro mentione sufficerent clausule generales apposite in gratia secundi istam præbendam tanquam reseruatam impetrātis quo ad primum facit ꝙ fit surrepticia. quia papa nun-
4 quam tollit ius alterius nec in re nec ad rem ubi hoc non

*Ias. in. l. 1. stipulatus fuerim §. cū stipulet col. penu. in. fi. uer. tamen si in rescripto. ff. de uerbo. oblig.

exprimit de usu pallij.ex ruarum. de offic. delega.super
eo.de offi.ordi.licet.& hoc uidetur notare Compos.de re
scriptis.causam.ad finem.Archid.& Io.an. de præben
dis.c.si postquam.lib.vi.In reseruatione papæ nihil ex
primit ergo & cætera.In oppositum uidetur casus de præ
bend.c.si motu proprio.lib.vi.&.c.dudum.eodem libro.
¶Circa hoc est notãdum ꝙ aliud est ex taciturnitate gra
tiam uel reseruationem reddi surrepticiam.Aliud per gra
tiam uel reseruationem tacentē ius alterius ipsum ius non
tolli. De primo modo loquendi dico ꝙ reseruatio papæ
ob taciturnitatem gratiæ.b. cum reseruationes fiant per
5 papam motu proprio non potest dici surrepticia.ut in al
legato.c.si motu proprio.& eo.titulo.c. si romanus pon
tifex.in clemen.& notatur eodem ti.de constit.c.per lite
ras.glo.intellige sed dico quod licet reseruatio non sit sur
repticia cum ius parti quæsitum ex apostolica concessio
ne ꝙ posset acceptare præbendam reseruatam.& sibi fa
cere prouidere de ea non tollitur per reseruationem sequē
tem hoc non exprimentem.per iura prius inducta.& facit
6 ad hoc.Nam expressio eorum quæ tacita redderent gra
tiam surrepticiam non operetur dispensationem.ut in.c.
non potest §.finali de præben.lib.vi.Sicut ergo expressio
præseruat a surreptione & non operatur dispensationem
ita motus proprius præseruat a surreptione sed non opera
tur remotionem iuris alterius.& hoc expresse no.Io.an.in
nouella de præben.c.si motu proprio li.vi.ad fi.tex.& su
per glo.& idem Pau.in.c.si romanus pontifex.de præbē.
in cle.glo.ex isto.nec obstat.c.dudum.de præben. supe
8 rius allegatum. nam interdum papa confert alicui pote
statem beneficia conferendi.interdum confert ius in bene
ficio uel ad beneficium ut in titulum beneficialis. primo
casu papa potest conferre beneficium cadens sub prima
concessione mentione non facta.ut in.c.dudum.secundo
casu non ualebit collatio beneficij in quo uel ad quod in
prima concessione fuit alteri ius quæsitum.ut no.Cōpost.
in.c.causam.de rescrip.Archid.& Io.an.de præben.c.si
postquam.li.vi.superius allega.& sic est in casu præsen
tis quæstionis.Ratio autem diuersitatis est patens.quia in
primo casu datur potestas conferēdi beneficia quæ pote
stas de iure esse potest.& reuera est penes plures etiam in
solidum.ut.x.q.i.regenda.xvij.q.vij omnes.& de offi.le
ga.c.i.li.vi.& ideo cum post concessionem factam de po
testate conferendi sit potestas penes concedendum & pe
nes eum cui est concessa unus alteri præuenire poterit &
ualebit collatio eius qui alterum in cōferendo præueniet.
ut in præalleg.c.dudum.§.nos attendentes.&.eo.ti.c.si a
sede.sed in secundo casu beneficium ut titulus non po
test esse plurimum.quia una ecclesia unius debet esse pa
storis.de præbē.cum ignores.&.ideo cum alicui alteri ius
est quæsitum in eo uel ad illud non possit alteri dari quin
ius primi reuocaretur.hoc autem papa nunquam intēdit
si hoc non exprimit.ut in iure.supra allega.Cum ergo in
uirtute primarum concessionum factarum.b.sit sibi quæ
situm ius ad illam præbendam etiam supposito ꝙ esset re
seruata saltem acceptandi hoc ius per reseruationem se
cundam hoc non exprimentem non erit sublatum.ut in
9 ferius clarius deducetur. ¶Circa secundum punctum
utrum ad tollendum ius in.b.quæsitum per secundã gra
tiam acceptandi scilicet & sibi faciendi prouideri de præ
benda non obstan.reseruationibus sufficiãt clausule gene
rales posite in gratia illius qui secundo loco præbendam
a papa tanquam reseruatam.hic est bona difficultas & si
Nota impetrans licet acceptet beneficium uacans p obitum C. idem tamen uacauit per obitum B. nihilominus tamen ualet acceptatio licet non ualeat prouisio secundum aliquos. Ratio quia potius debemus hic considerare uacationem quam uacationis modum praesertim si acceptauit beneficium in loco certo puta ecclesiam talis uille uel praebendam talem uel sic uocatam. tunc enim satis per has qualitates & circunstantias tales constat de corpore beneficii acceptati licet erratum sit in persona. Constat enim quod beneficium sic uacans in tali loco siue ecclesia uoluit acceptare? & ibi pro tunc nullum aliud uacauit. ergo argumen. l. certum. ff. si certum petatur. & de testi. cap. licet ex quadam. faciunt notata per Io. mo. in cap. si tibi absenti de praeben. libro sexto. & 3 ibi plene per eum. Nec obstat. c. susceptum. de rescrip. li. sexto quod nō habet locum in acceptatione quae est quaedam declaratio uoluntatis & tendit ad executionem gratiae. & ideo non mirum si erretur in modo uacationis, qđ non impediatur acceptatio dummodo sequatur uera & effectualis prouisio quae dat ius in rem. de conces. praebē. c. si. li. vi. uide deci. cclxxiij.

Summarium.

1 Expectans cui per papam fuit facta gratia de canonicā alicuius ecclesiae, cum praebenda & prestimoniis si qua uacabant uel cum uacare contingerit. an poterit acceptare praebendam uacantem. & dimittere praestimonia. ut post modum alterius canonici decedentis praestimonia accipere posit?

Epithome.

2 Gratiam suam quis diuidere non potest.

Decisio. XX. alias. 416.

Nota papa fecit gratiam ticio de canonicatu talis ecclesiae praebendam uero ipsius ecclesiae ac praestimonia si qua uacant ad praesens. uel dum uacabūt per mortem unius canonici cedentis uel decedentis, uel cum ea uacare contingerit sibi contulit. uel dispositioni suae reseruauit. quae infra unius mensis spacium duxerit acceptanda. moritur unus canonicus obtinens unā praebendam & quaedam praestimonia iste expectans acceptauit praebendam & dimittit praestimonia illius. alius tamē expectans sequens in data qui acceptauit praebendā ac praestimonia alterius secundo decedentis dicit quod primus. ammodo non potest obtinere praestimonia ista. quia imputetur sibi quare non recepit praestimonia primo decedentis sicut eius praebendam acceptauit. & quod non 2 potest diuidere gratiam suam. nec ualet acceptare praebēdam unius canonici, & praestimonia alterius. immo oportet quod unius eiusdemque canonici praestimonia & praebendam recipiat. propter uerba illa unius canonici. pro quo etiam scilicet quod non posset diuidere gratiā factā. ff. de condi. & demon. si cui. de le. ij. neminem pro primo facit. quia illa uerba coniuncta diuiduntur in duas disiūctas. argumen. l. filio. §. fin. praesertim. quia posset contingere quod moreretur unus canonicus praebēdatus nō habens praestimonia alterius postea decedentis acceptare poterit. ergo non uidetur papa intellexisse in sensu composito, uel unito sed potius in sensu diuiso. ¶ Item illa uerba ecclesiae referuntur ad praebēdam & illa unius canonici referuntur ad praestimonia. si enim in gratia nihil fuisset dictum de praestimoniis non fuissent apposita illa uerba unius canonici & caetera. sed simpliciter fuisset dictum praebendam uero si quae uacat & caetera. ergo cum plures sint gratiae scilicet una de praebendis ipsius ecclesiae. & alia de praestimoniis unius canonici cedentis, uel decedentis. argumen. l. scire debemus. ff. de uerbo. oblig. ergo illa uerba quae statim sequuntur quae duceret acceptanda cum sint plures numero diuidantur in suas singularitates ad quas referuntur per illam dictionem relatiuā quae ut sit sensus sibi factam gratiam de praebend. ipsius ecclesiae quam duceret acceptandam. argu. l. filio. §. fi. Et hoc credo uerum.

Summarium.

1 Acceptatio primi in data licet reddatur inutilis attamē praestat impedimentum secundo.

Epithome.

2 Collatio ordinarij facta infra mensem expectanti datum an sit ualida si appareat expectantem non acceptasse infra mensem.

3 Decretum omne habet tacitam conditionem in se si in cuius fauorem est interpositum uti uoluerit.

4 Negligentia notabilis quae dicatur, erit arbitrarium.

Decisio. XXI. alias. 422.

Nota primus & secundus in data acceptauerunt infra mensem unam ecclesiam post unum uel duos

Staphi. in tra. de lite gra. & iusti. fol. 109. uer. 3. expirat.

menses secundus fecit sibi prouideri sed primus non, immo antequam primus sibi faceret prouideri superuenit reuocatio papę. quæritur an secundus habeat ius? Et uidetur quod sic. quia acceptatio primi redditur inutilis & ineffectualis propter reuocatoriam. ergo non uidetur quod præstare possit impedimentum secundo. quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. contrarium fuit determinatum per.c.quodam.de præbē. lib.sexto acceptatio enim primi cum a principio tenuisset, fecit ut decretum positum in litteris suis omnia facta pro secundo irritarentur & pro ista parte scilicet quod acceptatio ex quo semel fuit ualida licet postea efficiatur inutilis præstet impedimentum. faciunt iura allegata in quæstione quam posuit Io.an.de regu.iuris non præstat. in mercurialibus. pro ista parte optime potest induci .ff. de libe.& posthu.l.si post.in principio. Et per eundē modum.l.si post habere.dicitur in prin. Et uide hic quæstionem quæ incipit.cum ad collationem cuiusdam episco-
2 pi. ¶Sed quid erit si prior in data nunquam acceptauit an prouisio secundo facta infra mensem primi erit nulla. Et idem quæri potest de collatione ordinarii facta infra mensem primi si post non acceptat & licet Pau. teneat quod sit nulla. ut notatur in cle.cum ei quem. dic quod immo ualet per rationes. Io.mo.de præben.statutum. li. sexto. Et quia gratia primi est conditionalis si acceptauerit infra mensem conditio deficit ergo non impedit ordinarium uel secundum in data. Item omne decretum habet tacitam conditionem scilicet si is in cuius fauorem est interpositum eo uti uoluerit.ff.de lega.i.l.seruum in principio.& notat Io.mo.in dicto.c.statutum. de præben. & hoc est uerum nisi tunc cum secundus sibi fecit prouideri primo posset notabiliter negligentia imputari. quia tunc cum propterea primus sit exclusus.ut in.c.tibi qui. in fi. de rescri. Et in.c.si clericus.de præben.lib.sexto. Secundus posset sibi facere prouideri sed quando debet notabilis negligentia puniri. hoc est in arbitrio iudicis attentis circunstantiis attendendis cum non sit tempus a iure statutum. dicitur tamen communiter quod executor secundi uel ordinarii potest monere primum ut faciat sibi prouideri.& ad hoc sibi præfigere tempus competens quod hoc faciat alioquin ipsi etiam poterint prouidere. ut argumen.in simili extra de rest.spol.frequens.§.solet.ff. de here.insti.si quis instituatur.in prin.

Ruinus cons. 93.§.e.titu.8. uolu.3.

Summarium.

1 Acceptatio nulla ex post facto non conualescit.

Epithome.

2 Impetrans quādiu præcedit eum primus in data nō potest facere sibi prouideri.

Decisio.XXII.alias. 52.

Nota quod ubi sunt duo expectantes sub diuersis datis cum potestate acceptādi etiam beneficia reseruata si secundus in data infra mensem debitum primo in data acceptauit beneficium non ualet sua acceptatio nec prouisio dum tamen primus in gratia postmodum infra mensem acceptauerit licet habuerit eam pro derelicta intantum quod si papa conferat beneficium uacans tanquam reseruatum collatio papę præfertur & præualet acceptationi secundi impetrantis. Et potest esse ratio quia se-
2 cundus impetrans quādiu præcedebat eum primus impetrans non potuit sibi facere prouideri nec acceptatio sua fuit efficax. ergo posito quod primus obmiserit gratiam actus qui fuit inualidus ex postfacto non conualescit. argumen.l.si seruus.ff.qui & a qui.l.prima.§ illud.ff. quorum le.ad quod facit no.per Io.mo.in cap. statutum. de præben.lib.sexto.ad quod.c.penul.cum ibi no.& p Io. an.eo.titu.de leg.primo.l.plane.in princip. licet aliqui teneant contrarium.ad quod.l.si cum optio.de ope.libe.& l.si heres.de manu.uin. per quas leges ego solus tenui istā partem licet decretū pro primo appositum uideať multum obstare.ut.c.pen.all.& uide omnino infra deci. ccxcvi.& ccccxxii & cccccl.& uide omnino Collec.in.c. ecclesia.q.quid si tu primus in data &c.de sortileg.

Summarium.

1 Clausula consueta poni in confirmationibus dummodo ex ordine debeatur beneficium non intelligitur tm̄ de ordine datæ sed acceptationis.

Decisio.XXIII.alias.502.

Nota quod clausula consueta poni in confirmationibus dummodo ex ordine debeatur beneficium non intelligitur tantum de ordine datæ sed acceptationis qa tunc primo beneficium est debitum, ut in capi. primo. de conces.præben.li.vi.

Summarium.

1 Prouisio in qua narratur canonice prius prouisum fuisse est surreptitia.

Decisio.XXIIII.alias.532.

Primo & secundo in data acceptantibus unum beneficium reseruatum alias tamen cadens sub eorū gratiis secundus in data obtinet gratiam per quā narrat in literis eius quod si alias non obstetisset reseruatio fuisset eidem canonice prouisum & tanquam de reseruato prouidetur uel mandatur prouideri si non fuerit alteri ius quæsitum quæritur an hæc gratia sit surreptitia propter hoc. quia non erat sibi alias canonice prouisum licet quidam dicerent quod non ex eo quod papa nō cōsiderat illam canonicam prouisionem sed reseruationem quæ impediebat utrunque scilicet prouisionem tam primi quam secundi. nec etiam executor primi potuit ligare manus secundi. quia ipse eas habebat ligatas propter decretum reseruationis. tamen maior pars tenuit pro primo. quia est uerisimile quod potius fuerit papa motus ex eo. quia æstimabat eum alias canonice obtinuisse quod tamen non fecerat etiam si reseruatio non obstetisset propter primum cuius decretum ligauit manus sui executoris. uide quod no. Inno.in.c.dudum.de elec. super uerbo canonice.in prin.

Summarium.

1 Prouisio facta postq̄ papa apposuit manus ei qui acceptauerat prius uel postea acceptauit non ualet.

Epithome.

2 Collatio facta per ordinarium infra mensem datum expectanti etiam quod papa mandauerit .d. collationem confirmari si tamen alteri ius non fuisset quæsitum. non ualet nec tenet.
3 Mandatum de prouidendo an liget manus habentis potestatem conferendi?
4 Beneficium dicitur affectum per appositionem manus papæ.

Decisio XXV.alias 536.

Infra mensem expectantis & ante ipsius acceptationē ordinarius de facto contulit cuidam beneficium uacans & cadens in gratia expectantis sed ad illius cui
2 ordinarius contulit supplicationem papa mandauit certis iudicibus quod illam collationem ordinariam auctoritate apostolica confirmarent si a die date præsentium non esset alteri ius quæsitum. tandem ante confirmationē per ipsos iudices factam expectans acceptauit & sibi obtinuit prouideri. postea uero dicti iudices dictam collationem ordinariam confirmauerunt. quæritur an talis confirmatio teneat. uel an dictus expectans cui ante confirmationem prouisum extiterat post mandatum tamen de confirmando a papa emanatum fuerit ius quæsitum? & uidetur quod confirmatio teneat & quod prouisio expectantis postquam papa apposuit manus mandando confirmari collationem ordinarii non tenuit. quia per talem manus appositionem totum negocium uidetur ad se uocasse

Aeneas de falco.in trac.reser.in.4.q.prici.in.xv.effectu uer.& per illam.

uocasse & sic executori expectantis manus & cuiuslibet alterius inferioris fuerint ligatae. argumen. cap. ut nostrũ. de appellat. licet in oppositum uidetur. quia per solũ mãdatum de prouidendo non ligentur manus cuiuscunque
3 habentis potestatem conferendi quo minus prouisio per eum facta teneat & ualeat. per decre. quia cunctis. §. ex parte. uer. non sic. & uer. similiter. de conces. præben. libr. sexto. nisi papa expresse beneficium sue dispositioni reseruaret uel decretum in tali mandato adiunxisset. uel alias expresse suam uoluntatem insinuasset. ut dicto. c. quia cũctis. talibus iudicibus quibus mandabatur tale beneficiũ reseruando sue dispositioni uel interdicendo. ut ibidem cum ibi no. per Archi. in uer. similiter. super uerbo exprimatur. & super uerbo insinuent. eo. ti. si soli. & facit de p̃ben. dilectus. uer. clericus. quod concordat cum. c. inter cetera. eo. ti. Et sic responderi potest ad rationem in oppositum. quia papa non aliter uidetur ad se aduocare negocium nec manus apponere nisi exprimat quod nullus alius possit disponere puta reseruando uel decernendo nõ ualere &c. per præmissa nisi uelles tenendo primam partem dicere quod similiter mandando prouideri uel etiã disponendo de certo beneficio uacante uideatur manus apponere etiam si non reseruat uel decernat. Et respondere posset ad iura proxime allegata quod omnia loquuntur ubi papa mandat prouideri de beneficio uacaturo, ubi non est uerisimile quod per solum mandatum incontinenti uelit manus ordinarii ligare nec aliquod beneficiũ afficere etiam si de certo beneficio uacaturo hoc mãdet. puta de tali nominando illud primum uacaturũ sed non bene uideo quare non sit eadem ratio diuersitatis in uacante quam in uacaturo cum uenit casus uacationis. quare eadem ratio. quare secundam credo de iure ueriorem & sic prouisio expectantis erit potior & confirmatio non ualebit ex quo prius expectanti fuerit ius quæsitum audiui
4 tamen quod cancellaria ut prædicta iura tollerentur & ut gratia pape possit indubitanter sortiri effectum per solam manus pape appositionem eo ipso quod signat supplicationem seu prouideat siue mandet prouideri, uel alias disponat de uacanti uel uacaturo certo uel incerto adeo uult esse affectum beneficium & ligatas manus inferioris quod semper durat reseruatio cum decreto a die datę signationis facte per papam. & tunc per illas clausulas reseruationis & decreti negocium est clarum. uerũtamen cum gratia sit de incerto beneficio uacaturo utputa quod duxerit acceptandum dat decretum incertum & sup incerto quod demum ligat cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem. iuxta. c. dudum. de præben. li. sexto. §. considerantes. nisi apponeret certũ tempus puta mensem ut hodie communiter fit de stilo cancellarie. quia tunc infra tempus etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum ut mensis appositio in aliquo operet. ut in cle. cum ei quem. de concessio. præbend. uide supra deci. ccccl.

Summarium.

1 Acceptatio pauperis facta de beneficio uacante ante purificationem gratiæ factam infra mensem an ualeat?

Epithome.

2 Datio libertatis facta pendente optione eius cui legata erat seruorum optio ualet in euẽtũ in quẽ ille nõ optetur.
3 Prouisio tribuit ius in re.
4 Acceptatio tribuit ius ad rem.
5 Papa ubi mandat aliquid studiose tunc ordo literæ est seruandus.

Decisio. XXVI. alias. 544.

AN acceptatio paupis facta de beneficio uacante si de iure sibi debeat ante purificationem gratiæ etiã si purificauerit infra mẽsem ualeat. uel an sit opus post purificationem gratiæ infra mensem nouiter acceptet? & uidetur quod ualeat. quia non est nisi declaratio uoluntatis & ideo cum eam non mutauerit sed persistat in eadem sibi proficiat dum tamen infra mensem purificetur conditio. pro hoc bene facit decre. cum in cunctis. &. c. ne captande. ubi hodie alia forma est propter adiectionem mensis antequam uacet quis secundum formã illam potest acceptare primum uacaturum uel secundũ ex causa & tamen ante uacationẽ poterit dici gratia sua conditionalis scilicet si eo uiuo uacaret beneficium. arg. l. homines. iij responso. de condi. & demon. & sicut ibi ante euentum conditionis facta acceptatio ualet in euentũ conditionis ergo sic. pro hoc ff. de op le. l. fin. cum optio.
2 ubi datio libertatis facta pendente optione eius cui legata erat seruorum optio ualet in euentum quo ille non optetur. nec est opus quod remoueatur datio libertatis per eundem modum, fac. l. legatarius. §. i. ff. de le. i. & conditio quæ ponitur in literis pauperum potius dirigitur ad prouisionem & eius effectum quam ad acceptationem. Item pro hoc bene facit de secun. tab. l. ii. §. si sub conditione. ubi petitio posses. bonorum secundum tabulas facta ante aduentum conditionis ualet in euentum. p hoc bene facit. ff. de testa. mili. fraudem. §. testamentum. ff. de le. iij. l. si filius. ibi si durauerit uoluntas. ff. de of. procons. l. legis obseruare. §. fi. uer. sed si ante. ff. de dona. l. quoties. §. i. de solu. sub conditione. In oppositum uero quod nõ ualeat ante purificationem gratiæ nisi postea infra mensem renouetur uerbo uel signo uel facto ex quo postea appareat de eius animo. argumen. ad hoc. ff de adop. le. l. optione legata. & de le. i. l. iulii contrarius. ff. quorum le. l. i. §. quod ait prætor. ff. ad treb. l. sed sententia. ibi cũ dicit si ratam habeat a contrario sensu. pro hoc secun. tab. qui ex liberis. §. testamento. uer. plane. ff. de testa. l. tribunus. pro hac parte uidetur tex. ff. de acqui. her. l. is qui heres. ff. & l. is potest. & l. extraneus. in prin. & l. heres instituus. ff. rem ra. ha. l. bonorum. & pro hoc etiam bene facit. quia acceptatio est facta per uerbum præsentis temporis si de iure sibi debeatur. & constat quod ante purificationem sibi de iure non debebatur cum ante aduẽtum conditionis non sit debitum sed spes in debitum iri. arg. l. cedere diem. ff. de uer. sig. quare non debet esse maioris efficacie acceptatio quam prouisio. ut patet. quia immo
3 prouisio debet esse fortioris efficacie cum per eam tribuatur ius in re & per acceptationem non sed ad rem. de concessio. præben. c. si. li. vi. constat autem quod prouisio facta ante purificationem gratiæ non ualeret quia esset facta contra ordinem literæ & mentem pape qui studiose primo ponit de purificatione conditionis & demum de prouisione ergo &c. arg. eorum quæ habentur de rescrip. cum dilecta. cum ibi no. per Hostien. qui ibi no. quod ubi papa mandat aliquid studiose quod tunc ordo literæ est seruandus. uide deci. cxvii. & Collec. in. c. ex quæstione. de resti. spo. & deci. cccxcv.

Summarium.

1 Acceptatio non tribuit ius ut oporteat de ea fieri mentionem a tertio prouiso a papa.

Decisio. XXVII. alias. 622.

SI aliquis acceptat aliquam præbendam de qua nõ est sibi facta prouisio per suum executorem si papa conferat illam præbendam sic uacantem alteri dicendo etiam si alteri non est ius quæsitum talis acceptatio non nocet gratiæ pape alteri facte secus si ordinarius confert alteri talem præbendam iuxta capi. cum ei quẽ de concessio. præben. in clemen. & ita seruat sacrum palacium.

Summarium.

1 c. si hi contra quos. impedit executionem gratiarum expectatiuarum.

Epithome.

2 Expectantes an impediantur in executione gratiarum suarum propter. c. si hi contra quos.
3 Impetrans qui acceptauit beneficium uacans per mortem ticii. an admitti debeat ad prosecutionem causæ, cũ sempronio collitigante superstite.

Decisio. XXVIII. alias. 588.

VTrum. c. si hi contra quos. ut li. pen. li. vi. impediat executionem gratiarum apostolicarum, quo minus expectantibus acceptantibus beneficia litigiosa tanquam uacantia per obitum litigantium qui lite penden. mortui sunt ualeat prouideri an habeat expectare donec ad instantiam litigantium superstitum lites huiusmodi finiantur. fuit dictum quod sic propter generalitatem illius. c. cum dicit nullatenus licet contrarium facere uidebatur quod super illo uerbo no. Archi. a contrario sensu cum tales executores non censeantur de se conferre sed potius necessitati iuri alieno. ut ibi dixi. bene tamen
3 crederem tales impetrantes acceptantes admittendos ad prosecutionem causæ tanquam illos quorum interest per illius. c. fi. nisi superuenisset reuocatio per quam tollerentur gratiæ eorum quibus nondum extiterat ius quæsitum in re prout superuenerat in casu quæstionis ubi prætendebatur impetrantem cui licet de facto per executorem suum lite pendente fuerat prouisum & exclusum per reuocatoriam. quia illa prouisio executoris propter prohibitionem dicti. c. si hi contra. non ualebat. & sic per eam in beneficio non fuerat ius quæsitum & sic unus alius qui post reuocatoriam & litem finitam impetrauerat si non esset tunc alteri ius quæsitum fuit potior reputatus. uide deci. ccccxxix.

Summarium.

1 Acceptatio præsumitur facta infra mensem.

Decisio. XXIX. alias. 629.

SI aliquis est primus expectans in aliqua gratia beneficii & ipse dicit se acceptasse infra mensem. secundus expectans dat obiectiue seu dicit quod nõ acceptauit infra mensem sine aliqua probatione nisi secundus expectans probet clare & legitime quod non acceptauerit infra mensem a tempore note uacationis non auditur. & ita etiam seruat rota do. audi. sa. palacii.

Summarium.

1 Acceptatio pauperis ante purificationem gratiæ, quæ non purificatur infra mensem non ualet secus si gratia esset in forma dignum arbitramur.

Decisio. XXX. alias. 760.

SCiendum quod si aliquis in forma pauperum, acceptat beneficium uacans infra mensem gratia sua non purificata nec etiam purificauit infra mensem dicitur quod talis acceptatio non ualet. secundum quod tenent doc. in. c. cum ei quem. de conces. præben. in cle. secus autem si gratia esset facta in communi sub forma dignũ arbitramur. quia tunc acceptatio infra mensem ualet licet gratia eius non esset purificata propter uirtutem dictæ gratiæ siue clausularum positarum in dicta gratia dignum arbitramur. & ita seruat rota.

Summarium.

1 Episcopus habens ex priuilegio nominare unum canonicum in qualibet ecclesia si semel nominauerit aliquem licet possessionem non fuerit consecutus non poterit aliũ nominare.

Epithome.

2 Electio sola imediate non tribuit ius in dignitatibus electiuis. secus est in simplicibus beneficiis.

Decisio. XXXI. alias. 35.

NOta ꝙ ubi habet episcopus ex priuilegio seu ex consuetudine quod possit in creatione sua noua nominare unũ canonicũ in qualibet ecclesia collegiata ex quo semel unum nominauit & nominatus gratiam acceptauit posito quod nominatus possessionem non fuerit adeptus pacificam episcopus non potest alium nominare. argu. l. apud eufidium. de adop. lega. & quod no. Archi. in c. cum in multis. super uerbo exprimat. in prin. &. c. gratia. in fi. de rescri. li. vi. licet faciat contra. ca. si electio. de elec. li. vi. & quod no. Archi. in. c. si compromissarius. super. officio sui. sed ñ ob. c. si electi. quia ibi ex sola electio
2 ne immediate in dignitatibus electiuis non attribuit ius. secus est in simplicibus beneficiis. ut in. c. si tibi absenti. de præben. cum ibi no. per doc. in. vi. pro prima parte faciunt no. per Inno. in. c. cũ bertoldus. super uerbo ipsum. de re iudi.

Summarium.

1 Gratia facta ad beneficia in curia uacantia extenditur ad deuoluta.

Epithome.

2 Beneficium deuolutum an uideatur proprie uacare in curia.

3 Gratia facta alicui in præiudicium concedentis non est ambitiosa sed est extendenda.

Decisio. XXXII. alias. 301.

NOta quod ubi episcopo est facta gratia quod beneficia sue diocesis uacantia in curia romana possit cõferre beneficia deuoluta secundum aliquos includit, ut c. porro. de priuil. sed beneficium deuolutum non uidetᷓ
2 proprie in curia uacare. quod probatur quia de beneficiis uacantibus in curia romana non potest quis prouidere sine speciali mandato pape. ut. c. licet. de præben. libr. vi. si de beneficio. e. ti. in cle. & quia licet collatio pertineat ad papam tamẽ beneficium uidetur uacare in partibus ubi prius uacauit licet aliqui contra. quia beneficium uidetur uacare & in partibus & in curia. ar. l. ii. C. ubi de pos.
3 agi oportet. Item gratia facta episcopo in præiudiciũ cõcedentis non est ambiciosa sed est extenda. ut. c. tua. de uer. sig. &. c. dudum. cum ibi no. per Io. an. de præben. li. vi. super uerbo beneficia.

Summarium.

1 Episcopus postquam commisit alicui ut conferat certũ beneficium uacans non potest uariare.

Decisio. XXXIII. alias. 316.

NOta glo. Io. an. in nouel. c. præsenti. de offi. delega. li. vi. quod ubi episcopus committit ticio ut prouideat petro de uacanti beneficio si dictus petrus idoneus reperiatur si antequam dictus ticius prouideat petro dictus episcopus conferat dictum beneficium nõ ualet collatio nec episcopus potest uariare. ad quod facit no. per Inno. in. c. in causis. super uerbo cum res. de elec. l. sancimus. C. de dona. quia non uidetur simplex mandatũ immo uidetur talis qualis donatio seu concesio facta in ticium ut conferre posit beneficium in casu in quo dictus petrus idoneus reperiatur.

Summarium.

1 Beneficium uacans re integra etiam post mensem an possit acceptari?

Decisio. XXXIIII. alias. 34.

NOta quod ubi impetrans non acceptauit infra mensem beneficium quod uacabat elapso mense uacãs adhuc beneficium potest acceptare secus si beneficiũ esset alteri collatum. de quo dic ut per Archi. in c. dudum. de præben. licet contrarium no. Io. an. in. c. i. super uerbo infra mensem. de conces. præben. in cle. & ista ultima opi. approbatur prima quæstione reprobata superiore. sed primum tenet Pau. in al. cle. cum ei quem & in cle. si iuxta. sed executor non poterit prouidere sibi nisi infra mensem

Staphi. de lite gra. & iust. fo. 93. uer. v. non omittendum.

sem

sem acceptet propter formam literarum. uide deci. cxcij. quæ uidetur tenere contrarium istius decisio.

Summarium.

1 Expectans ad collationem decani & capituli ecclesiæ cathedralis potest acceptare beneficia uacantia in ea.

Decisio. X X X V. alias. 112.

NOta quod ubi aliquis est expectans ad collationem decani & capituli ecclesiæ cathedralis talis expectans potest acceptare beneficium uacans in ecclesia cathedrali, nec isto casu habet locum. c. quanuis. de præbē. lib. vj. ad quod no. in. c. gratia. in prin. ubi dicit contra. p Archi. de rescrip. &. c. si motu. super uerbo beneficium. de præben. lib. vj.

Summarium.

1 Consuetudo ecclesiæ in qua est certus numerus canonicorum uel præbendarum, disponens quod habens dignitatem sine præbenda non posit acceptare primam præbendam uacaturam non ualet.

Decisio. X X X V I. alias. 113.

NOta quod non valet consuetudo in præiudicium impetrantium apostolicorum quæ est in ecclesia in qua est certus numerus canonicorum vel præbendarū quod habens dignitatem sine præbenda non posit acceptare primam præbendam vacaturam, quia si talis consuetudo ualeret tunc per talem ligarentur manus pape quod non est dicendum. pro quo uide no. per Guil. c. inferior. xxj. di. nec ob. c. cum in ecclesia. de præben. libr. vj. quia ibi erat certa præbenda quæ debebatur episcopo futuro.

Summarium.

1 Ordinarij conferre possunt beneficia vacantia ante purificationem gratiæ in communi forma pauperum.

Decisio. X X X V I I. alias. 127.

> Vide. s̄. de pb. de. ccxi. no. quod ubi &. s̄. e. ti. in no. de. 17. fuit dubitatum.

NOta secundum aliquos vbi est facta gratia in forma communi cum mensis appositione si antequā purificet gratiam vacet beneficium potest conferri per ordinarium. & est ratio. quia gratia non est purificata quantum ad impetrantem. nec videtur vacare beneficium si ea purificata vacat in fauorem impetrantis. alij contra. quia ex quo mensis est appositus infra mensem ordinarius non potest ordinare vt sit purificata gratia & conditio videatur retro purificata. vt. l. potior. C. qui po. in pig. ha. sic intelligitur. c. cum ei quem. §. secus. de conces. pb. in cle. & vide infra deci. ccxl. &. ccccxliiii. &. ccccl.

Summarium.

1 Iudex recusari potest si propalauit intentionem suam, dicendo aliquem non habere ius.

Decisio. X X X V I I I. alias. 256.

NOta quod eoipso quod quis manifestauit seu propalauit intentionem suam dicendo quod talis non habet ius in causa potest ut suspectus recusari. notat Inn. in. c. irrefragabili. de of. ordi.

Summarium.

1 Impetrans debet facere mentionem de gratia priori sibi facta in forma pauperum. alioquin secunda eius gratia reputabitur surreptitia.

Decisio. X X X I X. alias. 414.

NOta si habens gratiam in forma pauperum impetret aliquod uacans beneficium offerens se dimissurum prædictam gratiam in forma pauperum priusquā pacifice possesionem dicti beneficij uacantis fuerit assecutus & antequam possesionem huiusmodi beneficij pacificam habeat impetrat aliam gratiam iterū de alio beneficio uacante faciendo mentionem de secunda gratia & non de prima. s. quam habuit in forma pauperum fuit conclusum per omnes hanc ultimam gratiam fuisse & esse surrepticiam pro eo quod non fecit mentionem de sua prima gratia quæ adhuc mansit in suo robore. nec erat extincta ante huiusmodi assecutionem beneficii secundi p eum impetrati & posibile foret ipsum non assequi. & sic semper primam gratiam obtinebat & uigore gratiæ illius aliquod beneficium cadens in gratia sua poterit acceptare. & quia de illa non fecit mentionem. ut extra de rescr. in nostra. &. c. si proponente. &. c. ad audientiam. & de p̄ben. si motu proprio. lib. vi. uide deci. ccij.

Summarium.

1 Gratiæ in forma pauperū & in speciali reputant̄ pares.

Decisio. X L. alias. 463.

NOta quod gratiæ in forma pauperum & speciali in qua licet exprimatur maior summa, & clausula non obstante si pro alio &c. dummodo ad eandem collationem reputantur pares. & ideo si fuerunt in data concurrentes qui alium præuenit in præsentando literas erit potior postea in beneficio uacante. iuxta secundum rescriptum. c. duobus. de rescri. li. vi. Non obstat. c. ex parte ad quod responde prout respondit Io. an. & Pau. & Gē. in cle. cum ei quem. de conces. præb. & sic dicitur tenuisse Oldra. in quæstionibus suis dicēs se uidisse multas sententias latas pro paupere in palacio apostolico. In hanc sententiam declinat dominus uiuarieñ. dominus Egi. uelonien. propter no. Io. an. in. c. si motu proprio. & quia specialis gratia afficit præbendam. ut in. c. ei cui. de præben. li. vi. generalis uero non ante purificationem. de conces. præben. cum ei quem. in cle.

Summarium.

1 Clausula generalis derogatoria quæ hodie apponitur in literis apostolicis derogat statutis ecclesiarum requirentibus sacerdotium.

Epithome.

2 Clausulæ derogatoriæ non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris quod beneficium non conferatur nisi sacerdoti in actu.

Decisio. X L I. alias. 465

> *Clausu. add. s̄. de pb. in no. de. j. & Feli. in c. nōnulli. de rescr. uer. 8. cō clu. Staphi. de lit. gr. & iu. fo. 99. uer. post p̄dic.

NOta quod statuta ecclesiarum actu sacerdotium requirentia per clausulas* generales derogatorias in literis papalibus positas sublata uel saltem dilatata cēsentur ita quod impetrantes apostolici possunt huiusmodi beneficia acceptare licet non sint in sacerdotio constituti dum modo tamen sint ætate tali, quod in proximis quatuor temporibus posint ad sacerdotium promoueri. iuxta notata per Io. an. in. c. si pro clericis pauperibus. de præb. li. vi. & per Io. an. in. c. ei cui. e. ti. licet Archi. ibidē & in. c. cum aliquibus. de rescrip. uideatur tenere contrarium. & hoc satis innuunt uerba in dictis non obstan. posita si bene inspiciant̄ claus. tñ prædictæ non tollunt, nec
2 derogant ordinationi fundatoris in suo testamento quod huiusmodi beneficium non conferatur nisi actu sacerdoti quia sicut papa non uult præiudicare in præsentatione ita nec in tollendo ordinationem uel ultimam uoluntatem earundem. & pro hoc uide gl. in cle. ut hi qui. de e. ta. & quali.

Summarium.

1 Expectans primus in data si medio iuramento pactus

sit ad secundo quod nunquam beneficium cadens sub gratia sua acceptabit donec secundus obtinuerit beneficium, an secundus sit potior in beneficio uacanti, quod uterque acceptauit, infra mensem.

Decisio. X L I I. alias 832.

PRimus in data medio iuramento facit pactum cũ secundo quod nunquam beneficium cadens sub gratia sua acceptabit donec secundus qui impetrauit ad eandem collationem obtinuerit beneficium in gratia sua & si contingeret acceptare beneficium quod secundus uellet acceptare ex nunc put ex tunc renũciat iuri ex tali acceptatione seu puisione ex eo secutura sibi cõpetenti quæritur an si postea uacans beneficium cadens, sub eorum gratia quilibet acceptet infra mensem & postea quilibet sibi faciat prouideri. secundus sit potior sic, quod obstent priori pactum & renunciatio quam fecit? quidam dixerunt quod sic. quia per pactum etiam iuri futuro renunciari potest licet non per simplicem repudiationem. C. de pact. l. j. Alij ꝙ non. quia ex quo primus acceptat infra mensem decretum in literis appositum sortiretur vires & irritum erit & inane quicquid per secundũ vel eius executorem fueritattentatum. c. cum ei quem. de conces. præbend. in cle. non fuit quæstio determinata sed mota in consilio.

Milis in suo reperto. in uer. renunciari non potest.

Summarium.

1 Acceptatio primi in data si propter reuocationẽ superuenientem ante prouisionem sibi factam reddatur inefficax. an cõualidetur acceptatio & prouisio secundi ĩ data factæ ante reuocationem?

Decisio. X L I I I. alias 833.

PRimus & secundus in data acceptauerunt infra mensem vnam ecclesiam post unum vel duos mẽses secundus fecit prouideri sed primus non immo antequam primus faceret sibi prouideri superuenit reuocatio. quæritur an secundus habeat ius? Et videtur qđ sic. quia acceptatio primi redditur inutilis & ineffectualis propter reuocationem ergo non videtur quod præstare possit impedimentum quod de iure non sortitur effectum. contrarium fuit determinatum per. c. quodam. de præben. lib. vj.

Summarium.

1 Beneficium semel taxatum per habentem potestatem semper sic durat taxatum.

Decisio. X L I I I I. alias 66.

NOta quod vbi beneficium est semel taxatum per illos qui potestatem taxandi habent ex tali taxatione beneficium videtur taxatum: nisi aliquis actus interueniat contrarius taxationi. Et posito quod per multos annos stetit quod decima pro illo beneficio soluta non fuerit nisi pro illa vice, pro qua fuit taxatum non ideo minus vires habet taxatio semel facta. quia si postea non indiguit decimis non propter hoc videtur remisisse quin taxatio prius facta ualeat. argumen. l. in filijs. C. de decurio. & vide infra decisio. lxxiiij. post medium. & . ccxxxiij. & clxxxix.

Summarium.

1 Beneficia non taxata etiam cadunt sub gratia in forma pauperum.

Decisio. X L V. alias. 189.

NOta secundum aliquos quod vbi non est beneficiũ taxatum venit in forma pauperum posito quod sit magni valoris. de quo dic per Io. and. in Spe. de conces. præben. in. §. item tractatur. alia quæstio facti circa prin. §. & vide supra deci. lxvi.

Summarium.

1 Prouisio apostolica de beneficio iurispatro. clerici & laici communiter valet.

Epithome.

2 Compromitti potest de spirituali in laicum cum clerico autoritate superioris.

Decisio. X L V I. alias. 266.

NOta quod papa conferendo beneficium ut reseruatum non uidetur cõferre iuspatronatus laici. ut c. licet cum ibi no. de præben. lib. vj tamen istud est verũ cum iuspatronatus insolidum pertinet ad laicum. quia si non pertineret insolidum ad laicum sed pro parte & pro parte ad clericum tunc pars clerici traheret ad se partem laici & ualeret in toto collatio papæ. nec tunc haberet locum no. in allegato cap. licet. quia ex quo pertinet ꝑ parte ad clericum & per consequens ad papam & quia maius dignum trahit ad se minus dignum pro ista parte facit capi. per tuas. de arbi. cum no. in cap. contingat. eod.
2 ti. ubi potest compromitti de spirituali in laicum cum clerico auctoritate tamen superioris cum simpliciter nõ possit compromitti in laicum & sic ualet compromissum ꝓpter personam clerici adiunctam ibi alias non ualeret ergo idem sit in proposito.

Æneas. de fal. in trac. refer. ĩ 4. q. prin. i. 14. effectu. Staphi. de lite gra. & iust. fo. liiij uersi. ꝗ ãt Parisius cons. 128. in capel. nu. 12. uol. 4. Fel. in trac. q̃ñ literæ apostol. in. vi. amplia.

Summarium.

1 Expectantes in forma pauperum post purificationem suæ gratiæ non possunt impediri ab ordinarijs.

Decisio. X L V I I. alias. 450.

NOta quod. §. secus ca. cum ei quem. de concessio præbend. in clemen. habet locum nedum in forma gratiæ specialis sed etiam pauperum post purificationem ita quod ante ipsam non sunt ligate manus ordinarij. & in hoc conueniunt omnes domini in Rota me & domino Roberto duntaxat exceptis qui allegauimus. xij. decretales sollennes ac ibi scribentes tenentes contrarium. Prædicti uero alij domini allegabant Oldra. in quæstionibus suis credo quod sit supra. q. Ioan. andr. in additio. Specu. de concessio. præbẽ. & multos alios antiquos doctor. qui tulerunt sententias contra pauperes apostolicos, & pro ordinarijs prout recitat etiam Collec. in capi. proposuit. de concessio. præbẽ. quæ declinat in opinio. domini Roberti & meam quam etiam tenet ibi dominus pater meus subtilissimus dominus Ioan. de ligna. dicens opinionem contrariam tantum ab intellectu illius decre. remotam quantum cœlum & terra. idem Ioan. cal. in dicta clemen. dicens & deducẽs quod alias nihil operaretur appositio mensis quæ tamen ut ibi dicit text. debet aliquid operari seu aliquam utilitatem afferre impetranti. hanc opinio. tenuerunt antiqui & Pau. & Gen. & Stefa. qui etiam fuit auditor sacri palacij. Guiliel. de monte laure. qui posuit expresse formam & stilum scribendi tempore domini Cle. v. ante editionem cõstitutionis illius in qua dicebatur post illa uerba quod duxerit acceptandum ita quod interim manus ordinarij & cuiuslibet alterius sint ligate quod hodie dixit ipse non oportet propter. §. secus. idẽ tenet Mattheus angeli Rai. Iacobi Lapus Fredericus de Senis. in hac opin. declinat dominus Cardinalis viuarien. non modice auctoritatis vir in cuius pectore omnia iura sunt recondita. secundum hanc opinio. fuit lata sententia in palacio per domi. Io. de

vide. s. e. ti. in no. ij. de. xcv. Staphi. de lite gra. & iu. fol. 96. uer. vij. & ultimo.

Io. de uarenis. pro paupere apostolico, reuocata per dominum Egi. de bellamera. qui multum copiose & prolixe scripsit super dicto. §. secus. & ego taliter qualiter licet minus sufficienter scripserim contrarium. & ut potui non satisfaciendo sed euadendo respõdi omnibus rationibus per eum tactis. uide supra deci. cxvii. & infra. dxxxvi. & dcclxxxi. & dxxvij. & ibi de hoc.

Summarium.

1 Restitutio ad gratiam extinctam non praeiudicat ei qui interim aliam gratiam impetrauit.

Decisio. XLVIII. alias. 558.

Postquam ticius impetrauit ad collationem episcopi papa reuocauit omnes gratias antefactas postea papa fecit gratiam meuio ad collationem episcopi & post istam gratiam papa primo ticio fecit gratiam per quam sibi restituit primam gratiam. & uoluit primas literas ualere quas ante gratiam meuii reuocauerat quaeritur an ille ticius sit praeferendus meuio? dictum fuit quod non. per capi. quãuis. de rescrip. libro sexto. & per iura allega. ibi. ff. de decu. l. secunda. in princip. C. de consu. l. i. ff. de bo. li. si necesse. §. si deportatus. In contrarium facit. ff. qui po. in pig. ha. si praetor. l. creditor acceptus. & de simo. & insinuatione. ibi cum dicitur ita uidelicet quasi innuat quod nisi sub illa protestatione eum religasset pristinum locum recuperasset.

Infra per Big. de rescrip. de. 14. ad literam.

Summarium.

1 Gratia ad prouisionem capituli & canonicorum coniunctim uel diuisim non extenditur ad beneficium pertinens ad dispositionem unius ex canonicis ratione praebẽdae. quod obtinet in ipsa ecclesia seu extra eam.

Epithome.

2 Expectans ad collationem praesentationem seu quanuis aliam dispositionem decani. & capituli singulorumque canonicorum alicuius ecclesiam an possit acceptare rectoriã in dicta ecclesia ad quam ius praesentandi habet quidam canonicus uigore sui certi beneficij quartaria nũcupati?

Decisio. XLIX. alias. 583.

Nota in diocesi maioriceñ. sunt quaedam ecclesiae in quibus sunt duo perpetua beneficia ecclesiastica, quorum unum uocatur rectoria. & habet curam parochialem illam obtinens. alterum uocatur quartus uel quartaria, & obtinens illud non habet curam sed habet certam partem prouentuum. & habet praesentare rectorem ad rectoriam eiusdem ecclesiae episcopo substituendum per eum ita quod ille quartus seu quartarius, seu beneficium sic nuncupatum in illis ecclesijs non consueuit conferri nisi canonico actu praebendato in ecclesia maioriceñ. hoc supposito uacante rectoria in una de illis ecclesijs quidam canonicus maioriceñ. qui erat quartarius seu obtinebat quartam seu quartariam in eadem ecclesia praesentauit quendam ad rectoriam illius ecclesiae episcopo sicut poterat ratione quarti sui seu quartariae.
2 quidam uero apostolicus qui expectabat ad collationem praesentationem seu quanuis aliam dispositionem decani & capituli singulorumque canonicorum ecclesiae maioriceñ. communiter uel diuisim acceptauit illam rectoriam praetendens eam cadere sub gratia sua ex quo pertinet ad praesentationem illius canonici excipitur contra eum per praesentatum per canonicum quod ad eum non pertineat praesentatio ratione canonicatus uel praebende ecclesiae maioriceñ. sed ratione quarti seu quartariae praedictae quod obtinet in ecclesia praedicta de cuius rectoria agitur. & ideo non cadit sub gratia sua. argumen. capi. mandatum. in fin. de praebend. libro sexto. cum dicit ratione huius praebendae. cum ibi not. ipse replicat quod immo cadit sub gratia sua. quia ex quo quartus ille seu quartarius ratione cuius ad eum pertinet praesentatio nõ consueuit conferri nisi canonico. & ipse ideo quia canonicus obtinet illum quartum, seu quartariam quem seu quam alias obtinere non posset ideo praesentatio rectorie satis cadit sub eius gratia qui impetrauit etiam ad collationem singulorum canonicorum, quidam tenebant pro praesentato contra impetrantem quod non cadat sub gratia eius ex quo non pertinet ad canonicatum ratione canonicatus sed ratione illius quarti. nec confert alias tanquam canonicus licet sit canonicus sed tanquam quartarius. argumen. iurium. ff. de his qui. ut indi. tuto. ff. de adop. si prin. §. quae duos. cum concor. pro hoc quia iura canonicatus & eius praebendae sunt diuersa, & a iuribus quarti seu quartarie licet sub persona huius & sub huius regimine concurrant & uniantur. quia ubi duo iura concurrunt in personam unius, perinde est ac si concurrerent in personis diuersorum. ut dicta. l. tutor. pro hac separatione iurium, bene facit equitas, & eius ratio. Cyn. ff. de separa per totum. quod no. per Innocen. de priuil. pastoralis de reli. domi. cap. ij. pro hoc etiam inducebatur. l. tertia. sed si coniunctim. ff. de le. praesta. & l. multis. in fi. ff. de conditio. & demonstratio. pro hoc. quia talis quartus seu quartarius non potest dici de iuribus canonicatus seu praebendae cum non semper conferatur certum canonicatum & praeben. obtinenti sed interdum uni canonico interdum alteri nec ad collationem canonicatus & ꝑbendae sequitur necessario quod obtineat seu obtinere debeat talem quartum seu quartariam licet illud seu illam nisi esset canonicus obtinere non posset. ergo praesentatio rectorie pertinens rectori quarti seu quartariae ad eum ratione canonicatus & praebende non censebitur pertinere immo utraque per se censebitur & separatim nunc sortietur naturam alterius nec unum cedet alteri ex quo principaliter uniuntur & coniunguntur sub unius regimine. argumen. extra ne sede uacan. capitulo primo. cum ibi not. ff. de fideiuss. l. generaliter. §. primo. uersicu. reum. pro ista parte etiam allegabatur. quia iste quartus est additamentum patens ergo & caetera. argumen. l. item fundus. §. huic uicinus. ut sed in insula ff de usufruct. pro ista parte multum bene facit quod not. Ioan. and. in dicto capitulo mandatum. in nouella. super glos. finali. uersicu. uidetur expeditum si teneamus opinio. suam quae habet ibi non dignitatum. quia impetrando ad collationem & caetera decani & capituli communiter & diuisim non uenit beneficium pertinens ad unum canonicum ratione dignitatis quam non potest in ecclesia habere nisi canonicus. ut ibi. sic non possit nisi canonicus obtinere pro ista etiam parte potest induci. ff. de uerborum significatio. l. modestinus. cum concor. ibi alleg. pro hoc etiam potest induci. ff. quod ui aut clam. si alius. §. notandum. & hanc partem credo ueriorem. & ad rationes & iura in contrarium pro hac parte allega. per praemissa satis patet responsio quare non curo sigillatim respondere, & pro hac parte potest induci. l. sciant. in fine eodem titu. iudica. solui. l. tertia. §. sed si cum tutor. uersicu. sed quid ad trebellian. debitor. sub. §. finali in fine. pro ista etiam parte inducebatur. ff. de solution. l. si duo. ff. de iure dot. l. pro facta. §. si pater non quasi pater. ff. de operis liberto. l. cum patronus. §. primo. uersicu. itaque. de bonis liber. l. si filius. in principio. pro hac parte etiam allegatur. ff. de fundo instructo. l. fiet. ff. ad trebellianum. l. facta. § si haeres. ff. de euiction. l. si priuans. & l. bace. & l. scafam. de excusatio tutor. l. tutor petitus. §. primo. in fine. ff. de hiis quib. ut indig. l. si titii. probat quia inspicienda est originalis causa. ratione cuius patet praesentatio si quartaria. ff. de donation. l. qui id quod cum concord. potest etiam ad hoc induci quod notat. per Ioannem andream in nouell. de praebend. cum in illis. libro sexto. super uerbo institutionem, & super uerbo tantum. Quidam tamen tenebant contrarium. quia quarta uel quartaria debet cedere iuribus canonicatus & praebendae tanquam nobilioribus quasi eorum gratia & honore. & ordinan-

di eos assignantur seu conferantur.argu l. prima.§.præue niamus.ff.de aur.& argen.lega.pro hoc etiam quia eadem est ratio principalis & additamenti.argumen.l.item si fundi.§.primo.ff.de usufruc.pro hoc etiam inducebatur.l penul ff.de acqui.re.do.pro hoc etiam inducebatur magis in speciali.ff.de pecul.l.si seruus meus ordinarius.in princip. Item quia ipse fuit intentionis grauare omnes canonicos & de omni beneficio ad eorum collationem pertinenti ergo,& cætera.& insto quia nihil refert quomodo ad eum pertineat collatio &c.dum tamen pertineat.ar.in simili.ff.de uerbo.obli.l.cum seruus. pro hoc extra de iudi.cũ deputati.pro hoc quia ex quo quartus ille seu quartaria pertinet ad canonicum ergo & præsentatio pertinens ad quartum seu quartarium censebitur ad canonicum pertinere. quia quicquid est rei mee meum est.ar.dicte.l.si seruus meus.de pecul.pro hoc qa hæres heredis testatoris est heres.C.de here.insti.l.fi.pro hoc quia non refert an mediate uel immediate ad eum ptineat.potest induci.ff.de test.l.testamentum.§.fi. p hoc etiam.ff.de preca.quamuis.insti.de adop.§.illud.& quod no.ar.de præben.cum singula.super uerbo.dependeat.libro sexto.& Io.an.in nouel.de eta.& quali.cum te.super glo.qualiter. pro hoc quia propter canonicatum habet quartam alias non habiturus nisi esset canonicus ibi unũ propter alterum.&c.ar.ff.de col.bo.l.dedit dotem.

Summarium.

1 Elemosinariæ ecclesiæ gerundeñ. ac capellania ab ea dependens an cadunt in gratiis expectatiuis?

Decisio.L.alias.584.

Quidam in ciuitate gerundeñ.fundauit unam elemosinariã perpetuam certis diebus & sub certa forma perpetuo faciendam.& ad hoc multa bona perpetuo assignauit.& uoluit quod uocaretur elemosinaria sedis gerundeñ.& dixit quod si contingeret eum postea in ecclesia gerundeñ. instituere seu fundare unam capellaniam seu unum perpetuum beneficium presbiterale quod uolebat quod ille qui obtineret pro tempore illam capellaniam seu beneficium illud deberet morari in hospicio ad faciendam dictam elemosinam assignatam & præesset illi elemosine.& eam faceret regi & administrari.& bona & iura eidem deputata. tandem post aliquod tempus ipse fundauit unam capellaniam in ecclesia gerundensi in altari sancte Anastasie,seu unum ppetuum beneficium præsbyterale seu sacerdotale.& illud beneficium dotauit sufficienter de aliis bonis suis.& uoluit quod præsbyter qui pro tempore institueretur teneretur ter in septimana ibi pro eius anima celebrare. & in choro ecclesie gerũdeñ.deseruire in horis & officiis diurnis & nocturnis.quod teneretur preesse & deseruire elemosinarie prædicte perantea fundate.& eam regere & gubernare.uocareturque talis præsbyter præpositus alias præpositura elemosinaria.& pro labore suo & regimine elemosinarie subeundo perciperet certam quotam de certis prouentibus quorundam iurium dicte elemosine seu dotis sue ultra redditus dicte capellanie seu dicti beneficii seu dotis.seu iurium.& nihilominus teneretur sacriste ecclesie gerũdeñ & certis personis reddere rationem de administratione elemosinarie quolibet anno.& si reperiretur male administrare quod deberet remoueri ab administratione elemosinarie.& etiam priuari dicto sacerdotali beneficio.seu dicta capellania. & pertineret collatio infra decem dies ad sacristam maioris ecclesie gerundeñ.& nisi infra decem dies conferret.ex tunc deuolueretur ad episcopum & capitulum.& sub modo & ordinatione prædicta totum fuit per episcopum & capitulum confirmatũ & ad eius.s.sacriste præsentationem unus præsbyter institutus.Quæritur nunquid talis capellania seu beneficiũ cadat sub gratia impetrantium ad collationem sacriste? & uidetur quod sic ex quo est beneficium ecclesiasticum perpetuum.& ad eius collationem pertinens &c.In oppositum uidetur quod ex quo est ibi elemosinaria quæ nõ est beneficium ecclesiasticum.nec cadit sub gratia impetrantis iuxta cle.per literas.de præben.Fuit decisum qđ non uenit.tum ex eo quia elemosinaria uidetur principale.& capellania eius accessorium. tum quia primo fuit fundata elemosinaria.& postea capellania quasi eius gratia.tum quia elemosinaria habet maiores prouentus quã capellania & solennior reputabatur.tum quia capellanus instituendus in capella recipit nomen seu denominationem ab elemosina.& uocatur præpositus elemosine. tum quia eidem & eius regimini deseruire.& in eius domibus debet commorari ut seruitor in domibus domini tũ quia ut eius seruitor pro labore suo recipit de eius prouentibus certum quid quod est modicum minus, quam dos capellanie.& uidetur potius remuneratio uel merces seruitorum uel mercenarii quam ius uel prærogatiua dominantis.tum quia pro mala administratione eius erat puniendus & remouendus ab administratione.& priuandus capellania.etiam si circa eam non delinqueret.quod non fit econtra tum quia elemosinaria principaliori nomine uocabatur elemosinaria sedis gerundeñ.& capellania nõ uocabatur capellania ecclesie.sed unius altaris in ecclesia.Item quia elemosina famosior & uniuersalior & magis publica & solennis propter multitudinem gentium & pauperum ad eam confluentium.tum etiam quia ubi elemosina principalior non reperiretur.tamẽ capellanie uel beneficio accedere non perhibebatur. & potius equalis fore quam principalior censebatur. & ideo excludendus est impetrans per no.in dicta clemen.super uerbo ecclesias in uer.quod in dubio,& propter illam glo. ista pars obtinuit pro capellania tantum &beneficio quod deberet in dubio principalius reputari quam elemosinaria.allegabatur quia nobiliora & digniora ipsius ratione præsbyter habet exercere.& propter honorabiliorem causam & honorabilius & dignius fundamentum.s.celebrare missam & diuina officia.Item quia illud in ecclesia elemosinaria extra ecclesiam.Item propter illud debet minister esse præsbyter.non propter elemosinam. Item quia ministerium præsbyterale in missis & officiis magis proficit animæ testantis seu fundantis. ergo principalius uidetur fuisse intentio sua quam elemosinarie.

Summarium.

1 Expectans non compellitur acceptare beneficium qđ non uacat de facto.licet uacet de iure.

Decisio.L I.alias.608.

Si aliquis expectans sit negligens acceptare beneficium uacans infra mensem eo quod alter de facto possidet aliqua uia.& ideo non uult acceptare. qa non uult litigare cum illo qui possidet de facto quod hoc nocet tali expectanti secundum Io.mo.Archi.& Gen.in capitulo si clericus.de præbend.libro sexto.Contrarium tamen tenent alii domini auditores sacri palacii. scilicet quod non nocet tali timenti lites cum possidente de facto.nec expectans tenetur acceptare nisi beneficium uacans de iure & de facto.quod satis est iuri consonum. qa forte ille non habet de quo litiget.& posset incurrere multa pericula litigando.pro hoc facit Innoc. in.c. cum nostris.de concel. præben.

Summarium.

1 Clausula quouis alio modo in bullis apposita comprehendit omnem modum uacandi.

Decisio.L I I.alias.613.

Si papa facit alicui gratiam de beneficio uacanti per mortem talis.uel alias quouis modo, quod tunc etiam uenit beneficium siue uacet per mortem illius uel alterius personæ cum comprehendat omnem modum uacationis.& etiam per mortem.siue per alium modum cuiuscunque personæ tenentis illud beneficium. pro hoc facit capitu.susceptum.de rescrip.libro sexto. secundum Ioan.cal.in quadam quæstione quam disputauit bononiæ.& ita tenent communiter auditores sacri palacii.ui.de deci.cccclxxxiij.

Summa:

Summarium.

1 Forma dignum arbitramur dicitur esse quādo fit gratia & committitur si inuentus fuerit idoneus conferatur &c.

Decisio. L I I I. alias. 631.

FOrma dignum arbitramur dicitur esse quādo dominus papa facit gratiam alicui de beneficio uacanti uel uacaturo. committendo alicui uel aliquibus. si per eum uel eos inuentus fuerit in scientia idoneus uel sufficiens & etiam in moribus repertus fuerit uite laudabilis. & ista forma est dignum arbitramur.

Summarium.

1 Clausula anteferri non habet locum quando gratia obtenta fuit postquam alius prius acceptauerat beneficium iam uacans.

Epithome.

2 Clausula anteferri est ualde odiosa. & propterea restringibilis.

Decisio. L I I I I. alias. 640.

SI aliquis expectans auctoritate alicuius pape in aliquo beneficio ad collationē alicuius quo papa mortuo alter papa qui ei successit fecit similē gratiam alteri in eadem collatione cum clausula anteferri. quod si primus acceptauit solum sine prouisione facta sibi per executorem suum infra mensem ante gratiam secundi. quod gratia secundi non habebit locum. cum gratia dicti primi per acceptationem sit consumpta ante secundā. haberet enim locum secunda si essent pares in expectando beneficium. ut legitur & not. in. c. quodam. &. c. si cui de præben. li. vi. &. c. quoniam de conces. præbend. &. c. cum in multis. &. c. duobus. de rescrip. eo. li. Prædictus autem primus qui acceptauit non potest dici par secundo propter dictam acceptationem nec est uis in casu si dicatur quod acceptatio non dat ius. Sed collatio secundum Io. an. & Archi. in præalle. iur. & Io. mo. in. c. si tibi concesso. in fi. de præben. li. vi. maxime cum clausula an-
2 teferri sit restringenda & cum sit ualde odiosa. secundū Compos. in. c. causam que. de rescrip. & ita seruat rota dominorum auditorum sacri palacij.

Summarium.

1 Executores gratiarum an possint dari simplices clerici.

Epithome.

2 c. statutum. §. in nullo quo ad executores gratiarum an seruetur.
3 Stilus cancellariæ facit ius.
4 Executores gratiarum possunt sibi assumere partes iudicis & procedere parte uocata uel nō uocata & possunt sententias fulminare.
5 Literæ in forma pauperum uidentur esse iusticiæ.

Decisio. L V. alias. 565.

de rescr. 32. VTrum. c. statutum. de rescrip. li. vi. quo ad personas habeat locum in executoribus gratiarum. & an si de facto cancellarius super gratia pauperis uel alias deputauerit non in dignitate constitutum. &c. uel forsan simplicem clericum ualeat processus per talem executorem factus super purificatione gratie pauperis hanc quæstionem habui de facto coram me in causa electē. ubi cuidam pauperi impetranti ad collationem episcopi electē. fuerant deputati executores cum illa clausula quod si nō omnes &c. inter quos fuit unus executor deputatus sacrista electen. de quo dicebatur quod nullam habet dignitatem nec personatum in ecclesia. sed simplex officium. & quod est monachus quia ecclesia est monachalis nec fiebat mentio de monachatu. coram quo pauper una cum quodā alio executore tertio se excusante purificauit gratiam suam. & per eum & illum executorem fuit de idoneitate pauperis inquisitum. & fuerunt facti processus & deputati subexecutores ut moris est. tādem uacante una ecclesia cadente sub gratia eius. Ille pauper acceptauit. & sibi fecit prouideri. opponebatur quod purificatio facta per eum coram illo sacrista non tenuerat. & per consequens nec processus nec acceptatio nec per consequēs inde secuta prouisio. quærebatur an bene diceret ille secundus? & uidetur pro secundo. & contra primum. quia
2 curia romana quo ad personas seruat decre. statutum in executoribus gratiarum. ut no Io. an. in nouel. c. statutū §. in nullo. super uerbo citet in fi. & ita expresse dixit mihi dominus pœnitentiarius. & omnes de cancellaria. quod non deputarent executores super gratiis nisi personas & tales quales requirit. c. statutum. Cum ergo stilus cancel-
3 larie faciat ius. ar. de consti. ex literis. de re iudi. in causis. de crimi. fal. quam graui. & quæ contra ius fiunt pro infectis haberi debent. de regulis iuris. quæ cōtra. processus prædictus primitus impetrantis est nullus. præsertim propter. §. finalem dicti. c. statutum. iuncta. l. non dubiū. C. de legi. pro hoc etiam clemen. & si principalis. de rescrip. & quod no. Spec. ti. de lega. §. fi. uer. nunquid ergo. in fi. præsertim quia non fuit facta mentio de monachatu. ar. notatorum. per Archidi. in. c. statutum. circa principium. super uerbo canonice. Item pro hoc facit. quia exe-
4 cutores gratiarum possunt sibi assumere partes iudicis & procedere parte non uocata. siue uocata &c. & habent iurisdictionem. & possunt fulminare sentētias &c. iuxta clemen. iudices. de offi. dele. cum no. per Inno. in. c. dudum de præsumpt. ergo necessario est quod deputentur tales executores quales debeant esse iudices secundum formā c. statutum. præsertim in casu quo deputati sunt sup gratias pauperis qui uidentur deputati super materia iusti-
5 ciæ & uidentur litere pauperum esse iusticie ut no. glo. in c. si pauper clericus de præben. & per doctores in cle. cū ei quem. de conces præben. ergo tales personæ debuerūt deputari quales in literis iusticiæ deputantur. per. c. statutum. & in ista opinione erant domini decanus debullatio tunc præsidens in cancellaria iusticie. & Guil. brasoga. tunc referendarius domini papæ. ¶ In contrarium uidetur pro primo contra. secundum opinionem domini Ioan. mo. quod. c. statutum non habet locum in executore gratiarum. ut ibi notatur in prima parte. Nam solum loquitur in iudicibus deputatis ad causas. ergo in executoribus deputatis ad beneficia stabitur iuri communi. qa ante illud. c. statutum quilibet erat capax commissionis apostolice. nisi esset prohibitus. & eandem opinionem tenuit Eusebius alias Gen. & Guil. de monte laud. in extrauagan. sedis apostolice. præsertim. quia dictum. c. statutū est penale. quia in fine annullat contra factum. ergo restringatur & stricte intelligatur tantum in deputatis ad causas. de quibus loquitur. & in terminis suis teneatur. argumen. de regulis iuris. odia. libro sexto. Et pro hoc etiam facit. quia gratia est quoddam principale. executorum autem datio est quoddam accessorium. ut in capitulo si super gratia. de offic. delega. libro sexto. ergo non tanta excellentia requiratur in tali executore qui sic accessorie deputatur. sicut in iudice qui principaliter in causa deputatur præsertim quia inquisitio super idoneitate facta fuit sine partis uocatione. nec habuit contenciosam iurisdictionem exercere. nec tunc fuit oppositum de sacristia quod non esset dignitas. & etiam constabat de idoneitate personæ pauperis quasi etiam notoria. & papa de alio nisi de idoneitate non curabat. Et erat intentio sua quod si esset idoneus gauderet gratia sua. nec pronunciatio de idoneitate est necessaria. secundum nota. per doctores. in capi. cum ei quem. de concessio preben. in clemen. Et etiam papa in nulla culpa fuit si recepit executorem sibi datum in cancellaria. & coram eo gratiam purificauit bona fide. & præsertim cum ille pro canonico se gereret. & executorem reputaret. & forsan pauper in dignitate constitutum credebat. ergo multum est subueniendum, ne ruat processus. cum laboret morbo alieno. C. de natura. li. li. i. legem præsertim. ex quo de eius idoneitate constabat. nec pars eam negabat. nec est sibi imputandum si nimium de eius sacristie qualitate non inquisiuit, cum sit datus a cancellaria. & pro capace se gerente cre-

dit.ar.l.doli.§.fi.ff.de noua.præsertim cum tunc de nullius præiudicio tractaretur.ergo sibi & cancellarie credere potuit.nec ad exactissimam diligentiam seu curiositatem fuit astrictus.ar.de exercito.l.fi.§.interdum. quæ ita concor.l.fi.alias penul.§.& si acceperit.de in rem uerso.ff.de iur.& fac.igno.nec suam.Nec obstat.quia dato qd̄ cācellaria seruaret quo ad personas executorum. decre. statutum.non tamen propter hoc censetur quod de iure habeat locum in hiis.cum solum sequatur idoneitatem. ut supra dixi.Item & si cancellaria non consueuit nisi tales personas in executores dare seu deputare quales exigit.c.statutum.non tamen sequitur quod si de facto alios deputauerit non ualeat cum multa sint quæ etiam si fieri non debeant facta tamen manent.allega.l.i.§.biduum.ff. quando appel.sit de regula.ad apostolicam. Item dato quod cancellaria seruet.c.statutum. quo ad personas in executoribus gratiarum.non tamen propter hoc sequitur quod eius pœna quæ est in.§.fi.per quem totum quod lecus agitur annullatur locum habeat in eis.cum pene nō sint extendende sicut etiam nec in eis habet locum decr. statutum.quo ad citationem faciendam quo ad modum probandi.ut ibi no.per Archi in.§.in nullo.& Io.an.in nouel.super uerbo citet nec etiā seruatur in eis quo ad subdelegatas personas quod patet quia cottidie deputantur per eos subexecutores.etiam simplices clerici uel præsbyteri.ergo multo minus debet seruari in eis pena illius.c. Nec obstat quod posset sibi assumere partes iudicis &c. quia illud est incidenter si appareat contradictor. & accessorium.scilicet per quandam inquisitionem super idoneitate ut gratia quæ est principalis posit per eos effectui demandari.& ideo quicūque alias idoneus de iure communi.etiam si non sit capax commissionis quo ad executionem ut gratia quæ est principalis demandetur effectui cum non reperiatur prohibitum per decre.statutum.quæ solum loquitur de deputatis ad causas non ad gratias exequendas.ita etiam erit capax istius iurisdictionis accidentalis & accessorio licet alias si illa per se principaliter cōmitteretur eis non esset capax.ar.in simili.C.de iudi. quotiens cum ibi notatis.C.de ordi.iudi.l.penul.cum cōcor. Nec obstat quod literæ pauperum sint iusticie. quia esto quod illud uerum sit non tamen deputantur in eis audif. ad commissiones sed ad prouisiones de beneficiis faciendas principaliter.& huius gratia quasi pro quodam præparatorio ad inquirendum de idoneitate & ideo non habet locum in eis.c.statutum.quod loquitur de literis iusticie in quibus iudices deputantur ad causas principaliter uel potest dicere quod litere proprie gratiæ pauperum nō sunt iusticie cum scribantur per eos quibus id ad quē pertinebat prouisio.alias de necessitate non erat astrictus ꝓuidere.immo tunc magna gratia debet reputare.secus si ille esset alias astrictis de necessitate prouidere.ut in.c.relatum.&.c.cum secundum apostolum.de præben.& tūc si contra tales prouisiones deputarentur iudices. forsan haberet locum.c.statutum.& pro ista parte.scilicet ꝓ primo.& ualore suorum processuum fuerunt omnes domini in rota uel maior pars præsertim mota equitate. uide supra deci.cccxcij.&.cccxciij.

Summarium.

1 Purificatio gratiæ pauperis si sit commissa episcopo. eo mortuo an posit capitulum eam purificare.

Decisio. L V I.alias.665.

SI purificatio gratie pauperū commissa est alicui episcopo qui ante eius purificationem mortuus est. tunc eam potest purificare sede uacante capitulum. & ita tenent aliqui domini auditores.pro hoc facit capitulum unicum ne sede uacan.&.c.i.de institu.li. vi. immo totū contrarium tenet maior pars.quia licet sede uacante prædicta spectent ad capitulum ut est in iure expressum.non autem iurisdictio delegata alicui episcopo potest peruenire ad capitulum eo mortuo.

Summarium.

1 Tempus acceptandi non currit expectantibus si beneficium per alium possideatur etiam de facto licet non de iure.

Decisio.L V I I.alias.695.

DIc quod non currit tempus acceptandi beneficium expectanti si beneficium est plenum & nō uacuum & posidetur per alium licet de facto & non de iure.& hoc etiam tenet rota.per hoc possunt induci.c.licet.ii.de præben.li.vi.& alia iura similia.

Summarium.

1 Prouisio facta per executorem gratiæ ante receptionem literarum ualet si non opponatur.

Decisio.L V I I I.alias.795.

SI autem executor alicuius gratie prouideat de aliquo beneficio uacante.licet non receperit literas gratiæ.qd̄ talis prouisio ualet si non opponatur quod nō receperit literas.præsumptio est quod talis non faceret nisi receperit literas gratiæ.& ita tenet rota dominorum auditorum.super dicta pronunciatione facta est quædam declaratio per dominum uicecancellarium de mandato prædicti domini pape.

Summarium.

2 Collatio facta ad mandatum pape de beneficio reseruato ualet.etiam si de reseruatione non sit facta mentio in literis.

Decisio.L I X.alias.877.

VTrum si papa conferat uel mandat conferri beneficium reseruatum.non facta mentione in literis de reseruatione.sed posita illa clausula si non fuerit alteri ius quæsitum ualeat collatio quidam ꝙ nō. tamen rota tenet quod sic ut large fiat interpretatio in ꝑiudicium concedentis.& ne pape auaritie seu cupiditati parcatur si aliquid retinere uidetur.ar.C.de bo.uacan. si quando.iuncta no.per Inn.de dona.pastoralis. & faciūt ad hoc rationes quas tetigi in dicta decre.licet.de præbē. libro sexto. Staphi.de lite gra.& iust.fol. 33.in fi.

Summarium.

1 Articulus super ualore beneficii nisi dicat deductis oneribus.non ualet.

Decisio. L X. alias.702.

DIc quod si papa facit alicui gratiā de certo beneficio uacanti.uel sub expectatione certi ualoris. & alius opponat.s.quod plus ualet beneficiū uacans de quo sibi est prouisum quod habet articulare sic quod tale beneficium deductis oneribus ualet tantum alias nisi sic faciat articulus non admittetur.pro hoc facit c.præsenti.de offi.ordi.li.vi.cum similibus.

Summarium.

1 Impetrantes beneficia debēt omnia exprimere quæ mouere possunt ad denegandum.

Decisio.L X I.alias.703.

DOminus papa Gregorius anno primo sui pontificatus dixerat,quod si ipse faceret aliquam gratiam de certo corpore alicuius beneficii uacantis uel uacaturi.quod gratia non ualeat nisi expressa mentio fieret in supplicatione impetrantis de qualitate dicti beneficii.ut omnia exprimātur quæ possunt mouere principem ad concedendum uel denegandum.iuxta.c.si dignitatem de præb.in cle.secundum doc.ibi.

Summarium.

1 Expectans primus in data licet se astrinxerit ad probandum

bandum quod infra mensem acceptarit secundus benefi cium si tamen non probauerit non cadit a iure suo.

Decisio. LXII. alias.748.

NOta ꝙ si duo sunt expectantes in aliqua gratia. unus primus alter secundus.& in illa ecclesia ua cat beneficium quod acceptat secundus impe trans infra mensem.primus uero dicit ꝙ acceptauit infra mensem a tempore dictæ uacationis.quod tunc non pro bat ꝙ propter hoc non cadit a iure suo. quia hoc non te netur probare primus expectans. sed secundus qui eum uult excludere.ita seruat rota.

Summarium.

1 Iudex literarum in forma dignum arbitramur potest al teri committere uices suas.

Decisio. LXIII. alias.752.

SI papa facit alicui gratiam de aliquo beneficio iu xta formam dignum arbitramur tunc episcopus uel ille cui committitur examinatio de prædictis potest committere ex causa uices suas alteri.pro hoc facit quod dicit Io.an.in.c.super.de offi.delega.li.vi.& ita tenet ro ta.dato ꝙ in commisione ponatur tuam cōscientiam one ramus.de quo uerbo quærimus.de iurepa.in clemen.

Summarium.

1 Impetrantes uon tenentur probare ualorem beneficij. nisi sibi opponatur.

Decisio. LXIIII. alias.800.

SCiendum ꝙ si aliquis habet in gratia speciali uel cō muni certam summam quod eam non tenetur pro bare nisi opponatur sibi. & ita tenet rota dominorū auditorum sacri palacij.

Summarium.

1 Executores siue subexecutores gratiarum debent acce ptantibus prouidere.

Decisio. LXV. alias.814.

SCiendum est ꝙ communiter in gratia beneficiali dā tur aliqui executores & ille qui facit processum di ctæ gratiæ dat aliquos subexecutores.ut si beneficiū uacet & acceptet expectans & aliquis executor faciat si bi prouisionem infra mensem quod fieri potest.quod me lius & tutius est.ꝙ aliquis executorum faciat dictam pro uisionē.uel ꝙ faciat aliquis de subexecutoribus datis. & talis prouisio facta per executorem ualeat. & ita tenet ro ta sacri palacij.

Summarium.

1 Reuocatio gratiarum habet locum etiam in illis qui li cet acceptauerint non tamen fecerunt sibi prouideri.

AEneas de fal co.in trac.ref. in.v.q.Princi pali,q.14.

Decisio. LXVI. alias.696.

DIc ꝙ reuocatoria papæ habet locum in expecta tionibus illorum qui acceptauerunt beneficium uacans infra tempus debitum.tamen eis nō fuit facta prouisio ante reuocatoriam. & ita loquitur.c.quo niam.de conces.præben li.vi.Dominus autem papa Gre gorius.xi.fecit unam declaratoriam de tempore suo ꝙ nō imputaretur dicta reuocatoria dictis expectantibus.si ta men fecerint perfecte ꝙ eis fieret prouisio per executores ante dictam reuocationem.

Summarium.

1 Impetrans dignitatem ecclesiæ collegiatæ electiuam.li cet faciat mentionem de collegio si tamen non facit men tionem quod sit electiua non obtinebit.

Decisio. LXVII. alias.878.

PRæmissa igitur opinione supra posita suggestum est papæ ꝙ quidam prioratus monachorum in quo sunt septem monachi cum priore simul uiuentes uacat.& papa illum confert uel mandat conferri.opponi tur ꝙ erat electiuam. & ꝙ de electione non fecerat impe trans mentionem.Quæritur nunquid ex hoc gratia uicie tur:fuit dictum ꝙ non. quia licet expressum non esset ꝙ esset beneficium electiuum. satis tamen expresit equi pollens.quia eo ipso ꝙ expresit ꝙ erant septem monachi cum priore simul uiuentes.eo ipso præsumptio est ꝙ sint ibi collegialiter seu conuentualiter in dubio.quia sunt re gulares.& cathedralis ubi sunt multi & dos fuit constitu ta pro multis indubio præsumitur ꝙ sit collegiata. ut no. Hosti.de iurepatro.c.nobis.licet sit secus in alijs ecclesijs secularibus inferioribus.iuxta no.per Inno. de iurepatro. postulasti.& per consequens si ibi est collegium prior qui est caput est eligendus de iure communi per collegium uel conuentum.ut.c.i.de elec.sed meo tēpore rota tenuit contrarium scilicet ꝙ impetrans dignitatem ecclesiæ col legiate electiuam licet faciat mentionem de collegio.sed non facit mentionem ꝙ sit electiua.non sufficit per clem. i.de præben.& est ratio.quia ideo uoluit papa ꝙ fieri ha beret mentio ꝙ sit electiua.ut ueritas sibi nota esset de hijs quæ in facto cōsistunt.cum alias facta ignorare posset.ut c.i.de constitu.lib.vi.considerauit igitur ꝙ sibi notificare tur ueritas facti.sed non scit exprimendo ecclesiam esse collegiatam. quia potest in facto esse ꝙ ecclesia colle giata pertinet ad collationem alicuius & non probat hoc esse uerum ꝙ ab hoc contingit abesse.quando igitur dispo sitio iuris communis argueret unam necesitatem & ueri tatē facti infallibiliter.uerbi gratia.impetraui dignitatem exprimendo ꝙ excommunicare potest & audire confes sionem.& conferre ecclesiastica sacramenta & huiusmo di.certe quia in istis ex dispositione iuris communis in fertur de necessitate & infallibiliter ꝙ talis dignitas sit cu rata.tunc bene sufficeret & ueniret dignitas curata.licet ista uerba.uidelicet ꝙ esset curata non expresisset. quia per prædicta satis expresit de cura & infallibiliter sed ex primendo conuentum per hoc quod facit ꝙ materia ista rum impetrationum est odiosa & restringibilis.

DE HIIS QVÆ FIVNT A PRAELA.

Summarium.

1 Præsentatio abbatis per episcopum admissa præsumi tur facta de consensu capituli.

Decisio. I. alias. 337.

NOTA ubi aliqs est præsentatus ab abbate.& institutus ab episcopo. præsumitur ꝙ fuerit præsentatus de consensu capituli de quo dic ut in.c.ea noscitur. de hijs quæ fiunt a præ la.& ibi per Innoc.ad quod facit.l.fin.ff.de tuto.de curato.

DE RE. ECCLE. NON ALIENANDIS.

Summarium.

1 Vnio beneficiorum non requirit tractatum.

Decisio. I. alias.166.

NOTA quod ubi fit unio beneficij quod in tali unione non est necessarium ꝙ procedat tractatus. sicut in alia alienatione. maxime quando beneficiū unitur alteri beneficio exi stenti infra diocesim infra quam beneficium est unitum.quia in habentibus.&c.C.ne lice.ha.l.i.dele gat.ii.l.cum pater.§.libertus. licet uideatur facere contra c.tua.de hijs quæ fiunt a præla.sine consensu.primum ta

men tenet rota.per.c.si una.de re.eccle.non alie.in cle.in qua non cauetur de tractatu.sed consensu. uide.clxviij.

Summarium.

1 Vnio non redditur nulla propter falsam causam in unione expressam. licet annullari possit. & ideo expectantes non possunt beneficium unitum acceptare. nisi unione annullata.

Epithome.

2 Vnio uidetur donatio & est contractus stricti iuris.
3 Dolus dans causam contractui & si sit stricti iuris non reddit contractum nullum ipso iure.
4 Falsa causa non impedit dominij translationem.
5 Falsa causa annullat gratiam ipso iure.
6 Vnio non est ambitiosa.

Decisio. II. alias.168.

Cassa.deci.8. sub tit.de cõc. præben. nu.6. & per eundem deci.i.de unio.

NOta ꝙ falsitas causæ nõ reddit unionem factam nullam ipso iure ad hoc ꝙ impetrans tale beneficium unitum possit acceptare donec unio fuerit annullata. & ꝙ falsitas causæ non reddat unionem nul-
2 lam.probatur quia donatio uidetur. & est contractus stricti iuris.l.cũ qui.ff.de donationibus.& tamen dolus dans causam contractui in contractibus stricti iuris non reddit
3 contractum nullum ipso iure.ut.l.si quis cum. de uerborum obliga.iuncta.l.dolo.C.de inutili stipulatione. Item falsa causa impedit dominij translationem. ut est uidere non debito soluto ex falsa causa.ubi datur actio ad repetendum quæ non daretur si dominium non esset translatum ut.l.fi.ff.de usufruc quemadmodum ca.ad quod notatur.in.l.cum hij.§.arbitrio.ff.de transac.& quod no.Innocentius.& Hostien.in c.quæ in ecclesiarum.super uerbo legitimo.& super uerbo consensu.de constitutionibus.&.l.cum in corpus.ff.de acquiren.re. domi. ad quod facit.l.fi.ff.de hijs qui a non domino manu. ubi suggerens falsum principi.ut seruus manumitteretur qui non debebat manumitti ualet manumissio licet suggerens puniatur.nec ob.l.magis puto.§.fi.ff.de rebus eorũ. quia aliud seruatur in alienatione rei incorporalis quam in alienatione rei ecclesiæ & inter ista est differentia.ut no.Innocen. in c.dudum.de rebus ecclesiæ nõ alienandis. & in.c.i.de in integrum restitutione. Item non ob. si dicatur in literis
5 ꝙ falsa causa annullat gratiam ipso iure.ut in.c.fi.de filijs præsbiterorum.lib.vi.cum ibi notatis. quia unio fit de beneficijs.ut de proprietate beneficij.& de ꝓprietate agitur.& sic uidetur causa prophana.c.autẽ fi.loquitur quãdo fit gratia de beneficio.ad quod faciunt notata per Io. and.in.c.dispendiosam. super uerbo beneficijs de iudi.in cle.& per eundem de causa posses. & proprietatis.c.i eo.
6 libro.Item aliud loquitur in materia ambitiosa.unio autẽ non est ambitiosa cum fiat propter necessitatẽ. Item non ob.quia decretum datum propter falsam causam non ualet ipso iure.ut ar.l.i.§.hæc uerba.ne ius fiat ei.ff.de carbo. edic.iij.§.impuberi.de uen.inspi.l.i.in principio.quia loquitur ubi decretum imponebatur ex falsa causa.& in præiudicium alicuius cui de præsenti fiebat præiudiciũ & quia certabant de damno uitando.quod non est in proposito.ubi si fiat unio beneficij non uacantis ex falsa causa non potest allegari præiudicium. licet postea impetrãs possit petere ꝙ annulletur unio licet unio teneat ut est dictum.dictam opinionem tenet glo.xij.q.ij.fine exceptione.licet Archid.contra tamen rota communiter tenet ꝙ ualeat unio licet possit annullari probata falsa causa.& uide.s.deci.clx.&.ccccclix.&.cccccxi.

Summarium.

1 Vnio facta præpositurræ cum consensu capituli de ecclesia aliqua quamuis ex unione capitulum posset consequi aliquod commodum an ualeat?

Decisio. III. alias.859.

Oldra.consi. 262 cardi. cõs. 131.abb. in.c. possessiones de re ecclesiæ nõ alienam.

PRæpositure neumasineñ.quæ est dignitas in ecclesia. & habet quasi omnia bona capituli. & prouidere toto capitulo. & etiam singulis canonicis in uictualibus & aliis necessarijs.& habet administrationem omnium.& totum retinet sibi præpositus quod super est de omnibus oneribus incumbentibus supportatis.& præpositura etiam habet bona & administrationem illorum. Facta est unio cuiusdam ecclesiæ ex certis rationabilibus causis ut posset melius prouidere capitulo.& onera incũbentia supportare per episcopũ neumasineñ.de consensu capituli. Quæritur an ualet unio pro & contra.facit.c. si una. de rebus ecclesiæ non alienandis.in clemen.uidetur dicendum ꝙ ualeat.ex quo principaliter fit dignitati. non ipsi capitulo.licet ex hoc ex quodam consequenti capitulũ utilitatẽ sequatur. pro hoc bene facit de tutoribus qui auctorizat pupillo in adeũda hæreditatẽ.licet ex quadam consequentia redundet in utilitatem tutoris.cui forsan adhita hæreditate debebitur legatũ C.de admini.tuto.l.cum quædam.pro hoc etiam facit.ff.de tuto.l.i.&.l. quod dicimus in principio.Item per eundem modum potest induci ad hoc insti.de testa.§.legatarius.sic & hoc capitulum huic unioni poterit auctorizare.non enim censetur hæc unio esse res propria capituli ex quo fit præpositure & nomine capituli.bene facit.ff.quando appel.sit necesse.l.i.§ impropria.dicit nomine suo.ꝙ præpositure uel præpositi non est capituli. facit.ff.de rerum diuisione.in tantum.§.de uniuersitate.de in ius uocan.sed si hac.§.manumittitur.præsertim cum illa quæ capitulũ exinde percipiet non possit per se percipere.sed de manu præpositi ar.ad hoc.ff.de usufruc.defunct.§.sub primo.de usufru. lo.l.fundum turbaui. pro hoc quia interdũ per medium. permissum agitur ad extremum prohibitum. faciat.ff.de exceptionibus.per iusiurandum.§.& si fideiussor.ubi acceptilatio facta fideiusso.per medium obligatio fideiussoris quæ est uerbalis agit in obligatione rei principalis non uerbalis in qua alias agere nõ possit.igit in ista unione auctoritate capituli per mediũ præpositurræ agere possit & prodesse in utilitatem consequentis capituli.non enim quæritur cui commodum quæritur unionis.sed cui honor habitus est bene facit de lega. præstan.l.iij.§.i.de iure fisci.l. edicto.§.ad eos.de uulga.& pupil.l qui liberi.§.hæc uerba.de contratabulis.non putauit.§.in adoptione.in fin §. pro hoc ꝙ potius debemus attendere præposituram cui fit unio principaliter posset induci.l.i.de hijs quibus.ut in dig. de edili.edic.cum autem.§.fi.pro hoc facit.l.i.de lega.ij.l.cum pater.§.libertus.licet uideatur facere contra. c.tua.de hijs quæ fiunt a prælato sine consensu capituli. pro hoc facit ꝙ auctoritate capituli possit per mediũ præposituræ seu per alium quod non possit per se.ff.quæ res pigno.obliga.poss.aristo.§.finali cum concordan.pro hoc quia ista ecclesia unita.nec eius bona non erunt sub cura & administratione præpositi.quod est multum attendendum.ar. ff. de lega.iij.in patronis.§.sempronio.pro hoc quia hic licet sint aliqua scilicet quæ nitũtur uiciare unionem.scilicet quia ex illa redũdat seu resultat utilitas capituli.cui melius prouidebitur ꝙ non potest in re propria auctorizare.ex quo trãseunt aliqua principaliora quæ habent illa ualidare scilicet quia fit potius principaliter ipsi dignitati præposituræ.potius attẽdamus id quod prodest quam id quod nocet.facit.ff.de iure fisci.l.non intelligitur.§.si quis palam ut sic unio magis teneat quam pereat ar.l.quotiens.ff.de rebus dubijs.non enim attendenda est illa communis utilitas capituli. quia secundum hoc non posset facere unionem alicui præbendæ ecclesiæ cathedralis.quia cum omnes præbendæ sint capituli. ex illa unione capituli consequeretur utilitas. saltem uacante præbenda quo tempore illa bona eius remanerẽt semper penes capitulum.ut notat Innocen. de testam. relatum. in fin.ꝙ tamen falsum est quia immo potest.ut notat Io. and.in dicto.c.super uerbo.si una dignitati.& sup uerbo. capitulo.pro ista parte ẽt potest induci l.si quis perperã. §.si quis certum.ff.de iure dotium.In oppositum uidetur quod potius attendatur utilitas capituli resultans ex unione.ut sic capitulum non potuerit auctorizare unioni quæ fiebat ad eius utilitatem. ut ei posset melius præpositus prouidere.

prouidere.facit quia potius attenditur is cui effectualiter commodum acquiritur.& ad cuius utilitatem fit dispositio.argum.ff.de lega. præstan. l.iij. §.item si quis.&.§.& si præponas.pro hoc de success.edic.l.i.§.penul.insti.per quas personas nobis ac.sed si hæres pro hoc.ff.ad trebel. l.cogi.§ qui insolidum.& tenet rota dominorum auditorum sacri palacij.

Summarium.

1 Reseruatio papæ non impedit unionem faciendam per ordinarium sed suspendit eius effectum durare tempore collationis facte uigore reseruationis.

Epithome.

2 Reseruatio papæ subsequens unionem factam ab ordinario impedit effectum unionis licet de ea non fuerit facta mentio.
3 Impetrans tenetur mentionem facere de iureiurando.
4 Legatus de latere potest unire ecclesiam parrochialem dignitati.

Decisio. IIII. alias.19.

Calde. consil. ult.sub ti.de re ecclesiæ non alie.Fely.in.c. in nña co.xvij. uersi.uigesimũ septimũ de rescript. Fran.in.c.si tibi absenti col. penult.in glo. in uer.in persona de præben.

Nota φ reseruatio papæ non impedit unionem faciendam per ordinarium.& est ratio.quia unio concernit proprietatem beneficij.& collatio papæ quæ fit propter reseruationem concernit fructus beneficij.& ideo unio tenet. licet effectus unionis papæ reseruatione suspendatur pro illo tempore pro quo confertur beneficium.non ut proprietas beneficij. ut dicitur in simili in.c.i.de cau.pos.in cle.per Io.an.cle.dispendiosam de
2 iudi & ex hoc dicitur φ reseruatio subsequens unionem ab ordinario factam impedit effectum unionis. posito φ in collatione facta per papam de tali beneficio reseruato. de unione quæ præcedit non fiat mentio.quia unio perpetua non tollitur.sed eius effectus differtur ut.c.sciant.de elec.lib.vi.arg.l.cum ita.de condi. & demon.& posito φ unio sit facta propter causam necessariam . ista causa seu eius effectus differtur facto principis superueniente. ut.l.finali.ff.ad municipa. Item differtur talis necessitas ad tempus & non perpetuo quod non uidetur absurdum.licet contra hoc uideatur facere not. Archidia.in
3 c.nemo.de ele.li.vi.quia de commenda debet fieri mentio.alias non tenet impetratio sed istud non ob. quia reseruatio fit motu proprio papæ.& sic non debet allegari surreptio.ut.c.si motu de præben.li.vi.& de materia unionis uide infra deci.clx.&.clxvi.&.clxviij.&.xxvij.&.cclxiij. &.ccclxx.&.ccclxxv &.cccclxlij.&.cccclxliij.& φ lega
4 tus de latere potest unire ecclesiam parrochialem dignitati.&c.infra deci.ccclix.dcxi.

Summarium.

1 Vniri ex necessitate beneficium potest per ordinarium cadens sub expectatiuis etiam post processum factum per executorem.

Decisio. V. alias. 253.

Nota φ beneficium ad quod generaliter quis est expectans potest uniri per ordinarium. & post processum factum per executorem. ut.c.cum accessissent.de constitu.& no Io.an.in specu.in rubrica.de præben.& no.idem in c.literas de rescrip super uerbo statutum uersic.nec uidit ponderandum.& in.c.fi. de præben.in cle.& uide Petrum de bracho. super dictione data uel litera.quia unio fuit ex necessitate ideo uidetur φ ualeat ar.l.peto.de lega ij.Item generaliter est expectans ad omnia beneficia.igitur istud beneficium singulare non uidetur deberi.arg.l.fi.cum optio.de op leg sed ibi uidebatur a tempore mortis ius competere legatis. & erat in potestate sua ius eligendi quem uellet quod non hic cum uacet beneficium quod unitur.uide deci.clx.

Summarium.

1 Vniri potest beneficium reseruatum.sed unio habebit effectum cessante reseruatione.

Decisio. VI. alias.658.

Dic quod unio potest fieri de beneficio reseruato quæ tamen non habet suum effectum quin papa conferat ratione suæ reseruationis factæ. sed postea dum non uacabit in curia dicta unio habebit suum effectum.& ita tenet rota.

AEneas de falco.in tract. reser.in.4.q.prin. in.xxiij.effectu in princ.

Summarium.

1 Capellaniæ quæ ædificantur in ecclesia spectante ad præsentationem abbatis spectant etiam ad præsentationem eiusdem.

Epithome.

2 Contentum sequitur naturam continentis.

Decisio. VII. alias.158.

Nota quod ubi abbas dicit se patronum alicuius ecclesiæ si infra ecclesiam ædificentur capellaniæ uidentur pertinere ad abbatem iurepatronatus in dubio.quia ex quo abbas est patronus ecclesiæ consequenter uidetur esse patronus ipsarum capellaniarum
2 ut contentum sequatur naturam continentis. argu.l.testamentum.§ fina.ff de testament. cum.l. ad eos igitur insulti.de acquiren.rerum domi.&.l. quod sicut. quod pro materia.de pericu.& commo.rei uendi. ad quod notatur per Inno.in.c. cum uenerabilis . circa finem. super uerbo auctoritate.in glo fina.de exceptio.ad quod.c.ad audientiam.de eccle edifi.&.c. postulasti.de iurepatronat.cum ibi notatis per Innocentium in gl.penult.& quod no.Io. mo.de institutio.c.ij.lib.vi.& per Archidi.de capel.mona.c.præsbyter.in secunda glo.circa finem.dominus ufo can.allega.c.iij.circa princi.de capel.mona. pro hoc extra de deci.quoniam . & in ista opinione fuit maior pars dominorum licet faciat contra quod no. in.c.ad hæc.de fil.præsb.per Ber.in fi.secundæ.glo.

Summarium.

1 Vnio probata falsitate causæ potest anuullari.

Decisio. VIII. alias.169.

Nota quod ubi beneficio siue mense prælati unitur beneficium non est necessarium quod fiat mentio in unione nec in tali unione exprimantur bona uel alia dum tamen causæ fint uere propter quas fit unio quia si essent falsæ licet unio teneret ut dictum est ipso iure tamen annullari posset falsa causa probata.ut.l. si propter.§.marcellus.ff.de iudi.uide præce.deci.

Infra.12.Bisi. 2.eo.ti. &.§.in no.i.de excep. pla.Egi.618.

Summarium.

1 Vnio probatur ex præscriptione tanti temporis de quo non extat memoria hominum.

Epithome.

2 Vnitur.3.modis beneficium.

Decisio. IX. alias.205.

Nota quod ubi quis dicit beneficium unitum tanto tempore de quo non existit memoria sufficit quod allegat præscriptionem de qua non extat memoria. quia tribus modis unitur beneficium. primo per modum

traditum.in.c.si una.de rebus ecc.non alie secundo per concessionem papalem tertio per præscriptionem. ut no.Io.an.in.c.frequens super uerbo ad mensam. de resti. spol quia tale tempus de quo non extat memoria sufficit sine titulo alio ut no.per moder.in.c.si diligenti. de præscrip.per Innoc.uide deci.ccclxxv.&.clx.

Summarium.

1 Vnio probatur ex præscriptione tanti temporis de quo in contrarium non extat memoria hominum nec requiritur quod allegatur tiutlus.

Epithome.

1 Titulus non allegatur in his quæ præscribuntur tanto tempore de quo non extat memoria.

Decisio. X. alias.375.

NOta quodu bi allegatur beneficium unitum a tãto tempore de quo non existit memoria sufficit simpliciter allegare unionem posito ꝙ non alleget causam unionis. quia in illis quæ tanto tẽpore acquiruntur de quo non existit memoria sufficit allegare tempus sine titul.ut notat Innoc.in.c. dudum. de deci.& in c.si diligenti.de præscript. iuncta.l.hoc iure.§. aqueductus.ff.de aqua quotti.& estiua.&.c.i.de præscriptio.lib.vi.uide deci.clx.

Summarium.

1 Beneficium unitum perdit nomen beneficii.

Epithome.

1 Pars separata a toto non est sub toto sed est totum per se.

Decisio. XI. alias.369.

NOta quod ubi beneficium est unitum & alteri annexum perdit nomen beneficij & non debet dici beneficium sicut ante unionem dicebatur.arg.§.illud.in auten. ut iudi.sine quoquo suffrag.l illud.iuncta.l.si eadem.ff.de actio.&.pro facit illud scire quia in casu in quo dicit beneficium unitum & articulatur & datur ꝙ de præsenti unitũ est sicut antea erat quod articulus ruit.
2 quia pars separata a toto nõ est sub toto sed est totum per se.ut no.doc.in.c.cui de non sacerdotali & sic separatio facit duo & unio unum.ar.l.eum qui edes.ff.de usucap.ne sede ua.c.l.uide deci.clx.

Summarium.

1 Vnio facta ex falsa causa ualet sed annullatur probata falsitate sed facta sine causa non ualet.

Decisio. XII. alias.511.

NOta quod unio ex falsa causa facta seruata tamen forma iuris ualet & tenet argum.no. per Io.xii.q ij. in summa.&.c.qui sine exceptione.&.c.dudum.de rebus eccle.non alie.secus si nulla causa subsit.sed si sine causa aliqua facta fuerit tunc nihil ualet quod actum ẽ. ut in cle.monasteriorum.de reb.ec. non alie. & sic potest intelligi opi.Ber.& Hosti.qui tenent cõtra Io. & Tancre. in.c.i.de resti.in integrum.dominus uero Io. de ligna.in c.si qu s præsbyter distinguit an sit peccatum ex qua uel circa quam.uide.s̃.deci.cccexliij & clxviij.

Summarium.

1 Vnio facta mense episcopali non facta mentione de beneficijs prius eidem unitis ualet.

Decisio. XIII. alias.442.

NOta utrum unio de quodam beneficio facta per papam mense episcopali cuiusdam ecclesiæ seu episcopi cui per prædecessores suos etiam ante fuetunt factæ nonnulle alie uniones de quibusdam alijs beneficijs sit nulla quia episcopus non fecit mentionem de alijs beneficijs sibi unitis mensæ suæ? tenent quod non. uide deci.dxi.

Summarium.

1 Vnio ecclesiæ facta per episcopum monasterio in recõpensatione damnorum per eum illatorum non ualet.

Decisio. XIIII. alias.611.

DIc ꝙ si episcopus uult unire aliquam ecclesiam sibi subiectam alicui monasterio religiosorum in compensationem aliquorum damnorum per eũ factorum dicto monasterio ꝙ non ualet dicta unio quia non est facta legitime quia delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ.cum olim.ij.de priuil.sed restituat de suo damna uel monasterium agat cõtra eum coram suo superiore. ita etiam tenent auditore sacri palacij.

DE LOCATO ET CONDVCTO.

Summarium.

1 Emphitheoticam rem uenditam per secundum emphitheotam an possit primus dominus per eodem precio retinere?

Decisio. I. alias. 862.

QVIDAM emphitehota cuiusdã prioris ecclesiastici multis creditoribus uel creditori non curo obligato ad instantiam creditoris per curiam cuiusdã principis uel comitis qui erat dominus superior a quo dictus prior etiam dictam rem tenebat & postea dederat eã illi debitori emphitheotice ĩ emphitheosim forsan de superioris domini uoluntate dicta res emphitheotica per executorem rei iudicate fuit subhastata & cuidam ticio tanquam plus offerenti uendita seu liberata dictus tamen prior dominus immediatus dicit ꝙ infra tempus debitum ipse uolebat illam pro eodem precio retinere.& quantum in se fuit retinuit nõ tamen precium obtulit nec soluit nec apparet ꝙ sibi fuerit adhibita fides de precio dictamq; rem sic retentam cuidam meuio uendidit pro certo precio & eum in possessionem induxit qui etiam precium non exsoluit licet ipse prior sibi uendens sibi fidẽ habuerit de precio.dictus uero ticius primus emptor cui ad instantiam creditorum emphitheote cui curia domini superioris ad mercatum uendiderat; requisiuit dictum dominum priorem immediatum ꝙ illum in possessionem induceret & ꝙ rem per curiam sibi uenditam laudaret & curia eundem priorem instante creditore etiã super hoc requisiuit quo prætextu dictæ retentionis quam refecerat in re facere & laudare recusante non tamen precium offerente curia domini superioris & ipse comes dominus superior in contumaciam dicti prioris illi ticio rem emphitheoticã laudauit & soluto per eundẽ ticium ꝑcio in possessionẽ induxit dictus uero meuius qui emit a priore rẽ istã iure uenditionis ab isto ticio dicit se potiorem ex quo per priorẽ dñm immediatum rem illam iure suo retinentẽ sibi fui tuendita & priusq̃ ticius fuit in possessionẽ iuductus ¶Ex hoc themate quærũtur multa Primũ nunquid prior ille dominus immediatus potuerit rem emphitheoticariã pro eodẽ precio retinere.uel an ius retentionis potius ad dictum comitem superiorem dominum pertinet. Secundo quæritur supposito ꝙ dominus prior posset rem retinere pro eodem precio an prius teneatur offerre precium ut sic non aliter in eum dominum rei emphi-

theocarie

theocarie retente transferatur seu potius cum suo dominio consolidetur quam si primitus precium exsoluerit uel [sa]ltem obtulerit nec per eum quo minus solueret stetit uel [ta]ntem sit ibi fides habita de precio uel incontinenti cum [di]cit se uelle retinere in ipsum dominium trāsferatur uel consolidetur cum dominio seu emphitheote uendentis sit ad precium obligatus & possit ad illud soluendum conueniri. Tertio an in casu præmissæ quæstionis cum res emphitheotica uenditur per executionem rei iudicatæ ad instantiam creditoris domino prædicto præcium retinenti possit haberi fides de precio & per quem an per emphitheotam debitorem cuius res uenditur. an per creditorem ad cuius instantiam. an per curiam cuius auctoritate & mandato uenditur. Quarto an dicto prioore domino seu emptore eius postea præcium offerrente supposito ꝙ teneretur prius offerre retro ualidetur uenditio per eum facta sit perinde ac si ab inicio primitus obtulisset. Quinto an dominus prior immediatus seu quicunqꝫ directus dominus retinere possit rem quæ uenditur per emphitheotam pro eodem precio non ut sibi remanet sed alteri uendat. Sexto an dominus superior in casu præmisse quæstiōis in contumaciam dicti prioris domini immediati poterat laudare rem dicto ticio emptori qui emit ad mercatū ut sic illo laudante rem licite potuerit retinere & possidere & in eum dominium transferatur. De prima quæstione uidetur ꝙ ius retentionis potius ad dictum comitem superiorem dominum pertineret sicut etiam pertinet ad eum laudare & recipere cum secundus emphitheota alienat uel distrahit secundum quod no. Spec. ti. de loca. §. nunc aliqua. uer. cv. & uer. cxxvi. in oppositum uidetur esse. quia sic sequeretur absurditas. quia secundum hoc dominus superior rem retinens erit emphitheota sui emphitheote respectu eiusdem rei. Item secundum hoc habebit dominium utile & directum formaliter quod non uidetur possibile de iure: quia dominio utili redeunte ad dominium & ad directū consolidatur cū illo & desinit esse utile formaliter sicut dicitur de usufructu redeunte ad proprietatem quia res sua nemini seruit ideo non uidetur ꝙ ius retentionis debeat ad superiorem dominum spectare seu ptinere. bene facit ad hoc quod no. in Specu. ti. de loca. §. nunc aliqua. uersic. cxxix. in fi. præterea sequeretur absurditas. talis autem absurditas non sequitur in laudatione seu laudum perceptione. & ideo bene possunt ad dominū superiorem pertinere. ut in ratione contra pro alia parte sfacta. si tamē uelles tenere primam partem ꝙ immo ad superiorem dñm pertineat ius retentionis posses respondere ad istā secundā partē. ꝑ illa q̄ no. in simili in Spe. ti. de feudis. §. quoniam. uersi. xxiiij. Et etiam posses dicere ꝙ hæc absurditas nulla est propter diuersos respectus qui in hoc considerantur. nam nō redit ad superiorem dñm utile dominium simpliciter sed respectiuū & qualificatū per respectum quem habet ad ius seu ad dominium utile ꝙ habet primus emphitheota qui respectu secundi censebatur in illo iure seu dominio utili quodammodo directus dominus respectu sui secundi emphitheote quod quidem dominium secundum ei secundo respectu est utile respectu primi dominij sui unum ad dominum superiorem prouenientem & per retentionem iur. seu dominio utili secundi emphitheote non consolidatur cum suo dominio directo illud dominium utile quia ab ipso nō erat immediate formatum nec ipsum cōcernebat & respiciebat primum emphiteotam & ab eius dominio utili erat formatum quod eius respectu quodammodo cenesebatur directum. ut sic dicamus ꝙ utile dominium secundi emphitheote quando unitur cum dominio quod est pœnes primum emphitheotam quod eius respectu censetur directum tūc consolidatur cum eo & extinguitur & efficitur plenum & simpliciter dominium utile primi emphitheote. & si illud dominium primi emphitheote quod est utile respectu primi dominij ueniret ad eundem primum tunc etiam consolidaretur cum suo directo & efficeretur dominium plenissimum nō autem dominium utile secundi emphitheote non consolidaretur cū directo dominio primi dominij ꝙ non cōcernit simpliciter & eius respectu nec simpliciter nec formaliter existit. Et si dicas ꝙ primus emphitheota transtulit utile dominium in ꝯm emphitheotam nullū dominium remansit pœnes illum ex quo illud sic transtulit. prout uidetur tenere gl. instit. de locato. §. adeo. sup uerbo propterea. potest dici ꝙ immo. quia illud non transtulit in totum. nec simpliciter in secundum ex quo sibi retinuit ius certe pensionis per ꝯm emphitheotam suum sibi præsentando & sic suum dominium utile quodam modo dimisit quo ad commodum inter se & secundum suū emphiteotam sic ꝙ ius seu pars dominij utilis quod seu quam sibi retinuit possit dici directum dominium respectu secundi. & illud ius seu pars quod seu quam in illum secundum transtulit dicatur utile eius respectu. unde latius exordiendo posset dici ꝙ dominium superioris & primi dominij est directe directum dominium. & dominium uero primi emphitheote est utile directo dominium. dominium uero secundi emphitheote est utile utiliter. prout alias plenius circa hoc scripsi in alia quæstione quam disputaui. de qua respondi Aunion. quæ incipit. in quodam regno. in prin. quæstionis in secundo & tertio folio in magna papiro.

Summarium.

1 Locatio rei si est successiue facta duobus & secundo tradita est possessio præfertur secundus possessor alias non.

Epithome.

2 Locatio & cōductio ꝓxima ē emptioni & uenditioni.
3 Traditio rei locatæ nullum ius reale in re constituit.

Decisio. II. alias. 879.

VTrum. l. quotiens. de rei uendica. &c. Infra per Bisignet. eo. tit. & Alex. consil. 122. uol. quinto. Ias. in. d. l. quoties col. 8. uersi. tertiodecimo.

DE DEPOSITO.

Summarium.

1 Fideiussor non liberatur per prorogationem factam depositario per deponentem. secus si prima obligatio fuisset nouato.

Epithome.

2 Contractus originalis inspicetur ut ab eo totum denominetur.

Decisio. I. alias. 860. 859

POENES ticium campsorē deposui mille florenos aperto deposito non clauso nec signato qui mihi dedit fideiussorem de restituendo illos tamen post annum uel biennium: cum ego uellem recuperare depositum dictus campsor rogauit me ut sibi adhuc dimitterem per tres uel quatuor annos pro certo lucro mihi dando quolibet anno & sibi concessi istud tamen ignorauerunt fideiussores postea uero lapso termino isto seu tempore uolui recuperare pecuniam meam. & illo campsore facto non soluendo uel alias discusso uolo habere recursum ad fideiussores pro dicta pecunia. ipsi dicunt ꝙ non tenentur. quia prima obligatio depositi pro qua fideiusserūt fuit nouata & translata in obligationem mutui per secundam concessionem & sic sunt liberati. arg. l. nouationem. ff. de fideiusso. Et pro hoc uidetur tex. ꝙ obligatio nouata sit & in nouam translata. ff. si certum pe. l. singularia. credo ꝙ bene dicerent si supponeretur nouata obligatio prima. quia prima extīcta tolleret fideiussoria. unde ipsi semel liberati nisi ex nouo consensu iterū præstito non essent obligati arg. l. si. ff. de pactis. C. locati. si tantum homines sed in proposito non credo primam nouationem nec discessum a contractu seu obligatione depositi ab inicio contracto sed obligationem depositi cōtinuatam & prorogatam per nouam dilationem sub cer-

Deci. cōs. 400. uiso circa prin. uolu. i. hyppo. de marsi. in repe. Rubricæ C̄ fideiu. co. xvi. ī fine Alex. cōs. lxxij. uolu. vi.

Vide ad [illegible] dicit. [illegible] in l. cert. condictio [illegible] ff. si cer. pet.

to lucro seu usura quæ deberentur etiam pro obligatione depositi ex mora uel ex pacto ut.ff.de positi.l.quamuis.in fi. Non obstat si dicatur ꝙ immo fuit depositum & postea mutuum.quia illud uerum esset si expresse hoc actum esset ꝙ pecunia esset mutua pœnes depositarium alias in dubio inspicitur originalis contractus ut ex illo agatur nō obstante ꝙ depositarius pecunia utatur.quia ex quo depositum fuit apertum ab inicio in dubio uidetur fuisse data licentia utendi pecunia ipsi depositario. unde dato ꝙ postea utatur propter hoc nō transibit in mutuum immo ex originali depositi obligatione ad restitutionem pecuniæ tenebatur & agetur actione depositi ad restitutionem.ut probatur.ff.depositi.l.si sacculum.in fine.& notat gl.in.l.de sponsaliorum.§.i.in fi.eo.tit. In talibus enim inspicitur
2 originalis contractus ut totum ab eo denominetur.ff.de posit.l.i.§.idem pomponius.

DE EMPTIONE ET VENDITIO.

Summarium.

1 Emptor si emit rem quam credit liberam & est emphitheoticaria & per biennium non soluit censum non cadit in commissum.

Decisio. I. alias. 759.

DIC ꝙ si aliquis emat aliquam rem quam credit esse liberā & est emphitheoticaria quod licet talis emens steterit per biennium quod non soluerit censum quod talis res non cadit in cōmissum cū homines pœnitus ignorent. pro hac facit quod no. Io.mo.& Gen.in reg.iur.in.lib.vi. pro hoc etiam tenet rota dominorum auditorum.

Summarium.

1 Vsufructus potest uendi ad tempus.

Epithome.

2 Successor in re.in qua debetur usufructus tenetur pati usufructuarium rei frui dicta re.
3 Successor etiam ex titulo lucratiuo non tenetur stare colono.
4 Colonus non habet ius in re.

Pro declaratione vide Stapl. in fol. 72. a.

Decisio. II. alias. 761.

SI uendatur usufructus ad tēpus ualet uēditio.quia uendi potest etiam ad tempus.ut.l.usufruct.in multis.ff.de usufru.&.l.inuito. C.famil.hercis. coniuncta.l.omnium.ibi pactionibus & cætera.ff.de usufruc.ius reale est respectu rei quamuis personale sit respectu personæ cui debetur.ut.l.uti frui.ff.quemadmodum.usufruct.
2 petatur.sed quicunq; successor in re.in qua debetur usufructus tenetur pati usufructuarium rei frui dicta re.ut dicta.l.uti frui.facit ad dicta.l.i.si ager uectigalis uel emphitheo.pe.ergo talis qui emit usufructum uel ad tempus dominus nō potest prohiberi per successorem ex quocunque titulo suæ emptionis.& cætera. prohiberi ne utatur. ut patet ex superius allegatis.pro quo facit.l.filius.§ dominus.quod ubi no.ff.de lega.ij.&.l.legatum.in fi.de le
3 ga.Non obstat ꝙ emptor siue alius successor etiam ex titulo lucratiuo non tenetur stare colono.ut.l.emptorē.C.lo
4 cati.& qui fundum.ff.e.ti quia colonus non habet ius in re.si autē haberet ut in uita quia conduxit ad magnum tēpus.ut dicta.l.i.Et ponit glo.extra de reb.ecc.non alie.in cle.c.i tunc successor tenetur stare tali colono.per dictā.l.i.Et est gl.ordinaria in.l.nihil.ff.de leg.i.circa finē.eo.ti. Itē usufructum potest alijs uendere.ut est casus in.l.arboribus.§.ij.ff.de usufruct.&.l.necessario.§.fi.ff.de periculo & cōmo.rei uendi.aliqua contraria soluuntur per glo. in dicto.§ ij.Itē pono ꝙ prædicta sonarent in locato tamē emptor tenetur stare colono.quia emptio est momenti.ꝙ probatur.nam in dicto contractu conuenit ꝙ dominus in alium non alienaret per cuius obseruantiam fuit obligata dicta domus saltem in genere cum obligauit omnia sua bona.sed certum est ꝙ quis promittens non alienare illi cui est constitutum ius in re si post alienat alienatio nulla est.ut.l.creditor.§.fi.ff.de distrac.secundam literam negatiuam nulla nec distrac.pig.facit.l.ij. C.de iure emph. & hoc tenet dominus Bar. in.l.si ita quis eadem.l.ff.de uerbo.obli.sed in proposito dicto conductori fuit constitutum ius in domo si tamen potest dici cōductor uidelicet pignus uel ypotheca & promissum non alienare ergo talis alienatio non tenuit.ut patet ex prædict.& sic per consequens dictus conductor repellet talem prætendentem titulum emptionis pro quo.l.fi.C.de rei uendi.& aduerte ꝙ tex.clare ostendit ꝙ aliud sit uendere uel emere usufructum ad modicum tempus.locare etiam aliud ad modicum tempus quia prædictos contractus ponit ut species separatas in dicto.c.i.de re.ec.non alie.in cle.

Summarium.

1 Venditio facta publice uel per subhastationes præiudicat quo ad possesionem & proprietatem ei qui se non opposuit.

Decisio. III. alias. 883.

NOta ꝙ per uenditionem factam publice adincantum & cum subhastationibus publicis & per executorem rei iudicatæ & de re aliena detenta per eum contra quem fit executio ex causa conductionis præiudicat locatori in possesione & proprietate qui tunc se non opposuit.

DE RERVM PERMVTATIONE.

Summarium.

2 Permutans si obtineat beneficium habens ordines annexos si infra annum se permoueri non fecerit an priuetur tali beneficio.stante maxime ordinatione testatoris hoc disponente?

Decisio. I. alias. 108.

NOTA ꝙ ubi aliquis pmutauit beneficium habens ordines annexos & ex constitutione fundatoris qui uoluit quod quicunq; tenens tale beneficium promoueretur infra annum uel priuaretᷓ. talis ex causa permutationis tenens tale beneficium si nō faciat se promoueri uidetur ꝙ perdat illud & habeat locum.c.licet.de elec.li.vi.quia ex quo cum alio contraxit conditionem contrahentis & rei super qua contrahitur scire debet.ut in reg.iuris qui cum alio.& quia permutatio fit cum causa & propter complacentiam & condecentiam.ut.c.quæsitum.de rerum permu.de quibus est uerisimile quod uolens permutare prouiderit & de conditione beneficij indagauerit ut sic ignorans non præsumatur.ar.l.iij.ff.de fideiuss.iuncta.l.ab arbitris.qui satisda.co. Item error qualitatis non debet iuuare tale beneficium ex quo non errat in corpore.ut.l.si quis uxori cum ticio. cum ibi no.ff.de fur.cum no in.c.quemadmodum de iureiuran. & in.c.ex parte.de resti.spo.ut quia in actu quē debuit puidere nō præsumitur ignorantia.ar.l.cætera.§.fi.de le.i. In contrariū uidetur ꝙ.c.licet.est penale & non debet extendi ad.c.statutū.de elec.li.vi. Itē beneficiū de sui natura non erat curatū nisi inquantū uoluit constitutio instituentis

tuentis & sic in dubio debet præsumi ignorantia ut.l.super seruis.qui milli.non pos.lib.xij. & uide infra decisi. clxxxiiij.§.de præbe.nota & deci.dxx.

Summarium.

1 Minor ualor unius ex beneficijs permutatis non arguit suspitionem fraudis.

Decisio. II. alias. 129.

NOta q̃ n[illegible]tur permutatio nec præsumitur fra[illegible]ito q̃ unum beneficium sit minoris [illegible]iud.quia minoritas beneficij non inducit fra[illegible] aliud appareat.ar.l.dolus.C.de rescindē.ue[illegible] no.Io.mo.in.c.uno.de rerum permu.li.vi.& ibi Io.an.in nouel.& uide super Colec.in.c.quæsitū de rerum permu.& uide infra deci.ccclxi.

Summarium.

1 Beneficium unitum non potest permutari.

Epithome.

2 Vnionis effectus non tollitur per prouisionem papæ subsequentem nisi de unione fiat mentio.

Decisio. III. alias.160.

NOta q̃ beneficium unitum non potest permutari per eum qui tenet beneficium antequā unio sortiatur effectum.ut no.Io.an.in Spec.ti.de præben.in prin.ubi etiā
2 ipse dicit effectus unionis non tollitur per prouisionem papæ subsequentem nisi de unione fiat mentio quia alias sequeretur q̃ unio posset esse inutilis per frequentes & plures permutationes seu prouisiones q̃ esset absurdum cum unio legitime facta respiceat cām necessariam q̃ non est uersimile q̃ papa uoluerit tollere nisi expresse agatur ideo dicitur q̃ usufructus de facili consolidatur cum proprietate ad hoc q̃ proprietas non sit inutilis.ar.l.si usufruc.ff.de usufru.quā alleg. Io.an.& de materia unionis uide.§. decisi. xix.& infra.clxvi.&.clxviij.&.ccliiij.&.ccclxx.& ccclxxv.&.ccccxlij.&.ccccl xiij.&.ccv.&.dclvij.

Summarium.

1 Resignatio ex causa permutationis facta in curia non inducit reseruationem si permutatio non sortiatur effectū.

Epithome.

2 Permutatio beneficij si non sortiatur effectum.& permutantes moriantur beneficia extra curiam dicuntur uacare.
3 Beneficia si causa permutationis resignata in curia fuerint & unus uolentium permutare moriatur.si cōfertur beneficium mortui & in persona superuenientis perficitur permutatio bulla per cancellariam expedietur.

Decisio. IIII. alias 292.

NOta q̃ ubi beneficia sunt resignata in curia causa p̃mutationis nisi sequatur permutatio non uidentur uacare in curia quia resignatio est facta sub modo qui nisi sequatur non uidetur resignatio facta ut no.per Innoc.in c.inter cætera.de præben.in princ.& quod ibi no.in gl.ij. ad quod.l.licet.in princ.ff.de iure dot.& quia est in.lege tacita cōditio.quia non conferuntur nisi permutare uolentibus.ut.c.uno.de rerū permu.li.vi.& sic si non sequatur conditio tacita quæ a lege intelligitur nō uidetur beneficiā uacare.ut no.in.l.si quis accepto.ff.de condi.ob cām. intantū q̃ uidetur no.Io.an.in nouel.in alleg.c.uno q̃ in
2 casu in quo nō sequeretur pmutatio beneficij extra curiā uidetur uacare si moriantur permutātes extra curiā quia per modū reuolutionis beneficia uidentur ad permutare uolentes reuerti.ut dicitur in simili de uerbo adiectiuo.ff. de in diem adiect.l.ij.cū ibi no.ubi autem beneficia sunt
3 resignata in curia causa pmutationis & unus uolentium permutare moritur nō facta permutatione superueniēti cōfertur beneficiū mortui & in persona supueniētis perficitur pmutatio & bulla per cancellariā expedietur ut audiui.ar.l.iur.ff.de condi.& demon.licet cōtra istā opi.fit l.legatū.C.de condi.inser.sed dic q̃ lex legatū.loquitur in cōditione expressa.secus aūt est in modo sub quo uidetur fieri resignatio causa permutationis. ut in allegat.c.inter cætera.per Inno.& q̃ aliud fit ibi in modo q̃ in conditione.no.in.l.in testamento.de condi.& demon. & est tex.in l.si tua pecunia.de lega.i.Item aliud est in legato in quo loquitur.l.legatum.alleg.aliud in isto casu in quo ille qui resignauit tractat de damno uitando indemnis debet seruari si per eum non stetit quo minus permutatio suum sortiatur effectum uide.§.de renun.deci.1.&.10.

Summarium.

1 Beneficium non uidetur uacare ex quo alteri permutantium est collatum.

Decisio. V. alias. 339.

NOta q̃ ex quo de facto non uacat beneficium quia est collatū alteri permutantiū non uidetur uacare secundum lateranen.concilium ut no.in.c.cum in nostris. in prin.de conces.pbē.per Inno.ad q̃.c.post electionē. eo.ti.quia posito q̃ sit dare casum in quo propter peccatū seu defectum deuoluatur electio ad aliū.ut.c.quanquam de elect.li.vi.&.c.cū in cunctis eo.ti.illud habet locum in electione in qua non tribuitur immediate ius secus in collatione simplicis beneficij.quia facta immediate sortitur effectum plenum de facto intantum q̃ tenens beneficium ex tali conditione licet ius non habeat tamen donec priuetur iuste possidet.ut in.c.cum in nostris.& sic non currit tēpus collatori nisi a tēpore ueræ sciētiæ uel uere uacationis.ut no.per Host.in.c.ex parte.de conces.præben.

Summarium.

1 Permutare ultima die anni non potest non promotus.

Decisio. VI. alias.355.

NOta q̃ non promotus ultima die anni de quo in.c.licet canon.&.c.cōmissa de elect.li.vi.non potest permutare in quo obli.& ego cōtra per gl.i.de rerum permu. in cle.sed non fui exauditus.uide.§.deci.clxxxvij.in fi.de præben.nota q̃ teneris.

Summarium.

1 Beneficia per resignationem ex causa permutationis uere uacant.

Decisio. VII. alias.398.

NOta q̃ beneficia ex causa permutationis resignata *uacant in ueritate ita q̃ post uacationē huiusmodi debet sequi uera collatio & institutio. ut legitur & notatur in.c.i.de rerum permu.li.vi.licet ibi Io.mo.uideatur dixisse contrarium cuius opinio reprobatur.pro quo ēt facit clem.una.eo ti.

1 *Vacans add. sede.de sen.in tracta. permu. in.xi.parte.uersi.quæro.

Summarium.

1 Permutans non agit interdicto unde ui nec ex canone reintegranda.

Decisio. VIII. alias.401.

NOta q̃ permutanti non competit interdictum unde ui nec conditio ex canone reintegranda.obstante sibi renunciatione uoluntaria per quam amisit possessionē. iuxta notata per Inno.in.c.super hoc de renunc. &.c.accepta.de resti.spo.

Summarium.

1 Permutans beneficium pro pluribus si unam euincatur tanquam reseruatum potest habere regressum ad primū suum beneficium.sed opus erit noua collatione.

Decisio. IX. alias. 401.

¶*Quod potest. Hoc intellige quando illa plura beneficia pñt simul sine dispẽsatione teneri: alias secus ;ut no. Io. an. in. c. cũ uenerabilis de except. col. iij. uersi. Nota ꝙ una.

NOta ꝙ si quis permutauit unum beneficium pro pluribus *quod potest. iuxta no. per Innoc. in. c. uenerabilis. de except. Et de rerũ permu. c. uno. li. vi. si unnm euincatur tanquam reseruatum & aliud dimittere uoluit potest petere & habere regressum ad suum primum beneficium auctoritate tamen superioris & est opus noua collatione argu. in ratione in. c. si. beneficia de præben. li. vi. & in. c. inter cætera. co. ti. & c. uniuersorum de rerum permu.

Summarium.

1 Impetrans beneficium per resignationem permutationẽ uel obitum non tenetur plene probare titulum prædecessoris sed eius reputationem & possessionem.

Decisio. X. alias. 404.

NOta agenti & petenti beneficium ex causa permutationis sufficit probare permutantem sic habitum & reputatum ut talis &c. & in possessione pacifica illins beneficij permutati etiam si titulus istius pmutantis impugnatur cui impugnanti incumbit probatio nõ obstan. clausula in fine literarum permutationis apposita. quia de iure communi censetur subintellecta. ut le. & no. de excep. cum uenerabilis. de rerum permu. c. licet lib. vi. & ideo ex superhabundanti & ad maiorem cautelã & expressionem ponitur. & sic impetrans beneficium uacãs per obitum non tenetur probare plene de titulo sui prædecessoris decedentis. ita nec impetrans per resignaitonem ar. no. per Inno. & Hosti. de præsump illud. de eo qui fur. or. re. c. innotuit.

Summarium.

1 Permutatio per procuratorem laicum facta ualet.

Decisio. XI. alias. 417.

Supra de pro. de. 8. in fi.

NOta utrnm permutatio facta per procuratorem laicum teneat: quidam dicebant ꝙ sic. per. c. non in discrete. de procu. li. vi. & pro hoc inducebatur quod Pau. tenet in cle. cum. ei quem. quod acceptatio facta per procuratorem laicum tenet & pro hoc quia nil expediendum cum tali procuratore laico in negocio permutationis concernit fundamentum spiritualium iurium in persona ipsius sed solius domini & magis est nudus minister uel nuncius. pro hoc facit. ff. ad trebel. qui ita. §. i. qui in hac ratione cõcordat cum. l. similiter § ex asse. de iure do. quidam alii dicebant contra. per. c. decernimus. de iud.

Summarium.

1 Permutatio facta sub conditione si placet patrono, an ualet?

Decisio. XII. alias. 579.

QVidam renunciauit ex causa permutationis sub conditione si patrono suo placeret quæritur utrũ si patrono suo displiceat nihilominus ualeat renunciatio uidetur ꝙ sic. quia illa conditio uideretur nõ posse adici & esse de iure reprobata cum debeat renunciatio esse pura. ar. no. in. c. ex parte. de offi. dele. super uerbo omnes & sic conditio inutilis uidetur reicienda ualente renunciatione. ar. no. in. l. per seruum. ff. de usu & habita. credo tamen contrarium p no. per Io. an. in. c. in electionibus de elec. lib. vi. super uerbo electio. in nouel.

Summarium.

1 Permutatio de beneficio quod quis se obtulit dimissurũ si aliud uirtute expectatiue assequatur tacita tali oblatione facta est surreptitia.

Epithome.

2 Surrogatum loco alterius uice illius fungitur.

Decisio. XIII. alias. 581.

PApa reseruauit beneficia uacantia per assecutionem alterius beneficij auctoritate apostolica obtenti. hoc supposito aliquis impetrauit a papa gratiã expectatiuam ad collationem talis episcopi: & obtulit dimissurum se beneficium quod tempore impetrationis huius obtinebat cum uirtute dictæ gratiæ foret aliquod beneficium pacifice assecutus infra terminum antequã uirtute illius gratiæ aliquod beneficiũ fuisset assecutus uult permutare illud beneficium quod obtinet & se obtulit dimissurum quæritur an pos sit illud permutare uel coram ordinario uel coram papa tacito de præmissa oblatione & dimissione facienda post assecutionem? quidam dicunt ꝙ potest illud permutare etiam de hoc non facta mentione. quia habet ius in beneficio ergo per renunciationẽ factam ex causa permutationis uacabit & poterit alteri conferri sed eo permutato in uirtute gratiæ suæ nõ poterit assequi aliquid aliud beneficium quia nõ posset implere qđ obtulit papæ si se dimissurum beneficiũ quod tunc tenebat quia ex quo illud permutauit non poterit illud ulterius dimittere nec papa illud cõferre quasi inter ipsum & papã fuerit quasi quædã conuentio innouata do tibi seu facio gratiam ut dimittas. & ideo cũ non posset iste cõuentionẽ implere ex parte sui nec poterit gaudere gratia pape præsertim ex quo per eũ factũ est quo minus posset implere maxime ẽt quia si posset gaudere grã sua posset illudere papã qui uoluit de illo ꝙ se obtulerat dimissurũ libere disponere. Itẽ ẽt posset ille pluralis esse in beneficiis contra intentionẽ papæ qui noluit illũ pluralẽ esse & ideo uoluit ꝙ prius obtentũ dimittere teneretur ꝙ post pmutationẽ de illo beneficio factã modo facere non põt & aliud obtentũ ex causa permutationis papa nõ afficit nec sua dispõni reseruat retinere poterit cũ obtinendo uirtute gratiæ suæ si alias cũ eo esset cõpatibile & sic illuso papa obtineret plura beneficia contra eius uoluntatem. alii dicũt ꝙ ualebit permutatio sed obtentum ex causa permutationis quod est loco alterius surrogatum dimittere tenebitur sicut illud tenebatur. & de eo papa uirtute reseruationis
2 disponere. quia quod surrogatur loco alterius uice illius fungitur. ut. l. si donare. ff. de dona. inter ui. & uxo. & arg. l. eum qui. §. si iniuriarũ. ff. si quis cau. Alij dicunt ꝙ non ualet permutatio in effectu. quia licet teneat de præsenti resoluetur tamen in euentum quãdo uirtute dictæ gratiæ impetrans iste aliquod beneficium assequatur. quia tunc purificabitur cõditio p̃dictæ oblationis factæ de dimittẽdo & resaruationis papæ factæ de eodẽ beneficio dimittẽdo in euentũ illum & sic retrotractione facta apparebit retro illud beneficiũ fuisse reseruatũ quasi subiacuisset reseruationi ergo cõsequenter ipsum nõ potuisse hoc tacito papæ libere permutasse. ar. authen. res quæ ea. C. cõia de le. & ar. l. potior. §. qui sub conditione. maxime attenta clausula uolumus autẽ &c. quam papa cõiter apponit in literis permutationis per ꝙ̃ apparet ꝙ nõ uult maius ius quæri ei cum quo fit permutatio ꝙ̃ cõpeteret permutanti. nec ob. si dicas talem retrotractionẽ non posse fieri postꝙ̃ per permutationẽ fuit alteri interim ius quæsitũ. ar. de rescri. c. quãuis. & c. si. pro te. li. vi. quia ibi. s. in. c. quãuis. non est aliqua ratio fienda retrotractionis in præiudiciũ eius cui fuerat interim ius quæsitũ quia ille cui fuit ius quæsitũ illud obtinuit auctoritate eius sub cuius dispositione erat ius distribuere. & in. capit. si pro te. etiam fuit quæsitum ius alteri pẽdente conditione uel euentu eius auctoritate eius qui poterat primã cõcessionẽ conditionale in reuocare. ut no. in dicto. c. sup uerbo si ad id. hic secus quia ipse pmutãs. non poterat reuocare oblationẽ ꝙ̃ de dimittẽdo papæ fecerat. nec papa expediendo permutationem de hoc fuit certificatus & sic expeditio permutationis fuit surrepticia seu nunc retro apparet fuisse.

Summarium.

1 Expectans qui habet dimittere benficium quod possidet

det si gratia habeat effectum non potest illud permutare.

Decisio. XIIII. alias.688.

DIc ꝙ si papa facit gratiam alicui de beneficio sub expectatione dicendo in gratia cum adeptus fuerit habeat dimittere tale beneficium quod nunc posidet quod non potest permutare talis expectans cum tale beneficium dicatur reseuatum uirtute dictæ gratiæ & ita etiam tenet & seruat uicecācellarius domini nostri papæ super hoc etiam dicitur emanasse extrauagans domini papæ Benedicti.xiij.

Summarium.

1 Permutantes tenentur in impetratione exprimere alia beneficia quæ posident.

Decisio. XV. alias.621.

NOta ꝙ si aliquis permutantium taceat in permutatione aliud beneficium seu beneficia quæ habet præterꝗ illud quod uult permutare ꝙ talis ꝑmutatio est surrepticia. hoc uerum si fiat in manu alicuius non ordinarij & ita tenet rota.

Summarium.

1 Resignantes beneficia ex causa permutationis ante secutam seu perfectam permutationem per ordinarium an perdant ipsorum possessionem.

Epithome.

2 Beneficia permutanda non ueniunt sub potestate expectantium.
3 Spoliato an obstet renunciatio petenti restitutionem?
4 Possessio facilius prodetur quam proprietas.
5 Permutatio est de numero contractuum innominatorū.
6 Resignantes ex causa permutationis opus habent noua collatione si non sequatur permutatio.
7 Iudex illi pro quo tulit sententiam potest dare licētiam proprio auctoritate rem recipiendi sibi adiudicatam.
8 Renunciatio permutantium facta in fraudem expectantium ipsis expectantibus non nocebit.

Decisio. XVI. alias.863.

SI. A.& B. ex causa permutationis inuicem faciende resignauerunt sua beneficia in manibus ordinarij.quidam uero.C.expectans apostolicus post præmissam resignationem antequam per ordinarium esset expedita permutatio. 1 .antequam beneficium unius permutantium inuicem alteri contulisset acceptauit beneficium ipsius.A.& sibi fecit de ipso prouideri.& in possessionem induci prætendēs ꝙ dictus. A .tempore resignationis erat senex & infirmus & ꝙ in fraudem expectātium illam fuerat machinatus & eadem die expectans apostolicus acceptauit & sibi fecit prouideri & in possessionem induci.ordinarius perficit dictam permutationem uidelicet beneficium ipsius.A.conferendo ipsi.B.& econuerso.modo dictus.B.uidens ꝙ dictus apostolicus fecerat se induci in possessionem beneficij quod fuerat ipsius. A.& nūc ipsi. B.fuerat collatum ex causa permutationis. in crastinum ipsum apostolicum expectantem spoliauit & omnia ista facta fuerunt adhuc ipso. A .uiuente. postea uero post septem uel octo menses dictus. A.ex sua infirmitate decessit & post prædicta dictus expectans apostolicus sic spoliatus renunciauit iuri & possessioni & petitioni restitutionis mediante iuramento.sed non obstan. renunciatione prædicta dictus expectans apostolicus contra dictum.B petebat se restitui in possessionē dicti beneficij quo fuerat spoliatus.opponebatur sibi per ipsum.B ꝙ non potuerit acceptasse nec possedisse prædictum beneficium ꝙ nō uacauerat nisi per resignationem per ipsum. A. factam ex causa permutationis cum ipso. B. facienda. & beneficia per-
2 mutanda non ueniunt sub potestate expectantium.ut c.i. de rerum permuta.lib.vi.Item opponebatur sibi de renunciatione prædicta dictus uero expectans dictam permutationem seu renunciationem eius prætextu factam asserebat fraudulentam & machinatam in fraudem expectantium & ideo ipsum nihilominus potuisse acceptare & sibi facere prouideri & per illam fuisse ueram uacationem in ductam in præiudicium resignantium & fauorem expectantis.Vlterius etiam dicebat ꝙ possessio sua & si respectu ipsius. A.posit uitiosa reputari tamen respectu ipsius. B.qui ipsum spoliare non debuit nisi eo prius uocato & audito poterat canonica reputari & erat ei restituenda.
3 nec obstat sibi renunciatio.quia illam fecerat post spoliationem prædictam & ideo sibi non præiudicabat quo minus esset restituendus.ar.c.sollicitæ.de resti.spol.quæritur quid iuris ? Super hoc facto insurgebat unum dubiū. quia acceptatio prouisio & in possessionem inductio apostolici & collatio facta per ordinarium de beneficiijs permutatis inuicem ipsis. A.&.B.permutantibus factæ fuerant eodem die & non apparebat quæ primo factæ deberent præsumi.sed super hoc nō fuit multum inquisitum. Item oriebatur aliud dubium nūquid prædicta beneficia resignata ex causa permutationis ante secutam seu perfectam permutationem per ordinarium censeantur uacare etiam quo ad possessionem.hoc est dictum. nunquid resignantes beneficia ex causa permutationis in manibus superioris perdāt ipsorum possessionem antequam superior perficiat permutationem beneficiorum beneficium unius permutantium alteri cōferendo.& econtra. Et super hoc puncto dicebant quidam ꝙ non perdant donec secuta sit collatio per superiorem ipsis permutātibus. immo nec ante sit inducta uacatio quia resignatio quæ fit ex causa permutationis implicitam habet & tacitam conditionem.s. si permutatio subsequatur seu per alia uerba loquendo fit sub conditione ob causam.s.si & ubi resignans beneficiū alterius assequatur.ar.no.per Inno.& Hosti. de præben. inter cætera.in princ.Et quia ad essentiam permutationis non erat necessaria perditio possessionis donec peficiatur.Alij uero & quibus maior pars assentiebant & dicebant ꝙ immo per talem resignationem inducebatur uera uacatio & possessionis & proprietatis & nisi præcederet uacatio non esset possibile ꝙ fieret per superiorem inuicē permutantibus aliqua collatio cū collatio habeat fieri de beneficio uacante & ꝙ resignatio erat pura simplex &non conditionalis licet postea si non sequatur permutatio superior ex officio debeat eis restituere.Et in quæstione uidetur fuisse glo.in.d.c.inter cætera.super uerbo debeat.Alij uero dicebant ꝙ per talem resignationē perdatur proprietas non autem possessio .Et est ratio.quia perditio proprietatis seu uacatio quo ad proprietatem est necessaria.quia nisi prius uacauerit quo ad propietatem non posset sequi collatio hincinde fienda de beneficijs resignatis cum beneficia resignata anteꝗ uacent non possunt conferri. ut in.c.i.de concef.præben.sed perditio possessionis nō fuit necessaria.quia et beneficiū per aliquē possessum dūmodo quo ad proprietatē uacet potest bene conferri.sir in.c. licet epūs de præben. li.vi.& iuxta no.ꝑ Inno.de conce. præben.cū nostris.super uerbo irritū . Et ideo cū intentio renunciantis sit renunciare ob cām.s.ut obtineat collationē alterius beneficij . nec uelit aliquid ꝑdē nisi in euentū istius causæ iō non plus ꝑdat ꝙ̄ sit necessarium pro expeditione & impletione illius cāæ.cū ergo perditio possessionis nō sit necessaria donec secuta sit collatio.ut probatū est ergo ante nō ꝑdat.ad hoc facit iuriū cōcordia.ff.de acqui.pos.ut.l.ut in uacuā ꝙ̄ ita in cōcor. cū.l nemo.§.si furioso.tunc aūt bene perdet quilibet possessionē cū erit secuta collatio hincinde bñficiorū resignatorū.quia tūc ad exercutionē est necessaria ꝑditio possessionis.nā alias non posset fieri hincinde in possessionē inductio nisi prius possessio bñficiorū uacaret.ar.dicti.c.licet epūs.Sed tenētes præcedentē proximā opinionē.s.ꝙ oēs uacent ꝑ resignationē et ante collationē hincinde secutā Et dicūt ꝙ si per
4 dicē per talē resignationē ꝑprietas multofortius possessio. ꝗa facilius ꝑditus possessio ꝙ̄ proprietas.l.si quis ui.§.differētia.ff de acq pos. Itē quia resignatio debet esse pura & libera & simplex.cum tota permutatio dependeat potius & esse debeat a uoluntate & in potestate superioris in cuius manibus resignare debet quā ex partium uoluntate & potestate.ut no.Io.mona.de re.permu.c.i.ad quod facit de offic.deleg.ex parte.ij.ibi cum dicit. omnino.nec

obstat ꝙ sit ob causam.quia ex hoc non sequitur quin in-
ducatur uera & pura uacatio quo ad omnia. nec quin to
tum perdat & proprietatem & possessionem licet si causa
non sequatur possit agere ut causa impleatur.uel ꝙ dimi
sit sibi restituatur.sicut dicitur in contractibus in nomina
5 tis de quorum numero est permutatio ut per totum titu-
lum.ff.de.præscrip.uerbis. & de condi. ob causam. nam
dans ob causam bene transfert proprietatem & dominiũ.
& istud quo ad se perdet.licet causa nõ secuta possit age
re ad eius implementum.uel datum repetere. Et secundũ
istam opi.infertur una conclusio de qua solet dubitari &
consueuit.s.ꝙ sola renunciatione facta ex permutationis
6 causa.non tamen secuta permutatione quilibet possit nõ
redire auctoritate propria ad beneficium quod dimisit.
immo sit opus noua collatione.quia si per resignationem
fuit inducta uera uacatio. igitur permutatione impedita
opus erit noua collatione. cum ipso iure dominiũ seu ius
in beneficio non transferatur.sed est necessaria canonica
institutio.in qua est necessaria ordinarij seu superioris au
ctoritas.de renun.c.i.li.vi.Et ista opinio est tutior & secu
rior.ut quilibet obtineat nouam collationem. & auctorita
te superioris reuertatur.ar.de insti.ex frequentibus de præ
ben.eum qui.lib.vi.licet quidam satis colorate dicant ꝙ
non sit opus noua collatione. dicentes ꝙ licet resignatio
fuerit pura.tamen restitutio eius conditionalis erat seu re-
soluenda erat sub conditione.s.si permutatio non sequa-
tur & ideo illa conditione purificata fit resolutio ipso iure.
nec est opus noua collatione.arg.in simili de pacto adie-
ctionis in diem cum uenditio pure concipitur. sed resol-
uenda est pure sub conditione si resolutio concipiatur per
uerba in esse directa.puta res sit inempta.ar.extra de pign.
illo uos.&.ff.de in diem adiec.l.ij. C.de pac.inter emp.
& uen l.cum te.quæ iura concor.cum.l.commissione in-
fra eo.ti.& sic non solum absq; collatione noua quilibet
reassumet ius pristinum in suo beneficio.Sed etiam pote-
rit propria auctoritate ad illius possessionẽ redire. ad hoc
facit optime de præben.si beneficia.lib.vi.cum ibi no.per
Arch.& etiam probatur.quia quilibet potest rem propriã
si illam uacantem inueniat propria auctoritate recipere.
ut no.C.unde ui.conquerebatur.ad hoc bene facit etiam
quod no.Inno.extra de arbi.ex parte.in fi.col.prima.im-
mo etiam plus dicitur ꝙ in permutatione non sit necessa-
ria aliqua collatio noua ipsis permutantibus. de permu-
tandis beneficijs faciẽdis.immo statim sicut ex cã permu
tationis beneficia resignarent̃ & habent animũ permutan
di si superior illã admittat absq; alia collatione transferãt
ea inuicẽ in alterutrũ iura bñficiorũ & statim eoipso pmu
tatio est perfecta.& ita no.Inno.de præbẽ.inter cætera.&
Io.mo.de re.pmu.c.i.li.vi.& sic etiam dicendum uidere
tur ꝙ sicut sine noua collatione a superiore ipso iure pmu
tatione admissa permutantes ius habent in beneficijs per-
mutatis.sic dicendum uidetur ꝙ si superior illã non admit
tat seu permutatio alias impediretur quilibet absq; noua
collatione suum ius pristinum in beneficio retinebit. Sed
licet ista conclusio de qua proxime dictum est sit uera si
supponitur alia conclusio Inno.de qua.s̃.dixi. uidelicet
ꝙ resignatio sit conditionalis.tamen.de facto non seruat̃.
immo quottidie permutantes pure & simpliciter resignãt
beneficia ex causa permutationis.& ũ superior illam ad-
mittit & uelit permutationẽ expedire & pficere cõfert no
uiter hincinde beneficium unius alteri.si uero non admit
tat.uel ex causa admissa resignationi nõ perficiat̃.permu
tatio dat unicuiq; licentiam ad suũ beneficium redeundi
absq; datione alterius executoris.super reductione in pos
sessionem pristinam facienda.& non facit aliam collatio
nem.sed ista licentia habetur pro collatione noua si qua
ibi sit necessaria. & quilibet ibi sit quasi executor ad rem
suam.ad hoc bene facit quod no.Inno.de conces.præbẽ.
cõ nostris.circa fi.gl.magne. ubi potest iudex illi pro quo
7 tulit sententiam dare licentiam propria auctoritate rem re
cipiẽdi sibi adiudicatam.ad hoc etiam facit.ff.de lega.ij.
l.titia cum testõ.§.lucius.cum ibi no.&. C.de pig.credito
res.facilius enim absq; noua recollatione resumit quis ius
in beneficio quod primitus habuerat quam nouiter acqui
rit.ar.extra de consti.cum accesissent.cum iuribus ibi al
leg.in ult.glo.& ar.de libe.& postu.l.filio quem pater.sic
etiam in testõ.quia facilius reassumit uires suas pristinas
q̃ nouas acquirit.ar.ff.de serui.l.quo liber.§ testõ.qui mo.
testa.§.testm̃.contra quæ ita cõcordant cum.l.diuus.eo.
ti.ad hoc etiam facit concor.l. C.de posthu.he instit.l.ij.
quæ ita concor.cum.l.postumus. &.l. filius.ff.de iniusto
rup.& irrito testa.ad quod iuuant & adminiculantur reli
qua pristina iura.ar.ff.de qõ.unius.§.seruus.Redeo ad pri
mum punctum nunquid ille expectans sit restituendus.
dictum fuit ꝙ sic nisi ibi obstaret renunciatio. quia ẽt pen
dente negocio permutationis quam tempore huiusmodi
ipse prætendit factam in fraudem potuit acquirere & ac-
quisiuit coloratam possessionem. immo & uerum ius.si
hoc uerum fuit ꝙ permutatio fieret fraudulentur s̃m com
munem opi.quæ seruatur illorum qui dicunt ꝙ resignatio
facta fraudulentur permutationis causa si fiat in fraudẽ
expectantium non noceat expectantibus. sed nocet resi-
gnantibus.& sic uacent beneficia per talem resignationẽ.
& possunt acceptari per acceptantes ar.de renunc.c.ij.l.
vi.nõ obstat decre.i de re.permu.li.vi.quia ibi in permu
tatione non fraudulenta.si ergo habet possessionem colo
ratam ergo erit restituendus.ar.no.in.c.licet.per Archid.
de præben.lib.vi.& der Inno.in.c.in literis.de resti.spol.
Quod tamen dixi renunciationem permutantium factã
8 in fraudem non nocere expectantibus quo minus accepta
re possint beneficia sic renunciata.intelligo uerum si re-
nunciatio fiat extra curiam.secus si in curia propter reser
uationem.quia talia beneficia non cadunt sub gratia ge-
nerali expectantium.ut.c.ij.de præben.li.vi. tamen bene
dictum fuit ꝙ renunciatio licet sit facta post spoliationem
sibi noceat. ex quo renunciauit petitioni restitutionis &
cum iuramento.arg.no.per Inno.in.c.super eo.de renũ.
& præsertim ꝙ ius suum multum erat dubiũ.& ideo talis
renunciatio facilius debet sibi nocere quã si certum esset.
non obstat.c.sollicite.quia loquitur in renunciatione solũ
possessioni.secus hic.quia renunciauit etiam petitioni re-
stitutionis.Item hic in habente ius dubium. ibi in haben
te ius certum.

DE SOLVTIONIBVS.

Summarium.

1 Clericus obligans se simpliciter non obligat fructus be-
neficiorum suorum nisi in utilitatem ecclesiæ uersum sit
debitum.

Epithome.

2 Clericus habens administrationem potest fructus be-
neficiorum obligare.
3 Clerici simplicis fructus etiam post mortem possunt cre
ditoribus applicari.

Decisio. I. alias. 330.

NOTA quod clericus
obligãs se simpliciter nõ
obligat fructus beneficio
rum suorum ad hoc ꝙ
ratione obligationis fru-
ctus debeant creditori-
bus applicari.nisi in uti-
litatem ecclesiæ debitũ
esset conuersum.no.Ar-
chi.in.c.statutum.super
uerbo proprio.de rescri.
li.vi.& Inno.& Hosti.in
c.peruenit de fideiuss.li
cet aliquando auditor camere teneat contra quia pro de
bito fructus beneficiati debitoris sequestrantur.no per Ho
2 sti.in.c.præterea.in fi.de censi. uel dic ꝙ aut est clericus
habens administrationem. & tunc fructus beneficiorum
potest obligare.cum tamen sit usufructuarius. ar.no.per
Host.in.fi.de peculi.cleri.ubi esset simplex clericus etiam
3 post mortem suam fructus creditoribus possunt applicari
quia illi semper æquiparantur usufructuario.ar.no.in.c.
præsenti.de offi.ordi.li.vi.& ista possunt habere locum in
clericis secularibus.quid in religiosis forte esset aliud.per
c.in monasterium.de re.eccle.non alie.in cle.&in talibus
religiosis possunt glo. Inno.& Hosti.intelligi.& gl.Arch.
DE

DE DONATIONIBVS.

Summarium.

1 Pater poteſt dare licentiam filio ſuo diſponendi in pios uſus.

Epithome.

2 Rogor iuris non ſeruatur quãdo fit diſpoſitio circa pias cauſas ſecus ſi circa prophanas.

Deciſio. I. alias. 249.

NOTA quod pater poteſt dare licentiam filio in poteſtate cõſtituto diſponendi de aliquibus bonis diſtribuẽdis i pios uſus. & ualebit talis diſpoſitio.arg.c.licet in fide ſepul.li.vi. cũ ibi no. per Archi. & habebit effectum iſta diſpoſitio donationis cauſa mortis licet de iure ciuili uideaẽ contra. per.l. cum hijs. cum ibi no.de dona cau.mor.&.l.filiusfa.§.fi.co.ti.& maxime ſi pater concedit filie dotem habenti.quia cum ſit ꝓprium patrimonium mulieri uideretur magis ſibi conce‐
2 di diſpoſitio quam ſi nihil haberet. Item rigor iuris nõ ſeruetur quãdo fit diſpoſitio circa pias cauſas. ſecundum ꝙ ſeruaretur ſi foret circa prophanas ut.c.cum eſſes. &.c.relatum.de teſta.

DE TESTAMENTIS.

Summarium.

1 Legatarius an poſſit cõtinuare proceſſum inchoactum per teſtatorem?

Epithome.

2 Procuratio litis de perſona in perſonam non transfertur niſi in hæredibus & uniuerſalibus ſucceſſorem uel in dominus uel a filio in patrem.

Deciſio. I. alias. 451.

NOTA an poſſit legatarius continuare proceſſum inchoatum per teſtatorem uel oporteret eum de nouo incipere proceſſum ſi primũ cõtinuauerit ualeat ꝓceſſus. hoc eſt an ꝓceſſus inchoatus directa competen. teſtatori poſſit continuari proceſſus. immo ſit opus omnia de nouo iterari.ar.no.per glo.ff.de procura.quæ omnia in arg.glo.per hoc ꝙ non transferetur procuratio litis de perſona ad per‐
2 ſonam niſi in hæredibus uel uniuerſalibus ſucceſſoribus uel in dominos qui per procuratores agunt uel a filio in patrem.ut no.per Innoc.de iudi.quia v.& ubi alle.iura. ad quod agens directa alio modo agit quam agens utili. & aliud eſt mediũ concludendi inutili quam in directa. cum ergo tali negocio non competat niſi utilis actio ex legato nominis.igitur &c.&hoc ſatis poteſt induci per no. per Cy.C.de act.& ob.li.l.i.in.vi.q.

Summarium.

1 Verbum ſtatim reuertitur ad terminum iuris.

Deciſio. II. alias. 652.

SI aliquis teſtator ordinauit in ſuo teſtamento aliquã capellaniam & dotauit.& approbata fuit per ordinarium qui uoluit illa uice.ꝙ poſt eius mortem ille cui dimiſit ius patronatus ſtatim præſentaret ad illam clericum idoneum.poſtea uero quãdo uacaret alijs uicibus ad dictam capellaniam præſentaret infra terminum iuris perſonam ſufficientem iuxta quod quæritur ſi dictus patronus erit priuatus iure præſentandi illa uice ſi ſtatim non præſentet poſt mortem teſtatoris uel refertur ad terminum iuris. tenet rota ꝙ in prædicto caſu ſufficit ꝙ infra dictum terminum iuris præſentet & cum hoc debet intelligi ſeu reduci uoluntas dicti teſtatoris non obſtante dicto uerbo ſtatim.Item ſic debet intelligi ſeu interpretari ad excitandum dictum terminum iure ſolum.ſecus autẽ eſſet ſi dictus teſtator a ppoſuiſſet infra mẽſem uel aliquos dies poſt uerbum ſtatim.de cuius materia no.in.c.quia ꝓpter.ſuper uerbo mox.extra de elec.

Summarium.

1 Fructus beneficiorum habentis licentiã teſtandi an tranſmittantur in ſucceſſorem uel executorem teſtamenti.

Deciſio. III. alias. 560.

VTrum fructus beneficiorum percepti per cardinalem in uita uel quencunqꝫ beneficiatum habẽtem licentiam teſtandi de bonis eccleſiarum trãſmittantur in ſucceſſorem in beneficio. uel pertineant ad executorem teſtamenti.de hoc.no.in.c.præſenti.de offic. ordin.

Summarium.

1 Teſtamentum in quo ordinatur beneficium ſacerdotale.& teſtator diſponit ꝙ talis.xiiij. annorum illud habeat etiam antequam ſit ſacerdos ualet.

Deciſio. IIII. alias. 662.

ET eſt ſciendum ꝙ ſi aliquis teſtator ordinet in ſuo teſtamento beneficium ſacerdotale & dicat uolo ꝙ talis.xiiij.annorum uel minor ætatis habeat beneficium meum.& interim ꝙ poſſit eſſe ſacerdos ꝙ talis ordinatio teſtamenti tenet & ualet.& ita tenet rota.

Summarium.

1 Inuentarium curatoris quod ſe refert ad inuentarium factum per illum qui fuit tutor ualet.

Deciſio. V. alias. 887.

VTrum inuentarium factum per curatorem datũ adulto quod ſe refert ad inuentarium tutorum ſit ſufficiens.puta dixit curator. inuentarium facio.& inueni in illis bonis illa bona quæ ſunt deſcripta in inuentario. quod fecit talis qui fuerat tutor illius adulti cum eſſet pupillus.Quæritur nunquid illud inuẽtarium ſit bonum.uel an ſit neceſſe ſingula enumerare? quidam dicebant ꝙ eſſet neceſſaria ſingularum rerum expreſſio. propter earum rerum medio tempore mutationem augumentationem forte uel diminutionem. Alij uero non reputabãt neceſſe res exprimere immo talis expreſſio eſſet ſufficiens.quia refert ſe ad certum.ar.l.in ſumma.ff.de re iudi.C.de ſen.quæ ſine cer.quan.l.ii.ff.de uerbo.oblig.ubi autem.§.ſed qui unum.niſi alias conſtaret de mutatione augumentatione uel diminutione.quia debet intelligi eſſe eiuſdem qualitatis & bonitatis cuius tunc erat imputandum eſſet ſibi ſi forſan eſſent diminute uel deteriorate. ar.l.ſi.&.c.arbi.tute.

Summarium.

1 Fratres hæres inſtitutus ſi præmoritur ante teſtatorem

filiæ eiusdem testatoris incertis tantum rebus institute capiunt totum per ius accrescendi.

Epithome.

2 Substitutio breuiloqua continens duas uulgares & duas pupillares ad omnia extenditur.

3 Substitutio facta institutis particulariter in rebus certis an extendatur ad hæreditatem uniuersalem eis accrescentem?

4 Institutis duobus hæreditatibus altero grauato fideicomissario & altero non. & portio non grauata accrescit grauatæ nō ppter hoc portio non grauata cēsebitur grauata.

5 Fastidiæ an sit locus quando portio uniuersalis hæredis instituti non grauata accreuit portioni grauatæ.

Decisio. VI. alias. 864.

Testator instituit fratrem suum uniuersalem hæredem. & duas filias quas habebat instituit particulater hæredes in certis rebus easdemq; filias inuicem substituit. demum moritur frater uniuersaliter institutus. & postea testator superstitibus filiabus. Quæritur primo utrum uniuersalis hæreditas in qua frater testantis fuerat institutus filiabus accrescat? credo q sic. per no. p Cy. C. de hære. insti. l. quoties. Item quæritur nunquid substi-
2 tutio breuiloqua filiabus facta extendat se etiam ad istam hæreditatem accrescentem. uel solum accrescat ad portiones in quibus fuerant particulariter institute. & credo q ad totam hæreditatem etiam accrescentem extendatur. quia aut filie erant impuberes. & tunc breuiloqua continens numero quatuor substitutiones. duas uulgares & duas pupillares ad omnia extenditur: quia sine altera eorum ueniat ad substitutionem uirtute uulgaris. cum ista sit quædam secūda institutio erit perinde ac si in ista parte seu re ad quam uenit per uulgarem fuisset particulariter instituta. & sic cum particularis institutio habeat ius accrescendi. etiam habebit iure accrescendi partem hæreditatis sorori cui substituta est ratione illius particularis institutionis accrescere debentem. Si uero ueniat ex pupillari post aditam etiam totum habebit cum in illa ueniāt omnia bona etiam pupillaria. ut instit. de uul. & pupil. §. non solum. aut filiæ erant puberes. tunc uel una pubes altera impubes tunc cum breuiloqua substitutio solum cōtineat duas uulgares. etiam omnia ueniunt per rationem quam supra proxime dixi iuncta. l. quamuis. C. de impu. & alijs sub. & l. iam hoc iure. ff. de uulga. si autē post adi-
3 ta trahetur ad fideicō. an uideantur inuicem commissarie substitute. dic q non in dubio. quia cum fideicommissarij importet grauamen non est uerisimile testatorē filias suas grauasse. nisi expresse constet de uoluntate testantis. ar. l. cohere. §. cum filiæ. de uulga. & istam partem tenet Cy. in. l. præcibus. in materia breuiloque. in ultima quæstione & Ray. de forliuio in tractatu breuiloque in quæstione. sed quid si apparet de mente testantis si uoluit illam inuicem substituere etiam post aditam fideicommissar. puta quia sic substituit inuicem si decederent sine liberis. quæritur tunc an substitutio fideicommissaria restringat ad ea solum in quibus fuerunt particulariter institute. uel an etiā ad hæreditatem uniuersalem eis accrescentem extendatur. & uidetur quod debet extendi ad omnia quia in fide commissaria uniuersali ueniunt omnia quæ hæres capiti iure hæreditario. ff. ad trebel. in fideicommiss. §. quotiens. præsertim quia sunt filiæ & inuicem sorores. & ideo latius uidetur extentio facienda quasi per eam substitutionem testator legitimarum hæreditatum uidetur inter eas conseruare. C. de insti. impu. & alijs substitu. cum quidam. & in habentibus simbolum. & cætera. Tamen crederem cōtra. in uia iur. quia ab initio cum fuerant substitute inuicem fideicommissar. & sic grauato fideicōmisso non erāt institute nisi particulariter in certis rebus. & ita plus grauari non poterant. nec ad plus poterat se extendere fideicommissaria substitutio. C. de fideicommiss. l. ab eo. ff. de uulga. cohere. §. cum filie. in fin. licet igitur alias pars uni-
4 uersalis institutionis accrescat eis non in plus extendatur substitutio. quia licet institutis duobus hæredibus altero grauato fideicommissario. & altero non. & portio non grauata accrescat grauate non propter hoc portio non grauata censebitur grauata. immo sufficit quod restituat partem de qua fuit grauatus. si enim aliam partem grauare uoluisset & fideicommisso restitui hoc utiq; dixisset. ut. l. i. §. finautē ad orficia. C. de cadu. tol. Item ratio quæ est extendi institutionem particularem filiarum ad totum ne decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. per. l. i. C. si ex fundo cessat in fideicōmissaria substitutione. quia si stricte intelligatur ad portiones in quibus facta fuit nullum inconueniens sequeretur. igitur & cætera. quia cessante ratione legis & cætera. ut. l. adigere. §. quamuis. Item in dubio non est interpretandum ut uoluerit filias duplici onere prægrauasse. ut. l. titia. §. qui. in uita. ff. de legat. ij. non obstat. l. in fideicommissario. §. quotiens. ad trebell. supra all. in contrarium quia ibi loquitur ubi hæres unicus grauatur de tota hæreditate restituenda per fideicommissaria. & ibi non sibi iure ueniant omnia quæ capit iure hæreditario. hic loquitur ubi ab inicio fuerint plures instituti ut solum aliquos grauauit. & ideo solum illorum portio quæ fuit relicta grauato fuit grauata. & non alia quæ fuit relicta non grauato. Item ibi loquitur in fideicommisso uniuersali. hic uero loquitur in particulari fideicommisso. quia hoc non potest dici fideicommissum uniuersale quod fit in certis rebus. & relinquatur a particulariter instituto qui habetur loco legatarij. ut dicta. l. quotiens. Non obstante quod sint filiæ & sorores & alias inuicem ab intestato successiue. quia ideo minus est interpretandum & laxandum grauamen. & quia non est magnum præiudicium si non habeat uirtute fideicommissariæ substitutionis. cum etiā alias sint habiture uerisimiliter. unde inter tales non ita sunt qualitates onerosæ laxandæ. nec sunt large interpretandæ facit. ff. de uulga. si filius qui patri & sic ex præmisis supposita hac opin. quod dicta substitutio sit iudicanda particulariter fideicommiss. non uniuersalis. nec transitent atque actiones in fideicommiss. sicut in uirtute particularis institutionis transibant. ut. l. i. §. si heres precepto fundo. ff. ad trebell. & dicta. l. quotiens. C. de here. inst. & quod ubi esset locus detractionis alicuius quartæ quod erit falcidia detrahenda. non autem trebellianica tanquam delegato uel fideicommisso particu-
5 lari & non uniuersali. sed an in hoc casu erit locus falcidie detractionis. credo quod non. ex quo huic portioni grauate accreuit portio uniuersalis heredis instituti non grauata per dictam. l. quod si alterutra. & idemptitate rationis. idem crederem de legitima quod non esset detrahenda. ex quo per uniuersale accrementum habet quod sibi sufficit etiam ad legitimam. alias uero legitima detraheretur. quia in illa grauari non potuit. & ideo si uniuersale accrementum non sufficit pro falcidia & legitima crederem quod eatenus quod non sufficit posset detrahere ut. c. si pater. de testamen. li. vi. sed quid diceres si ab inicio aliquis solus fuisset institutus in fundo & rogatus per fideicommissarium illum fundum alteri restituire. Queritur nunquid sicut institutio extenditur ad totam hæreditatem. per. l. i. §. si ex fundo. sic & substitutio? uidetur quibusdam quod sic. ex quo per eadem uerba fideicōmiss. sicut institutio fit. ergo sicut ius rem extēdit institutionem. sic & substitutionem. Credo per præmissa cōtrarium. quia institutio ideo extenditur ne decedat testatus pro parte & pro parte intestatus. quæ ratio cessat in substitutione ad fideicommiss. seu in fideicommiss. Item non reperio legem extendentem fideicommissariam fundi ad totam hæreditatem. sicut reperio de institutione facta de fundo. ergo erubescerem dicere sine lege. Item in dubio non uidetur eum duplici onere prægrauasse. ut dicta. l. titia. §. qui in uita. Item in dubio non debemus interpretari grauamen & illud extendere nisi alias constet de mente. argumen. dicte. l. cum hæredi. §. cum filie nec cogunt rationes in oppositum. nec prima propter rationem diuersitatis quam dixi. nec secunda. quia sufficere debet fideicommissum si sibi in uno solo quod relictum est consulatur. argumen. l. tutori. de nego. gest. Itē supponitur quod sit dubium de mente testantis. & interpretatio quæ fit in extensione substitutionis particularis ad omnia potius fit a iure præter uel contra mentem testatoris ut cesset inconueniens illius regule iuris. ius nostrū &c. quæ ratio cessat in fideicommisso. igitur præter uel contra mentem testantis non fiat interpretatio extensionis.

nis.Sed an de tali legato seu fideicommisso fundi se extẽdat ad dodrantem totius hæreditatis, poterit detrahere quartam falcidiam.credo quod sic.quia ex interpretatione iuris est heres uniuersalis.& pro hoc uidetur text.in.l. ex facto.ii.in uersi.& si forte falcidia.ff.de heredi.insti.

Summarium.

1 Fiscus ecclesiasticus cupit bona clerici absque hærede decedentis.

Epithome.

2 Ecclesia habet fiscum.
3 Clericus an quis probetur, ex quasi possessione clericatus?

Decisio. VII.alias.865.

MOrtuo Ticio absque hærede ex testamento, uel ab intestato curia principis secularis accipit bona prætendens fiscum debere succedere deficiẽtibus ceteris.curia autem ecclesiastica prætendens istum Titium fuisse clericum & in possessione clericatus uendicat illa bona dicens ad curiam ecclesiasticam pertinere debere. Quæritur primo an supposito quod fuisset clericus curia ecclesiastica bene dicat.uidetur quod sic.quia
2 ecclesia habet fiscum.xvi.q.iiij.quisquis.& .c. si quis deinceps.& extra de præben.præsbyteri.credo quod uoluerit allegare.cap.quia diuersitatem.de concessio. præben. in glo.antepenul.ubi uide.& in cle.pastoralis.in fin.de re iudi.per dominum Antonium de butrio.& ar.xij.q.ii. aurum.sicut etiam hæc sonant.xvi.q.prima ecclesia. & in palea constantinus.xciiij.di. Item quæritur secundo an sufficiat curie ecclesiastice tunc probare illum esse in possessione clericatus si illum fuisse clericum negetur.& nisi probetur per curiã secularem ipsum fuisse laicum. & ui-
3 detur quod sic.quia possessio clericatus releuat curiam ecclesiasticam a probatione tituli.per capi. si iudex. de sen.excom.li.sexto.quia in probatione alicuius præambuli sufficit probare possessionem. cum tunc non requiratur ita exacta probatio sicut requiritur super articulo pricipali.ut no.per Cy.C.ubi causa facta.l.prima.in quinta quæstione.C.quæ sit lon.consuetu.l.secunda.circa finẽ. §.expediti sumus.in cap.abbate.de uerbo.signi.etiam qđ dixi.ff.si serui.uen.sicuti.§.licet.si quæritur. Item etiam ad hoc facit quod no.Innocen.de uerbo. signi. ueniens. In contrarium uidetur quod immo habeat plene probare clericatum & titulum.nec sufficiat summaria cognitio & probatio.C. quorum bonorum.l.prima præsertim cum est mortuus clericus ille.unde titius non potest dici in possessione clericatus.igitur possessio præterita non releuat ab onere probandi cum iura loquentia de possessione releuant ab onere probandi &c.loqui uideantur in præsenti non in præterita possessione.

Summarium.

1 Testamentum factum per eum, cui tanquam prodigo fnit ad iudicia litis datus curator & pro tali habitus & reputatus.non ualet nec admittitur substitutus ad probandum illum non fuisse prodigum.

Epithome.

2 Impedimentũ non præstat ꝙ de iure non sortitᵉ effectũ.
3 Testamentum ut ualeat in dubio interpretari debemus.
4 Veritas plus inspicienda est quam falsitas uel opi.
5 Approbatum per me non reprobo.
6 Allegans contraria non est audiendus.
7 Venire contra factum suum ne quis possit.
8 Allegans turpitudinem propriam non auditur nisi uertatur periculum animæ uel fauore libertatis.
9 Admittendus non est ueniens contra illa quæ facere procurauit.
10 Actus nullus in præiudicium facientis illum uel fieri ꝓcurantis tenet.
11 Confessionem factam in uno iudicio tenetur confitens seruare illam in alio.

Decisio. VIII.alias.866.

TItius & Meuius amici cuiusdam senis suggesserunt iudici illum esse decrepitum & propria dissipasse.& propterea prodigum dissipatorem & dilapidatorem bonorum suorum. & ut tali obtinuerunt sibi bonis interdici.ac unum ex eis curatorem dari. scilicet Titium.qui Titius datus curator curam eius rexit & gubernauit usque ad mortem ipsius senis.ueruntamen dictus senex ad mortem ueniens de auctoritate Titii curatoris sui fecit testamentum in quo quandam filiam quã habebat instituit.qua siue liberis decedente dictos Titiũ curatorem & Meuium substituit.tandem eo mortuo & filia sua instituta postea.& sic adueniente casu substitutionis.dicti Titius & Meuius uirtute substitutionis petũt hæreditatem.& ab alia parte ueniunt ab intestato proximiores in gradu.& opponunt se dicentes ad illos libere pertinere hæreditatem ab intestato.quia testamentum dicti senis non ualuit tanquam factum per prodigum cui erat interdicta bonorum administratio.& dati curatores illi replicant.dicentes illum tempore dationis curatoris & interdictionis.nec etiam ante.nec tempore conditi testamẽti.& mortis reuera prodigum fuisse.immo discretum sane mentis & auarum potius.Et de illa materia dant bonos articulos prætendentes illam interdictionem & curã fuisse obrepticias.& nullius momenti. & sic per consequens testamentum tenuisse. Alii uero dixerunt quod cũ iudici ila pro ueris suggesserint.& toto tempore senis illum pro tali habuerant.non sunt admittendi ad probandum contrarium tanquam contrarium.& propriam turpitudinem allegantes.& ulterius quia præsumuntur dolosi.& præmissa omnia ideo procurasse ut secundum uoluntatem suam sibi fecerunt condere testamentum. Quæritur quid iuris?an articuli sint admittendi?& uidetur qđ sint admittendi.quia si uerum est quod continetur in articulis.scilicet ipsum non fuisse prodigum.sed sane mentis interdictio & curatoris datio fuerunt nulle.iuxta.l. sepe. §.egisse.&.l.tutor qui petitus.ff.de tuto.& curato.da. ab hiis.iuncta no.per Cy.C.de peti.heredi. si putas. &.l.ii. C.quando prouo.non est necesse.& per consequens testamentum tenuit tanquam factum per hominem sane mẽtis.nec illi obfuit senium iuxta.l.senium.C.qui testamẽ. fa.poss. Item inter diuersas personas & in diuersis instantiis & iudiciis quis admittitur ad allegandum contraria. ut.l.pompinianus.§.sed nec impuberi.ff.de inoffic.testa. iuxta notata per Cy.C.de furtis.l.i. Item ubi factum de iure est nullum facienti nihil præiudicat.ff. quod quisqȝ iure.l.prima.immo potest nihilominus contrarium postulare uel allegare.ff.qui ut indignus.post legatum.§.i. de bo.lib.l.nam absurde.igitur si interdictio & curatoris datio est nulla ipso iure.quod probatum est in articulis. nõ obstante quod illam fieri procurauerit nihilominus admittitur ad contrarium allegandum. Item ubi factum est nullum ipso iure quis admittitur contra factum suum. C.de sacrosanc.eccle.l.iubemus.§.sane.C.de agri.& cẽ. l.quemadmodum.extra de rebus eccle.non alle. si quis præsbyterorum. Item etiam non obstat eis quia dolose induxerunt testantem.quia non cõstat de dolo qui in dubio non præsumitur nisi probetur. Item etiam licitũ fuit eis illis uerbis blandis actionem testantis in se prouocare C.si quis alie.testa.prohi.l.fina.&.ff.eodem ti. Item non possunt dici incidisse in illum titulum.quia nõ prohibuerunt illum testari.nec compulerunt ad sic testandum qđ fuit necesse.argumen.C.si quis alie.testamen.prohi.l.i.& quod no.ff.quod metus causa.in rubrica præsertim cum etiam testantibus testamentum relinqui possit.C.de testamen.de talibus nec in titulum.de hiis qui sibi attribuunt. quia testamentum non scripserunt quod est necesse secũdum materiam illius tituli. Item si datio curatoris & interdictio nullius momenti sint prout sunt. si fuit sane mẽtis.ergo testamentum factioni nõ præstat impedimẽtum.
2 quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum.ut in regula non præstat.libro sexto.&.ff.de lega.i.si seruus.eodem.§.si seruus.de condi. & demonst. hæc conditio.de iurepatro.illud.&.c.fina. cum concor.

Item in dubio potius interpretari debemus ut testamen-
tum ualeat & non pereat. quod erit si admittatur ad pro
bandum articulos. ergo & cetera. ar. l. quociens. ff. de re-
bus dubiis. præsertim fauore ultime voluntatis. C. de sac.
san. eccle. l. prima. præsertim ne fiat præiudicium testan-
tis cui erat dedecus si dicatur prodigus & intestatus de-
cessisse. ar. l. & quia. de interro. actio iusti. qui maio. accu.
poss. uel no. §. i. & propter istud interesse ne quis intesta-
tus decedat permittitur sibi de iure instituere seruum ne
cessarium etiam in fraudem creditoris. quod alias non p
4 mitteretur uti ibi. Item plus inspicienda est ueritas quã
falsitas uel opinio. C. plus ualere quod agitur. per totum.
ff. de interro. actio. de etate. §. fi. Item fuit eis permissum
adinuenire cautelam per quam sibi potius prouiderent.
ut facit. ff. de lega. ii. cum pater. §. titio. iuncta nota. C. ar-
bi. tute quicquid facit de damno infecto. proculus. cum
concordan. præsertim cum uenientes ab intestato proprie
non certant de damno. sed de non lucro. nec appareat ꝙ
induxerunt testantem ad sibi non relinquendum. In op-
positum uidetur. si teneamus opinionem quorun-
dam glo. articuli etiam probati non releuarent. Nam
dato quod reuera fuerit discretus & non prodigus. nihil
ominus interdictio sibi facta & curatoris datio tenuerunt
ipso iure. ex quo non fuit iuris error expressus in sententia.
vt tenet glo. institu. quibus non est permissum facere testa
mentum. §. item prodigus. & dicta. l. seye. agresse. ff. de tu
to. & curato. dan. ab hiis. licet dubitatiue loquatur. in. l. is
cui. ff. de ope. leg. & sic per consequens ualere non pote-
rat testamentum præsertim propter acerbitatem rei iudi
cate. ar. l. sed mo. in tuto. §. cum prætor. de statu homi. ff.
de lib. agno. l. cui in principio. de inof. testamen. l. posthu
mus. §. si quis ex hiis præsertim. aut non uidetur ualuisse
testamentum etiam si datio curatoris & interdictio forẽt
nulle ipso iure. quia tempore testamenti talis senex cui
fuit interdictũ. ut curator datus dici poterat de statu suo
dubitans. an esset homo sui iuris. uel liberi arbitrii. uel an
subiectus saltem iuris potestati. cum nondum fuisset de-
clarata nullitas tempore testamẽti. immo prodigo & sub
iecto curie reputabatur. & erat talis dubitatio quod in al
terum membrum suæ dubitationis eum reddebat intesta
bilem si uerum esset. ergo &c. ar. l. de statu. ff. de testa. Et
dato quod omnia præmissa cessarent. & quod reuera fuis
set sane mentis & discretus. nec ualuerit ipso iure interdi
ctio. nec curatoris datio. & quod ipse testator de hoc nõ
dubitauerit. & per consequens quod ipso iure ualuerit te
stamentum. adhuc uidetur quod isti Titius & Meuius q
interdictionem & curatoris dationem falsas prætendentes
ipsum prodigum fieri procurauerit hoc in contrarium nõ
ualeat allegare. nec allegantes sunt audiẽdi. quia ex quo
semel ut talem prodigum illum approbauerint. non pos-
sunt illum in diuersis iudiciis. uel contra alios reprobare.
ut est ar. C. de testi. si quis testibus cum ibi notatis. quia
5 quod approbo non reprobo. &c. ff. de nego. gest. pompo-
nius. cum concordan. Item allegans contraria non ẽ au
6 diendus. C. de fur. l. si seruus. exce. la prima de appella. so
licitudinem Nec obstat. §. sed impu. quia ibi utrunque est
7 uerum. Item quia ubi aliquis facit quod non est prohibi
tum a iure. sed alias non debitum fieri de iure communi
non potest uenire contra factum suum. sic concordat gl.
ff. de adop. post mortem. & innuit Innocen. de electione
nosti. modo. dari curator non prodigo. uel sibi bonis inter
dici non est specialiter a iure prohibitum. licet de iure cõ
muni non sit permissum. ergo. & cætera. Et iura quæ ad
illam rationem allegantur incontrarium loquuntur in ex
8 presse a iure prohibitis. Item allegans turpitudinem pro-
priam non est audiendus ubi non uertitur periculum ani-
mæ. uel non est fauor libertatis uel animæ. extra de dona.
inter dilectos. cum notatis. C. de libe. causa. l. prima. Itẽ
9 non est quis admittendus ueniens contra illa quæ facere
procurauit. C. de rebus credi generaliter. i. Item quod qs
quis sua voce dilucide protestatus est & cætera C. de nõ
numera. pecu. generaliter in fine. extra de prob. per tuas.
Item licet dicta interdictio & curatoris datio ipso iure nõ
tenuerint in præiudicium illius senis uel aliorum. uel etiã
in se tamen in præiudicium ista procurantium. & quo ad
res uidetur quod ista conuenerint. Nam aliquando etiam
10 actus nullus ipso iure. in se tamen tenet in præiudicium
facientis uel procurantis. ar. C. de prædiis minorum. & si
is. cum ibi notatis. C. de sacrosan. eccle. auten. qui res iã
dictas. extra de rebus eccle. non alienandis. si quis præsbi
terorum. cum ibi notatis per Innocen. in auct. de non alie
nan. §. quia vero leonis. vbi contractus de rebus minorum
vel ecclesiæ factus tenet in præiudiciũ facientis si sit nul
lus in se. & quo ad ecclesiam. Ad hoc facit insti. de auct.
tut. §. i. extra de renuncia. quod in dubiis. cum ibi notatis.
ff. de dolo. eleganter. §. j. in quibus contractus uel renun-
ciatio in se inualida tenent in præiudicium unius partis
si alia pars uelit. scilicet in præiudicium contrahentis &
minorum & renunciantis & dolosi. quo ad illos enim po-
test dici istum deberi prodigum reputari. qui quantum in
ipsis fuit illum prodigum faciebant. facit. ff. de dona. in-
ter uirum & uxorem cum hic status §. si socer. ff. de repu
di. l finali. in principio. cum ibi notatis. de conuer. coniu.
quidam intrauit. &. c. placet pro ista parte bene potest in-
duci ff. de contratabul. non putauit. §. si quis in sua ma-
nu. ff de fal. l. uxori. §. i. & . l. impuber. §. fina. eodem ti. ff.
de posi. sed & quis se. de posito obtulit. Item impetrans
uel obtinens ius nunquam contra aliquem illo. & contra
se uti tenetur. Et alii etiam aduersus quos non impetrauit
possunt uti eoipso contra ipsum. ff. quod quisque iure. l.
tertia in principio. § huius pœna non obstante si dicatur
quod impetratio non tenuit ipso iure. nec habuit effectũ.
quia immo in casu isto tempore istius senis habuit effe-
ctum saltem de facto quia semper fuit prodigus reputa-
tus. & subiectus potestati curatorum. & sic non obstat lex
i. §. j. quod quisque iur quia ibi non habuit aliquem effe-
ctum. etiam de facto. Item ex quo eum pro tali habue-
rant & reputauerant uiuentem. uidetur etiam quod nunc
debeant talem reputare mortuum. ar. ff. de excep. doli.
apud celsum. § i. Item ex quo pro tali fuit eis reputanti-
bus publice habitus & reputatus. adhuc uidetur quod in
eorum præiudicium talis debeat reputari. argumen. in au
cten. de nup. § si uero ab inicio. ut li. ma. & auie. §. ad hoc.
colla. viij C. de lati. libe. tollend. §. sed & qui domini su-
mus. &. §. simili quoque modo. Item ex quo talem asse-
ruerunt in ipsorum præiudicium eorum assertioni est stan
dum. ff. de edil. edic. si quis uenditor. de ac. emp. nihil. si
uenditor. Item in præiudicium eorum quod in se est ua-
lidum. scilicet datio curatoris interdictio stare debet. nec
ipsi possunt contrarium allegare. extra de cleri. coniuga.
diuersis fallacijs. de filijs præsbyterorum ueniens. & ex-
tra de hæreti. ut commissi. in fi. li. vi. & quod ipsi aduer-
sus factam interdictionem non sint audiendi. potest indu
ci de præben. cũ super. de exceptio. cum ecclesiastice. de
eta. & qualita. accepimus. ff. de adulte. si uxor. §. si quis
uxorem. Item quia in odium alicuius bene præstat impe
dimentum &c. ut extra de bigamis. c. nuper. Ad hoc etiã
facit quod notatur de donatio. inter uirũ & uxorem. ple-
runque. ad hanc partem potest etiam induci. ff. de serui.
11 rustico. prædio. insinuante. Item confessionem factam
in uno iudicio tenetur seruare in alio. Ad hoc facit quod
notat. per Innocen. extra de elec. per inquisitionem. præ-
sertim cum illam non possint prætendere erroneam cum
ipsi in uita sua debuerunt scire illum fore discretum. &
tunc hoc releuare. ergo tali confessioni stare debeant. ff.
de interro acti. de ætate. § fina. C. de liber. causa. l. iube-
mus. in fi. pro hac parte etiam potest induci. ff. de lega. i. si
seruus plurium. § si quis autem. C. ad uelle. si siue. ff. eodẽ
ti. si decipiendi. pro hoc ut eorum caliditas puniatur. ff.
de rebus dubiis. quamuis. pro ista parte etiam potest indu
ci extra de hiis quæ fiunt a maio. parte capi. c. ex ore. in
fine. de priuile. olim. circa finem. de præben. dilecto. circa
medium. præsertim quia ita diu illum pro tali habuerũt.
facit. C. de patri. potes. l. prima. de peti. hered. si filius. ff.
de acquiren. here. quia aliena. circa principium. & . C. de
acquiren. poss. l. ii. ff. de offi. præsi. l. diuus. circa finem. ff.
ad macedo. l. tertia. in prin. C. si minor se maiorem dixe-
rit. l. i. alias. ii. Et ita seruat rota dominorum auditorum
sacri palacii.

Summarium.

1 Pauperes Christi vltimo loco vocati ad fideicommis-
sum præferuntur aliis uenientibus ab intestato in omnem
euentum, licet sub certis modo aut conditione uocati ui-
deantur.

Epithome.

Epithome.

2 Substitutiones regulantur potius a mente testatoris quã a uerbis ipsius.

Decisio. I X alias. 862.

QVidam instituit duos filios & illos inuicem substituit & si sine liberis morerentur infra pupillarem ætatem. uel alias quandocunque illis substituit quendam filium sororis suæ ordinans quod adueniente casu substitutionis supra ultimo facte. scilicet quandocunque dicta substitutio uendicaret sibi locum. uoluit & ordinauit quod dicta bona sua darentur amore dei pauperibus per executorem testamenti. eo tandẽ mortuo. contigit quod mortuus est filius sororis adhuc uiuentibus filiis testatoris hæredibus institutis. & postea mortui sunt illi sine liberis. petunt pauperes bona. dicentes quod conditio purificata est. sub qua bona illis fuerunt relicta. ex quo filius sororis non potest portare nomen ipsius testatoris. uenientes ab intestato ad bona filiorum. puta mater & alij de parentela opponunt se & dicũtur quod non habere debent quæritur quid iuris. & quidam allegantes super ista quæstione tenuerunt. quod uenientibus ab intestato deberetur hæreditas. quia pauperes fuerunt substituti si dicta substitutio facta de filio sororis locum sibi uendicaret. ut apparet in themate. substitutio autem ista sibi locum non uendicauit. quia filius sororis mortuus fuit antequam locus esset substitutioni. argu. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. here. & l. qui liberis. §. hæc uerba. & l. sed & si plures. insti. de uulga. & pupil. C. de caduc. tollen. l. i. § ꝑ secundo. & § in nouissimo. & §. si sub conditione. igitur cum solum sint substituti in illum casum & non in alium non possunt habere illo casu non existente. argu. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. maxime matre dictorum filiorum superueniente. quam in substitutionibus tacite uoluntates non repellunt. C. de impu. & aliis substi. præcibus cum sua materia. Mihi tamen contrarium uidebatur. quod immo ista substitutio locum sibi uendicabat. licet ille filius sororis esset præmortuus quia uerum fuit dicere quod casus in quem dicta substitutio sortiri debebat uires euenit quod filii decesserint sine liberis. & sic dato quod substitutio non supersit. tamen dici potest quod substitutio uendicat sibi locum ex parte ipsorum quibus facta fuit. ex quo casus in quem facta erat euenit. & testator per illa uerba. scilicet quandocunque dicta substitutio uẽdicat sibi locum. intendebat potius & uolebat sentire & intelligere de casu in quem substitutio uires sortiri debebat. i. si filii sine liberis morerentur. quam de effectu substitutionis. i. si filius sororis superuiueret. & illam haberet. qđ patet per illa uerba quæ dixit dicto casu quo dicta substitutio sortiri debeat uires. i. si filii sine liberis decederent. & quod concernant effectum substitutionis facte de filio sororis. sed solum casum quo deberet sortiri uires. hic demõstrat. quia de pauperibus prouidebat seu illis relinquebat in casu quo substitutio de filio sororis non habebat effectum. puta quia non poterat portare nomen testantis. & hoc fortius uerificetur illo iam mortuo antequam locus foret substitutioni. quia tunc fortius certum est quod eueniente casu substitutionis per filiorum mortem sine liberis non portabat nomen testantis quod portare mortuus non potuit. nec etiam admitti ad substitutionem. dicamus per consequens quod fortius debeant uenire pauperes. cum sit iam uerum dicere quod locum sibi uendicauit substitutio & quod casus substitutionis aduenit parte filiorum quibus facta est. ea quo sine liberis decesserunt.
2 in istis enim substitutionibus potius debemus sequi mentem quam uerba. ff ad trebellianum. heredes mei. §. i. cũ concordantiis. præsertim cum uerba menti congrue ualent applicari. non obstan. si dicas quod testator intelligebat filium sororis superuiuere filiis. ex quo ordinabat qđ portaret nomen suum. & illo casu quo sic superueniens nomen non portaret substitutionem reuocabat. & illo casu bona pauperibus relinquebat. ergo uidetur quod solũ illo casu pauperibus reliquerit quo ille filius sororis superuiuens nomen testantis non portaret. & illo casu quo præmoriens non poterat. immo solum casum obmiserat & sic in isto casu obmisso non possunt admitti pauperes. per. l. prædictam commodissime. quia dico quod licet testator illum præsupponeret uiuere & speraret post filios tamen uerba conditionalia per quæ pauperibus relinquit, sunt adeo generalia quod possunt comprehendere etiam casum quo illis præmortuus esset. igitur in utrunque casum operentur. argumen. l. finali. de postu. here. insti. quæ in hac ratione concordat cum. l. commodissime. sic etiã habeo in simili de uulgari substitutione facta hærede instituto si hæres non erit. quia licet testator supponeret & speraret institutum sibi post mortem superuiuere. & sic in illum casum quo sic superuiuens hæres non esset sibi substituendus. tamen quia uerba condictionalia per quæ fuerit facta uulgaris. scilicet si hæres non erit sunt uniuersalia & se extendunt in casum & ad casum quo institutus testanti præmoriens etiam sortitur uires uulgaris substitutio. ff. de fideicommis. li. l. thays ancilla. §. spem de for. C. de caduci. tollen. l. prima. §. in primo. cum concor. multis non ob. si dicatur quod bona potius uidentur relicta pauperibus de filio sororis. in casu quo modum uel grauamẽ filio sororis impositum deportando nomen uidetur impositum potius per modum modi quam per modum conditionis. per illa uerba ordinans & cætera. quæ sunt in themate & in defectum modi uidetur illum grauasse de dando pauperibus. cum igitur ab ipso in defectu modi fuerit relictum pauperibus. non aliter uidetur ualere fideicommissum relictum pauperibus ab ipso quam si bona ad illum peruenerint. & per ipsum steterit quominus dictum modum impleat. respondeo dupliciter. Vno modo quod immo dicta uerba potius important conditionem quam modum. quod patet per illa uerba reuoco substitutionem quasi uelit dicere quod in defectum portationis nominis non uult quod aliquod ius habeat in bonis quod est proprie effectus defectus conditionis uel dato quod esset modus dico quod defectus modi in tali relicto priuat sicut deficiente conditione ab inicio relictum non capitur. ut no. glo. ff. de conditio. & demon. in rubrica. & est ratio. quia omnis modus habet conditionem annexam si satisdederit de implendo modum. ut est tex. ff. de conditio. & demonstratio. quibus diebus. §. si igitur defectus modi. uel §. possibilitas implendo modum ab inicio. multo fortius impedit acquisitionem & sic non potest dici quod relictum sit a filio fratris in casum deficientis modi cum in illo casu sit priuatus relicto & si ab inicio non habuisset & quod eo casu ab ipso non relinqueret sed potius ab hæredibus suis uel suorum hæredibus hoc expresse iniunctum uoluit bona pauperibus dari per executores sui testamenti igitur innuit quod nõ per manus filii sororis uel alios si forte teneas quod a filio fratris in defectum modum reliquerit pauperibus adhuc dico quod licet ille nõ habuerit bona quia fecit relictum sorori per mortem eius ante aduentum conditionis factum penes illos remansit cum onere. argumen. l. prima. §. si autem sub conditiõe. C. de caduci. tollend. & ff ad trebellia. & si patroni. §. qui fideicommis. uer. si non prior. & l. cogna. §. fina. eod. titu.

Summarium.

1 Episcopus si confert capellaniam deuolutam propter negligentiam patroni non propterea est locus pœne adiecte per testatorem fundatorem eius scilicet quod propter hoc desinat esse beneficium.

Epithome.

2 Pœnalis clausula quantumcunque possibilis si dispositioni impossibili adiungatur non tenet.

3 Conditio turpis uel impossibilis, quando uitiat relictum?

4 Interpretatio seu significatio quæ uitio caret sumenda est.

5 Iuramentum generale, & confusum recipit interpretationem, & subauditionem iuris.

6 Verba propter subiectam materiam sunt aliter intelligẽda quam ſm eorum proprium significatum.

7 Verbum dari sumitur quandoque pro uerbo tradi in cõtractibus de quorum natura est sola traditio.

8 Verbum trado in se non importat dominium nec trāslationem dominij & tamen propter subiectam materiam sumitur pro dari.

9 Verbum tutorum sumitur pro tutore.

10 Monasterium pro filio computatur.

Decisio. X. alias. 868.

Lambet. ī tra. de iurepa. ī. 9. prin. q. primæ partis. primi libri. co. vi. uer. amplia. istā. q. num. 40.

Factum tale est. testator reliquit unam capellaniā per modum qui sequitur. In dei nomine amen. anno domini & c. ita facio instituo & ordino & assigno vnam capellaniam perpetuam in ecclesia beate Mariæ territorii de mauden. de capella sancti Georgij cui quidem capellanie constituo ordino & assigno in perpetuum bona mea subscripta cum iuribus suis & pertinentijs redditus meos subscriptos & conditionibus subscriptis quod ille capellanus tantum quantum dictam capellaniam tenebat quod pro capellano seu clerico in ecclesia parochiali mauden. seruire minime teneatur quod si hoc faceret ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, capellaniam prædictam sibi aufero & uolo & ordino casu præmisso adueniente quod dominus mauden. & quicunque dominus fuerit dicti loci dictam capellaniam cuidam alij bono & sufficienti capellano dare conferre, & assignare teneatur uolens & ordinans & tantum quantum possum probans atque uetans. quod dominus episcopus carpen. nec aliquis alius prælatus dictam capellaniā per me supra ordinatam alicui capellano dare conferre & assignare præsumat nec aliquid præsumat de ea ordinare sed tantum dictus dominus de maudeuen. quicunq; ibi dominus fuerit quod si hoc ipse dominus episcopus seu quisquis alius prælatus facere præsumpserit eo casu ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, ipsam capellaniam penitus casso reuoco & annullo & tanquam pro non facta & constituta habere uolo & omnes & singulos fructus & redditus obuentiones & prouentiones dictorum bonorum pro ipsa capellania supra ordinatorum regere gubernare recipere & recuperare debeat, sua auctoritate propria atque de ipsis fructibus & gaudentibus dicta duo anniuersaria in ecclesijs prædictis fieri faciat.

Quæritur pro hoc themate nunquid si carpen. dictam ecclesiam conferat alicui in negligentiam domini mauden. propter hoc dicta capellania annulletur ut sic ex bonis pro dicta capellania assignatis debeant fieri ista duo anniuersaria prout testator fieri ordinauit? Et uidetur dicendum prima facie quod non. quia dicta ordinatio qua ordinauit prohibuit & uetauit quod episcopus carpen. nec aliquis alius prælatus dictam capellaniam dare conferre uel assignare non posset nec de illa aliquid ordinaret est expresse contra ius. quia licet talium iurium spiritualium ius patronatus ad præsentandum posset cadere in laicum ipsa tamen institutio tantum ad episcopum ptinet nec posset ad laicum spectare. arg. extra de iurepatrona. præterea. & c. cum laici. & c. pastoralis. & c. relatum. & extra de instituti. cum uenissent. extra de offi. or. cum uos. ad quod facit in ratione. extra de iudi. decernimus. denominatio enim seu præsentatio licet possit fieri a laico ordinario tamen institutio ad episcopum pertinet si idoneus nominetur. ut in aucten. de san. episco. §. si quis oratorii. quia præfata ordinatio seu prohibitio testatoris, cum sit expresse contra ius nullatenus est seruanda. arg. in auct. de eccle. titu. §. si autem pro redemptione captiuorum. ibi cum dicit. licet præcipue a testatoribus aut donatoribus sit illis interdictum. habetur ad hoc aliquod participium. ff. de lega. i. l. nemo potest. cum concor. uerū etiam quia huic præcepto seu ordinationi seu dispositioni de iure impossibili & quæ non ualet in modum cuiusdam penalitatis subiunxit aliam clausulam ad hoc ut eius metu pene prime ordinationi pareret scilicet quod si hoc episcopus facere præsumpserit eo casu ex nunc prout ex tunc & econtra dictam capellaniam penitus cassabat & annullabat & cætera. & ex bonis assignatis ibi duo anniuersaria fieri uolebat sicut principale præceptum nō tenuit. nec eodem modo secundum quem alias de iure licitum esset & possibile ex eo quia in modum penalitatis subiunctum est tenebat argu. quia ex quo principale non tenuit de iure non ualebit accessorium seu penale. argu. ff. de regu. iuris. cum principale. quod enim non tenet de iure nequit pene uinculo alligari. C. de legibus. non dubium. in fine. ff. ad legem falci. quod de bonis. §. primo. Et pro hoc uidetur expressum quod ubi alicui dispositio

2 ni impossibili subiungitur penalis clausula quantumcunque possibilis ex quo principalis non ualet non ualebit etiam penalis. argumen. ff. de uerbo. obliga. si homo mortuus. pro hoc etiam bene facit concordia iurium tradita per Cynum. C. de his quæ pene nomine. l. prima. in tertia

3 opinione. in fine. Vbi dicitur quod relictum sub conditione turpi, uel alias de iure impossibili necessaria bene tenet. ut puta cum relictum incipit a conditione turpi uel impossibili negatiue concepta quæ est necessaria. ut si cælum digito non tetigeris le. x. uel si hominem non occidis uel si patrem ab hostibus non redemeris. sed si relictum non inciperet a præcedente conditione turpi uel impossibili tunc quantumcunque sequens additio esset necessaria & possibilis non ualet. quia subiungitur præcepto turpi & impossibili, ut puta præcipio ut cœlum digito tangas, uel occidas hominem, & si hoc non feceris lego ad te. x. certe non ualet legatum sic nomine pene relictum, quia erat præcepto impossibili uel turpi adiectum. ut probatur insti. de lega. §. fina. ff. de his quæ pene causa in testa. relin. l. prima. C. de his quæ pe. no. l. prima. præsertim non autem uidetur sequens dispositio in qua in modum cuiusdam penalitatis ordinatur de bonis capellanie distribuendis in anniuersario si episcopus se intromittat de capellania quia postquam capellania ab inicio tenuit certum est quod bona destinata pro capellania transierunt in capellaniam uel in dominium Christi seu uniuersalis ecclesiæ cuius sunt quoad proprietatem bona ecclesiastica licet quo ad usumfructum sint futuri capellani, ibi instituendi & quo ad administrationem. argu. eorum. quæ no. in simili de bonis eccle. per Innocen. extra de cā pos. & propri. cum super in glo. ij. iuncto ar. ff. de fur. cū pater. §. fundo. ff. de leg. ij. & si episcopus. ibi instituit legitime & canonice bona ista pertinent ad illum nomine capellanie & illis frui potest, & illa ministrare quasi facta sunt sancta sanctorum. iccirco impossibile est quodammodo propter aliquam dispositionem testatoris talia esse desinant. nec in alios usus transire. quia dispositio testatoris collata fuit in tempus quo res desinat esse sua & suorum hæredum. argu. bonum ad hoc de manu. testa l. stichus seruus. pro hoc facit quod no. Innocen. in capitulo xiij. de fo. compe. Item ex talibus testamentorum dispositionibus sequitur magnus iuris canonici & ciuilis episcoporum & aliorum prælatorum contemptus quod nequaquam tollerandum est. ad quod potest induci in ratione. ff. de le. ij. cordialis. § fi. talia enim quantumcunque de se bona uideantur cum tamen dicuntur in contemptum alterius non sunt tolleranda. argumen. ff. de injur. item apud labeonem. §. generaliter. iuncta no. per Cy. C. de iniur. si non conuicij. vii. q. prima. in fi. ergo licet relictum anniuersariorum de se sit bonum tamen quia factum est pœnaliter & cum tali modo non debet ualere sed potius reijci & prime dispositioni capellaniæ stari. immo potius ut ordinationem testatoris quantum de iure poterimus cōformemus & illam ciuiliter intelligamus. argumen. ff. de ser. ru. si cui dicamus testantem intellexisse. & uoluisse hæredem suum habere totum quod de iure in capellania habere possit. ut iuspatronatus ut sic præsentet debite episcopo capellanum per illum instituendum & uideatur uoluisse episcopum habere totalem dispositionem usurpare uellet hæredis iuspatro. iniuste & indebite derogare quia tunc ordinabat de annullatione capellanie, & de translatione bonorum eius in anniuersarium facienda nō tamen uidebatur uoluisse hæredem suum habere, quod de iure habere non posset. s. totalem dispositionem & institutionem. nec uideatur uoluisse habere episcopum qd de iure habere non debet ne sic uideatur contra ius ordinasse & elegisse uiam ad impugnandum sua iudicia. ff. de testa. mili. l. tertia. nec uideatur ius & prælatum suum contēpsisse quod in magnum salutis animæ suæ uergeret detrimentum cuius fuisse præsertim moriens immemor non uidetur. argu. l. C. ad. l. iul. repe. l. fina. immo potius uideatur suam ordinationem iuris interpretatiōi submittere & honorem & reuerentiam prælato suo & iuribus ad ipsam concernentibus conseruasse ut sic uerborum

tum significatio saltem per largam interpretationem, &
conuenientem subauditionem ad intellectum sanum &
bonum & ciuilem debeat applicari.arg.dicte.l. si cui.ff.
de serui.& ar.ff ad muni.l.ut gradatim.§.sed si.l.ff.de le.
ij.unum ex familia.§.si commissa.de condi.& demon.cũ
auus.ff.de le.iij.l.non aliter.C.de inof.test.l.i.ut sic illa re
cipiatur interpretatio seu significatio quæ uitio caret.ff.
de leg.l.in ambigua.iuncto.§ disponat. in auct. de nup.
5 sic etiam in iuramento generali habito & confuso quod
recipit interpretationem & subauditionem iuris.extra de
iureiu.quemadmodum.ff.de libe.l.libertus.C.de non nu
me.pe.l.fi.ff.qui satis.cog.l.fi.cum multis concor. sit igi-
tur sensus cum dixit testator quod dominus mauden. di-
ctam capellaniam conferre dare & assignare teneatur.s.
prout ad eum collatio datio seu assignatio potest pertine
re de iure.& quod subiungitur quod ordinabat ne episco
pus uel alius prælatus dictam capellaniam alicui capel-
lano dare conferre seu assignare præsumat sit sensus qđ
hoc non præsumat indebite usurpando iuspatro. quod in
capellania hæredem suum habere uolebat.& cum con-
gruentius sequi poterat penalis clausula subiuncta, quæ
continet translationem bonorum capellaniæ in anniuer-
saria facienda sub conditione quæ sic intellecta erit pos-
sibilis & honesta.& ideo bene ualebit dicta translatio ad
illum casum.argu.ff.de adi leg.l.translatio.& .l. quod si
alii.præsertim cum fiat translatio in aliam causam piam.
ar.in aucten.de sanc.epi.§.sed hoc præsenti.in fin.in uer.
si tamen in redemptione captiuorum.argu.ff. de condi.
& demonstratio.l.ticio usufructus.in fine.quæ in hac ra-
tione concordat cum.l.cum tale.§.nemo.eodem ti.ad qđ
in ratione.C.de sacrosan.ec.auct.Item si sibi inuicem.cũ
concordan.Et hanc opinionem satis uidetur fundare iu-
ra quæ dicunt quod propter subiectam materiam uerba
6 sunt aliter intelligenda quam essent secundum eorũ pro
prium significatum ut sanus haberi possit & iuri confor-
mis intellectus.ff.locati.l.si uno anno.ubi uerbum dona-
tionis sumitur in improprium significatum propter subie
7 ctam materiam.sic etiam habeo in uerbo dari quod su-
mitur pro tradi quod profertur in contractibus de quorũ
natura est sola traditio.ff.de usu.si stipul.& tamẽ ex suo
proprio significato denotat dominii translationem. ut .l.
ubi autem non apparet.§.fi.de uer.obl.insti. de act.§.sic
itaque. sic etiam habeo in uerbo trado quod in se non im
8 portat dominium nec translationem dominij,& tamen p
pter subiectam materiam sumitur pro dari.s.si proferatur
in materia quæ requirit dominii translationem.ff. de uer
bo.obliga.l.in conuentionalibus.§.fi.secundum unum in
tellectum.quæ ita concor.cum.l.si rem tradi.eo. ti. sic e-
tiam faciunt.l.sitae inductiones.ff.de condi.& demon.pa
ter seuerinam.§.conductionum.ubi uerbum tutorum su-
9 mitur pro tutore.pro hoc.l.non aliter.ff.de lega.iij. extra
de procu.petitio.cum concor.infinitis. In contrarium ta-
men uideretur quod immo dato quod præceptum seu di
spositio testantis prohibentis & ordinantis ne episcopus
possit conferre sit contra ius tamen subiuncta dispositio
de annullatione capellanie facta & translatione fienda in
anniuersaria teneat.quia licet prima dispositio tanquam
contra ius non teneat tamen ex quo per secundam trans-
fertur legatum in eque fauorabilem & piam causam.s.an
niuersariorum sicut erat primum legatum capellanie ui-
deretur quod deberet tenere secunda dispositio.sic habe-
tur in simili ex concor.iurium ubi legatur mulieri sub cõ
ditione ne nubat reicit cõditio & spreta cõdõne legatũcũ
sequitur sed in defectum conditionis in alium non trans-
fertur legatum ut.l.cum tale.§.meuie.ff. de conditio. &
demonstratio.& idem etiam esset si transferretur in aliam
causam eque uel magis fauorabilem sicut essent nuptie
tunc numquid ualebit translatio? dicit tex.quod sic. nec
tunc remittitur conditio mulieri.ita est tex.in l.ticio usuf
fructus in fi.ff.de conditio.& demon.per eundem contra
modum potest induci.l.si relinquatur fideicommissum
ab aliquo sub conditione si liberos non habuerit & ingre-
10 ditur monasterium certe conditio uidetur deserta quia
monasterium pro filio computatur. Istud est uerum si
istud fideicommissum non esset relictum in causam eque
uel magis fauorabilem, puta in redemptionem captiuorũ
uel alimentis pauperum. uel alteri monasterio relictum
cuius causa est eque fauorabilis.ut est tex.no. in aucten.
de sac.san.ec.§ sed hoc præsenti.in fi.uersi.si tamen. Pri-
ma opi.uidetur mihi esse equior & secretior & de iure ue-
rior non uidetur de hoc facienda longa instantia quia ui-
detur casus pro prima opi.x.q.i.c.si quidam. & facit ex-
tra de testa.requisisti.uer.secus.non tamen uideo quin per
uerba prædicta facta fuerit capellania.

Summarium.

1 Hæres an liberetur cedendo legatario ius exigendi cer
tas mensuras annonæ ab illis qui eas soluere obligantur
legatas pro anniuersario faciendo?

Epithome.

2 Testator ubi legat certam quantitatem quam tertius de-
bet intelligitur esse in legato solum debitum a tertio.
3 Hæres cedendo actionem legatario quãdo liberatur?
4 Dictio quis uel qui iuncta uerbo tertiæ personæ cum re
spicit aliquid taxatum in quantitate consistens facit con
ditionem.secus si iungeretur uerbo primæ personæ quia
tunc faceret demonstrationem.
5 Legatum uitiatur propter defectum seu falsitatem con
ditionis.
6 Dictio quis uel qui iuncto uerbo futuri temporis facit cõ
ditionem.
7 Verbum infinitiui est aptabile ad præsens & futurum,
uel etiam præteritum quanuis sit modus præsentis tem-
poris.
8 Testator quando sub diuersis conceptionibus legat, &
declarat ex quo uel quando soluatur legatum. tunc talis
declaratio uidetur potius fieri causa demonstrationis quã
taxationis secus si sub una conceptione.nu.9.
9 Hæres si legatum perierit sine eius culpa quo casu cen-
setur liberatus?

Decisio.XI.alias.869.

LEgo pro anniuersario annali & perpetuo faciendo
pro anima mea & parentum meorum, in ecclesia
murmorien.duas somatas annone ad magnam mẽ
suram quas mihi seruiunt Guiliermus & Raymundus fra
tres pro quodam affirmario quod habent in tali loco quæ
ritur an hæres liberetur cedendo actiones contra dictos
G.& R.ut sic ecclesia murmorien.seu illi administrantes
pro anniuersario debeant per se leuare dictas duas soma
tas & exigere quolibet anno.uel an hæres prædictus per
se debeat exigere & anniuersario faciendo anno quolibet
ministrare. Item an solum dictum affirmarium pro quo
debentur ille duæ somate sit obligatum pro dictis dua-
bus somatis.uel an tota hæreditas testatoris & sic hæres
perpetuo debeat duas somatas annone pro anniuersario.
uel an sit liberatus cedendo ecclesiæ ius quod habet &
habebat testator contra dictos.G.&.R.in affirmario illo
pro dictis duabus somatis & ad nihil aliud teneatur. Itẽ
si pro tempore non possent percipi uel haberi dictæ duæ
somate de affirmario illo uel propter deteriorationem uel
minus ualentiam dicti affirmarii, pro quo debentur ille
due somate uel alias propter depauperationem dicti.G.
&.R.seu ipsorum successorum uel propter guerras, uel
alias quæritur an hæres de alijs bonis hæreditatis dictam
pensionem debeat si ab illis debitoribus non possit exigi
& sic non liberetur solum cedendo actiones contra illos
immo pro dicta pensione generaliter tota hæreditas di-
stringatur si exinde non possit percipi.ut uidentur tex. ex
pressissimi ff.de ali.lega.l.lucius.ff de lega.iii.paulo cali
macho.§.fi.ff.de le.i.l.quidam testator.in princ. pro quo
etiam quia ista uerba non faciunt contradictionem sed
potius demonstrationem ut uidetur text.ff.de condi. &
demonstratio.l.in conditionibus.§.ii. uer.sed proinde.il-
lud igitur quanquam exinde dicta pensio colligi uel per-
cipi non possit nihilominus aliunde debeantur quia fal-
sa demonstratio &c.ff.de conditio.& demon.l. demon-
stratio falsa.ad quod.C.de fal.causa adiect.l.si non desi
gnata.in fi.&.l.fi.eo.titu.cum multis concor.& quod sup
pletio sit fienda faciunt in ar.ff.de tri.ui.& oleo leg.l.ex

eo.ff.de an.le.l.uini falerni.ff.quando dies leg.ce.firmo. in prin.ad quod etiam.ff.de uer.obli.l.inter stipulantem. §.sacram.in uer.si stipulatus fuero.ff.de ac.emp.l.si quis cum fundum.præsertim quia legatum est factum ob causam perpetuam.s.pro anniuersario perpetuo &c. quod non posset esse perpetuum nisi dicta pensio perpetuo præstaretur.igitur si exinde non possit præstari unde illam p standam demonstrauit testator præstari & suppleri debeat aliunde.ar.ad hoc.de annu.le.l.in annuam.in fin.& l.annua.§.a ticio.in fi.& l.pen.cum concor.his tamen nõ obstantibus teneo contrarium saluo iudicio meliori & dico quod heres plene erit liberatus cedendo actioni anniuersario siue eius ministris,nec ad plus teneatur nisi solũ ad illas duas somatas quas seruiunt seu debent dicti Guillermus & Raymundus nec de aliis bonis aliquid suppleri tenebitur,quantumcunque dicta pensio diminueretur dummodo sine hæredis culpa.quod quidem sic probo. quia certum est legando duas somatas quas seruiunt.G. & R.uidetur legasse duas somas quas ipsi debent, quia seruiunt & debent in hoc proposito idem sunt. Constat autem quod cum testator legat alicui.& alius tertius de-
2 bet etiam adiecta certa quantitate utputa legat centum, uel decem quæ ticius debet quod solum est in legato qđ debet ticius & quod debet intantum quod si nihil uel minus debet uel non debet tunc non tenetur aliunde supple-
3 re immo hæres penitus liberatur cedendo legatario actioni contra ticium est casus.ff.de leg.i.l.si sic.§.i.uer.quod si addiderit.uer.si proinde.in fi.cum.l.legaui.circa med. ff.de liber.lega.& ibi plene no.in glo.mag.ergo etiam & ita sit in proposito ut solum quod seruiunt.G.&.R.idest quod debent seu debeant & quod debebunt uideatur legatum.nec si minus debebunt uel nihil aliunde suppleri debeant immo hæres contra eos cedendo actioni penitus
4 liberetur.Iterum hoc etiã probatur.quia ista dictio quis uel qui iuncta uerbo tertiæ personæ cum respicit aliquid taxatum in quantitate consistens facit conditionem licet si iungeretur uerbo primæ personæ facit demonstratione ut uerbi gratia si dicatur.lego tibi,licet nihil debebam nihilominus ualet legatum.quia illa dictio iungebatur uerbo primæ personæ scilicet debeo & respiciebat aliquid taxatum in quantitate consistens.s.decẽ,& ideo faciebat demonstrationem quæ licet sit falsa non uitiat legatum, immo nihilominus ualet sed secus si esset apposita per eũdem modum dictio quæ uerbo tertiæ personæ. utputa lego tibi.x.quæ ticius nihil debet.sic in legato.& si nihil uel minus nihil plus.sic in legato.nec suppleri debet aliunde
4 quia quod est in spe quasi indubitatum censetur in actu. & ideo mulier censetur domina dotis aut rei quæ est in spe domina. ar. ff. qui satisda. cogun. sciendũ. § si fundus mor. C. de iure do. in rebus. & ad hoc uidentur omnes concor dare quos ad hanc uiam allegaui. ff. de testamẽ. mili. l. ne. §. deportari. ij. folio. præsertim quia dominus in cuius ho nore beneficium fundatum erat iam illud acceptasse & confirmasse uidebatur tunc & incontinenti cum per fun datorem nouit inquantum sunt bona illa acceptet. cum enim de actu ei beneficiato agitur ipse patiendo consen tire uidetur. qui etiã posset si uellet impedire. facit ad hoc ꝙ no. per Cy. de sacrosanc. eccl. illud. iuncta no. per In noc. de elec. in genesi & per glosam in regu. iur. qui tacet. ergo cum non restaret nisi nudum ministerium episcopi declarantis illud debere esse beneficium prout rationabi liter fundatum erat. & per consequens de eo acceptare. ui detur ꝙ ante gratiam satis posset dici creatum saltem ap probatione diuina quasi facta episcopi confirmatione. po stea nil noui facit. sed quod prius factum erat declaret. ar. ff. de serui. uendi. sicuti. §. sed si quæratur. ff. de acquiren. re. dom. adeo. §. cum quis. In oppositum uidetur. quia im mo non cadit sub gratia quasi post gratiam meam crea tum seu formatum fuerit beneficium. quia non ante bene ficium potest dici essentialiter beneficium ecclesiasticũ. ꝙ possit in titulum assignari. nec esse ius speciale quam per episcopum fuerit confirmatum & approbatum seu in stitutum. patet. quia ad eum uel saltem ad eius superiorẽ pertinet institutio seu creatio beneficij. uel iurium spiritua lium & eorum tractatio. ar. ff. de rerum diui. l. i. §. sacra. in prin. & melius insti. de rerum diui. §. sacrum. in authen. ut nullus fabri. §. i. colla. v. in authen. de sanctis. episcopi. §. si quis orationi. extra de iudi. decernimus. & c. quanto. & ex tra de reli. domi. c. ad hæc. de conse. dis. i. nemo. & per epi scopum uel superorem eius ad quem pertinet in materia per fundatorem prius destinata introducitur & creatur for ma beneficialis per quam res ille quæ prius erant propha ne & iure prophani efficiuntur iure spiritualis & diuini. & spirituales & diuine seu informate iure spirituali per quã formam sic introductam distinguitur specifice a certis re bus non beneficialibus & prophanis. si est in ẽbrione post quam formatum & organisatum in uentre matris intro ducitur & creatur a deo anima rationalis quæ est eius for ma rationalis per quã specifice distinguitur a cæteris ani malibus. & ideo sicut ante creationem & introductionem
5 animæ rationalis quæ est forma hominis embrio etiam or ganisatus seu figuratus figura humani corporis nõ est ho mo. sicut habetur. xxxij. q. ij. quod autem & Moyses. & probatur. ff. de sicca. l. mulier. de pœnis si quis aliquid. §. abortiuis. &. l. cicero. & extra de homi. c. si aliquis aliquid &. c. sicut ex literis. sicut etiam in proposito in materia di spositiua potest dici ꝙ materia dispositiua pro beneficio per fundatorem facta non ante est beneficium. quam per episcopum uel eius superiorem sit ibi introducta forma
6 beneficialis. & per eum sit factum beneficium. quia forma est quæ dat esse rei. ut. l. iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhi bendum. pro hoc facit. quia non aliter quis aliquid fecis se intelligitur quam formam propriam quæ ex conserua tione consistit ei dederit. ff. ad. l. fal. l. si is qui. §. quidam.
7 pro hoc etiam quia inceptum non debet reputari factum. ff. de le. re. liberorum. §. quod tamen cassius. ff. de au. & ar. leg. l. uestimentum. &. l. quintus. §. cui auro. l. seruus. & §. si factum. &. ff. de uerbo. sig. li. vi. §. opere. &. l. ædificia

Fel. in. c. ex parte. §. personæ col. i. in princ. de rescrip.

§. perfecisse. non enim uidetur actum dum aliquid rema net ad agendum. C. ad sill. l. fi. cum sill. in. fin. pro ista in speciale bene facit quod no. per Inno. de sepul. c. abolen de. circa prin. pro hoc etiam benefacit. quia qui confir mat. dat. ff. de uerbo. signi. l. legem obedire in authen. de defen. ciui. §. interim. pro hoc quod no. C. de confir. tu. l. neque. circa princ.

Summarium.

3 Præsentatus a patrono tenetur probare se infra tempus iuris fuisse præsentatum si hoc negetur.

Epithome.

1 Collatio præsumitur fuisse facta infra tempus habile.

Decisio. XII. alias. 556.

Vtrum præsentatus per pattonum laicum quem episcopus non admisit immo admisit quendam alium præsentatum a prætendente se habere ius patronatus. & potestatem præsentandi agens contra ad missum posidentem petendo suam præsentationem quæ fuit facta per suum præsentantem ad quem reuera asserit iuspatronatus. & potestatem præsentandi pertinere. præ sentationem fuisse canonicam & admittendam decla rari. & se in beneficio institui. teneatur probare se præsen tatum infra quatuor mẽses a tempore uacationis seu eius uacatione si pars rea hoc neget. & uidetur ꝙ nõ quia. præ
2 sumendum est de diligentia præsentantis. sicut præsumi tur de diligentia conferendi. l. ꝙ contulit infra tempus iu ris. nisi cõtrarium probetur. ut no. Inno. in. c. quia cunctis circa prin. de conces. præben. lib. vi. non enim est præsum ptio negligentiæ contra eum nisi appareat. ergo non incũ bit onus probandi de eius diligentia. arg. a contrario sen su. ut eccle. be. c. i. præsumptio est contra suam præsenta tionem ex quo per ordinarium non fuit admissa. pro cuius facto præsumendum est. ut in. c. in præsentia. de renunc. ergo transfertur in eum onus probandi &c. arg. dicto. c. i. Item quia magis restringendus est præsentatus per patro num quam ille cui ordinarius contulit. quia non est ita po testas patroni laici in præsentando late interpretanda si cut collatio ordinarij. quia iuspatronatus non pertinet ad laicum de iure communi. immo potius contra. l. uel præ ter. sed ex mera gratia & dispensatione iur. ut no. per Ho sti. de iurepatr. communi.

Vide deci. 3. in antiqui eo. tit.

Summarium.

1 Patrono tempus præsentandi an currat a die scientiæ uel uacationis & quid in collatore?

Decisio. XIII. alias. 566.

Vtrum uacante beneficio incipiat currere tempus patrono ad præsentandum uel collatori ad con ferendum a tempore noticie uacationis in eccle sia sicut impetranti currit tempus ad acceptandum. ut in cle. cum ei quem in fi. uel a tempore scientiæ patroni uel collatoris. quod uidetur in. c. quia diuersitatem. in fi. de conces. præben. ut no. in. c. ij. de præben. & c. licet. de sup. neg. præ. uel a tempore quo scire potuit. quod uidetur per l. fi. circa princ. ff. quis ordo in bo. pos. serue. & no. in. d. c. licet. Domini tenent ꝙ a tempore quo scire potuit & de buit propter uerbum negligentia & neglexerit positum in d. c. ij. de conces. præb. & per no. in d. c. licet. & ideo si epi scopus qui scire debet cum habeat suam diocesim uisita re a tempore quo scire debuerat & potuerat ignorauerit. ab illo tempore incipiat eis currere. secus in tali de illo ad quem non pertinet uisitare. quia alias non tenebatur de uacatione inquirenda. uide deci. xxxviij.

Summarium.

1 Collatio facta ab eo qui est in quasi possessione iuris cõ ferendi. sicut & præsentatio ualet.

Decisio. XIIII. alias. 575.

§.in no.dec.7.co.ur.

VTrum sicut præsentatus per eum qui est in possessione præsentandi si sit institutus debet remanere non ob. ꝙ postea euincatur iuspatronatus ab ipso præsentante & declaretur ipsum non fuisse patronũ. iuxta.c.consolationibus. Ita etiam fiat in cõferente seu in eo qui existens in possessione conferendi contulit. qui tamen reuera non habebat ius conferendi. Quidam dicebant ꝙ non quia cum collatio sit canonica institutio. detecto non iure conferentis detegitur nullitas collationis & per consequens apparet eum non habere canonicam institutionem. quod secus est in præsentato. quia ille nõ tantum recipit ius a præsentante. immo potius instituente. de quo constabat ꝙ habebat ius instituendi. quare potius ius habet quam ille cui non habens ius conferendi contulit. licet esset in possessione conferendi. sed omnes tenuerunt contra. quia cum conferre sit fructus iuris conferendi. ergo bonefidei possessor talis iuris si conferat facit fructus suos. pro hoc alle. de cau. pos. & proprie. cum olim. &c. quia propter officium publicum ratione cuius erat in possessione conferendi quandiu tollerabatur in eo eius facta tenet ar. l. barbarius phlippus. ff. de offi. præsi. iuncta no. in. c. nihil. per Innoc. de elec. & de sen. ex. si uero. pro hoc no. in c. in literis. de resti. spol. per Innoc.

Summarium.

1 Abbas si sit patronus unius ecclesiæ. & in ea nouæ capellaniæ ædificetur uidetur etiam illarum esse patronus.

Epithome.

2 Contentum sequitur naturam continentis.

Decisio. XV. alias. 158.

NOta ꝙ ubi abbas dicit se patronum alicuius ecclesiæ. si infra ecclesiam ædificentur capellaniæ uidentur pertinere ad abbatem iurepatronatus in dubio. quia ex quo abbas est patronus ecclesiæ. cõsequẽter uidetur esse patronus ipsarum capellaniarum. ut contentum sequatur naturam continentis. ar. l. ad testamentum. §. fi. ff. de testa. cu. l. ad eos. igitur insulti. de acquir. re. do. &. l. ꝙ sicut. ꝙ pro materia. de peri. & com. rei uen. ad quod no. per Inno. in. c. cum uenerabilis. circa finem. super uerbo auctoritate. in glo. fi. de excep. ad quod. c. ad audientiam. de eccle. edi. &. c. postulasti. de iurepat. cum ibi no. per Inno. in glo. penul. & quod no. Io. mo. de insti. c. ij. li. vi. & per Archi. de capel. mona. c. præsbyter. in. ij. glo. circa fi. dominus ufocau. alle. c. iij. circa princ. de capel. mo. pro hoc extra de deci. quoniam. & in ista opi. fuit major pars dominorum. licet faciat contra quod no. in. c. ad hæc. de fil. præsbi. per Ber. in fi. ij. glo.

Summarium.

1 Capelle fundate in ecclesia spectante ad præsentationem abbatis similiter pertinet ad præsentationem eiusdẽ.

Decisio. XVI. alias. 872.

IN ecclesia quæ spectat ad præsentationem cuiusdã abbatis fundate sunt de prouentibus extrinsecis certe capellaniæ perpetuæ. & perpetuo deo seruiendo. nec fundatores sibi retinuerant iuspatronatus uel potestatem præsentandi. quæritur utrum pertineat illa præsentatio ad illum abbatem. uel an plena & libera dispositio & collatio ad episcopum pertineat. quidam dicunt ꝙ ad episcopum. quia sunt destincta beneficia ab ecclesia. ergo potestas præsentandi spectans ad abbatem in ecclesia non extenditur ad illas arg. l. in agrum limitatum. ff. de acquir. re. do. &. ff. de usufruc. item si fundi § hinc dicimus. ij. respon. & de rescrip. literas. in cle. præsertim quia fundate sunt de prouentibus extrinsecis. non autem de redditibus ecclesiæ. Alij uero ꝙ immo ad præsentationem abbatis. quia ex quo fundantur in ecclesia debent cedere ecclesiæ. & per consequens spectare ad præsentationem eius ad quem spectat præsentatio ecclesiæ. ar. de eccle. edi. ad audientiam. melius de iurepa. postulasti. pro quo dicitur expressum. de excep. cum uenerabilis circa fi. pro hoc facit quia sunt fundate in ecclesia. ergo uidetur ꝙ iuspatronatus abbatis se extẽdat ad illa quæ sunt infra ecclesiam arg. ff. de dam. infect. damni. §. fi. is qui uicinas.

Summarium.

1 Præsentatus a donatario præfertur præsentato ab hærede donatoris. licet consensus episcopi superueniat post donationem & præsentationem.

Epithome.

2 Iurispatronatus donatio facta sine consensu episcopi sui an teneat?
3 Auctoritas ubi requiritur ad ualiditatem alicuius actus necessario in ipso actu interuenire debet.
4 Pater an in præiudicium hæredis legitimi posit transferre ius patronatus.
5 Hæres non potest uenire contra personam defuncti.
6 Venire contra factum proprium nemo admittitur.

Decisio. XVII. alias. 873.

QVidam laicus donauit alteri laico sine licentia & auctoritate seu consensu episcopi. iuspatronatus quod habebat in quadam ecclesia. antequã autem episcopus consentiret mortuus est. relicto quodam filio hærede. postquam uero filius eius hæreditatem agnouit. episcopus consensit. seu ratificauit & approbauit illam donationem quam pater eius fecerat in alium laicum. & tandem uacante illa ecclesia filius & eius hæres prædictus præsentauit unum ad ecclesiam. Ille autem laicus cui per patrem facta fuit donatio præsentauit alium. quæritur quis ipso rum debeat obtinere. dicebat quidam ꝙ præsentatus per filium. quia donatio iu-
2 rispatronatus illi alteri laico facta sine consensu episcopi sui. seu auctoritate nulla fuit ipso iure. ut extra de iurepatronatus. quod autem. §. de cætero. &. c. illud. &. c. nullus laicus. & in eodem ti. c. i. li. vi. A contrario sensu. & ibi hoc expresse tenet Archidi. super uerbo loco religioso. & no. glo. in dicto. c. illud in fine. licet Innocen. ibi teneat contrarium. ergo per consensum episcopi subsequentem ratificari non potuit quia quod ab inicio nullum est. &c. & quia ea quæ sunt auctoritatis superuenientia. non possunt superueniendo facere actum ualere cui auctoritas in ipso actu debuerit interponi. ff. de aucto. tutori. obligari § fi. & no. per glo. de rebus eccle. non alie. dudum. lib. vi. in glo. super uerbo tractus. in fi. cum suppletione quam ibi facit Io. an. in nouel. & per Innoc. in. c. cum consuetudinis. de consuet. præsertim autem non potuit consensus episcopi ratificari in præiudicium filij: cui medio tempore fuit ius quæsitum. ff. qui potio. in pigno. habe. qui balneum. §. fi. & quod notat glosa de libe. & posthu. gallus. §. & quid si tantum. super uerbo emancipatus. in fin. facit de rescrip. c. quamuis. li. vi. &. c. si pro te. & quæ no. per Io an. in nouella. de regu. iuris. c. sine culpa. lib. vi. in secunda quæstione. principali. in fin. columnæ quartæ. in solutione ad contraria. Et pro hoc etiam bene facit quia pater non po-
4 tuit iuspatronatus transferre in præiudicium hæredis legitimi secundum Lau. licet Archidia. contra. ut no. in dicto. c. i. de iurepatro. super uerbo eidem. in fine. lib. vi. alij uero de quorum opi. fuit maior pars tenuerunt contrariũ ꝙ immo præsentatus per patronum laicum donatarium debet obtinere quia consensus episcopi superueniens ratificat pro hoc uidetur tex. de iurepatr. c. cura. &. c. suggestum. circa finem. Et pro hoc etiam bene facit quod notat Innoc. de electio. innotuit in glo. iij in fine. qui ab initio saltem tenuerunt & tenuerat quod in præiudicium patris donantis non posset contrauenire & in præiudiciũ hæredum suorum qui cum eo sunt eadem persona nec possunt uenire contra factũ defuncti. Pro primo ꝙ ualuerit donatio saltem in præiudicium donantis. allegat de renunciatur. ꝙ in dubijs. ff. de seruitu. rustic. prædi. per fundum. &. l. fi. ff. de donat. inter uirum & uxo. cum hic status §.

Lamber. in tracta. de iurepat. fol. 109. col. 4. uer. ideo cõtingit dubitari.

Io. de Selua. i. parte. tracta. bene. q. v. col. penul. uer. & tenet deci. consi. 639. uisa consultatione col. 2. uer. sed in casu isto uol. 4. afflictus in deci. regni. 335. pro deci. colu. 4. in 2. dubio.

tus.§.si socer.cum concor.supra allegat.in quæstione. Titius & meuius amici cuiusdam senis.in.ij.folio.&c. Nec dicebant esse necessariam auctoritatem episcopi aut auctoritatem papæ sed solum consensum. Item non est necessarius consensus episcopi ad donatorem seu contractum donationis, sed ad translationem iurispatronatus in donatore. contractus enim in donatorem fieri potest in præiudicium donantis cum disposuit de iure suo sed non translatio iurispatronatus sine consensu episcopi. Sic etiã in simili dicitur de rebus mino. & de rebus emphitheoticis usu non prohibentur contractus sine decreto uel sine auctoritate domini seu alienatio.iuxta no.in.l.i. alienatũ. ff.de uerbo.sig.C.de prædi mino.l.si is.ubi tutor tenetur ei cui rem uendidit pupilli.quia contractus tenuit saltem in præiudicium tutoris licet ex eo non fuerit secuta alienatio in præiudicium pupilli cum potius translatio iurispatronatus fuit per consensum pœnes quem est proprie iuspatronatus & esse debet de iure potius quã pœnes patronum laicum pœnes quem non est nisi ex quadam permissione & gratia.iuxta no.per Hosti.de iurepa.quidam. & sic per consequens potest superuenire; ex quo contractus donationis tenuit.iuxta no in dicto.c.cum consuetudinis. Nec obstat ius quæsitum filio medio tempore. quia ex quo fuit hæres patris non fuit sibi ius quæsitum aliter quam pœnes.patrem esset qui non poterat uenire contra donationem.igitur nec filius. Nec obstat.c. quamuis.nec c.si pro te.quia ibi fuit ius quæsitum tertio ex dispositione eius qui poterat uenire & disponere contra primam.dispo

6 sitionem.igitur in præiudiciũ iuris taliter quæsiti sequẽs dispositio uel existentia conditionis non potest retrotrahi. ut.l.potior.in princ.ff.qui po.in pigno.habe. hic uero ex dispositione eius qui contra suam dispositionem uenire nõ poterat. nec contra factum suum igitur nec hæres eius igitur consensus episcopi superueniens poterit retrahi quia donatio ab inicio pendebat sub conditione per superuenientem consensum episcopi fuit retrotractio.iuxta.l. potior.§.si sub eodem.ff.qui poti.in pign. habe.uel esto ꝙ dicatur ꝙ ualeat extunc ex quo superuenit consensus episcopi sufficit ex quo pater nec eius filius contra uenire poterant & antequam filius præsentaret nec uacauerat ecclesia.nec superuenerat consensus episcopi. & extunc saltem fuerat facta effectualis in illum donatarium translatio iurispatronatus.per.l.fundum.rusti.prædi. Nec obstat prædicta opi.Laur. ꝙ pater non potuit transferre in præiudicium hæredis legitimi. quia non est uera secundum Archid. Pro ista autem parte indubitanter concluditur. si teneamus opinionem Innoc. ꝙ in laicum possit laicus transferre sine licentia iuspatronatus uel saltem quod consensus episcopi potest superuenire.ut no.in.c.illud supra allegato.

DE CENSIBVS.

Summarium.

1 Ecclesias unitas si contingat demembrari quælibet ipsarum de per se tenebitur ad procurationem episcopi illas uisitantis.

Decisio. I. alias. 78.

NOTA quod ubi duæ ecclesiæ regebantur per unum rectorem & episcopus non recipiebat nisi unam uisitationem pro ambabus. quia una erat ruralis: alia parochialis si ex post facto in qualibet istarum ecclesiarum ponatur rector.& patrimonium earum diuidatur per episcopum: ex quo sunt diuise.& quælibet habet rectorem episcopus in qualibet prædictarum habet unam uisitationem quia ex quo in rurali ecclesia est rector posito ꝙ non sit populus de iure communi debet uisitationem.ut notatur per Innocen.in.c.auctoritate.de censibus. Et.c.si.&.c.in lateranensi. de præbendis. Et licet præfatæ ecclesiæ sint propinque & episcopus uisitando unam modicum laborat uisitando aliam: non propter hoc sequitur quin quælibet debeat uisitationem si separatis diebus uisitentur.ut.c.uenerabili.de censibus.secus si una die.ut.c.felicis. de censi.li.vi.nec ob.ꝙ ante recipiebatur tantum una uisitatio.quia ex quo ecclesiæ sic sunt diuise: uidentur nouiter institute & alia res ꝙ̃ ante esse arg l.qui duas.cõ.prædi.&.l.si eadem.de assertio.& quia non erat nisi unus rector ideo non uidebatur nisi unũ patrimoniũ & una res.ar.l.iurisperiti.§.i.de excusa.tu.&.l.quanta.in fi.eo.ti.ibi dicit. unius domini non separatur.posito ꝙ onera debent esse communia inter istos licet.patrimonium esset diuersum non tamen istud nõ expediret quin quælibet ecclesiarum deberet uisitationem ar.l.indiuisa.C.de decu.iuncta.l.iij.de oneribus non continuandis inter patrem & filium.lib.x.non obstat.§.illud. in authen.ut iudi.sine quo.suf. iuncta.l.i.C.de metro.qui in ur.§.illud.duæ prouinciæ regebãtur per unum præsbyterum seu rectorem ideo nihil immutatur de pensione secus si regerentur per diuersos rectores.ut est dictum.& idẽ est in.l.i.de metro: quia ibi nõ imponebatur nouus rector. secus in proposito.quia persona addita rei nouam formã uidetur introducere.ad hoc facit no.per Innoc.in.c.quia monasteria.de reli.do.iuncto.c.dilectus.de capel.mo.

Summarium.

1 Episcopus eximendo ecclesiam uidetur retinuisse procurationem.

Decisio. II. alias. 324.

Nota glo. ꝙ episcopus eximendo ecclesiam uidetur retinuisse uisitationem seu procurationem. ut in.c. pastoralis.de dona.cum ibi no.per Inno.& Host.& in.c.cum uenerabilis.per Inno.

Summarium.

1 Subsidium caritatiuum debetur prælato de iure cõmuni.& præscribi non potest.

Decisio. III. alias.676.

DIc ꝙ subsidium caritatiuum cõpetit de iure cõmuni prælato.ut.c.cum apostolus.de censi.nec ualet contra eum præscriptio.& ita tenet rota.

DE ECCLESIIS EDIFICANDIS.

Summarium.

1 Vnio facta capitulo de consensu episcopis & ipsius capituli an teneat?

Epithome.

2 Ecclesia antequam construatur debet dotari alioquin erectio ipsius non tenebit.

3 Tutor.licet non possit principaliter auctoritatem præstare in re sua bene tamen potest consequentur.

4 Quod fieri nõ potest per directum an fieri possit per obliquum?

Decisio. I. alias.874.

EPISCOPVS creauit unam dignitatẽ de cõsensu capituli in sua ecclesia cathedrali & regulari seu monachali & nulla alia dote illi dignitati cõstituta uniuit eidẽ unã parochialẽ ecclesiã hoc acto cum unionis prætextu habuisset pacificã possessionem illius ecclesiæ ꝙ extunc monachus qui constitueretur seu poneretur pro

Fely.in.c.cum accessisset col. 6.uer.2.declaratur de cõsti.

tempore in eadem dignitate, nihil deberet percipere a capitulo de his quæ prius ratione portionis monachal. solebat percipere. quæruntur duo. Primo an creatio digni-
2 tatis ualeat ex quo fuit facta sine dote. Item secundo dato ꝙ talis creatio dignitatis ualeat: an ualeat talis unio per quam capitulum in effectu consequi debet utilitatem releuationis a portione monachi quasi consequenter & indirecte uideatur unio facta capitulo saltem in effectu. De primo fuit dictum per aliquos ꝙ creatio dignitatis non tenebat quia sine dote pro quibus uidetur facere. quia prius quam creetur beneficium seu construatur ecclesia est dos constituenda ut nullus fabricet ora. domum. §. fi. uer. dein de non aliter. & in authē. de cō. sat. emp. §. si quis oratorij. & per consequens secundum eos non ualuit dignitatis creatio originaliter & sic per consequens non ualuit postea illi de ecclesia illa unio facta. alij uero dixerunt ꝙ creatio ualuerit nec censetur facta sine dote. quia incontinenti ecclesia sibi fuit unita. & illa esset. s. sibi pro originali dote. & non est inconueniens ꝙ talis dignitas habeat talem ecclesiam pro totali dote sua. Et supposita ista secunda opinione fuit dictū de secundo quæsito ꝙ ualuit unio. quia non fuit facta principaliter nec totaliter nec directe capitulo licet communiter capitulum sit consecuturum aliquam utilitatem. Et sic respondebatur ad. c. si una de rebus eccle. non alie. in. clem. ubi prohibetur fieri unio capituli per episcopum de consensu capituli. quia illud uerum est cum fit directe & principaliter ne idem de capitulo uideantur auctorizare in re sua ꝙ esse non debet. sic in si-
3 mili licet tutor non possit principaliter auctoritatem præstare in re sua tamen bene potest consequenter. ff. de aucto. tuto. in prin. & super hoc brocar. an ꝙ non debet fieri
4 directo fieri possit per obliquum. uide quæ ibi no. per glo. & doct. in hac ratione. Etiam pro hoc potest induci cōcor. iurium. de. §. legatarius. insti. de testa. qui ita concor. cum legibus omnibus. C. de testa. alij uero dicebant contrariū per dictam cle. si una. sed prima opinio scilicet ꝙ ualeret plus mihi tunc placuit.

DE SPONSALIBVS.

Summarium.

1 Clericus contrahens matrimonium cum impubere perdit beneficium etiam non subsecuta copula.

Epithome.

2 Consensus. & non concubitus facit matrimonium.

Decisio. I. alias. 103.

NOTA quod ubi clericus habens beneficium: contraxit matrimonium cum impubere habente undecim annos per uerba de præsenti & nō fuit carnalis copula secuta talis clericus perdit suū beneficium licet matrimonium non fuit corporaliter cōsumatum. quia ex quo non stetit per clericum quin consumaretur uidetur habere animum perdendi beneficiū. ut in. c. nuper. de biga. iuncta. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his
2 qui no. infa. quia consensus facit matrimonium & non coitus. licet faciat contra. l. sic. de ope. libe. & c. uerum. de conuer. coniu. cum no. in. c. ex publico eo. ti. iuncto. c. debitum. de biga. l. si uxor. §. minor. de adul. sed prima opin. pro magis uera fuit determinata per. c. fraternitatis. de eo qui cog. consang uxo & c. i. de sponsa. lib. vi. licet Io. an. in nouel. uideatur notare contrarium in. c. ioannes. de cle. coniuga. facit no in. c. uno. glo. hic ergo. de cle. coniu. lib. vi. & quod no. in. c. gratiæ. in glo. penul. de rescrip. in cle.

Rom. cōs. 483. dubitat col. 4. Staphi. de lite. gra. & iust. fol. 73. abb. consi. lxxij. uolu. ij.

Summarium.

1 Clericus si contrahat matrimonium cū minore. xij. an. statim perdat beneficium uel subsecuta copula?

Decisio. II. alias. 571.

VTrum si beneficiatus contrahat matrimonium cum minore. xij. an. uacet beneficium incontinenti a tempore contractus matrimonij uel demum post carnis copulam. uide Io. and. in nouel. de cleri. coniuga. c. ij.

DE ACCVSATIONIBVS.

Summarium.

1 Alimenta subministrantur pendente lite accusato de crimine. uel si litigetur super bonis.

Decisio. I. alias. 143.

NOta quod accusato de crimine uel super bonis pendente lite administrantur alimenta. ut tex. C. de ordi. cogn. l. fi.

Summarium.

1 Inquirere an possit ordinarius contra certam personam ob suspitionem solam?

Epithome.

2 Inquisitor an possit esse testes uel appellare?

Decisio. II. alias. 201.

NOta ꝙ ordinarius potest inquirere contra certam personā non præcedente infamia & lite non contest. dum tamen sit suspitio contra illum contra
2 quem inquiritur. ut no. in Spe. ti. de inquisi. §. ij. uersi. propter suspitione aut. & Inno. in. c. cum oporteat. in fi. mag. glo. de accu. cum dicit. propter suspitionem autem. licet in princ. uideatur dicere contra. uer. Item si aliquis petit. & dic ut per Archid. in. c. non est. de consue. lib. vi. Et de isto ministro inquisitionis an possit esse testis uel possit appellare dic ut per Innoc. in. c. licet heli. de simo. & c. cum clamor. de testi. & c. cum olim. de accusa.

Summarium.

1 Inquisitor criminis appellare an possis?

Decisio. III. alias. 306.

NOta qualiter simplex inquisitor seu promotor criminis non auditur si uelit appellare uel appellationem prosequi. ut no. per Inno. in. c. cum clamor. de testi. licet Inno. in. c. olim. de accusa. in glo. fi. uideatur contradicere.

Summarium.

1 Monachus admissus ad accusationē abbatis debet habere expen. necessarias monasterio.

Decisio. IIII. alias. 619.

SI monachus admittatur ad accusationem uel inquisitionem sui abbatis debent expen. necessariæ ministrari sibi de rebus monasterij donec finem debitum accipiant. ut le. & no. in. c. ex parte. de accu. ibi etiam Inno. nisi haberet ad ministrationem secundum Pe. boneti. de priuil. c. ex parte. & licet expen. facte ante litis contes. possunt peti iure actionis facte post lite. conte. officio iudicis sm Inno. & Ho. in. c. fi. de dolo & cont. nihilominus tamen iudex datus in dicta causa licet lis non sit post rationē causæ sibi cōmissæ taxatis expen. factis occasione dictæ causæ ante eius cōmissionē prout sibi uidebitur faciendum tamen hoc fit de magna equitate sine alia solennitate

Host. in summa. de accu. §. qualiter.

nitate iuris & commissa causa alicui & omnia intelligun
tur commissa sine quibus esse non potest. ut le. & no. in. c.
præal. de of. dele. & in regu. iuris accessorium. li. vi. cum si.
& ita tenet rota dominorum audi. sacri palacij.

Summarium.

1 Accusando uel denunciando seu inquirendo obijcitur
crimen.

Epithome.

2 Inscribere ad pœnam talionis quis & quando debeat?

Decisio. V. alias. 807.

DE tribus modis quibus potest opponi de crimine
alicui. s. denunciando accusando & inquirendo
ut in. c. super his. de accu. Quando autem quis
2 debet se inscribere ad pœnam talionis & quando non ha
betur in præall. c. quis autem se habeat inscribere ad pœ
nam talionis notatur prædicto. c. super his. super uerbo
oportet inscribi.

Summarium.

1 Inscriptio ad pœnam talionis an fieri debeat ante decre
tum citationis personalis uel post?

Decisio. VI. alias. 808.

SCiendum est ꝙ si aliqua commissio facta est alicui
domino auditori sacri palacij ꝙ citet aliquem uel
aliquos si inuenerit diffamatos pro crimine persona
liter & opponatur per partem ream ꝙ inscribat se ad pœ
nam talionis antequã mittatur citatio an hoc fieri debeat
si negatur prædicta inscriptio fieri? tenent aliqui domini
auditores ꝙ dicta citatio non debeat mitti donec facta sit
inscriptio ad pœnam talionis. aliqui uero alij domini au
ditores dicunt & tenent ꝙ dicta citationon debet propter
prædicta impediri & ꝙ sufficit ꝙ reportata citatione &
executa. & quando actor dabit libellum suum circa præ
dicta ꝙ tunc fiat prædicta inscriptio ad penam talionis.

DE HÆRETICIS.

Summarium.

1 Hæreticus quis accusatus si negat se talia hæreticalia di
xisse uel credidisse & asserit se credere & credidisse quod
credit ecclesia & per testes uel aliter conuincitur illa hæ
reticalia dixisse prædicasse & se illis credere asseruisse ut
hæreticus & impenitens condemnari & brachio seculari
tradi debet.

Epithome.

2 Hæretico redeunti ad ecclesiam curiæ seculari non est
tradendus. sed ei imponenda est pœnitentia salutaris sal
tem perpetui careris.
3 Hæreticus ad hoc ut possit cõdemnari necesse est ut aut
confessione. aut testibus conuincatur.
4 Hæretico misericordia non est habenda. nec uenia con
cedenda nisi satis faciat ad arbitrium superioris.
5 Confessio peccati est pars pœnitentiæ.
6 Peccati taciturnitas oritur ex superbia cordis.
7 Hæreticus qui recipitur ad misericordiã habet abiurare.
8 Hæresis sola suspitio notabilis requirit congruam purga
tionem.
9 Delicta manifesta indigent correctione manifesta.
10 Verba indicant animum illa proferentis. nisi alias ex cir
cunstantijs contrarium apparet.
11 Male factum uel male dictum male præsumitur.
12 Nemo extimandus est dixisse quod mente nõ agitauit.
13 Verba intentioni deseruiunt. & non intentio uerbis.
14 Iudex de quo cognouit de eo iudicare tenetur.
15 Ecclesia debet defendere suos pœnitentes.
16 Confessio est una & prima pars satisfactionis post con
tritionem.
17 Inquisitores sub qua forma ꝑnuncient contra hæreticũ.

Decisio. I. alias. 874.

ACcusatus de heresi negat illa de quibus defer
tur dixisse & asserit credidisse & credere con
trarium & credere ꝙ credit ecclesia per testes
idoneos conuincitur & probatur ipsum hære
ticalia multa dixisse affirmasse publice præ
dicasse & asseruisse se credere & illa credenda tamen non
obstan. testium depositione sit publicata contra quos ni
hil excipit nec alias defensiones excusatorias allegat semp
remanet in eadem negatione qua prius. s. ꝙ illa nunq; di
xit nec asseruit nec credidit immo totum contrarium cre
dit & credidit cum sancta matre ecclesia quæritur an ta
lis sit conuictus & negans sit ut hæreticus condemnandus
& brachio seculari illo prius de gradato si sit clericus iu
xta. c. ad abolendam de hære. sit tradendus? & uidetur ꝙ
non quia hæreticus non uidetur ex quo credit quod cre
dit ecclesia & ꝙ est catholicus & dato ꝙ per testes probe
tur illum fuisse hæreticum tamen hodie non est ex quo
non asserit nec credit aliquod hæreticum ergo cum hodie
non sit hæreticus non potest ut hæreticus condemnari qa
non est modus pronunciandi in iure aliquem fuisse here
ticum de præterito. sic not. Archi. de hære. ut commissi.
sup uerbo in carcere. li. vi. nec potest dici ꝙ negat se fuis
se hæreticum. quia ex quo non credit aliqua hæreticalia
nec asserit licet neget credidisse uel asseruisse istud potius
est mendacium q; hæresis uel hæreticum cum non sit cõ
tra aliquem articulum fidei non enim negat ideo se fuisse
hæreticum quia negat illa quæ prætendebantur dixisse
fore hæretica sed est uenia forte dignus eo ꝙ negat se illa
dixisse & credidisse & ideo bene oportet ꝙ quia negat pro
pter istud medium & ideo ista negatio non concludit con
tra cum hæresim de præsenti. Item iste nunc non est hæ
reticus de præsenti esto ꝙ probetur per testes illum hæreti
cum fuisse nec relapsus est. quia non fuerat alias lapsus ec
clesiæ reconciliatus ergo etiam nõ uidetur ꝙ possit ut hæ
reticus cõdemnari. quia solummodo hæretici uel relapsi
condemnantur. ut d. c. ad abolendam. §. 1. Item iste uidet̃
redire ad gremium ecclesiæ ex quo hodie non dicit se ta
lia credere sed contrarium prout credit ecclesia & se uel
le esse catholicum. Immo quod est dicit se nunquam talia
credidisse & semper esse catholicum ergo uidetur ꝙ ad
misericordiam sit recipiendus. si enim confiteretur se di
xisse & credidisse talia hæreticalia sed de cætero se non
2 credere uelle & credere cum ecclesia non esset tradendus
brachio seculari nec ut hæreticus condemnandus licet
fateatur se fuisse hæreticum sed esset ad misericordiam re
cipiendus & imponenda pœnitentia salutaris saltem per
petui carceris. ut d. c. ad abolendam. §. i. & . c. penul. §. si er
go multofortius iste erit recipiendus qui fatetur se nunquã
fuisse hæreticum sed se fuisse & uelle esse catholicum. In
contrarium uidetur quia sufficit quis testibus conuincat̃
3 ad hoc ut possit quis condemnari etiam si non confiteat̃
ut probatur extra de uer. si. super quibusdam. & probatur.
ii. q. i. nos in quenquam. & . q. iiij. c. i. & . ij. Iste autem est te
stibus conuictus ergo nihil proderit sibi sua negatio quo
minus condemnetur. non enim potest dici ꝙ sibi sit habẽ
da misericordia nec uenia concedenda quia non cogno
scat peccatum suum: immo semper illud negat. sicut di
citur de Chaym de peni. di. i. serpens. Item hæretico mi
4 sericordia non est habenda nec uenia concedenda nisi sa
tisfacit ad arbitrium superioris sui. ut dicto. c. ad abolen
dam. Item ꝙ non satisfaciat patet. quia nõ confitetur cõ
misisse peccatum de quo per testes conuincitur & sic nec
penitere uidetur. quia pars pœnitentiæ est confessio pec
cati. de pœni. d. i §. alij econtra. & . c. perfecta. cum multis
c. seque. Item pro manifestis criminibus pro hoc ꝙ remit
tantur manifesta offerenda est satisfactio & oris cõfessio.
de pœni. di. i. ueritas. ad quæ no. Hosti. de pe. & remiss. §.
qualis debeat esse confessio. uer. requiritur etiam tertium.
pro hoc etiam bene facit tex. xi. quæstio. i. cuius apud. ibi
cum. dicit ob hoc cum a sacerdotibus Italiæ reddat ge
neretur agnouit delictum culpamque cum lacrimis pro
fessus publicam pœnitentiam in conspectu totius eccle

fiæ exigit.pro hoc text.bonus ad propoſitum. xi.quæſt.
iiij.c.plerunque.in fi.ibi ueniat itaque mortuus culpam cõ
fit eatur peccator.uenientes uero foras ſoluunt diſcipuli.
quia paſtores eccleſiæ ei debent amouere pænam quam
meruit quia non erubuit confiteri quod fecit ad quod e-
tiam.de peni di.i.quem penitet.in fi.pro hoc etiam de iu
reiu.c.quanto niſi.in fi.cum dicit.tuum humiliter confi-
teri peccatum & ſatisfactionem tibi iniunctam pro illici-
to iuramento ſtudeas adimplere.pro hoc etiam extra de
ſimo.c.i.nemo præſbyterorum. cum dicit minus digne
penitentur.&c.pro hoc ualde bene facit.xii. q.ii.c. cũ hu
miliatus.Item ſi non humilitate ueniam ſeperare licet er
go ubi eſt taciturnitas confeſſionis uenia ſperanda non
eſt criminis.quia taciturnitas peccati ex ſuperbia oritur
cordis.probatur de peni.di.i.eſt taciturnitas.item hæreti-
cus cum ſit excommunicatus indiget abſolutione nõ po
teſt autem conuenienter abſolui niſi reatum ſuum confi-
teatur.ut extra de ſen.excom.cum deſideres.cum ibi no.
per Inno.& Hoſtien.ergo &c.facit de peni.di.i.agite pe-
nitentiam.&.d.c.ueritatis.uer.econtra.uer.Item quærit
ſecundum Auguſtinum. Item non ſufficit ſibi profiteri
ſe catholicum niſi de lapſu præterito hæreſis in quam p-
batur incidiſſe ſatisfaciat.quia non ſufficit mores in me-
lius immutare & a præteritis malis recedere niſi etiam de
his quæ facta ſunt ſatisfaciat.de peni.di. ii. non ſufficit.
7 Item hæreticus ille qui recipitur ad miſericordiam ha-
bet abiurare.ut.d.c.ad abolendam. §.i. & in abiuratione
habet ſe profiteri ſe erraſſe in quo errauit ſpecifice & pu-
blice profiteri & iurare ſe nunquam ad illum errorem re-
uerſurum.ut.i.q.vii.quotiens cordis. Cum igitur iſte pro
prie non cognoſcat nec profiteatur errorem ergo non po-
teſt dici illum abiurare & licet is qui ſolum infamatus eſt
ſed non conuictus non habeat in abiuratione hæreſis ne-
ceſſe iurare ſe nunquam reuerſurum ex quo non confite-
tur nec conuincitur incidiſſe in illã.ut de conſe.di. ii. ego
berengarius.tamen conuictus quia ad miſericordiam re-
ceptus eſt abiurat hæreſim & in abiuratione habet publi
ce cognoſcere ſe erraſſe & in quo & iurare ſe nunquam
reuerſurum.ut.d.c.quotiens cordis.Item non conuictus
8 ſed ſola ſuſpitione notabilis ſit de hæreſi non aliter reci-
pitur ab eccleſia nec illum abſoluit niſi pro prima inno-
centia congrua purgatione monſtrauit.ut d.c.ad abolen
dam.§.qui uero rem.& in auc.gazaros.C. de hæreti.ergo
minus conuictus per teſtes eſſet recipiendus uel abſoluen
dus propter ſolam ſuam negationem qui alias ſuam inno
centiam non demonſtrat neque poteſt monſtrare ex quo
conuictus eſt per teſtes idoneos contra quos nihil di-
cit nec alias ſe defendit. Item tam diu quis reputatur
incorreptus donec reatum ſuum recognoſcens emendet.
extra de foro compe.malus.in fi.Cum igitur iſte non reco
gnoſcat reatum ſuum ex quo manifeſtum fuit ergo non
poteſt imputari correptus.hanc autem correptionem ex
quo crimen fuit manifeſtum oportet eſſe manifeſtam. qa
9 manifeſta delicta correctione indigent manifeſta. ut ex-
tra de penis.c.i.igitur oportet quod confeſsio ſit manife-
ſta ſeu criminis recognitio quod non eſt in negante.igitur
&c.non obſtant contraria ſcilicet quod hæreticus nõ eſt
ex quo hodie credit quod credit eccleſia.quia eſto quod
concedatur hoc non ſit hodie hæreticus ſibi bene credit
quod credit eccleſia tamen non conſtat eccleſiæ quantũ
ad humanum iudicium & eccleſia militans quæ iudicat
ſecundum probata & iudicare habet, poteſt perpendere
quod alias fuit hæreticus tempore quo talia aſſeruit & ſic
credere dixit & dogmatizauit quia talis quis præſumitur
qualia uerba profert Et eius animi cenſetur fuiſſe qualia
10 uerba ſonant niſi ex circũſtantiis uel alias appareat con
trarium.arg.C.de iniur.l.ſi non conuicii.cum concor. ibi
allegat.omne enim malefactum uel dictum male præ-
11 ſumitur dictum uel factum.extra de præſump. c.i. & ibi
no.in fi.nemo enim extimandus eſt dixiſſe quod mente
non agitauit.nec quis arbitrandus eſt dixiſſe quod men-
12 te non ſentit ff.de ſuppel.lega.l labeo.cum non inten-
tio uerbis ſed uerba intentioni debeant deſeruire.extra de
13 uer.ſig c.intelligentia uoces enim ſunt notæ. prout ait
philoſophus.earum quæ ſunt in anima paſsiões tales.n.
ſunt iſtæ quæ poſſunt bono animo fieri & non poſſunt in-
terpretari niſi malefacta & non bene,extra de regu. iur.c.
Ex quo ergo conſtat eccleſiæ quod fuit hæreticus opor

tet quod condemnet & puniat illum de crimine hæreſis
14 cõmiſſio.ar.qa de quo cognouit iudex de eo iudicare te-
net.ff.de iudi.de qua re.& licet ſm regulas iuris cõis ex
quo ſemel cõmiſit crimen debet puniri iudicialiter & cõ
demnari ẽt ſi peniteat quia propter pœnitentiã ſuam quo
ad forũ humanũ & iudiciale nocens eſſe non deſijt.ut.ff.
de pœnis.l.qui ea mente.de edil.edic. ꝙ ſignificatum.in
prin.tũ quia eccleſia benigna eſt nec claudit gremium re
deunti benigne uolẽs agere in hac parte ordinauit ꝙ ſi ta-
lis continuo poſt deprehenſionẽ erroris ad fidei catholice
unitatem ſpõte recurrere uoluerit & errorẽ ſuũ coram epi
ſcopo regionis publice cõſenſerit abiurare & ſatisfactionẽ
congruã exhibere ꝙ recipiatur ad miſericordiã & impoſi
ta ſibi pœnitentia ſalutari ſaluet ſibi uita, nec permittat
occidi per brachium ſeculare quia eccleſia defendere de
bet ſuos penitentes.facit ꝙ no.Io.an.de of.ord.c.i.ſup gl.
fi.& iõ tunc detrudatur in carcerẽ perpetuum ubi pœni-
tentiã aget.extra de hæreti.c.penu.in fi.Cum igitur iſte q
ſic pmanet in ſua negatione eſto ꝙ hodie credat catholi-
ce de præterita incredulitate & de præterito errore hære-
tico de quo conuincit ſufficienter illud cõfitendo & cul-
pã cognoſcẽdo non.pœniteat nõ põt dici ꝙ debite recur
rat ad catholice fidei unitatẽ ex quo non facit ꝙ fides ca-
tholica præcipit ſed quia nõ recognoſcit nec cõfitetur p-
priam culpã q̃ cõmiſit prout catholica præcipit eccleſia
nec etiã põt dici ꝙ ſufficienter propriũ errorẽ abiuraret ex
quo illũ errore non cõfitetur quia cõfeſſio eſt una & pri-
16 ma pars ſatisfactionis poſt contritionẽ unde dñs per pro-
phetã dic tu pcã tua ut iuſtificeris. Et ſm Ambroſiũ non
poteſt quiſq̃ iuſtificari a peccato niſi fuerit illud ante cõ
feſſus de peni.di.i §.alij enim cũ alijs multis auctoritati-
bus ad hoc ibidẽ ſequẽtibus Et ſi dicis ꝙ ille auctoritates
intelligunt de confeſſione mentali cordis.ut uidetur ſen-
tire Gratianus.de peni.di.i.§.qda uero qa dico ex quo de
illa mentali cõfeſſione & cordiali nõ cõſtabat iudiciali-
ter ex quo publice negat ſe erraſſe & cõſtat de præterito
errore & p teſtes idoneos ideo neceſſario eccleſia illũ ha-
bet iudicialiter punire tanq̃ impenitentẽ nec debite ſatiſ-
facientẽ ex quo iudicialiter & publice nõ recognoſcit pro
priã culpã nec illã cõfitetur.ut probatur in d.c.Chriſtiani
tatis.de pœni.di.i.& præſertim in.§.tenet.&.c.ſequẽti.uſ
que ad finẽ diſtinctionis.Et ſi dicatur ꝙ nõ tenet cõfite-
ri culpã uel crimẽ quod nõ recordatur ſe dixiſſe cõmiſiſſe
uel feciſſe ex q̃ de illa uel illo nõ habet cõſcientiã qa ec
cleſia militãs uel iudex ignorat mẽtẽ ſuã & memoriã ſuã
& Chriſtianitatẽ occultã.l.an re uera cõmiſerit. & an ſit
oblitus & an de hoc habeat conſcientiã qa hæc ſcit ſolus
deus ſed habet iudicare ſm probata ex quo de facto recẽ
ti agit de q ſm cõem curſũ nature nõ põt nec debet eſſe
uerisimiliter oblitus talia hẽticalia cõmiſiſſe aſſeruiſſe &
ſe credere dixiſſe & dogmatizaſſe & ẽt ſibi reducit ad me
moriã & pbat uidet nõ cognoſcentẽ nec penitentẽ & ſic
habet illũ neceſſe iudicare impenitentẽ & debite nõ ſatiſ
facientẽ de præterita culpa eſto ꝙ hodie aſſerat ſe credere
q̃ eccleſia credit maxime qa ſaltẽ hodie nõ credit eccle-
ſiæ: q præcipit pcõri ſuo peccata recognoſcere & cõfiteri.
ut ibi.Cõfitemini alterutrum pctã ueſtra.& patet auctori-
tatibus infinitis deducit p Gra. in tractatu de peni.& per
magiſtrũ ſentẽtiarũ in quarto eodẽ tractatu nõ ob.qđ no.
Arch.in d.c.ut cõmiſſi ſup uerbo in carcere.qa ibi loquit
de cognoſcẽte cõfitente ppriũ errorẽ & debite redeunte
cõtra quẽ ſm ipſũ non eſt fereda ſentẽtia p crimine præ
terito cõdẽnatoria nec pnunciare debet crimẽ hæreſis cõ
miſſi uel dico & melius quo ad hoc ꝙ uideo incõuenies
pferatur de pterito tu crimẽ hẽſis cõmiſiſti uel tu hæreti-
cus fuiſti prout no.Io.an.ibidẽ in nouel.p quo facit te.ibi
fert ſentẽtia p præterito.tu calũniatus es.ff.ad trebel.l.i.
§.calũniatio.& prout hodie pnunciãt oẽs inquiſitores ma
17 xime qa poſſunt ſubiũgi uerba de pſenti ſic dicendo qa
prout probatũ crimẽ hæreſis cõmiſiſti uel in crimen hæ-
reſis incidiſti & qa recognoſcere & cõfiteri propriũ reatũ
recuſas idcirco cũ nõ uideã te debite cõfitentẽ relaxamus
brachio ſeculari nõ obſtat ꝙ dicebatur ꝙ negatũ negetur
ex illo medio qa nõ dixit cõcedo ſed talis negatio eſt cau
ſa quare eccleſia cui cõſtat p teſtes de cõtrario q.ſ.immo
dixit quod negat.nũc ſe dixiſſe põt perpẽdere & pſume-
re immo ẽt põt iudicare eũ de culpa illa non pœnitẽtem
nec ſatisfacientẽ ex quo culpã de qua conſtat eccleſiæ ꝙ
cam

tam cōmisit nō recognoscit nec cōfitetur, nec cōstat ꝙ nō est relapsus, qa fateor sed quo ad hoc ꝙ relaxetur brachio seculari sufficit ꝙ sit lapsus impenitens seu nō debite rediens ad gremiū ecclesiæ . nec debite satisfaciens. ut dicto.c.ad abolendā.§ 1.nō obstat ꝙ si confiteret̃ & rediret esset recipiendus ergo multo fortius si negat se dixisse uel credidisse, qa nego cōsequentiā quia cū cōfitetur tunc cōstat ecclesiæ de satisfactione & de sufficienti pœnitētia illo modo quo sibi potest cōstare ex quo publice confitēdo culpā se humiliat ꝙ secus cū negat: ar. dicti. c. taciturnitas & ita nō debet illū recipere ad misericordiā tunc. Et huiusmodi sententiæ uidet̃ Host.in dicto.c.de hæreticis.in summa.§.qualiter deprehendat̃ .uer. si uero negat. & hoc mō intelligo ꝙ no.zen.i cle.fi.de heret.in fi. Nō obstat.i.q.vij.didici.ubi dispensatur cū illo qui tenebat̃ hēsim cōfiteri ex ca. sed dic ꝙ ibi bene cōfitebat̃ secrete sed ꝙ nō teneat̃ publice confiteri in hoc secū dispensat̃.ut no.ibi &c.

DE PRIVILEGIIS.

Summarium.

1 Priuilegia apostolica debent habere subscriptionem aliquorum cardinalium.& annum.

Decisio. I. alias.235.

NOTA ꝙ in priuilegijs cōcessis a papa maxime i priuilegijs exēptis: debet esse subscriptio cardinaliū aliquorū.ut notat̃ in.c.a nobis de test.in fi.qa in instrumēto principis ex parte principis debet interuenire auctoritas quantū ad suscriptionē arg.l.probatorias.C.de diuer.offi.li.xij.quia cū talia priuilegia sumant uim ex sola uoluntate principis multū debet cōstare de uoluntate. & pro ista parte fuit dictū ꝙ priuilegiū cuiusdā papæ paschalis in quo priuilegio nō erat annus ꝙ tale priuilegiū nō habebat roboris firmitatē. ad ꝙ faciunt no.p Io.an.in.c.præsenti.li.vi.

Summarium.

1 Fructus beneficiorum uacantium in curia an debeantur fabricæ cui debebantur.

Epithome.

2 Beneficium quo casu in duobus locis uacare censeatur?
3 Violentia duobus in locis inferri uidetur. primo in loco ubi est persona cui fit uiolentia secundo ubi est possessio propter quam personæ alibi est illata uiolentia.
4 Collatio afficit perceptionem fructuum.
5 Beneficia exempta non continentur sub.c.si propter de rescrip.in.vi.
6 Beneficia uacantia in curia non cōtinentur sub.c.si propter de rescrip.in.vi.

Decisio. II. alias.249.

Æneas de Falco.in tract.ref.in.4.q.princ.in xij.effectu.

NOta ꝙ si ex priuilegio uel statuto fabrice ecclesiæ debentur fructus beneficiorum uacantium in diocesi licet beneficium conferatur per papam tanquam uacans in curia fabrice debentur fructus s̃m opinionē aliquorū. nam posito ꝙ collatio beneficij uacantis in curia solum pertineat ad papam tamen fructus uacant in loco ubi beneficium est positum & priuilegium fabricæ continet talem possessionem fructuum. pro hoc facit.c.si propter.de rescrip.li.nec mirum si duobus locis uideatur uacare beneficium. s.in curia quantum ad collationem & in parti-
2 bus ad perceptionem fructuum. ut dicitur in simili quod in duobus locis uidetur inferri uiolentia quod infer-
3 tur primo in loco ubi est persona & cui fit uiolentia. & in loco ubi est possessio rei propter quam personæ alibi est illata uiolentia. ut.l.i.C.ubi de pos.agi opor. Item istud priuilegium est fauorabile & ideo est extendendum ad beneficium quod uacat in curia propter collationem papæ.argu.c.tua de uerb.sign.licet aliqui contrarium di-
4 cant ꝙ collatio afficit perceptionem fructuum.ut.c.fi.de consue.lib.vi.& quia fructus tanquam accessorium debent sequi naturam principalis beneficij uacantis in curia quādo renunciatione seu prouisione tenet beneficium iuxta not.in.c.cōmissa.de elec.li.vi.&.c.licet de præben.eod.li.cum simili. Item priuilegium est tenendum in uerbis suis Et uerba priuilegij habēt ꝙ fructus beneficiorū uacantium in diocesi applicentur fabrice. ergo non intelliguntur pertinere ad beneficium uacans apud sedē ex quo ad eum pertinet collatio.arg.no.in.c.inter cætera.de præbend.per Innocent. quia ex quo papa apponit manum in beneficio totum ius uidetur a se reuocare & possessionem beneficij.ut.c.ut nostrum.de appel.arg.c.pastoralis.§.præterea.de offi ord.ad quod.c.cum in distribuendis.de tempo.ord.&.c.i.de confir.utili uel inuti.& per Arch.in.c.præsenti.de offi.ord.li.vi.sup uerbo uacantibus.in fi. ergo uidetur ꝙ beneficium cuius collatio pertinet quantum ad omne ius collationis & possessionis in curia uideatur & quo ad perceptionem fructuum uacare in curia. p hoc facit quod no. Archi.in.c.si propter.de rescrip.lib.vi. ubi dicit ꝙ beneficia exempta non continentur sub.c.si propter ergo nec beneficia uacantia in curia. Et uide Collecta.in.c.extirpandæ.de præbend.& Henri.in.c.tua de uerbo.sign.

Summarium.

1 Priuilegiatus ueniens contra suum priuilegiū in quo decretum irritans est appositum sibi non præiudicat.

Decisio. III. alias.293.

NOta qualiter ueniens contra priuilegium sibi datum sibi non præiudicat si in priuilegio papæ fuit decretum appositum decernens irritum & inane quicquid contra priuilegium fuisset attentatum, secus esset si priuilegium simpliciter esset concessum.no.Archid.in.c.cum de beneficio.de præben.li.vi.& Innoc.de priuile.c.accedentibus.

Fel. in. c.cum accesissēt col. 13.in fi. uer.4. limit. de cōsti. Alex. cōl. 103 lib.2.

Summarium.

1 Priuilegium reale de non soluendis decimis extenditur ad colonos. Secus si sit priuilegium personale.

Epithome.

2 Priuilegium personale non egreditur personam eius uel eos cui uel quibus conceditur.

Decisio. V. alias. 363.

PApa concessit cuidā religioni uel ordini priuilegiū de nō soluendis decimis de terris quas p se uel per aliū excoli faciunt. quærit̃ nunquid priuilegiū extendatur ad colonos ut sic coloni p quos terras illas faciebant excoli nō teneant̃ ad decimas de parte pœnes eos remanente. credere sic. forte dicendū. aut priuilegiū est reale cōcernens terras & concessum terris. ut puta ꝙ de terris nullæ decimæ præstari debeant. & tunc puto ꝙ extendatur ad colonos. qa priuilegiū reale & rei cōcessum sequitur rē pœnes quęcunq; uadat. Si autē sit personale cōcessum personis pro rebus credere ꝙ nō extenderet̃ tunc
2 ad colonos. quia priuilegiū personale non egredit̃ personā eius uel eorū cui uel qbus cōceditur. ar. ad hāc distinctionē. ff. de pac. si tibi. §. pactū. cū concor. & facit ad hoc extra de deci. licet. & ita determinat glo. extra de deci. c. religiosi. super uerbo excolendos in cle.

Summarium.

1 Nominatus ab illo in cuius priuilegio cauet̃ ꝙ nominati & nominādi ab ipso cæteris nominatis & nominādis ab alijs præferantur. in beneficio uacante pferet̃. nominatis ab alijs priuilegium habentibus nominandi.

Decisio. V. alias. 881.

PApa Inno.vi.fecit gratiam primo anno pontificatus sui.ix.Kal.Febr. Regi Franciæ ꝙ posset nominare.lx.personas idoneas in.lx. ecclesijs regni sui. mandando certis executoribus ꝙ illis ꝑ eũ nominādis statim cōferrēt in illis ecclesijs canonicatus & reseruarēt pbēdas uacātes uel uacaturas quas ipsi ꝑ se uel aliũ seu alios ducerēt acceptandũ de quibus sibi postea prouiderent.& ꝙ gratia huiusmodi eis prodesset ac si a data huius gratiæ factæ regi ipsemet papa canonicatus eius contulisset. & præbendā huiusmodi reseruasset.& cũ alijs non obstan.& clausulis cōsuetis apponi in gratijs impetrantium quibus papa statim cōfert canonicatus. Itē sub eadem data similem gratiā fecit dñe Ioā.regine Francie & nauarre uiduæ de.xx. ꝑsonis per eā in.xx.ecclesijs nominandis. Itē consimilem.Io.uxoris Regis Franciæ de alijs.xx.personis. Itē consimilē gratiā fecit Regi Nauarre de alij.xx.personis in eodē Regno Franciæ nominandis.& sub eadem data.postea anno.ꝑ.Kal. Aprilis papa ampliauit gratiā Regi Frāciæ de alijs.xl.personis per eum nominandis sub hijs uerbis. Nos igitur quantũ cũ deo possumus ipsius præcibus inclinati præfatis.lx.personis alias.xl. ꝑsonas addicimus fraternitati uostræ.s.execut.per apostolica scripta mādatur.&c.mandando ut in primis literis de.lx. & sub eadē forma & cum eisdem clausulis & non obstan. excepto ꝙ hæc secũda gratia de.xl.fuit restricta ad duas prouincias dum taxat.s.Senonen.& Remen. infra quas posset rex in xl.ecclesijs nominare. Postea idē papa de anno tertio pontificatus sui concesit ꝙ oēs & singuli per ipsum Franciæ regem in eisdem ecclesijs usq; ad prætaxatum sibi in primis literis.s.de.xl.sibi cōcesis numerũ uigore illorum ipsarũ literarũ nominati & imposterũ nominand.in assecutione collatorũ eis canonicatuũ ac præbendarum acceptatarum per eos uel procuratores suos in eisdem ecclesijs iuxta formam literarum ipsarum alijs quibuscunq; ꝑ Regem Nauarræ & Reginas.aut aliquem eorũ in eisdem ecclesiis prius etiā nominatis. dummodo esset eis in eisdē canonicatibus & præbendis tempore date literarum declarationis seu cōcesionis huiusmodi in re specialiter ius q̃situm quibuscunq; institutionibus apostolicis & alijs cōtrarijs nequaꝗ̃ obstantibus præferrētur. Postremo idē papa de anno.vi.pontificatus sui declarauit ꝙ suæ intentionis extitit & extabat ꝙ in nulla ill rũ ecclesiarum posset uigore dictarum literarum.s.primarum sub eadē data Regi Franciæ & Reginis & Regi Nauarræ concessarũ nisi uni persone dumtaxat prouideri decernendo irritũ. &c.si secus super hijs ꝑ quoscunq; quauis auctoritate sciēter uel ignoranter attentatũ forsan esset hactenus.uel cōtingeret. & imposterum attentari. Hijs suppositis cōtingit in facto ꝙ uirtute primarũ literarum de.lx.personis. Rex Franciæ nominauit quendā Matheum guerti in ecclesia parisien. de anno. Mccclii.xxv.Februarij.cui præmissa examinatione fuit per executorē deputatum gratiæ regis prouisum de canonicatu & reseruata præbenda uacatura ꝗ̃ duxerat acceptandā. Et per capitulum receptus in canonicum & in fratrem stallo in choro & loco in capitulo assignatis & ille Matheus postea uacante quadam præbenda per obitum cuiusdā dionisij reseruata tamen acceptauit eam ignorans reseruatā.& de ea obtinuit sibi prouideri.& in pacificam possessionem induci. Verum tamen cum cognouit eā reseruatam rex supplicauit papæ pro eo: narrando de præmissis nominatione per eũ uirtute dictæ gratiæ facta de eo & de prouisione canonicatus: & receptione & acceptatione ac prouisione ac in possessionem inductione præbendæ prædictæ subsecut.ꝙ de illa præbenda sibi prouideret.papa uero Regis contēplatione ac præmissorum meritorũ suorũ intuitu narrata reseruatione & quo modo ea obstan.& eius decreto acceptatio illius præbendæ & prouisio inde secuta uiribus nō subsistebat.& ꝙ nullus ea uice præter ipsum de ipsa præbēda potuerat dispo nere cōtulit sibi illā præbendā tanꝗ̃ reseruatam non conferendo sibi alias canonicatũ de nouo. Regina uero Franciæ uirtute suæ gratiæ antea de anno dñi. Mccclij.die. xxv.Iulij in eadē ecclesia parisiensi nomiuauerat quendā Egidiũ de trambeyo cui etiā erat prouisum de canonicatu per executorē & reseruata pro ea uacatura &c.& receptus per capitulũ.sed quia tempore quo rex nominauit prædictũ Matheũ dicto Egidio nōn erat in aliqua præbēda ius quæsitum ipse Matheus nominatus per regem erat præferendus propter gratiam prædictam qua disponebatur denominatum uel denominando per regem præferendum cæteris.

DE INIV. ET DAM. DATO.

Summarium.

1 Iniuriarum actione licet ciuiliter agatur requiritur tamen specificatio talis in libello & articulis quod pars possit certificari & testes deponere.

Epithome.

2 Obiectus sunt magis odiosi quam actio iniuriarum ciuiliter intentata.

3 Specificari debent crimina contra testes opposita. licet non ueniant pœna ordinaria puniendi.

Decisio. I. alias. 491.

NOTA quod in actione iniuriarũ licet agatur ciuiliter tñ requiritur specificatio talis in libello & articulis ꝙ pars posit certificari & testes depo nere sed nō tanta quāta in obiectibus q sunt plus
2 odiosi.pro hoc dicto alleg.tex.in.c.tue. de pro cu.& no. Inno.in.c.accepimus.de purg.cano. faciunt ēt no.de specifi
3 catione criminum circa testes.quia licet crimina probentur tamē pœna ordinaria non puniuntur.ut in.c.cũ dilectus.de ordi.cog.de dicta specificatione no.in.d.c.ex pte. de testi.& eo.ti.præsentium.li.vi.de excep.pia.de sen.excom.cum medicinalis.li.vi.

Summarium.

1 Commissio causæ iniuriarum criminaliter ad hoc ut cēseatur concessa requiritur mentionem expressam de iniuriis in signatura fieri.

Epithome.

2 Auditores non cognoscunt de iniurijs nisi de expressa cōmissione.

3 Condemnatus actione iniuriarum criminaliter efficitur infamis.secus si ciuiliter actum fuerit contra se.

Decisio. II. alias.634.

NOta ꝙ actio iniuriarum nō dat̃ ad uindictā aliquotiens ſm Archi.ſup uerbo iniuriarũ.de of.ordi.si ca
2 nonici.li.vi.dñi uero auditores sacri palacij nō cōiter cognoscunt de inurijs q̃ dicunt̃ causæ illicite alicui nisi expressa mentio fiat in cōmissione papali.& hodie tñ uix de romana curia hæc litere impetrari possunt ſm Host.in.c. gradis.de rest.spo.nec sufficeret narrare in supplicatione de iniurijs nisi uicecancellarius poneret de manu sua in supplicatione de iniurijs.ratio est quia in actione iniuria
3 rum si agatur criminaliter condēnatus est infamis. secus si ciuiliter ut.l.i.ff.de his quæ no.infa.&no.in.c.cũ tu.de testi.cog.&.Archi.in alleg.c.s.canonici.

Summarium.

1 Reconuenire potest reus actorem coram eodem auditore impetrato super iniurijs.

Decisio. III. alias.777.

SCiendũ est ꝙ si aliquis impetrauerit cōmitti alicui auditori ſup iniurijs realiter sibi illatis ꝙ ille ēt contra quē impatrauit pōt ēt opponere iniurias sibi illatas rōne cōuentionis de qua conuentione habetur in.c.dispendia.de rescrip.li.vi.& ita tenet & seruat rota.

DE

DE POENIS.

Summarium.

1 Monachus propter delictum potest a monachatu deponi.

Epithome.

2 Monachus depositus a monachatu censetur priuatus præbenda. & uoce capitulari.

3 Monachus recipiens mutuum si non potest soluere non admittitur ad cessionem bonorum. immo potest priuari præbenda. & dabitur ei ut possit uiuere ad necessitatem extra monasterium.

Decisio. I. alias. 237.

NOTA ꝙ monachus ꝑpter delictum uel alias potest a monachatu deponi & operatur depositio ꝙ non recipiet præ-
2 bendam a monasterio. nec habebit uocē in capitulo. ut notatur in capitulo. dilectus. de simo. & Archid. in. c. quia sæpe. super uerbo beneficijs. de elect. li. vi. ad ꝙ facit. c. peruenit. de fide
3 deiusso. pro hoc facit quod monachus recipiens mutuum si non potest soluere non admittitur ad cessionem bonorum immo potest priuari & præbenda & illud quod potest haberi dabitur sibi ad partem & extra conuentum de quo possit uiuere ad necessitatem solum & alias non.

Summarium.

1 Possessor malefidei sicut uiolentus condemnandus est in fructibus a tempore occupationis. licet de tempore nō constet.

Epithome.

2 Sententia incerta in accessorijs ferri potest.

Decisio. II. alias. 405.

NOta quod si constat de occupatione iniusta beneficij potest condemnari occupans in fructibus a tempore occupationis beneficij perceptis ac si de uiolentia constaret licet non sit probatum tempus occupationis aut quantitatis seu ualor fructuum. Ratio qa de mala fide sua constat & malefidei possessor sicut uiolentus condemnandus est in fructibus. C. unde ui. l. con-
2 quærebatur. de resti. spol. grauis. Non obstat quod sententia est incerta quia in accessorijs potest ferri talis sententia. ut no. Inno. in. c. tanta. de exces. præla. & de resti. spo. cum ad sedem.

Summarium.

1 Beneficium requirens sacerdotium tenens ad hoc ut priuari possit nisi se promoueri fecerit requiritur monitio.

Decisio. III. alias. 520.

NOta quod tenens capellaniam requirentem sacerdotium non priuatur capellania: nisi monitus posito ꝙ non promoueatur infra annum quia. c. licet canon. de elec. est penale ergo non debet extendi nisi caueatur. ut. c. statutum. eo. ti. li. vi.

Summarium.

1 Accusari non debet ille qui super eodem fuit inquisitus.

Decisio. IIII. alias. 520.

NOta ꝙ quando est actum contra aliquem per modum inquisitionis non potest agi iterato contra eundem per modum accusationis secus si per uiā exceptionis. ut notatur in. c. dilectus. de purga. canoñ. ut ibi in glo. purget super fama pro prima parte huius decisionis uide. s. deci. cviij.

Summarium.

1 Excommunicato quomodo & qualiter subtrahātur fructus beneficiorum suorum?

Decisio. V. alias. 521.

NOta quomodo & qualiter subtrahantur clerico excommunicato fructus beneficiorum ecclesiasticorum. uide Innoc. in. c. pastoralis. de appel. sed Hosti. contra in summa de clerico. excom. §. i. uersic. sed nunquid. & de sen. excom. §. quis sit effectus. uer. sed nunquid & per Archid. de rescrip. c. ulti. li. vi. & per Io. an. de reg. iur. cum quid prohibetur. lib. vi. & de cleri. excom. ministran. uide Innoc. de coha. cleri. & mulie. sicut. de accusa. qualiter. ij.

DE SENTEN. EXCOMMV.

Summarium.

1 Excommunicari non possunt singulæ personæ capituli licet ut capitulum facientes apprehensæ fuerint si mandetur citari sub pœna excommunicationis decanum & capitulum.

Epithome.

2 Procurator capituli an appellat pro qualibet singulari persona capituli?

Decisio. I. alias. 315.

NOTA quod ubi mandatur citari decanus & capitulum alicuius ecclesiæ: sub pœna excommunicationis si sunt certi canonici facientes capitulum & illi apprehendantur tales ut singulares personæ non possunt excommunicari licet citati fuerint tanquam capitulū facien. quia aliud est gerere uicem capituli & aliud uicem singularum personarum. quia quælibet persona ut singularis persona nō punietur. sic notatur per Inno. in. c. eam te. de rescri. uerū
2 tamen procurator capituli posset appellare pro qualibet singulari persona capituli. uide quod notatur in. l. ij. ff. quod cuiusq; uniuersi. licet Inno. uideatur notare contrarium. in. c. romana. de sen. excom. lib. vi.

Summarium.

1 Excommunicatus potest in curia romana indifferenter commissionem impetrare sed repellitur ad agendo.

Decisio. II. alias. 594.

DIc etiam quod excommunicatus maiori excommunicatione indifferenter commissionem alicuius causæ in curia romana impetrare potest. & ita obseruatur. ipse tamen potest repelli ab agendo si opponatur ei excommunicato de iure. in. c. cum inter priore. extra de excep. de sen. excō. cum pro causa. de rescrip. ipso. iure lib. vi.

Summarium.

1 Auditor non absoluit ad cautelam sine speciali commissione. sed iudex extra curiam sic si sibi simpliciter absolutio committatur.

Epithome.

1 Iudex cui est commissa causa cum facultatem absoluendi impetrantem commissionem poterit illum ad cautelam absoluere.

Decisio. III. alias. 810.

Sciendum est ꝙ nullus auditor sacri palacij potest absoluere ad cautelam nisi sibi specialiter cõmittatur a domino uicecancellario. Secus est tamen si aliqua causa seu absolutio committatur extra curiam romanam ali-
1 cui ꝙ absoluat aliquem uel aliquos simpliciter. quia tunc talis commissarius potest absoluere nihilominus ad cautelam. & ita seruat rota dominorum auditorum.

Summarium.

1 Excommunicato absolutio ad cautelam difficilius conceditur quam absolutio simpliciter.

Decisio. IIII. alias. 811.

S. in no. de renunc. 3. circa medium.

Sciendum est ꝙ si aliquis petat absolutionem ad cautelam ab aliquo domino auditore sacri palacij ex commissione sibi specialiter facta, debet primo uidere an post appellationem fuerit excommunicatus, secundum Io. an. in. c. uenerabilibus. de sen. excõ. li. vi. Si autẽ petatur absolutio excõmunicationis simpliciter tunc sine aliqua informatione impenditur absolutio uel beneficium absolutionis temporibus retroactis. Hodie uero anno domini millesimo. ccclxxv. non impenditur per auditorem causæ nisi cum aliqua informatione facta de excommunicatione prædicta.

Summarium.

1 Excommunicato non potest conferri beneficium. Et suspensus a canone celebrans non fit irregularis. secus si ab homine.

Epithome.

5 Suspensus a canone celebrans non incurrit irregularitatem. secus si ab homine.

Decisio. V. alias. 363.

Staphi. in tra. de lite gra. & iusti. fol. 82. uers. uerior tamẽ uidetur.

Nota ꝙ excommunicato ipso iure non potest cõferri beneficium. & uidetur textus in. c. postulasti. de cleri. excõ. mini. licet posset dici ꝙ. c. illud loquitur in excõmunicato ab homine secus si a iure. arg. no. in. c. si celebrat. eo. ti. licet prima opinio teneatur. quia c. i. de rescrip. li. vi. loquitur indistincte quando excommunicatio fertur in certam personam. & quia sententia iuris imponitur propter crimen plus ligat. ar. no. in. c. peruenit. de exces. præla. sed quantum ad suspensionem fit differẽ
2 tia. quia si suspensus a canone celebrat non est irregularis sicut si ab homine. ut notatur in. c. sicut in fi. de coha. cler. & muli. per Inno. uide deci. ccxxxviij.

Summarium.

1 Absolui potest quis ad cautelam licet causam excommunicationis non alleget.

Epithome.

1 Appellans ab assignatione loci non tuti. sufficit ꝙ dicat se appellasse quia locus non est tutus.
3 Appellans ab aliquo grauamine ad papam necessario non tenetur exprimere causam.
4 Iudex datus in secunda instantia an absoluat excõmunicatum in prima instantia?

Decisio. VI. alias. 60.

Nota ꝙ ubi pars dicit se excommunicatam & petat se absolui & non assignat causam quare est excommunicata ꝙ iudex habet talem partẽ absoluere ad cautelam. posito ꝙ causa excommunicationis
2 non allegetur. ut dicitur in simili. ꝙ ubi quis appellat ab assignatione loci non tuti. sufficit ꝙ dicat appello. quia locus non est tutus. Idem est ubi quis appellat a grauamine. quia non est necesse ꝙ causa exprimatur. ut no. Inno. in. c. significantibus. de no. ope. nunci. sed contra facit. c. dilectus. de rescrip. & Io. an. uidetur dicere contrarium. s. ꝙ ubi appellatur a grauamine debet causa exprimi. in. c. appellãti de ap. in cle. & ꝙ pars nõ habeat assignare causam quare est excommunicatus. facit. l. fin. C. de anna. cũ si. ad quod no. per Archid. de ap. c. cordi. super uerbo causam li. vi. quia ꝙ causa exprimatur habet locum quando
3 appellatur ad papam secundum unam opinionem & uide infra deci. lxxvij. & cxvi. & cccxxix. & circa solutionem expensarum uel cautionem præstandam. uide deci. cccclvij. Et an iudex datus in secunda instantia absoluat
4 excommunicatum per primum iudicem datum in prima instantia. uide infra deci. dcij. & dclvi. & dclxxxij. & dccccxxix. & dccccxxx.

Summarium.

1 Excommunicatus non absoluitur ad cautelam. licet alleget se exemptum. si excommunicator est in possessione excommunicandi. licet si ageretur super possessione.

Decisio. VII. alias. 116.

Nota ꝙ ubi episcopus excõmunicat. & est in possessione excommunicandi. ut quia excommunicat subiectum nisi probetur exemptio. excommunicatus pendente lite non debet absolui ad cautelam. ut no. Innoc. in c. solet. de sen. ex. super uerbo pro manifesta. secus esset si super possessione in qua episcopus dicebat se esse uerteretur dubium. quia posito ꝙ de iure posset excommunicare. nisi probaret se in possessione præstaretur absolutio ad cautelam. ut uidetur notare Inno. in. c. uenerabili. in fi. de censi. & in. c. apostolicæ. de excep. uide. s. deci. lx. & circa absolutionem expensarum uel cautionem præstandam. uide infra deci. cccclvij.

Summarium.

1 Excommunicatus potest beneficium acceptare licet sibi non possit prouideri.

Epithome.

2 Depositus retinet illa quæ sunt iurisgentium.
3 Acceptatio non uidetur actus spiritualis sed extraiudicialis.
4 Excommunicatus an possit optare præbendam?
5 Optio non uidetur noua collatio.
6 Præbenda optata loco primæ habetur.
7 Excommunicatus æquiparatur deportato.
8 Deportatus potest optare & eligere.
9 Filius familias optare non potest.
10 Excommunicatus priuatur fructibus præbendæ.
11 Excommunicato an beneficium conferri possit?

Decisio. VIII. alias. 216.

S. in no. de cõces. pb. dec. 5. Staphi. de lite gra. & iust. fol. 95. uer. an aũt & an possit optare uide ænes de fal. i tra. suo ref. i. 4. q. pri. i v. effectu fo. 5. uer. quntus cas.

Nota ꝙ excommunicatus potest beneficium acceptare. quia licet excommunicato non possit prouideri. nec sibi ius acquiri in beneficio. tamen illa quæ sunt præparatoria iure uidetur ꝙ possit facere cum sit solum prohibitus ad tempus. ar. l. si quis officium. ff. de ritu nup. & quia in acceptatione non est nisi quædam declaratio uoluntatis. de quo non est mirum ꝙ excõmunicatus

2 tus ad talem sit abilis.quia etiam depositus retinet illa
3 quæ sunt iurisgentium.l.quædam.ff.de peti.& quia acce
ptetio uidetur actus non spiritualis sed extraiudicialis.&
4 propter ista uoluerunt aliqui dicere ꝙ excommunicatus
posit optare præbendam si alias iure consuetudinis com
5 petat sibi optio.quia optio non uidetur noua collatio.ut
in.c.fi.cum ibi no.per Archid.de consue.lib.vi.quia præ
6 bendaquæ obtatur loco primæ habetur.ar.l.si donare.de
7 dona.inter uirum & uxo. Item æquiparatur deportatus
excommunicato.ut no.in.l.eos qui.ff.de testa. insti.de ca
8 pi.dimi.§.minor.Sed deportatus potest eligere & optare.
ut.l ex testamento.§.si quis rogatus.ad trebel.ergo & ex-
9 communicatus.licet contra uideatur.quia si filiusfamil.
10 optere non potest.ut.l.iulianus.de lega.i.& quia excom-
municatus priuatur fructibus præbendæ.nec ipsos etiam facit suos.ut.c.pastoralis.de appel. multominus uidetur ꝙ præbendam posit optare quia uidetur res spiritualis. uel quia spirituali est annexa. ut no.Archi.in.c. gratia.in prin.de rescrip.lib.vi.& uide.s.decisi.cccxliij.ubi tractatur an eo communicato posit conferri beneficium.& uide deci.cccxxix.&.cxxvij.&.cccxxx.&.cccxxxij.

Summarium.

1 Executor excommunicatus an posit & prouidere acceptanti beneficium.

Decisio. IX. alias.128.

Fely. in.c. ad probandũ circa princ. de re indi.fran.in.c. pia in pri.col. secundæ uers. circa primum de excep.in.6.

NOta ꝙ executor excommunicatus potest prouidere de beneficio maxime si ille cui fuerit facta ignorat eum excommunicatum quia non inspicitur persona quæ prouidet.sed cui acquiritur prouisio. arg.l.si legatum.ff. quibus mo.usufruc.amit.ad trebel.l.cogi.§.hij qui solum de lega.ij.l.fi.si quis aliquem testa. prohi.l.i.§.sed si legatum.licet faciat contra.c.post cessionem . de proba. Sed non ob.quia ibi est alia ratio quam hic propter participationẽ.uide deci.clxi.

Summarium.

1 Excommunicatio sine monitione per ordinarium lata tenet.secus si per delegatum.

Decisio. X. alias. 139.

NOta ꝙ excommunicatio debet fieri monitione præcedente.Si tamen feratur non præcedente monitione tenet.ut no.Innoc.in.c. illud.de cleri. excom.mini.ꝙ est uerum si feratur per ordinarium. secus si per delegatum.deci.dlix.

Summarium.

1 Excommunicationem non probat absolutio.

Decisio. XI. alias.146.

NOta ꝙ contra illum qui petit se absolui non probatur excommnnicatio propter hoc ꝙ petit se absolui nisi legitimis documentis probetur excommunicatio.ut no. Inno.in.c.dilectus.de or.cog.gl.penul.uer.sed dices. & Archidi.in.c.pia.super uerbo. probauit.in.fi.de excep. lib.vi.ut tenet glo.Ber.in.c.uenerabilem.de elec.Et uide infra deci.cccxxx.

Summarium.

1 Absolui an debeat reus conuentus ratione beneficij cõtra quem actor opponit de incursu in excõmunicationẽ ab executoribus latam licet non probauerit sententiam excommunicationis fuisse iniustam?

Decisio. XII. alias.329.

NOta ꝙ ubi aliquis conuenitur ratione beneficij.& dicitur per partem aduersam conuentum & reum in sententiam excommunicationis ratione processuum factorum ab executoribus incidisse.talis conuentus si petat se absoui a sententia processuum latorum si quas incurrit absoluendus est per auditorem.posito quod non petat ad cautelam se absolui secundum illa quæ no.per Innocen.in.c.per tuas.de sen.excommu. super uerbo consueuit.uersi.tamen si uellet.licet Ber. & Hostien.in.c.cũ inter.de except.uideantur notare quod talis non est absoluendus donec sententiam excommunicationis latam iniustam probauerit.

Summarium.

1 Absolutio non impartitur nisi contrito & petenti & propterea prior non potest petere absolutionem pro monachis uel subditis suis absentibus.

Decisio. XIII. alias.319.

NOta ꝙ prior qui se petit absolui ut dictum est licet posit in propria persona non potest tamen petere pro monachis absolutionem uel subditis suis absentibus nisi ad hoc habeat mandatum iuxta not.in.c.cum desideres.de sen.excõ.per Inno. & quia absoluti non debet dari nisi contrito & petenti.uide supra decisi. lx. & cxxvi.

Et quid de canonico uide fely.de except. uer.dixit.n.

Summarium.

1 Excommunicatus antequam absoluitur non tenetur respondere super eo quod iniuste fuit excommunicatus.

Decisio. XIIII. alias.31.

NOta ꝙ ubi aliquis est excommunicatus.& conuenitur super eo super quo est excommonicatus non tenetur respondere antequam absoluatur dummodo ostendat ꝙ iniuste fuerit excommunicatus.ut no.in.c.cũ inter.in.i.glo.de excep.

Summarium.

1 Excommunicari non potest hæres uel successor ex processu habito contra defunctum.

Epithome.

2 Hæres tenetur ex contractu defuncti & pœna committitur in person am ipsius.

Decisio. XV. alias.338.

NOta ꝙ ex processu habito contra defunctum nõ excommunicatur hæres seu successor sine noua monitione. ut.l.si seruus.ff. de hijs qui no.infa.
quia sententia excommunicationis fertur propter contumaciam.quæ non potest allegari contra hæredem . quia
qui in ius succedit alterius iustã &c.ut.l. qui in alterius.
2 ff.de regu.iur.& licet hæres teneatur ex contractu defun-
1 cti.& pœna committitur in personam hæredis.ut.l.ad rẽ
de uerbo.obli.&.l.fina.de nau.fe.tamen actus mere concernens personam non ita transit de persona defuncti ad hæredem sicut alij actus.ut dicitur in pacto personali.ff. de pact.l.iuregentium.§.pactorum. Vnde antequam aliquis excõmunicetur oportet ꝙ personaliter moneatur nec sufficeret citatio ad domum.ut no.in.c.fi.de eo qui mit.in pos.per Innoc.

Summarium.

Excommunicatus an dicatur pro manifesta offensa prælatus qui dixit se nolle parere literis contra se ad beneficium impetrantis . quamuis intimatis procesibus prius dixerit se uelle parere?

Decisio. XVI. alias.352.

NOta ꝙ si prælatus contra quem literæ ad beneficiũ sunt impetrate intimatis procesibus executis dixit

se uelle parere.& post ex causis probabilibus dicat se parere nolle.appellando.& ideo excommunicetur non uidetur excommunicatus pro manifesta offensa.

Summarium.

1 Excommunicationis exceptio an admittatur ad impediendas tres conformes interlocutorias?

Epithome.

2 Clem.ut calumnijs an habeat locum in titulum sententijs interlocutorijs.

Decisio. XVII. alias.417.

NOta causa fuit pronunciata deuoluta per tres interlocutorias nunc impugnans deuolutionem prætendens nullitatem pronunciatorum & processus extunc habiti dicit partem quæ impetrauit cõmissionem fuisse tempore impetrationis excommunicatam. quæritur an sit audiendus.& uidetur ꝙ non.donec dictæ interlocutoriæ obtinuissent effectum suum. per.c.ut calumnijs de sen.& re iud.in clem.fuit dictum ꝙ audiretur. quia præiudicialis erat exceptio. Item quia post finitum processum & post finitam causam esset audiendus. ergo & nunc.antequam ulterius procederetur erat melius cum audire.& minus malum esset quam post finem causæ ut lites breuiarentur.nec tres interlocutoriæ feruntur ualere
2 quia nullæ erant.ar.l.si expressum.de ap.nec obstat.c.ut calumnijs.quia loquitur in diffinitiua. sed caue. quia etiã habet locum in interlocutorijs.ut ibi no.super uerbo sententias.& ibi est diuersa ratio quã hic. ut patet ex illo tex. uide deci.xv.supra de re in antiq.

Summarium.

1 Interdictum an relaxetur ad cautelam præstita cautione sicut relaxatur sententia excommunicationis?

Decisio. XVIII. alias.435.

§.c.t.in no.de.9 NOta utrum c.cum contingat.de offic.dele.§.penul.& fi.habeat locum in sententia interdicti.uidelicet an ille qui iniuste in se latam sententiam interdicti conqueritur. debeat absolui si pars aduersa contradicat li.super hoc pen.dum tamen uelit cauere de parendo mandatis ecclesiæ.sicut si absolueretur a sententia excommunicationis.quidam dixerunt ꝙ non donec docuerit de iniusticia sententiæ. quia non est eadem ratio periculi uel communionis uitan.sicut in excommonicato pro quo de sentẽtia excommunicationis præsenti cum ibi no. li.vi.sed per ibi no.uidetur distingui posse de interdicto lato in personam uel in loco cum ibi distinguitur quo ad beneficium absolutionis ad cautelam. Item quia præsumẽdum est pro sententia iudicis.&c.tamen de facto obtinuit cõtrarium.& in ista opi.fuit maior pars dominorum.quia satis est magnum & sufficiens periculum in interdicto.ut equitas dicti.c.cum cõtingat.locum habeat.nec per hoc aliquid de iusticia deperire potest parti aduersa.immo est eius utilitas ex quo ille canere uult de parendo iuri pro hoc de ap.qua fronte.ubi aliqui reputant expressum sed non est.quia licet quærat.de sen.exc.& interdicto.solum respondet de excõmunicãte & non de interdicto & magis posset induci in contrarium. nisi diceretur ꝙ quasi ex sufficienti paritate rationis ꝙ respondet de excommunicatione uidetur de interdicto etiam respõdisse.& uide Io. an.in.c.solet.uer.ad quartam de sen.excom.lib.vi. uide infra.de.lxxvij.

Summarium.

1 Interdictum præstita cautione an relaxatur secus absoluitur simpliciter excommunicatus.

Epithome.

2 Interdictũ non potest suspendi nisi in totum relaxetur sententia.

Decisio. XIX. alias.77.

NOta ꝙ secundum ꝙ excõmunicatus simpliciter absoluitur præstita cautione de stando iuri.ut.c.cum contingat.de offi.deleg.ita habet locum dictum.c. in interdicto.s.ꝙ relaxetur interdictum.ut.c. qua frõte de ap.& no.Inno.in.c.ad hoc co.ti.licet aliqui dicant contrarium per.c.præsenti.de seu.excom.li.vi.cum ibi notatis per Archidia.Sed dic ꝙ ibi loquitur in absolutione ad cautelam in qua aliud seruatur quam in absolutione simplici.iuxta notata.in.c.solet.de senten. ex.li.vi.iuncto.c. cum contingat allegato.Vel dic ꝙ ubi interdictum petitur ab inicio relaxari per illum cui per culpam est latum tunc posset habere locum.c.cum contingat.quia talis potest cauere de stãdo iuri. Nec in isto casu haberet locum. c.præsenti.quia cessat ratio reddita ibi per doctores. Vbi autem peteretur relaxari per alium quam per illum propter quem est latum tunc uidetur ꝙ non habeat locum. c.cum contingat.quia iniuste peteretur cautio de stando iuri & de satisfaciendo ab illo qui nõ fuit in culpa nec est obligatus.& ideo non mirum si in isto casu non fiat relaxatio sicut fit absolutio.quia nõ est tantum præiudicium in interdicto sicut in sententia excommunicationis.ut nota.per Io.mo.in allegato.c.præsenti.ad quod.c.non est. de spon. Item interdictum non potest suspendi posito ꝙ
2 non relaxaretur sententia.& non potest suspendi nisi in totum relaxetur.ideo non tantum præiudicium. ut no.Io. an.in alleg.c.præsenti.& uide.s.deci.ccccxxxv.&.lx.

Summarium.

1 Litis contestatio non requiritur ubi petitur declarari aliquem incidisse in canonem si quis suadente diabolo.

Decisio. XX. alias.504.

NOta si petatur quis declarari per ordinarium incurrisse in canonem si quis suadente. quia percusit clericum ad finem ꝙ denuncietur publice excommunicatus.& euitetur a Christi fidelibus non requiritur litis cõtestatio.licet ordinarius qui est executor canonis debet parte uocata & cum causæ cognitione summariæ procedere & de hoc inquirere.ut legitur & no.in cle. præsenti. de censi.& de sen.ex.præsenti.& de pe.c.i.& se.super uerbo constiterit.per Io.an.& Pau.in clem.& Io.an.in.c.i.de offi.deleg.in cle.super uerbo repererit.de cõsan.& affi.c. i.in cle.tamen quia hic nihil petitur adiudicari uel auferri.quia hic proceditur summarie.& sic nulla fit litis cõtestatio.pro quo alle no.Innoc.in c.fi.de offi.iudi.&.c.i ad nostram.de iureiu.per.c.sacro.de sen.ex.& no.in.c.quoniam frequenter.§.in alijs.ut lite.non contesta.&.c.tue. per Ber.Specu. tamen tenet contrarium ꝙ etiam in summarijs requiritur litis contestatio.de offi.iudi.§.fi.uer.sed quæritur.

Summarium.

1 Impetrãti beneficia non admittitur exceptio generales excommunicationis opposita.& hoc in excommunicatione lata ab homine secus si a iure.

Decisio. XXI. alias.519.

NOta ꝙ non admittitur exceptio excommunicationis contra impetrantem quando allegatur generalis excommunicatio.ut quia lata per processus generales ab homine.secus si a iure. ut quia diceretur ꝙ iniecit manus uiolentas in clericum quia tunc admitteretur talis exceptio.quia plus delinquit in legem quam in hominem.argu.l.si libertus. se minorem.ff.de iurepat.nec obstat.l.celsus.de arbi.quia ibi delinquebat contra legem & hominem secundum bonum intellectum.

Summarium.

1 Absolutus simpliciter cũ cautione si non paret an reincidat in excommunicationem ipso iure.

Decisio.

Decisio. X X I I. alias. 704.

Nota quod ubi excommunicatus coram auditore ad hoc ut absoluatur promisit stare iuri & mandatis ecclesiæ si non facit quod promisit tunc si primo fuit excommunicatus a canone uel a iure ex quo non adimplet quod promisit ipso iure reincidit in excommunicationē. ut.c.eos.de sen.ex.li.vi.quod.c.uidetur corrigere.no.per Ber.in cap.de cetero.de sentē.excommu. Vbi autem fuit excommunicatus ab homine & absolutus per auditorem cum cautione de stando iuri tunc si non facit quod promisit non est ipso iure excommunicatus sed per eundem auditorem in eadem sententia qua prius erat ligatus est reducendus donec fecerit quod promisit.ut cap.quoniā. de appellatio.& quod no. Ioan.mona.in allegato capitu. eos.in fine. Nec est mirum si per eundem auditorem posset reduci in primam sententiam quia sub conditione uidetur absolutus, quod si conditio desit, non uidetur absolutus ab eodem auditore. argumen. l. licet. in principio.ff.de iure doti.& l.si quis accepto.cum ibi notatis.de conditio ob causam.maxime infra annum a tempore absolutionis primus iudex ualet eum reducere.quia tantum uidetur durare eius iurisdictio.ut cap.quærenti. de offic.delega. Vel dicit quod etiam in isto casu post annum.quia sub conditione uidetur absoluisse alias non uidetur functus officio nisi existat conditio.per iura all.uide deci.dcii.

Summarium.

1 Excommunicatio delegati non præmissa monitione canonica est nulla ipso iure.

Decisio. X X I I I. alias. 559.

Vtrum excommunicatio delegati monitione non præmissa sit nulla ipso iure? Quidam quod sic. per notata per Archidia.de offic.delega.in fine. libro sexto.licet secus in ordinario.ut notatur in capi.romana.§.sed nec.in Specu.de senten. excommuni. cum ibi notatis.per Archidia.& per glos.in capitulo sacro.in principio eod.titu.& secunda quæstione prima. in summa.pro hoc scilicet quod non teneat sententia delegati. bene facit quod notat Archidiaco.de offic.ordina.romana.super uerbo non attemptent.& de senten. excommu. romana.§.in uniuersitatem super uerbo prohibemus. libro sexto.& .C. de legib.non dubium. sed contrarium credo.

Summarium.

1 Auditor secundæ instantiæ non absoluit excommunicatum ab auditore primæ nisi uisis actis primæ instātiæ.

Decisio. X X I I I I. alias. 602.

Tenent domini auditores sacri palacii, quod si aliquis procurator petit se absolui ab excommunicatione coram auditore secundæ instantiæ lata ab auditore primæ instantiæ debet primo uidere acta primi auditoris si fecit bene & tunc remittat eum absoluendum ad auditorem. Si uero male fecit absoluit eum incontinenti in dubio si uidetur absoluatur ne lis nimis differatur propter excommunicationem procuratoris. uide deci.dxxiiii.

Summarium.

1 Absolui potest excommunicatus in personam procuratoris habentis speciale mandatum ad hoc.

Decisio. X X V. alias. 656.

Nota quod domini auditoris sacri palacii non consueuerunt absoluere excōmunicatos ratione causæ eis commissæ, nisi excommunicati sint præsentes in curia uel habeant in eadem sufficientem procuratorem tunc possunt absoluere secundum Inno.in.c.cum desideres.de sen.excom.licet ibidem teneat contrarium Hosti.sed dictum Innocen.seruat sacrum palacium.uide supra deci.lx.

Summarium.

1 Auditor non dat literas absolutionis præceptorias sed intimatorias.

Decisio. X X V I. alias. 672.

Nota quod si aliquis dominus auditorum sacri palacii absoluit aliquem in aliqua causa sibi commissa simpliciter uel ad cautelam & pars absoluta petit fieri literas mandandas ad partes quod denuncient talem fore absolutum quod non potest hoc mandare, sed bene potest facere literas intimationis quod talis absolutus & cætera.

Summarium.

1 Processus factus cum actore excommunicato ualet si non opponatur.

Decisio. X X V I I. alias. 818.

Dic quod si agatur in aliqua causa cum actore excommunicato quod ualet quod agitur cum eo, nisi excipiatur.pro hoc facit capitu.primo de rescriptis.libro sexto.& ita seruat rota. de hoc. in capitulo prudentiam.§.sexto.de offic.delega.& capi.pia. de exceptio.lib.sexto.

Summarium.

1 Excommunicatus potest acceptare beneficium sed non potest sibi per executorem prouideri.

Decisio. X X V I I I. alias. 720.

Nota quod excommunicatus maiori excommunicatione potest acceptare beneficium uacans ratione gratiæ si quam habet. prouisio uero non potest sibi fieri per suum executorem. iuxta capitulo postulasti. de cle. ex. mi. & ita etiam seruat rota. & licet dictus excommunicatus acceptauerit beneficium & etiam prouisum fuerit per suum executorem de suo beneficio uacan.& secundus acceptauerit & prouisum fuerit per suum executorem qui est in possessione dicti beneficii.& licet primus expectans habuerit unam sententiam pro se uel duas in prima uel secunda instantia. obiectus tamen excommunicationis non fuit oppositus.in tertia uero fuit admissus ad probandum dictam excommunicationem qua probata auditor tertiæ sententiæ absoluat secundum acceptantem & possidentem dictum beneficium ab impetitione primi acceptantis.nec dicendo in sua sententia de prædictis duabus sententiis latis pro primo acceptante.& in hoc concor.rota dominorum auditorum sacri palacii sicut fuit de facto in causa excommunicati & secundo acceptan.& possiden.pro quo tuli sententiam.uide deci.cxxvi.

Summarium.

1 Citatus ut personaliter in causa criminali criminaliter intentata compareat in contumaciam excommunicatur secus si ciuiliter.

Decisio. X X I X. alias. 724.

Nota quod si aliquis fuit citatus in aliqua causa criminali personaliter si agatur criminaliter & nō ueniat potest excommunicari.secus autem si agitur ciuiliter de crimine. & ad hoc facit capitulo ueniens. de accu.

Summarium.

1 Excommunicatus an possit absolui tempore feriato pendente termino ad dicendum contra commissionem pro se præsentatam?

Decisio.XXX.alias.785.

SCiendum est quod si aliqua commissio impetratur & præsentetur domino auditori sacri palacii tempore feriato qua præsentata assignatur terminus ad dicendum contra commissionem ad primam diem iuridicam.&.si pendente illo termino petatur absolutio ad cautelam,uel simpliciter quod pendente illo termino non debet dari illa absolutio sed potest assignari terminus ad illum actum solum faciendum tempore non feriato ad diē qua sedebunt in sacro palacio,& si in prædicta die assignata non dentur exceptiones generaliter contra commissionem prædictam tunc dictus auditor potest absoluere prout erit iuris & rationis alias pendente dicto termino ad dicendum contra commissionem auditor non potest absoluere.& ita seruat rota.

Summarium.

1 Arrestatus qui recessit non debet excommunicari nisi citetur per audientiam contradictarum ad hoc.

Decisio.XXXI.alias.823.

SCiendum est quod quando aliquis est arrestatus in curia pro aliqua causa & recedit illicenciatus & petatur per partem excommunicari quod incōtinenti non debet excommunicari immo est antea citandus per audientiam contradictarum.

Summarium.

1 Metus excommunicationis iniuste excusat eum qui cōtestatur litem cum protestatione.

Epithome.

2 Excomunicatio iniusta est iustus metus.

Decisio.XXXII.alias.490.

s.e. ti.in no.x. NOta si aliquis contestetur litem super libello cui obstant exceptiones uel alias propter sui ineptitudinem non esset respondendum metu excommunicationis sibi comminate si de hoc protestetur metus eum excusat & iudex grauat.quia licet metus excommunicationis iniuste non excuset.ut no.Ber.in.c. cum dile-
2 ctus.quod me.causa.tamen iniusta excommunicatio est iustus metus.ut ibi no.Hostien.& Ioan.andr.& sic loquitur glos.secunda. Ber.in capitulo olim.tertio de restitutio.spolia.

DE VERBOR. SIGNI.

Summarium.

1 Dictio & cætera non extenditur ad clausulas substantiales.

Decisio.I.alias.353.

NOta quod uerbum & cætera positum in protocollo non se extendit ad tales clausulas substantiales. per notata per Innocentium in capit.fraternitatis.de here.

Summarium.

1 Annum domini curia romana computat in festo natiuitatis eiusdem.

Decisio.II.alias.809.

SCiendum est quod curia romana quolibet anno computat annum domini in festo natiuitatis eiusdem.

Summarium.

1 Data in bullis apponitur sub die date supplicationis, non examinis.

Decisio.III.alias.667.

SCiendum est quod quando dominus Vrbanus papa quintus facere uolebat gratiam iuxta formam dignum arbitramur ad supplicationem alicuius de beneficio uacante uel uacaturo & committebatur examinatio alicui quod si inueniatur idoneus tunc ponebatur data in litera apostolica diei supplicationis date & non diei in qua facta fuerat examinatio.

Summarium.

1 Impetrans primus in forma communi præfertur secundo in forma speciali.

Decisio.IIII.alias.127.

NOta quod primus in data in forma communi præfertur secundo in forma speciali.de quo dic ut not. per Ioannem andream in capitulo uno. de concessio.præben.in cle.

Summarium.

1 Dubia in causa debent dari partibus præsentibus.

Decisio.V.alias.793.

SCiendum est quod in ciuitate romana est consuetudo quod iudex in causa dat dubia præsentibus partibus & si non faceret suspectus haberetur & ideo communiter quando aliqua debent poni in relationibus in sacro palacio per partes uel aliquam partium dantur dubia causæ aliquotiens auditori uel auditor dat eis.

Summarium.

1 Actore non probante reus etiam si nihil petat debet absolui & perpetuum silentium super molestatione actori imponi.

Decisio.VI.alias.461.

NOta actore non probante seruatis terminis reus ab impetitione actoris licet nullam petitionem dederit potest & debet absolui.per regulam.actore non probante.&c.& quia trahendo reum in causa satis impetiuit & molestauit & impediuit & ideo potest & debet actori etiam super huiusmodi molestationibus perpetuum silentium imponi.de proba.licet.

Summarium.

1 Citatus si non compareat nec minus qui eum citari fecit.quid sit agendum?

Epithome.

2 Absolutio ab impetitione non conceditur ob solam contumaciam actoris.sed requiritur quod iterato citetur ad uidendum absolui reum ab impetitione.
3 Actor si fuerit contumax condemnabitur in expensis neque audietur nisi præstita cautione.

4 Reus

4 Reus non absoluitur ab instantia iudicii, nisi citato ad hoc actore.

Decisio. VII. alias. 886.

Milis in repto rio suo, subuer bo actor uer si. actore non probante.

NOta quod ubi aliquis trahit alium ad iudicium aliquando reus in termino comparet, et actor non aliquando econuerso aliquando neuter ipsorum si neuter tunc circũducitur edictum & compensatio contumaciæ hincinde fit. ut. l. si ambo. ff. de compensa. si autem actor comparuerit & reus non. aut terminus est peremptorius aut non si peremptorius tunc potest excommunicari. si non est peremptorius potest fieri condemnatio in expensis & de hoc no. in capitulo finali. de dolo & contuma.
2 & in capi. quærelam. de procura. Si autem reus comparuerit & actor non aut libellus est oblatus aut non. si libellus est oblatus aut reus uult ut absoluatur ab impetitione & tunc non sufficit quod actor solum fuerit cõtumax sed oportet ut iterato citetur ad uidendum absolui eum, ab impetitione. prout no. Innocen. in capi. consuluit. de offic. delega. & tunc etiam habet locum capi. ut nostrum cum concor. scilicet quod actore non probante reus absoluitur. si autem pro contumacia actoris petit condem-
3 nari in expensis istud est faciendum & tunc non admittitur ulterius ad agendum nisi præstita sufficienti cautione iuxta capi. actor. de dolo & contumacia. libro sexto. Si autem libellus non est datus per actorem qui est contumax reo comparente, tunc aut reus uult solum condemnationem in expensis & dabitur. iuxta. capi. præallegatũ. actor. aut uult absolui ab instantia iudicii & illa tunc uẽdicat sibi locum. ut notat Innocen. præallegato capitulo consuluit. de offic. delega. sed oportet quod iterato tunc ad istum actum citetur actor ad instantiam rei ad uiden
4 dum ipsum absolui ab instantia iudicii. ut not. Innocen. ibidem &c.

FINIS DECI. ANTIQ.

DECISIONES ANTIQVIORES PER REVER. PATREM D. BERNARDVM DE BISIGNETO SACRI PALACII CAVSARVM AVDITOREM ET DEMVM S. ROMANÆ ECCL. CARDINALEM IN HVNC QVI SEQVITVR MODVM REDACTÆ.

DE CONSTITVTIONIBVS.

Decisio.I. similis est deci.numero primo.co.in antiquis.

Decisio.II. vide similem.nu.13.de consue.in antiquis.

DE RESCRIPTIS.

Summarium.

1 Interessatus ueniens ad causam antequam admittatur ad dicendum contra comisionem docere debet saltem sumarie de interesse suo.

Decisio.I.

Fel.in.c.audi tis.co.14.uer. dixit.de pscri. & in.c.cũ sup. de offi.dele.& Inno.in.d.ca. ueniens.

VTrum quando committitur causa cõtra talem & alios quorum interest si aliquis prætendẽs sua interesse uelit admitti ad causam & dicendũ contra commissionẽ, prius debeat docere de interesse suo, saltem summarie. Fuit decisum quod sic per decre. ueniens. ii.de testi. & quia debet se ostendere qualificatum qualitate in commissione descripta &c.

Summarium.

1 Commisio impetrata an facultate citandi sua interesse putantes an extendatur ad multos.& an illos actor in decreto citationis debeat nominare.

Epithome.

2 Scienti causam in qua prætendit se interesse habere inter aliquos agitari si se non opponat sibi paratur præiudicium.

Decisio.II.

Fel.in.c.sedes circa fi. de rescri.& in.c.pastoralis.§.qm. & ibi Deci.co Milis i reper. suo. in uerbo rescri.p quod dat potestas.

ITem an actor in primo citatorio debeat specificare illos quorum interest.& an uirtute illius clausulæ posset ultra quatuor conuenire.ut sic habeat locum.c.cũ in multis.de rescrip.li.vi.& uidetur quod possint multi conueniri.ar.no.per Inno.extra de excep.dilecti.Fuit obtentum inter dominos & decretum quod illud .c. non seruatur in commissionibus quæ fiunt in palacio auditoribus.quia commissiones quæ fiunt in curia.cum fiant ratione ordinarii & superioris iurisdictionis quam habet papa præsertim super causis deuolutis uel alias tractandis in curia nõ sunt adeo restringendæ quemadmodum commissiones quæ fiunt ad partes iudicibus delegatis. quæ tendunt in eneruationem seu diminutionem iurisdictionis ordinariæ.&c. ¶ Posset dici quod uerba illa quantum ad actorem ne possit infinitos uexare debeant restringi ad quatuor in principio citationis nominandos, ut dicto.c.cum in multis.quia ratio scilicet infinitatis & uexationis uitande sibi locum uendicat in hoc casu. sed quo ad alios non ad eius instantiam citandos, qui prætendentes sua interesse uellent uenire ad causam docendo
2 de interesse extendatur ad multos. quia etiam si se non opponerent scientes causam agi eis pararetur præiudicium.iuxta no.per Innocen.in capi.quamuis. & in capi. cum super.de re iudi.& iuxta.l.sæpe.§.cur autem.eo. titu.& pro hoc facit quod no. Ioan.andr.in dicto capi. cũ in multis.

Summarium.

1 Commisio per præsentiam partium impetrata.& citatio executa in personam procuratoris cuius reuocatio ad sui noticiam nondum deuenerat an deuoluat causam?

Epithome.

2 Processus agitatus a procuratore reuocato cuius reuocatio non deuenerat ad noticiam ualet.

Decisio.III.

IMpetrata est commissio tanquam per præsentiã partium,& apprehensus quidam procurator reuocatus, tamen ante impetrationem huiusmodi commissionis sed tempore præsentatæ commissionis & citationis de eo facte nondum reuocatio peruenerat ad noticiam impetrantis uel procuratoris. sed postea reuocatio peruenit ad dictæ partis noticiam.& citatus ad dicendum contra commissionem excipit de reuocatione.pro parte impetrãtis commissionem dicitur quod adhuc causa debet esse in curia.ex quo tempore impetrationis adhuc reuocatio
2 nondum peruenerat in eius noticiam.nam quicunque pcessus ante habitus cum eo etiam tenuisset. per.l.i.C. de sat.dan.& per.l.si procurator.cum ibi not.ff. de procura. & extra de procura.mandato.sed per ibi no.& Inno.per eundem eo.ti.in nostra.uidetur quod sufficiat reuocatio etiam si ignorat aduersarius & eius procurator. dum tamen non sit processum ad litem contestatam. & uidetur hoc probari a contrario in dicto.c.mandato.licet Bernardus sentiat ibi contrarium. ¶ Fuit quasi per omnes dictũ quod causa non esset in curia. & quod ignota reuocatio sufficiat.præsertim quo ad hoc ne per eius præsentiam cã posset dici fuisse in curia.qa nulla in hoc potest dici partis deceptio.ex quo talis procurator nihil fecerat nec faciebat.sed solum de hoc agitur an solius procuratoris reuocati præsentia in curia faciat partem reuocantem censeri esse præsentem in curia.

Summarium.

1 Commisio in qua quis tacet duas sententias contra se latas.& petit se admitti ad dandos obiectus.non ob.c. ut circa.de elec.libro sexto.non censetur surreptitia.

Epithome.

2 Status causæ ita exactæ non uenit specificandus in cõmissione eidem iudici facienda.

Decisio.IIII.

QVidam dedit obiectum contra petentem benefi
cium de excessu summe.sed quia non expresse
rat.in appellatione fuit exclusus propter malā
appellationem.tandem latis duabus sententiis
contra eum.& pro actore in fine tertiæ instantiæ obtinuit
a papa quod admitteretur ad probandum obiectum non
obstan.decretali ut circa.& si probasset quod actori im
poneretur silentium perpetuum.tamen in ista gratia seu
cōmisione non fecit mentionē de duabus sententiis latis
nec de alio statu causæ.Quæritur an sit surrepticia?qui
dam dicunt quod sic.per.c.inter monasterium.de re iu
di.Alii contra quia etiam si expresisset papa concesis
set cum ex alio capite non excluderetur nisi propter for
mam c.ut circa.non seruatam.Item papa hic considera
2 uit solum non ius actoris.Item etiam ex quo eidem audi
tori committitur.nec agitur de reuocatione iurisdictio
nis.nec de causa alii quam primo committenda. non est
necesse ita exacte de statu causæ facere mentionem iuxta
ta not.per Innocen.in cap.ex literis patriarche.de offic.
delega.

Fel.in.c. cæterā.co.ii. uer.limita.vi.de rescrip.

Decisio.V.similis est de rescrip.nu.50.in antiq.

Summarium.

1 Commisio impetrata ante dationem apostolorum, an
ualeat?

Epithome.

2 Appellanti a die late sententiæ currit tempus prosequē
dæ appellationis suæ.
3 Cancellaria non daret auditorem ubi exprimeretur pen
dere terminum ad dandum apostolos.

Decisio.VI.

VTrum si appellatur a grauamine uel interlocuto
ria ante dationē apostolorum posit auditor uel
iudex impetrari & an si de facto impetretur ua
leat impetratio.& an posit impetrans procedere in causa
illius appellationis antequam per illum a quo fuit appel
latum fuerint dati apostoli. & an si de facto processerit.
nec per appellatum fuerit exceptum aliquid ualeat pro
cessus.Quidam tenent de omnibus quod sic.quia tem
pus prosequendæ appellationis currit appellanti a die la
2 te snīæ.uel illati grauaminis.ut.c.sicut de ap.in cle.& ibi
not.igitur tempus dationis apostolorum nō debet sibi au
ferri quominus posit interim suam appellationem prose
qui.non obstat si dicatur quod primus adhuc remanet iu
dex.quia eius iurisdictio est suspensa.fatentur tamen qđ
si ille reuocaret grauamen & reponeret partes in statu re
tro.omnia acta per iudicem super appellatione impetra
tum erunt nulla.Alii uero tenent contra propter malitiā
ita subito impetrantium ut cito faciant iudici a quo inhi
beri.& quia cancellaria non daret auditorem super ap
3 pellatione si sibi fuisset expressum quod pendet terminus
asignatus ad dandum apostolos.primam tamen opi.cre
do ueram de iure.

Adde deci.nume.xix.de ap. in antiq.

Summarium.

1 Executores gratiarum pauperum, an simplices clerici
deputati de facto procedendo dicantur nulliter proce
dere?

Epithome.

2 c.statutum an habeat locum in executoribus gratiarū.
& nume 4.
3 Executores gratiarum possunt sibi assumere partes iudi
cis & procedere parte uocata & non uocata.& dicuntur
habere iurisdictionem.
4 Capi. statutum non habet locum in executoribus gra
tiarum.
5 Gratia est quid principale executoris datio est quodam
accessorium.
6 Executor necessario non pronunciat super idoneitate.
7 Subexecutores deputari possunt personæ in dignitate
non constitutæ.

Decisio.VII.

VTrum.c.statutum de rescrip.quo ad personas
habeat locum in executoribus gratiarum. & an
si de facto cancellaria super gratia pauperis uel
alia deputauit non in dignitate constitutum &c.sed for
san simplicem clericum ualeat processus per talem exe
cutorem factus.super purificatione gratiæ pauperis.hanc
q.habui de facto coram me in causa electeñ fuerunt de
putati tres executores cum illa clausula.quod si non om
nes duo uestrum &c.inter quos fuit unus executor depu
tatus sacrista electeñ.de quo dicebatur quod non habet
dignitatem nec personatum in ecclesia.sed simplex offi
cium.& quod est monachus.quia ecclesia est monacha
lis.nec fiebat mentio de monachatu coram quo pauper
una cum quodam alio de executoribus tertio se excusan
te purificauit gratiam suam.& per eum & illum executo
rem fuit de idoneitate pauperis inquisitum ac fuerunt fa
cti processus ac deputati sub executores ut moris est. tan
dem uacante quadam ecclesia cadeñ.sub gratia.ille pau
per acceptauit infra tempus debitum.& per unum sub e
xecutorem sibi fecit prouideri. sed per unum sequentem
in data qui eandem ecclesiam acceptauit & sibi fecit pro
uideri.opponebatur quod purificatio facta per primum
coram illo sacrista non tenuerat.& per consequens nec p
cessus nec acceptatio inde secuta. Quærebatur an bene
diceret ille secundus.& uidebatur pro secundo & contra
primum quia curia romana quo ad personas seruat dictū
2 c.statutum in executoribus gratiarum.ut no.Io.an. in no
uel.in.c.illo statutum.§.in nullo.super uerbo citet.in fin.
& ita expresse dixit mihi etiam dominus penestrinen. &
omnes de cancellaria.quod non deputarent executores
super gratiis nisi personas tales quales requirit.c. statutū.
3 Item pro hoc facit quia executores gratiarum possunt si
bi assumere partes iudicis & procedere siue parte uocata
siue non &c.& habent iurisdictionem & possunt fulmina
re censuras &c.iuxta cle.i.de of.dele.cum ibi no. Item
no.Inno.in.c.dudum.de præsump. igitur reputentur ta
les quales debent esse iudices secundum formam.c.statu
tum.præsertim in casu proposito.cum deputati sint super
gratia pauperum.quare uidetur deputare super materia
iusticiæ.ut not.glos.in capitulo si pauper clericus.de præ
ben.& per doc.in cle.cum ei quem. igitur tales personæ
debuerunt deputari quales in literis iusticiæ deputantur
per.c.statutum.& in ista opin. erant domini decanus de
burlaco tunc præsens in cancellaria iusticiæ.& dominus
Gerbragose tunc referendarius domini. In contrarium
4 uidebatur pro primo.quia secundum opi.Io.mo.c. statu
tum non habet locum in executoribus gratiarum. ut ipse
ibi no.in prima parte.nam solum loquitur in iudicibus de
putatis ad causas.ergo in deputatis executoribus ad be
neficia stabitur iuri communi quo ante illud.c.statutum.
qlibet erat capax cōmisionis.nisi esset phibitus. & ean
dem opinionem etiam tenuerunt Genzelinus.& Guil.de
monte laud.in extrauagan. sedes apostolica præsertim.
quia dictum.c.statutum est penale.nisi cum annullat in
contrarium facta.igitur restringatur.& stricte in deputa
tis ad causas de quibus loquitur intelligatur.& in suis ter
minis teneatur.ar.regu.iur.odia.& pro hoc etiam facit gra
gratia est quid principale.executoris autem datio est qđ
5 dam accessorium.in.c.si super gratia.de offi.dele.lib. vi.
ergo non tanta excellentia requiratur in tali executore q
sic accessorie deputatur.sicut in iudice qui principaliter
in causa deputatur.præsertim quia inquisitio super ido
neitate facta fuit sine partis uocatione.nec habuit conten
tiosam iurisdictionem exercere.nec tunc fuit oppositum
de sacrista quod non est dignitas. & etiam constabat de
idoneitatis ueritate.non curabat.& erat intētio sua quod
si esset idoneus gauderet gratia. nec pronunciatio super
idoneitate est necessaria secundum no.in ca.cum ei quē.
de conces.præben.in cle.& etiam quia pauper ibi in nul
la culpa fuit si recepit executorem sibi datum in cancel
laria.

Vide deci.31 de rescri.in antiq.

præben.in clem.& etiam quia pauper ibi in nulla culpa fuit si recepit executorem sibi datum in cancellaria & purificauit coram eo bona fide.& præsertim cum ille pro canonico executore se gereret & reputaretur.& forsitā pauper eum in dignitate credebat esse constitutum.igitur multum est sibi subueniendum ne ruant processus cum laboret morbo alieno.C.de naturali li.l.legem. præsertim ex quo de eius idoneitate constabat.nec pars eam negabat. nec est sibi imputandum si nimium de eius sacriste qualitate non inquisiuit.immo cum sit datus a cancellaria & pro capaci se gerentem abilem credidit.ar.l.del.i.§.fin.ff. de noua.præsertim cum tunc de nullius præiudicio tractaretur.ergo & sibi & cancellarie credere potuit.nec ad exactissimam diligentiam seu curiositatem fuit astrictus. ar.concor.iurium de exercito.l.fi.§.interdum quæ ita cōcor.cum.l.i.§.sed si sic acceperit de in rem uerso.ff.de iu.& fac.igno.nec suspiria.nec ob.contra quia dato ꝙ cancellarius seruet quo ad personas executorum decre.statutum.non tamen propter hoc sequitur quod de iure habeat locum in eis cum solum loquatur in deputatis ad causas.ut supra dixi.Item & si cancellaria non consueuerit nisi tales personas in executores deputare quales exigit.c.statutum.non tamen sequitur quod si de facto alios deputauerit quin ualeat cum multa sint quæ & si fieri nō debeant nec soleant.facta tamen tenent.ut .l.i.§.biduū. ff.quando appel.sit.de regula.c.ad apostolicam. Item dato quod cancellaria seruet.c.statutum.quo ad personas in executoribus gratiarum.non tamen propter hoc sequitur quod eius pena quæ est in.§.fi.per quam totum qđ secus agitur annullatur locum habeat in eis cum pœne non sint extendende.sed etiam nec in eis habet locum decre.statutum.quo ad citationes faciēdas.nec quo ad modum procedendi ut ibi no.Archi.in.§.in nullo.& Io.an. in nouel.per uerbo citet.nec etiam obseruatur in eis quo ad subdelegatorum personas quod patet.quia cottidie deputantur per eos subexecutores etiam simplices clerici,
7 uel præsbyteri.ergo multominus debeat seruari in eis pena illius.c.nec ob.quod possunt sibi assumere partes iudicis &c.quia illud est incidenter si apparet oppositor uel contradictor.& istud etiam est accessorie .s. pro quadam præparatoria inquisitione super idoneitate.ut gratia quæ est principalis posit per eos effectui demandari. & ideo cum quicunque alias idoneus de iure communi etiam si non sit de personis.c.statutum. sit capax commissionis, quo ad executionem.ut gratia quæ est principalis demādetur effectui.ita etiam erit capax istius iurisdictionis incidentalis & accessorie.licet alias si illa per se & principaliter committeretur eius non esset capax ar.in simili .C. de iudi.l.quotiens cum ibi no.C.de ordine iudi.l.i.&.ii.cum concor.nec ob.quod literæ pauperum sunt iusticiæ.quia esto quod illud uerum sit.non tamen deputantur in eis iudices ad causas.sed ad prouisiones de beneficiis faciendis principaliter.& huius gratia quasi pro quodam præparatorio ad inquirendum de idoneitate.& ideo non habet locum in eis.c.statutum.quod loquitur de literis iusticiæ cum scribitur eis quibus is ad quem pertinebat prouisio.alias de necessitate non erat astrictus prouidere. immo tunc magis debet gratia reputari.secus si ille esset astrictus alias de necessitate prouidere ut in.c. relatum & in.c.cum secundum apostolum.de præben.& si tunc cōtra tales prouisiones deputarentur iudices.forsan haberet locum.c.statutum.& pro ista parte scilicet pro primo. & pro ualore processuum suorum fuerunt omnes domini in rota.uel maior pars eorum præsertim moti ex equitate.& pro ista parte tuli sententiam de eorum consilio.& iunge quod no.Gen.in extrauagan.sedes apostolica.ibi quinto quæro quæ personæ.

Summarium.

1 Gratia pauperis nolentibus suis executoribus eam purificare habetur pro purificata stante ueritate idoneitatis.

Decisio.VIII.

VTrum si executores noluerunt gratiam pauperis purificare habeatur pro purificata, ut sic teneat acceptatio beneficii uacantis.nec expiret gratia, per reuocatoriam dum tamen alias constare posit ipsum tunc fuisse idoneum tenent quod sic.& sic dicebant dominum Inno.vi.consultum per auditorem uoluisse. ex quo per eum non stetit.ar.l.iure ciuili.de condi.& demōstratio.licet quidam tenerent contra.sed quod agat contra executores ad interesse.per capi.pastoralis.de iurepa. sed ibi episcopus habebat & poterat iure ordinario alia beneficia conferre.secus est in executoribus hodie reuocatoria hoc continet expresse.

Summarium.

1 Positioni concernenti excommnnicationem,an respondere quis teneatur?

Epithome.

2 Excommunicatio iuris infertur ob crimen.
3 Excommunicatio hominis infertur pro contumacia.
4 Rescriptum impetratum ab excommunicato pro non excommunicato si impetrando non fuit oppositum de excommunicatione ualet.

Decisio. IX.

VTrum si commissio impetretur per procuratorem non inserto nomine proprio.postea titio pro curatore causam prosequente . uolo opponere sibi.quod ipse est ille qui impetrauit commissionem.& ꝙ tempore impetrate commissionis erat excommunicatus, excommunicatione hominis.& sic uolo inferre quod cōmissio non ualeat.Quæritur an ad articulos de ista materia datos teneatur respondere.licet quidam dicant qđ sic.quia licet tendant ad obiectum.non tamen tendūt ad crimen.dicentes quod cum opponitur de excommunica
2 tione iuris.non tenetur respondere quis.quia illa infertur
3 ob crimen.secus de excommunicatione hominis quæ demum fertur pro contumacia quæ non est crimen . tamen communiter omnes tenuerunt contrarium.tum quia tendit ad obiectum.tum etiam quia licet procurator impe
4 trans sit excommunicatus. tamen ualet rescriptum pro domino non excommunicato.si impetrando non fuit oppositum de excommunicatione procuratoris.ut tenet archidia.in cap.ipso iure.de rescrip. ad quod .C. de preci. impe.offe.l.prime.& hanc partem tenet glo.extra de procura.consulti.

Summarium.

1 Auditor secundus gratiam si neutri directam primo auditori eius proprio nomine expresso an posit illam exeq.

Epithome.

2 Appellationis causa est alia a prima.
3 Appellationis in causa non oppositum opponi potest & non propositum proponi.si tamen dependat ex antiquis uel ea concernat & ex eis trahat originem.

Decisio. X.

SCribebatur per papam Titio auditori quod si sibi constaret neutram partium litigantium coram eo habere ius in quodam beneficio reseruato de quo litigabant quod prouideret uni.tamen antequam sibi literæ præsentarentur ipse tulit diffinitiuam sententiam ꝑ altera parte ignorans reseruationem sed ab eius sententia extitit appellatū.& causa appellationis commissa alteri auditori.corā quo appellans nunc p̄sentat literas quæ primo auditori dirigebantur expresso nomine proprio & petit sibi ꝓuideri per eū.quia sibi constat obstan. reseruatione neutri eorū ius quæsitū.Quæritur an sequens auditor

uirtute literarum illarum dumtaxat possit sibi prouidere quidam dicebant quod sic.quia substitutus est loco eius. igitur eius uice fungitur.& quia etiam sibi scribebatur sub nomine auditoris.igitur transeat potestas in secundum sibi in causæ iurisdictione succedentem. argu.c.quoniam. abbas. Alii uero dicebant contra.quia exprimebatur in il
2 la nomen proprium primi auditoris.sed quia causa appellationis est alia a prima.& quia hæc potestas non attribuitur uirtute iurisdictionis quam primus habebat in causa, uel occasione causæ in qua iurisdictione secundus bene substituitur.sed uirtute noui mandati.quia nondum primo auditori ante sententiam fuerat præsentatum. in quo nouo mandato secundus auditor non substituitur uirtute commissionis sibi impetrate super causa appellationis. uirtute cuius non ueniunt nisi ea quæ erant in causa corã primo auditore.istud autem nouum mandatum non erat tunc in causa coram eo.igitur non uenit sub uirtute huius commissionis secundo auditori super causa appellationis impetrato.nec obstat si dicatur quod in causa appellationis non oppositum potest opponi & non propositum proponi.quia uerum est dum tamen dependeat ex anti-
3 quis uel ea concernat & ex eis trahat originem.iuxta not. per Innocen.in capi fraternitatis.de testi.quod non est in hoc nouo mandato.ex quo ius nouum quæsitum fuit impetrant. illud ad prouisionem de beneficio obtinendam. ad idem quod no.ipse Inno.in.c.cum bertholdus. in fi. de re iudi.pro hac parte etiam alle.l.cum apud sempronium.ff.iudica.sol.tamen omnes bene concordabant in hoc quod licet secundus auditor non posset prouidere uirtute illarum literarum alteri sub nomine proprio concessarum.tamen bene posset sibi prouidere per cap. auditor.de rescrip.in cle.sed ibi petebatur ut debitum inserta causa a principio nec apparebat reseruatum.& ex illa debebatur.

Summarium.

1 Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo surreptitio an ualeat?

Epithome.

2 Delinquere plus dicitur obrepens quam surrepens.

Decisio. X I.

Titius contra Seyum primo quoddam rescriptũ apostolicum ad certos iudices tamen surrepticie impetrauit & postea secundo alios iudices super eadem causa non surrepticie.quia quæ omiserat exprimere in primo expressit in secundo.nulla tamen facta mentione de primo rescripto contra eundem Seyum rescriptũ aliud impetrauit. Quæritur an ualeat secundum non faciens mentionem de primo & fuit dictum quod sic. quia in secundo de primo rescripto surreptitio non tenebatur facere mentionem.& præsertim si contra primum fuit oppositum de surreptione.ar.no.per.B.de rescrip.ex tenore. circa fi.magne gl & de conces.præben.cum nostris super uerbo non uacaret.nec ob.si dicatur.quod cum contra secundum obiicitur de primo quod ipse non potest replicãdo allegare surreptionem primi.quia sic turpitudinem ꝓpriam allegaret quia potest allegare hoc sine turpitudine prætendendo se errasse in impetrationem primi omittendo.sed exprimere potest in aduertentia uel ignorantia.illa quæ fuerant exprimenda.ex quorum omissione surrepticium reddebatur.& hoc satis potest dici in surreptione.sed quid in obreptione si in prima expresserat non exprimenda quorum expressio falsa nulla potest excusatio ne celari tunc forsan potest dici quod non audiatur replicando allegans obreptionem primi.cum sic suam turpitudinem inexcusabilem allegaret.pro hoc etiam quod plus deliquit in obripiendo quam in omittendo seu non faciendo.igitur &c.& illud uerum quando ex certa scientia & per maliciam secus si per errorem & non per maliciam hoc fecisset.

Decisio. X I I. Similis deci.nu.54.de rescrip. in antiq. Adde Feli.in.c.cum ordinem.col.fin uer.& adde de rescrip.& dum dicitur quod dictio alia implicet similitudinem qualitatis & adde Cardi.in clem.ii.in prin. de re ecclesiæ non alie.& in clem.ii.in prin.de cele.missa.& in.c. sedes.de rescrip.ubi dictio alia repetit eandem qualitatẽ sicut alter.

Summarium.

1 Processus in uim literarum surrepticiarum parte non opponente ualet.

Epithome.

2 Causa semel deuoluta ad curiam.non potest extrahi nisi de certa scientia papæ.

Decisio. X I I I.

Vtrum si sit delatum appellationi in partibus. & præfixus terminus ad prosequendum & forsitan appellatio approbata a parte appellata.& sic cã debebat tractari in curia.iuxta.c.oblate.&.c.cordi de ap pel.pars tamen appellans uel alias tacito de delatione & termini præfixione impetrat quosdam iudices ad partes. an ualeat impetratio ipso iure?& sic processus per tales iudices habitus super appellatione si non excipiatur a parte ualeat.non obstante literarum surreptione. & uidetur quod sic.quia licet litere sint surrepticie.& si exciperetur de surreptione deberent carere uiribus.iuxta.c.oblate. & præsertim si præuentus fuit terminus in impetrando. iuxta c.sæpe in fi.tamen ex quo pars aduersa non excipit ꝓcessus ualere debet.ad hoc facit quod no.idem Innoc.in cap.super literis.eo.ti.ubi uidetur hoc expresse dicere de literis impetratis in causa appellationis.quæ erant surrepticie.quia reuera appellatum non erat.ar.no. de rescrip. ad audientiam.& per Inno.eo.ti.c.dilectus.ubi determinatur quod processus habitus per literas surrepticias cũ non excipitur de surreptione tenet.& sic quidam intelligunt iura illa.c.oblate.& sepe.in fi. Tamen contra. fuit decisum quia ex quo causa semel fuit deuoluta ad curiam.ut sit ibi tractanda non potest extrahi. nisi de certa scientia papæ. facit bene decre. prouida de electione.

Fel.in.c.ad audictiam.ii.co. xiij.uer.fallit. vi.de rescrip.

Decisio. X I I I I. Similis decisio.nume.48.de conce. præb.in antiq.

DE CONSVETVDINIBVS.

Summarium.

1 Consuetudo excludens ingressum religionem a successione habet locum etiam si ingressus apostataret.

Decisio. I.

Supposito de consuetudine quod religionem ingressus uel ingressa nõ possit succedere parentibus.immo eoipso successio pertinere debet ad seculares filios alios uel parentes. Quædã ingressa fuit ut assereba tur religionem, & postea apostatauit & exiuit religionem. & contraxit matrimonium, & de facto occupauit possessionem cuiusdam hæreditatis cuiusdam parentis sui. Quidam tamen secularis, frater agit contra eam petitione hæreditatis, dicens

dicens uirtute conſuetudinis ad ſe ſpectare totam ſucceſſionem parentis. illa excipit quod ipſa eſt filia ſicut agẽs. & quod ad eam pertinet pars ſucceſsionis. Alter replicat quod uerum eſſet niſi fuiſſet ingreſſa religionem. ſed quia fuerat profeſſa in religione. uirtute conſuetudinis erat excluſa. & ſic obtinuit per tres inſtantias. ſed in toto proceſſu non fuerat uocata abbatiſſa. nec conuentus illius religionis cuius religionem fuerat ingreſſa. Quærebatur an teneret proceſſus. uel an eſſet nullus? iſta quæſtio erat in cancellaria.

Deci. II. Similis deci. nu. x. eo. in antiq.

Deci. III. Similis nu. xi. de conſue. in antiq.

Deci. IIII. Similis de conſue. nu. ix. in antiq.

Deci. V. Similis ſupra de præben. nume. x. in antiq. Adde Caſſa. de præben. dec. 17.

Summarium.

1 Impetrans primus in data, an in optione proferatur. 2. in data prius recepto. ubi de conſuetudine optio antiquiori canonico ſecundum ordinem recepto debetur?

Epithome.

2 Præſentatus primo a patrono layco debet admitti per epiſcopum alias tenebitur epiſcopus primo non admiſſo.

Decisio. VI.

DVo ſunt impetrantes primus & ſecundus qui mãdantur recipi in canonicos & in fratres. & de p̃benda cum uacauerit eis mandatur prouideri cũ decreto & clauſulis quæ hodie ſunt de ſtilo & licet primus factis proceſsibus præſentauerit capitulo literas. & petierit ſe admitti & ſuper hoc fecerit diligentiam. tamẽ de facto ſecundus per capitulum prius fuit receptus quã primus. quãuis primus prius petijſſet ſe admitti quam ſecundus tandem uacante præbenda ſucceſsit in illa eccleſia ſecundum ordinem eorum & quilibet obtinuit præbẽdam ſibi debitam & ſic eis exiſtentibus canonicis præbendatis uacauit in illa eccleſia una præbenda maioris ualoris quam quilibet eorum optauit ſecundum conſuetudinem eccleſiæ in qua eſt conſuetudo ſeu ſtatutum quod antiquior canonicus ſecundum ordinem receptus præfertur in optione. modo ſecundus in data dicit quod fuit primo receptus in canonicum. & ideo ipſe debet præferri in optione. primus uero in data dicit quod licet ipſe fuerit ultimo receptus. de facto tamen quia primus erat in data & primo p etierat ſe admitti prius fuerat recipiendus de iure. & quod non ſteterat per eum quo minus primo reciperetur & ideo ſibi non debet imputari. & per conſequẽs dicit quod debet præferri in optione. quæritur quid iuris? Videbatur quibuſdam quod ſecundus in data. quia primo receptus fuit præferri debeat propter terminos ſtatuti ſeu conſuetudinis quod uel quæ habet quod primo receptus præferatur in optione. ſed primus aget contra capitulum ad intereſſe. ſic dicimus in duobus ſucceſsiue p̃
2 ſentatis a patrono laico quorum licet primus debuerit admitti per epiſcopum tamen ſi ſecundus de facto admittatur, ualet admiſsio ſed epiſcopus tenetur primo non admiſſo. ut in capi. paſtoralis. de iurepatro. Ad hoc reſpondetur. quia damnum iſtud non poſſet reſarciri per capitulum cum iſta beneficialia ſint ineſtimabilia ibi ſicut in alio beneficio. & propter hoc reſeruetur primo ſua potioritas ex quo per eum non ſtetit. argumen. l. fina. §. primo. de eo per quem factum eſt. pro hoc etiam bene facit qđ no. Innocen. de reſcrip. capi. capitulum. in magna gloſ. circa medium ibi: Si autem ſecundus receptus eſſet. ſed ibi in literis primi non erat decretum, hic ſic. Et pro iſta parte pro qua fuerunt latæ tres ſententiæ bene facit quod no. Innocen. de præben. capi. relatum. & quod no Compoſtel. de reſcrip. capi. capitulum. ſuper uerbo mandatũ. circa princi. in uer. ſed quid ſi ante uacationem. ad quod no. per Innocen. in capitu, cum bertoldus. de re iudica. & facit. l. quotiens. C. de rei uendica. pro hoc quia licet per eum non ſteterit ex fictione ſeu reputatione iuris debeat perinde haberi ac ſi tunc fuiſſet receptus. tandem non uidetur ſufficere talis qualitas interpretatiua ex quo cõſuetudo optionis requirit ueram prioritatem receptoris. ſicut in ſimili non ſufficeret repreſentatiua ſeu reputatiua præſentia. ubi talis poteſtas optionis ſecundum conſuetudinem competit ſolis præſentibus. ut notat Archidiaco. de conſuetu. capi. cum in tua. circa princip. ſuper uerbo per alios. Sed reſpondetur quod illa opinio reprobatur per Ioan. andr. in nouella. Aliquibus uidetur tamen quod primus in data eſſet potior & deberet præferri in optione per rationes ſupra per eos factas. pro quo. c. tibi qui. de reſcrip. libro ſexto. & l. iuris ciuilis. de conditione & demõſtratio. & quia receptio primi licet poſterior uidetur retro trahenda, ex quo primus erat recipiendus. Et in hac opi- 2
nione fuerunt quaſi omnes. Et pro hac parte etiam fuit allegata. l. prima. C. de conſul. libro duodecimo & ff. ſi qs cautio. l. ii. §. finali. & pro iſta parte obtinuit pars tres ſententias.

Deciſio. VII. Similis ſupra de conſue. nume. 4. in antiq. adde. Deci. in. c. i, col. iii. uer. quarto requiritur de fi. inſtr. & in. c. i, col. ii. in fi. uer. ſic etiam non ualet de app.

DE ELECTIONE.

Summarium.

1 Tempus conferendi currit epiſcopo a tempore renunciationis & non ratihabitionis.

Deciſio. I.

VTrum ſi aliquis reſignauerit beneficium in manibus priuati alicuius, & poſtea poſt annum, uel biennium epiſcopus hoc ratificet currit ſibi epiſcopo tempus lateranẽ. concilii a tempore reſignationis facte ad conferendum. an a tempore ratihabitionis ut ſic ſuperior iure deuoluto non poſsit conferre illud beneficium, niſi poſt negligentiam epiſcopi a tempore ratihabitionis. demum computando poteſt dici quod etiam ante ratificationem epiſcopi a tempore ſue renunciationis incipiat currere epiſcopo tempus. argumentum nota. per Innocentium de renunciatio. admonet. & de conceſsione præbend. quia diuerſitatem. in fine.

Deciſio. II. Similis deci. nu. vi. eo. in antiq.

DE RENVNCIATIONIBVS.

Summarium.

1 Collatio beneficii reſignati in manibus non habentis poteſtatem admittendi reſignationem an ualeat.

Epithome.

2 Renunciatio facta in manibus non habentis poteſtatem

admitten. resignationem an inducat uacationem beneficij?

Decisio. I.

VTRVM si aliquis resignet beneficiũ in manibus non habentis potestatem recipiendi beneficium uacet beneficiũ & possit conferri per eũ ad quem pertinet collatio. uel patronus ad eam præsentare potest dici ꝙ uacet in præiudicium re
2 nunciantis & quod superior ad quem pertinet si confert eo ipso ratam uidetur habere renunciationem primum probatur de renunc. quod in dubijs. secundum probatur. arg. l. illum. §. fi. de acqui. hære. sed contra. quia non potest ratum habere quod suo nomine gestum non fuit. Item necessaria est sententia priuationis. ut notat Innoc. in dicto c. quod in dubiis. & talis sententia requirit iuris ordinem & uocationem partis. quia forte propter metum fecisset. posset distingui utrum. qui renunciauit persistat in eadem uoluntate uel eam mutauerit.

Summarium.

1 Commissio ubi facta fuerit alicui de beneficiis cum uacauerint conferendis an uigore ipsius poterit talis recipere resignationem?

Epithome.

2 Priuilegium papæ non est interpretandam in præiudicium tertii.

3 Executores gratiarum deputati ad prouidendum de beneficiis uacaturis an possint recipere resignationem alicuius in manibus eorum faciendam?

Decisio. II.

VTrum si episcopus committat alicui potestatem conferendi certum beneficium cum uacauerit p resignationem supposito quod ualeat commissio per ea quæ scripsi supra in illa quæstione quæ incipit ordinarius. &c. possit talis commissarius eoipso in uirtute talis commissionis recipere resignationem a uolente sponta nee resignare? Maior pars tenuit quod nõ. quia etiã opus est ut expresse committatur potestas recipiendi resignationem. ut extra de præben. dudum. circa prin. libr. vi. & hoc tenuerunt per no. per Archid. extra de uer. sig. c. sicut li. vi. Quidam tamen tenebant contra. per. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. Et per rationes pro hac parte factas per Archid. in. d. c. sicut. & bene fatentur quod in terminis illius. c. sicut. de uerb. sig. certe illa opinio est uera. & quod in illo casu certe opus est speciali commissione super admissione resignationis. quia si uirtute alterius commissionis de qua ibi fit mentio etiam potestas recipiẽdi resignationem uideretur concessa per hoc præiudicaretur ordi. quod in dubio papa non uidetur fecisse nisi in
2 eo quod expresse concessit. nec est interpretandum priuilegium papæ in præiudicium tertii. ut. l. i. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. hic autem fuit commissio auctoritate ordinarii & de iure communi. & ideo est interpretanda etiam secundum ius commune ut commisso præparatorio uel præparando posteriori & cõsequenti uideatur cõmissum præparatorium prius & antecedens. argu. dictarum. ll. præsertim per quod necessario peruenitur ad illud. Nec fit interpretatio aliqua in p̃iudicium tertii sed solum committentis cui est imputandum. quia alias expresse illam potestatem non obtinuit.
3 ¶ Sed iuxta præmissa quæritur an executores gratiarum deputati ad prouidendum de beneficiis uacaturis possint recipere resignationem alicuius uolentis in eorum manibus beneficium resignare ut sicut ea recepta prouideant? Dicerem quod non. per dicta in præmissa proxima quæstione. Item quod tales executores talem resignare uolentem non possunt inuitum destituere igitur nec eius resignationem recipere. probatur consequentia, per ea quæ no. Ioan. andr. in clemen. i. de renunc. in glo. super uerbo manibus. & per Innocen. de renuncia. quod in dubiis. in fi. ii. glo.

Summarium.

1 Renunciatio facta in manibus non habentis potestatẽ admittendi resignationem non obstat agenti cõtra intrusum in beneficio per se renunciato.

Epithome.

2 Renuncians in manibus non habentis potestatem recipiendi resignationem. licet perdat possessionem. non tamen perdit proprietatis ius respectu non habentium potestatem illum priuandi.

Decisio. III.

QVidam primus in data habens ius in beneficio, per eum acceptato illud renunciauit in manibus non habentis potestatem recipiendi renunciationem. secundus uero in data qui illud idẽ acceptauerat & fecerat prouideri in uirtute uacationis, in cuius uirtute primus acceptauerat si illa acceptatio & prouisio inde secuta non ualuerat tenebat de facto beneficium istud. primus agit contra eum & fecit sibi adiudicari & restitui. secundus opponit sibi de renunciatione p̃dicta facta in manibus eius qui non habebat potestatem, quæritur an per hoc eum excludere possit ut sic secundus ueniat absoluendus ab impetitione primi? Fuit dictũ quasi per omnes quod non. quia talis renunciatio non priuauit primum iure suo licet per ordinarium possit priuari beneficio. iuxta. c. quod in dubiis. cum ibi no. per Innocen. & doc. de renun. & sic donec fuerit priuatus agere possit. Et si dicatur quod renunciatio tenuit in præiudicium sui dico quod uerum esset ubi ageret contra ordinarium de restituendo beneficium. quia cum in eius potestate esset eum etiam possiden. priuare & remouere a beneficio ita & eum petentem repellere ratam habendo renunciationem. argu. l. inuitum. §. cui damus secus in casu præmisso ubi agit contra secundum in data possidentem qui nullum ius habet uel contra quẽcunque possidentem alium. quia tunc donec sit priuatus posset agere & benefi
1 cium repetere. quia ius habet & licet possessionem per renunciationem perdidisset non tamen ius in proprietate & illorum respectu in quorum potestate non est eum priuare? uel ratam habere renunciationem? Dicunt tamen quidam quod re integra idest antequam priuetur per ordinarium uel habentem potestatem potest penitere. bene facit. ff. de cessio. bono. l. iii. & l. quem penitet. & secundum iura communia licitum est penitere & licitum est uariare. continua istum uersum supra ibi ratam habere renunciationem. & in fi. ne reuertar. ibi dicunt tamen. Item quia reus excipiens ex hoc sufficienter non deducit ius suum quod allegat renunciationem inualidam, ergo licet per consensum ordinarii sit ualidabilis cum etiam ex hoc nõ fortificaretur ius suũ licet elideretur uel tolleretur ius agentis eam non posset allegare. quia sic allegaret de iure tertii scilicet ordinarii cuius solius interest ratificare renũciationem uel illum priuare præsertim autem hoc reo nõ permittitur ex quo sibi non prodesset & alteri noceret. facit quod notatur per Innocen. in capi. cum bertoldus. in fi. de re iudi.

Summarium.

1 Renunciatio beneficii reseruati facta in manibus ordinarii per exemptum ab eius iurisdictione, non ualet.

Epithome.

2 Impetrans an teneatur facere mentionem de beneficio per

per se renunciato in manibus non habentis facultatem ipsum inuitum destituendi.

3 Impetrans an teneatur mentionem facere de iure ad rē.

4 Beneficio quærendo facilius renunciatur quam quæsito.

Decisio. IIII.

[illegible] 420. l° 3°

Aeneas de falco in trac. refer.in. iiii. q. prin.in.8. effectu & i.ii. pte tracta.in.4.q. prin.in. x.q.in fi.Feli.in .c.in nostra. col.4. uer. de iure de rescri.col. 21. uer. 34. corre. de rescri.

QVidam cardinalis obtinens quandam dignitatem ratione cuius ad eius collationem pertinebat unum beneficium auctoritate sua ordinaria, illud beneficium in curia contulit cuidam capellano papæ præsenti tunc in curia & collationem huiusmodi acceptanti tandem idem capellanus cum non posset obtinere pacificam possessionem illius beneficii ipsum post aliquod tempus renunciauit seu resignauit pure & libere in manibus eiusdem cardinalis qui auctoritate sua ordinaria admisit renunciationem. postea uero dictus capellanus impetrauit a papa aliud beneficium de illo alio sic renunciato seu resignato non facta mentione. Quæritur an ualeat impetratio. uel an ista ultima gratia per papam sibi facta surrepticia censeantur. ex eo. qa tacuit aliud beneficium? Et quidam dicebant eam surrepticiam. quia renunciatio quam fecerat in manibus ordi-
2 narii non ualebat. nec admissio eiusdem auctoritate ordinaria subsecuta. quia beneficia capellanorum pape reseruata erant tunc per papam. Et cum dictus capellanus haberet ius in beneficio, per collationem sibi factam cui consensit etiam si non habuisset possessionem. ut in. c. si tibi absenti. de præben. lib. vi. & in. c. quodam. Ideo non potuit resignare nisi in manibus papæ uel eius commissarii, qui solus posset eum inuitum destituere, cum sit. ut in extrauagan. cum Matheus. quæ tamen est hodie limitata. ut in alia extrauagan. Exemptus quicunque capellanus papæ a iurisdictione ordinarii. quia tunc demum potest auctoritatem præstare renunciationi & coram eo demum potest renunciatio fieri qui potest inuitum destituere. iuxta notata per Innocen & doctores de renun. quod in dubiis. Igitur si non ualuit resignatio adhuc habebat ius in beneficio licet enim possit eo priuari. quia eam fecit in manibus non habentis potestatem. Et licet etiam in eius præiudicium superior habens potestatem, scilicet papa posset ratificare & admittere renunciationem. Nec ipse posset resilere nec penitere. nec beneficium repetere tamē nisi eius ratificatio & admissio subsequantur interim habet uerum ius in beneficio & remanet in eo intitulatus. iuxta ueram opinionem Innocen. in dicto. c. quod in dubiis. adhuc habebat ius in illo beneficio non obstante illa renunciatione facta in manibus cardinalis auctoritate sua ordinaria & non apostolica eam recipien. & per con
3 sequens cum haberet ius in eo de ipso in petitione alterius debuit facere mentionem. de præben. si motu. li. vi. secus tamen fuisset si ageretur de beneficio in quo non habuisset ius in re sed ad rem. de quo esto quod quis in petitione debet facere mentionem. iuxta notata per Io. an. in nouella. de reg. iur. ignorantia. tamen eius renunciatio facta in manibus laici uel alterius potestatem non haben-
4 tis tenuisset. quia facilius renunciatur beneficio quærendo quam quæsito. iuxta notata per Innocen. in dicto ca. quod in dubiis. & per Archidia. de of lega. deliberatione. in fi. & in ista opinione ego eram. Quidam tamen dicebant quod ista ultima gratia non foret surrepticia. quia secundum eos renunciatio tenuit in eius præiudicium. iuxta notata per Ber. in dicto. c. quod in dubiis. sed illa opinio non approbatur. quia immo non tenuit donec eam approbet ille qui habet potestatem. ut supra dixi. quare hæc ratio non profecit. sed secundum eos ordinarius potuit eam admittere non obstante reseruatione beneficiorum capellanorum pape. quia licet illa reseruatio afficiat beneficia eorum quo ad potestatem conferendi non tamen afficit ea quo ad potestatem renunciandi seu renū ciationem de eis fiende admittendi & ideo secundū eos ordinarius potuit eam admittere. sed ego non dixi supra quod potestas admittendi renunciationem impediatur ꝑpter reseruationem solum sed propter exemptionem qua capellani ab omni iurisdictione ordinaria sunt exempti. & quia ordinarius in iudicio cum non posset inuitum destituere cum in eum iurisdictionem non habeat. ita nec poterit eius renunciationem admittere. quare hæc ratio non obstat. argu. notatorum per Innocen. in dicto capitulo quod in dubiis. Et ideo prima opinio uidetur uerior.

Summarium.

1 Renunciatio simplicium beneficiorum, an possit fieri in manibus collatoris inferioris episcopo ut ipse solus sine episcopo possit admittere renunciationem?

Decisio. V.

Fel. in. c. audi tis. col. vi. uer. fortius dixit rota de præscri.

VTrum renunciatio simplicium beneficiorū possit fieri in manibus collatoris & ille solus sine episcopo possit admittere renunciationem? Videtur quod non. quia ille solus non potest destituere igitur nec renunciationem admittere arg. no. per Inno. in. c. qđ in dubiis. de renunc. in fi. mag. glo. immo & si præscripsisset uel alias de consuetudine haberet potestatem destituendi adhuc renunciationem admittere non posset nisi etiam potestatem renunciationem admittendi præscripsisset uel consuetudinem acquisisset ex quo alias de iure communi non poterat destituere sicut notat Paulus in cle. cum illusio. super uerbo beneficio. argu. contra de simo. ex insinuatione. & quod not. Ber. de præben. significatum.

Summarium.

1 Renunciatio facta per permutantem sub conditione si patruo suo placuerit an in casu uoluntatis dicti patrui, ualeat?

Epithome.

2 Renunciatio debet esse pura.

Decisio. VI.

QVidam renunciauit ex causa permutationis sub conditione si patruo suo placeret quæritur utrū si patruo displiceat nihilominus teneat renunciatio? uidetur quod sic. quia illa conditio uidetur non posse adiici & esset de iure reproba cum debeat
2 renunciatio esse pura. ar. no. in capitulo ex parte. de offic. delega. super uerbo omnino. & sic conditio inutilis uidetur reiicienda ualente renunciatione. argumen. nota. in. l. per seruum. ff. de usu & ha. credo tamen contra per Ioā. and. in cap. electionibus. de elec. li. vi. super uerbo electio. in nouel. C.

DE SVPPL. NEGLI. PRAELA.

Summarium.

1 Negligentibus inferioribus conferre ad superiorem deuol. potestas conferendi non autem ad parem.

Epithome.

2 Negligentia inferioris suppletur per superiorem non autem per parem uel inferiorem.

Decisio. I.

NVnquid prælato uel abbate alicuius ecclesiæ regularis uel collegiate negligente conferre beneficium ad suā collationem pertinens deuoluatur electio ad cōuentum uel collegium illius ecclesiæ sicut deuoluitur epo negligente ad ca. sue eccl. cathedralis. ut i. ca. ii. de cō. ꝑb. §. i. & . c. cum in cū-

ctis.§.fi.de elec.Quidam quod sic ex idemptitate rationis. Alii uero contra.quia immo deuoluatur ad superiorem episcopum puta uel diocesanum. per capi. quia regulares de supplen.negli.præla.in cle.& ibi est tex.& qa præmissa.c.loquuntur tantum in episcopo & capitulo ecclesiæ cathedralis ideo stricte intelligantur cum conuenientius sit per superiorem corripi uel suppleri negligentiam inferioris quam per parem uel inferiorem. argu. iij. q.ix.scimus.

Summarium.

1 Capitulum non potest se intromittere de fructibus spectantibus ad archidiaconum mortuo suo procuratore.

Decisio.I I.

Archidiaconus uel alius obtinens certam dignitatem uel officium in aliqua ecclesia habēs certam dotem & administrationem distinctam a capitulo cum esset absens & eius uicarii & administratores essent mortui capitulum propria auctoritate recepit fructus & administrationem illius dignitatis uel officii. & p deputatos ministros suos fecit exigi & leuari & eidem deseruiri & onera quæ habebat dignitas uel officium supportari tandem beneficiatus prædictus petit tanquā spoliatus fructibus sui beneficii se restitui capitulum excipit quod omnes fructus expendidit pro oneribus beneficio incumbentibus.& pro salario ministrorum in eius absentia ab eodem capitulo beneficio deputatorum. quæritur nunquid hæc materia sit bona ad excludendum restitutionem?uidetur quod sic.per.l.si rem quam utendam ff. de acqui.pos.fuit tamen dictum quod non.quia capitulū non debuit hoc facere ipso non uocato nec sine auctoritate & licentia episcopi.& ideo quia non processit canonice in occupatiōe beneficii cuius administratio ad ipsum non pertinebat censetur spoliasse.nec obstant contraria. quia ibi res peruenerat ad illum,qui retinere uolebat de uoluntate domini.Circa hoc pro ulteriori inquisitione ueritatis.uide Cy.C.como.l.prætextu.& Ioā. an. in nouel. de reg.iu.locupletari.in uer.secundo modo.

DE OFFI. ARCHIDIA.

Summarium.

1 Archidiaconus contra subditos potest agere possessorio pro iure uisitandi sine licentia episcopi.

Epithome.

2 Possessorium iudicium non est arduum.
3 Nominatio domini locum habet ubi agitur petitorio cō tra aliquem reali.

Decisio. I.

Archidiaconus prætendens de consuetudine sibi competere ius uisitandi ecclesias infra sui archidiaconatus limites constitutas agit contra rectores ecclesiarū suarum sibi resistentes. quæritur an in lite sit necessarius consensus episcopi etiam pro utraque parte tam archidiaconi quam rectoris & si sit necessarius ubi agitur petitorio quæritur si ageret solum possessorio an esset necessarius? Et hic tenuerunt quasi omnes quod non. argu.C. si per uim uel alio modo l.si & .l.momentaneæ C.qui legit.perso.& quia iudicium
2 possessorium non est arduum negocium.igitur &c. arg.c. edisti.de rescrip.pro hoc alleg. etiam argu. quia licet in petitorio ubi agitur contra aliquem reali locum habeat domini nominatio.ut.l.secunda C.ubi in rem actio. & capitulo quoniam frequenter.§.quod si super rebus.non tamen ubi agitur possessorio.ut no. Io. xii.q. ii. quicunque militum.

Fel.in.c.edoceri.co.iij. uer si.restringe tsi de rescrip.

Vide p Abb. i c.qm frequenter.§.in aliis col.pe. uer.ulterius.(Feli.in.c. ut lit. non contesta. & docu. col.iii. uer.restringe. de rescrip.

Summarium.

1 Vicarius habens potestatem conferendi beneficia potest conferre dignitates.

Decisio.I I.

Vtrum ordinarius cui episcopus dedit potestatē conferendi beneficia possit conferre dignitates, dato quod de eis non sit specialiter data potestas?Fuit dictum quod sic.quia hoc casu beneficii nomē large sumi debet cum non sit materia ambitiosa. argu.de uerbor.significa.tua.de præben.dudum.libro sexto.cum ibi no.& per Ioan.andr.circa princip.super uerbo beneficia.

Staphi. in tra. de li.gra.& iu. fol. lx. uer. secus qn̄ nomē.

Decisio.I I I.similis deci.supra in antiq. de offic. uica. nume.ix.

Summarium.

1 Monachus sine licentia abbatis an possit esse officialis, uel locumtenens.

Epithome.

2 Monachus non habet uelle nec nolle.
3 Monacho committi causæ nisi a solo Papa possunt sine licentia abbatis.
4 Monachus effectus officialis alicuius episcopi procedēdo an dicatur nulliter procedere si sibi oppositum non fuerit?

Decisio.I I I I.

An monachus possit esse officialis uel locum tenens officialis sine licentia sui superioris abbatis.& si de facto fuerit.an sententia uel sententiæ per eum lata uel latæ sint nulle ipso iure.& si non fuit oppositum ante litem contestatam.uel etiam ante sententiam.de primo & secundo uidetur dicendum quod non potest esse officialis uel locum tenens sine licentia sui abbatis.ar.in decre.xvi.q.i.c.monachi.ii.de rescri.& si prin
2 cipalis.in cle.ad quod quia non habet uelle uel nolle allegat de elec.si religiosus.de testa.religiosus.lib. vi. igitur &c.ar.l.cum prætor.de iudi.Item quia nullus potest eis
3 causas committere nisi papa sine licentia abbatis. ut not. Spe.ti.de iudice delegato.§.excipi.uer.nunquam.nisi forsan abbas esset mortuus.uel absens.& esset urgens necessitas uel utilitas monasterii.facit ad hoc.xvi.q.i.qui uere. & quod no.Inno.de re iudi.cum.I.&.A.circa fi.i.glo.& Archi.in dicto.c.religiosus.de testa. Et in hac opinione fuerunt quasi omnes.præsertim quod non potest esse locum tenens officialis de mandato solius officialis. quia de illo solum erat quæstio. De tertio quidam fuerunt in
4 opi.quod ualeant sententiæ. ex quo non fuit oppositum præsertim ante litis contesta.uel sententiam. ar.l. barbarius.& eorum quæ no.per Inno. & Hosti. de rescrip. sciscitatus.& de officio delega.cum super. Alii & maior ps fuerunt in contraria opin.immo quod sententiæ sunt nullæ.ex quo est tale impedimentum quod impedit eum, posse iudicare prætextu defectus uoluntatis. & cum non possit in eum cadere iurisdictio ipso iure.& sic retro contenditur iudicium nullum.& ideo quandocunque etiam post sententiam talis exceptio potest poni & pro hoc bene facit quod no.Io.an.in cle.religiosus.super uerbo suscipere.& super uerbo substituere.& in ulti.glo.in penultimo membro.nec ob.l.barbarius.quia loquitur in seruo qui non prohibetur iudicare.sed ne iudex fiat & qui habet uelle & nolle cum etiam possit naturaliter obligari q secus in monacho. Prima opinio. equior uidetur. & in ea postea , quasi omnes finaliter declinauerunt. quia ex quo episcopus & eius officialis eum tollerabant. præsumptio erat quod canonice & cum licentia abbatis eum posuisset. & satis est error populi , ex cusatus

cusatus si eum canonice positum crediderunt.& quia nō impeditur iudicare ratione defec.iudicij animi seu discretionis nec uoluntatis proprie quam habet de iure naturali licet propter subiectionem eam non censeatur habere fictione iuris.quia est sub obedientia superioris sui.

Summarium.

1 Vicarius episcopi.an posit conferre beneficia extra diocesim.

Decisio. V.

Frā. de sancto Nazario in tra. de peste car. 150.uersic.sed ego aliquando nicol. boeri de ci.30.quæritur an uicarius Lāber.in trac.iur̄ patro.in.6.art. 2.q.prin.secūda par.2.libri fol.281.

NVnquid uicarius generalis episcopi habens speciale mandatum ad conferendum beneficia posset ea conferre extra diocesim sicut ipsemet episcopus posset.iuxta no.per Innoc.in.c.quia diuersitatem de conces.præben.in fi.& extra de offi.lega.nouit.ubi no. per.B.uidetur ꝙ non.per.c.statutum. de præbē.li.vi.fuit dictum ꝙ sic.quia est ordinarius.& quia hoc est uoluntariæ iurisdictionis.& talia possunt extra territoriū expleri. extra.ff.de offic.proconsul.l.ij.& licet tex.illius.l. faciet contra solutionem.ut ibi no.nec ob.c. statutum. quia ibi speciale in beneficijs uacantibus in curia.

DE OFFICIO DELEGATI.

Summarium.

1 Iurisdictio perpetuatur per solum decretum citationis quoad iudicem secus quoad partem.

Epithome.

2 Iurisdictio censetur præuenta per executionem citationis etiam si alter iudex primo impetratus fuisset.

Decisio. I.

Similis.§.nu. ix.de do.& cōtumacia.

VTRVM decreta citatione ad partes per auditorem datum in curia contra. A. detinentē ecclesiam.mortuo ipso. A. antequam citatio fuisset in partibus executa. & sibi surrogato. B. in uirtute illius citatiōis dictus.B. posit citari.& si fuerit citatus.an in uirtute illius citationis contra eundē surrogatum procedi posit.etiam coram dicto auditore. Fuit dictum per aliquos ꝙ sic.per.c.quia.v.de iudi. Alij uero contra ut ibi no.per Innocen.& ad hoc uide no.per Io.an.in nouel.ex tra de offi.deleg.c.licet undiq;.& plenius de of.deleg.c. fi.in fi.super uerbo citatio ibi notat ꝙ per decretum de citādo licet perpetuetur iurisdictio quo ad iudicem. ut post mortem delegantis non reuocetur.non tamen quo ad partem.nisi per executionem citationis & apprehensionem. ar.l.si quis postea quam.de iudi.& ar.ff.de acquiren.hæ-
2 re.l.si per epistolam.& ad hoc facit.l.cum postulassem.ff. de dam.infec. & quod ibi no. unde dic ꝙ si actor in una causa impetrauit unum auditorem uel iudicem delegatū. qui præsentata sibi commissione mandauit seu decreuit citari reum.tamen citatus non fuit & reus in eadem causa impetrauit postea alium qui præsentata sibi commissione mandauit citari actorem. & citatio fuit prius executa antequam citatio esset decreta per illum auditorem quē ipse impetrauerat.ꝙ causa debeat tractari per secundum. quia perpetuauit primo suam iurisdictionē. ex quo prius de mādato suo pars fuit citata. licet enim primo impetrās per decretum solum uel mandatum de citando perpetuasset suam iurisdictionem quo ad se respectu delegantis ut eius morte non posset censeri mandatum reuocatum.non tamen quo ad partem ut artet eam coram se litigare tanquam præuenerit eam antequam alium iudicem impetraret.uel illa sua iurisdictione uti cœperit. quia non potest dici pars præuenta quæ citata non fuit.licet mādata fuisset citari.ar.l.si.quis postea quam.ff.de iudi.de foro compe.c.penul.& ideo alter iudex qui citando præuenit partem uidebitur potior in iurisdictionis perpetuatione.ar.no. in.c.ut debitus.de appel.super uerbo assignate in gl.quæ incipit.sed nunquid ad hoc facit quod de lite pen.habetur.in cle.i.ut lit.pen.

DE PACTIS.

Summarium.

1 Periurus potest priuari beneficio.non tamen si esset simplex uiolator fidei.

Decisio. I.

VTRVM uiolator fidei puta qa fide interposita promisit aliquid nec seruauit.sit priuandus beneficio sicut esset priuandus periurus & uidetur ꝙ sic. quia iuramētum & fidei interpositio æquiparantur extra ꝙ metus causa. ad aures.cū concor. pro hoc.s.ꝙ quo ad hanc pœnam æquiparentur est not. Archid.extra de sepul.c.i. super uerbo interposita. pro quo uidetur tex.cum glo.de fideius.peruenit.in fi.sed dic contra quia penalia non sunt extendenda &c.& quia grauius est puniendus periurus iuxta no.de iureiu.c. peruenit.nec ob.c.peruenit.quia ibi loquitur complet.in uiolante fidē & iuramentum.secus si solam fidem.pro hoc.quia tex.de ista materia imponentes pœnam istam priuationis loquūtur in periuro.de iureiuran.quærelam.de rescrip.c.ij.ergo stricte & proprie intelligantur de periuro. nec extendantur ad uiolantem fidem ar.ff.de pœnis.sanctio legum.de libe.& posthu.cum quidam.& in regula. odia pro hoc uidetur.xxij.q.v.c.iuramenti.super uerbo in glo.adde sub. audi.& glo.se.

Sup.de iureiu. dec.i.in antiq.

Decisio. II. Similis deci.xii de consue in antiq.

Decisio. III. Similis de pact.nu.4.in antiq.

DE PROCVRATORIBVS.

Summarium.

1 Releuatio substituti in fi.procuratorij non inducit substituendi potestatem.

Epithome.

2 Verba prolata quæ supponunt aliud nil disponunt super eo quod supponunt.

Decisio. I.

IN procuratorio non dicitur quod dominus pro curatori dedit potestatē substituendi. sed postea in releuatione cauetur ꝙ dominus rele uat eum & eius substitū uel substituēdum ab omni onere satisdandi.Quæritur an ex illis uerbis uideatur sibi. dedisse potestatem substituendi ut uigore mandati & etiam ante litis contestationem posit substituere.uidebatur ꝙ sic quasi faciendo posterius eoipso uideatur fecisse prius arg. l.ad rem.&.l.ad legatum.de procura.&.l.illud.§.fi.de acquiren.hære.Fuit dictum per omnes contra quia illa uer-
2 ba non sunt dispositiua.& quia uerba prolata quæ supponunt aliud nil disponunt super eo quod supponunt.ar.l. ex facto.de hære.instit. & quia clausula in qua dominus

Adde dec.nu. 23. de proc.in antiq.phil.frā. in.c.i.§.i.col. fi.uers.in eadē cōtra.de pcu. in.vi. Alex.cō si.126.colu.2. uol.v.& consi. 27.col.fin.uol. 2.deci. consi. 38.col.6.

releuat procuratorem uenit ad executionem præcedentis mandati. Et ideo quamuis uerba ibi late ponantur tamen non ampliant præcedentem cõmissionem. ar. de præben. c. i. ad fi. in cle.

Summarium.

1 Procurator datus ad audiendam sententiam dumtaxat potest appellare.

Epithome.

2 Procurator cõstitutus ad causam licet censeatur limitatus ad principalem tantum causam attamen poterit appellare.

Decisio. II.

Supra. deci. 5. eo. in antiq. Adde Fely. in c. scũ. olim [illegible] de offic. de lega.

AN constitutus uel substitutus procurator ad audiẽdam sententiã dumtaxat posit appellare a sententia lata contra eũ & uidetur ꝙ non propter limitationem prædictam. quia erat ad audiendam sententiam dumtaxat constitutus uel substitutus. ar. l. diligẽter. ff. mã dati & ar. C. de procura. in. l. maritus. ubi maritus intelligitur prohibitus ab alijs quæ alias potuisset propter expressionem & limitationem mandati. pro hoc etiam bene facit de periculo & commo. rei uend. l. si una. cum no. per Cy. C. de legi. quod fauore. in. ix. opi. Ad contrarium opinionis omnes fuerunt inclinati quasi appellare sit de connexis & dependentibus ipsi mandato. & quia est quasi uicinum ipsi mandato. arg. ad hoc. ff. iudica. sol. iam tamẽ. §. in hac. & facit ad hoc quod no. Compos. de elec. statuimus li. vi. super uerbo in personam in. i. q. quam ibi mouet & est circa medium. xii. colum. & quia dominus non uidetur in dubio illam limitationem fecisse ad impugnãdã suam iusticiam. quod esset si non posset appellare. arg. ff. de testa. mili. l. iij. pro quo etiam facit. quia constitus pro-
2 curator ad causam licet censeatur limitatus ad principalem tantum causam hoc non obstante potest & debet appellare. & extra de procura. non iniuste. C. eo. ti. in. l. inuitus. ergo & ista non obstante limitatione prædicta poterit appellare. fateor tamen quod obstante limitatione prædicta non poterit appellationem prosequi. ar. dictæ. l. inuitus. cum sua materia. & eorum quæ no. Inno. in. c. petitio. de procur. ubi uide.

Summarium.

1 Procuratorium generale an extendatur ad causas futuras?

Decisio. III.

VTrum procuratorium generale extendatur etiam ad causas uel lites futuras uel solũ ad tunc præsentes per. l. qui habet. §. fi. & l. seq. ff. de tutel. & dic ut ibi per Dy. contra de priuileg. quia circa. cum ibi allegatis. solutio ibi patet.

Summarium.

1 Procurator constitui potest ad acceptandum. & permutandum etiam beneficia in posterum conferenda.

Epithome.

2 Procurator generalis cum libera poterit permutare.
3 Cancellaria nõ expedit literas permutationis uirtute procuratorij facti ad permutandum beneficia obtinenda.

Decisio. IIII.

VTrum quis posit constituere procuratorem ad acceptandum & permutandum etiam beneficia in posterum conferenda. uidebatur ꝙ non. nisi in specie. & de certo beneficio daretur mandatum. ar. ff. de acquiren. hære. l. si quis mihi bona. §. sed utrum generaliter tamen omnes tenuerant quod immo. per. l. iij. de procura. & quia isti non sunt de casibus in quibus requiritur speciale mandatum contrahen. & pro prima parte nota per Cy. C. etiam per procura. in integrum resti. per i posse l. i. sed uidetur quod ad permutandum sufficiat generale
2 cum libera. ar. l. procura. cui generaliter libera. ff. de procura. quod uerum est. uel si habeat mãdatum secundum formam. c. qui ad agendum. de procura. li. vi. ut no. Io. an. in nouel. in dicto. c. cum in tua. super uerbo. per alios. de
3 consue. audiui tamen quod cancellaria non expediret literas permutationis uirtute procuratorij facti. ad permutandum beneficia obtinenda.

Summarium.

1 Expensas pro aduocatis & procuratoribus an habere debeat qui per se ipsum supplendo uices ipsorum causam agitauit?

Epithome.

2 Expensæ an debeantur uictori pro aduocatis. & procuratoribus qui illum gratis defenderunt?

Decisios V.

IN ducens causam suam propriam qui nõ habuit procuratorem in causa & obtinens cui aduersarius condemnetur in expensis posit petere inter expensas salaria procuratoris & aduocati quæ dedisset. & sunt taxata in curia si eos habuisset. facit ꝙ si c. ff. rem ra. habe si procurator. circa medium. In oppositum facit. ff. de fideius. l. stipulatus es. dic ut no. in Specu. ti. de expen. §. postremo. uer. quid ab emptore. Sed quid si habuit procuratorẽ
2 & aduocatum amicos suos qui propter curialitates & beneficia alias ab eo recepta nolunt habere salarium. Quæritur an tunc posit petere expẽsas pro procuratore & aduocato? uidetur distinguendum an illi remittunt sibi animo & causa eum remunerandi ut tunc petere posit an non. & tunc non. per. l. idemq; §. fi. & l. si uero non remunerandi in prin. ff. mandati.

Summarium.

1 Procurator substitutus de cuius substitutione non constat facit processum nullum. nec sufficit quod ratificẽtur acta per eum ab altero comprocura substituentis.

Epithome.

2 Procurator personam domini representat.
3 Ratum habere non potest quis quod suo nomine gestum non est.
4 Ratificari non potest quod ab initio nullum est.

Decisio. VI.

DVo fuerunt constituti procuratores cum clausula & quilibet eorum insolidum. & quod non sit melior conditio occupantis ad certam causam cum potestate agendi & defendendi. &c. & omnia alia faciendi quæ constituens faceret si præsens interesset quorum procurator. unus substituit. sed non reperitur scripta substitutio in actis nec alias potest constare de ea. quia notarius causæ coram quo substituit mortuus est. nec reperit manuale suum nec prothocollum tandẽ multis terminis cum substituto illo seruatis. pars aduersa prætendit nullitatem processus cum illo substituto habiti. & substituente suo etiam mortuo non uult procedere ulterius in causa nisi reiteratis & resumptis terminis. Alter uero procurator superstes uult quod ulterius procedatur in causa etiã non resumptis terminis & ratificat omnia acta cum dicto prætenso substituto. Quæritur an eo ratificante sit non reiteratis terminis ulterius procedendum in causa. Aliqui inter quos tunc eram dicebãt quod sic. & quod sufficeret ratificatio alterius procuratoris per. l. licet. de iu
2 di. quia procurator ille personam domini representat. ut. l. ossa. ff. de religiosis. & potest in causa facere ea quæ dominus posset etiã uirtute generalis clausulæ. &c. superius insertæ.

inserte. Quidam tamen in quorum opinione fuit maior
pars dicebant contra. tum quia illius procuratoris nomi-
ne substitutus nihil egerat. sed nomine procuratoris eum
3 substituentis. igitur non possit ratum habere quod suo no
mine nō est gestum ut in regula iuris. & .l. si pupilli. de ne
go. gest. tum etiam quia ex quo non apparebat substitutio
per inde erat ac si non esset arg. l. in. lege. & rutila. polla.
ff. de contrahen. emp. igitur acta cum tali substituto pe-
rinde sunt nulla. ac si substitutus nō fuisset igitur rata ha-
beri nō possunt. quia quod ab initio nullum est ex post fa
4 cto ratificari non potest. ar. l. quod ab initio. tum etiam q̄a
in præiudicium alterius nō pōt quis ratificare acta cū nō
pcuratore. ut. d. l. licet. ad hoc accedit ꝙ no. B. de rescr. in
c. nonnulli. super uerbo speciali mandato. & per Cy. C. in
quibus cau. in inte. resti. non est neces. l. si tutor. & in casu
præmisso ex tali rati habitiōe præiudicabatur parti aduer
se. quia seruatus erat terminus ad ponendum & articulan
dum in quo non dederat obiectus quos nunc dare uole-
bat si terminus reiteretur. tum etiam quia dicta. le. lo-
quitur in domino ratum habente. acta uel gesta cum non
procuratore. nō autem loquitur in procuratore ratum ha
bente nomine domini. & quidam etiam dicebāt alias fuis
se decisum in palacio. ꝙ lex illa locum non haberet pro-
curatore ratificante solum & non domino. & pro hoc be-
ne facit quod no. Io. and. in nouel. de procura. c. is qui in
prin. lib. vi.

Summarium.

1 Procuratores insolidum constituere sufficit absque eo ꝙ dicatur & quemlibet ipsorum insolidum?

Epithome.

2 Procuratores an intelligantur constituti insolidum ubi constituens dixerit & quemlibet uest um constituto procuratorem absq; eo quod dictum sit insolidum?

Decisio. VII.

Quidam constituit Titium & Meuium procura-
tores insolidum & non dixit & quemlibet eorum
insolidum. sed simpliciter insolidum. Quæritur
an quilibet eorum sit insolidum uel ambo simul
ad solidum & non quilibet. uidetur quod non esset qui-
libet quia non est ibi aliqua dictio distributiua. dicunt qui
dam contra alias dictio insolidum nihil operaretur. & pro
hoc tex. ff. de procurato. pluribus. & extra de procurato. si
duo. ubi non ponitur dictio quilibet uel quemlibet. quod
si constituens dicit ego uos & quemlibet uestrum consti-
2 tuo procuratorem & non dicat insolidum an tunc intelli
gantur constituti insolidum. dicunt aliqui ꝙ intelligantur
insolidum constituti. arg. eorum quæ notantur in. l. pluri-
bus. ff. de leg. ij. & pro hoc facit tex. in. c. cum plures. i. re-
sponden. de offi. delega. lib. vi. ubi dicit ꝙ insolidum hoc
posuit. licet in forma mandati non apponantur iila uerba
insolidum. & uide quod no. Innocen. in. c. in nostra de
procura.

Summarium.

1 Procurator cum libera an possit acceptare beneficia.

Epithome.

2 Procurator cum libera non potest adire hæreditatem.
3 Matrimonium contrahi potest per procuratorem habētem speciale mandatum.

Decisio. VIII.

An procurator generalis etiam cum libera non ta
men habens speciale mandatum ad acceptan-
dum beneficium possit acceptare. uidetur.
2 quod non posset. quia non possit adire hæreditatem. ff.
de acquiren. hæredi. Paulus respondit. sed hæc ratio non
ualet quia in litera dicitur per te uel alium duxeris acce-
ptandum. sed ad hoc quod requiratur speciale mandatū
allegari potest. ff. de acquiren. hæredi. si quis mihi bona.
§. iussu. & §. sed utrum. & quia sic debet esse in matrimo-
3 nio spirituali sicut in carnali ad quod contrahendū opus
est speciali mandato. ut. c. si. de procura. li. vi. licet in om-
nibus etiam circa istam materiam nō equiparentur. ut ibi
patet per glo. super uerbo contraxerit.

Summarium.

1 Procurator substitutus effectus dominus litis potest aliū substituere. & licet procurator substituens moriatur ante acceptationem ualet processus cum eo agitatus.

Epithome.

1 ...
2 Procurator substitutus etiam re integra si decedat substituens poterit procedere.
3 Mandatum morte mandantis soluitur.
4 Procurator substitutus a procuratore uirtute facultatis a domino principali habitæ de substituendo non poterit reuocari a substituente expresse.

Decisio. IX.

Vtrum procurator substitutus a principali pro-
curatore habente potestatem substituēdi per litis
cōtestationē efficitur ds litis possit alium substi
tuere postquam sic effectus est dominus litis tenuerunt ꝙ
sic sicut & principalis procurator factus dominus litis
posset etiam si alias non haberet a domino potestatē sub-
stituendi. iuxta. l. neque. C. de procura. & iuxta. c. i. §. licet
de procura. li. vi. quia talis substitutus a principali procu
ratore uirtute potestatis ad hoc date ipsi procuratori sub-
stituendi uidetur ab ipso domino constitutus. argu. l. item
eorum. ff. quod cuiusq; uniuer. & .l. cum esset. ff. de serui.
rusti. prædi. § fin cum ibi no. in fi. & no. ff de procura. l. i.
in prima glo. per docto. Item eadem ratio est de tali sub-
stituto facto domino litis quæ est de principali procurato
re. igitur idem ius in utroq;.
2 ¶ Sed pone procurator habens potestatem substituendi.
substituit quendam alium. antequam tamen procurator
substitutus acceptaret mandatum substituens procurator
mortuus est dominus tamen qui eum procuratorem con
stituerat bene uiuit adhuc tandem substitutus acceptauit
mandatum etiam domino causæ ignorante substitutionē
factam & mortem sui procuratoris & in causa processit.
Quæritur an processus cum eo habitus teneat? quidam
dicebant ꝙ no. quia mortuo procuratore substituente fuit
reuocata substitutio. seu mandatum factum substituto. ex
3 quo decessit re integra. idest antequam substitutus acce-
ptasset mandatum uel processisset. quia mandatum mor-
te mandantis soluitur ar. ff. mandati. l. inter causas in prin
cipio. instit. in eod. ti. §. item si adhuc. ff. de procura. si de-
functus. cum ibi notatis. a contrario sensu. Alij uero dice
bant referre. an procurator mortuus substituisset tanquam
dominus litis quia cum eo fuerat lis contestata. & uirtute
illius domini litis per contestationem litis sibi quæsiti. &
tunc uera est opinio prædicta ꝙ per eius mortem re inte-
gra expiret mandatum. an uero substituisset forsan ante li
tem contestatam non factus dominus litis. uel forsan post.
non uirtute illius litis nec tanquam talis. sed uirtute po-
testatis substituendi a domino sibi date. & tunc non
expiret. ex quo dominus causæ a quo talis substitus uide
ur potius constitutus per prædicta supra proxima quæ-
stione. aut adhuc uiuit. & sic mandatum quod ad ipso ui
detur potius factum. per ministerium tamen mortui pro-
curatoris non potest dici reuocatum morte. ex quo ipse ui
4 uit & pro hoc facit quia talis substitutus a procuratore uir
tute potestatis de substituendo a domino sibi date per mā
datum sibi factum non possit ab ipso procuratore substi-
tuente reuocari expresse. ut in. c. is qui. de procura. lib. vi.
ergo multominus nec tacite per mortem. secus tamen in
membro præcedente ubi substituit tanquam dominus li-
tis. quia tunc non censetur constitutus a domino. sed ab
ipsomet procuratore. & esset per eundem reuocabilis ex-

Adde dec. 33. eo. in no. oldr. cōsil. 139. col. 2. uersi. alia ratione de. proc.

presse. & ideo ibi per mortem eius re integra reuocatur. & hæc opinio pluribus placebat. Alij uero distinguebant an uirtute potestatis datæ ad substituendum substituisset certam personam de qua substituenda sibi fuerit mandatum. & tunc ex quo dominus sciebat personam quæ substituenda fuerit per mortem substituentis procuratoris nõ expiret mandatum. sed potius inspiciatur uita domini scientis substitutum. an uero esset sibi data potestas substituendi incertum. & tunc non inspiciatur uita domini ignorantis substitutionem & personam substituti. sed potius scientiam & uitam uel mortem procuratoris. sic ꝙ eius morte reuocetur substitutio. sed præcedens opinio magis placet. quia uirtute potestatis substituendi etiam in incertum facta substitutione uidetur substitutus a domino constitutus. & eius personam seu eius electionem uidetur dominus commisisse fidelitati procuratoris & postquam per eum talis substitutus fuit electus uidetur etiam per eum electus qui totam incertitudinem & eius determinationẽ contulit in procuratoris determinationem. iuxta ea quæ habentur in. d. c. i. §. licet. cum dicit etiam expressa certa persona cum ibi no. de procura li. vi.

Summarium.

1 Tutori uel curatori non potest iudex dare potestatem cõstituendi procuratorem ante litem contestatam.

Epithome.

2 Tutor & curator potestatem recipiunt a iure quam iudex nec augere nec minuire potest.

Decisio. X.

VTrum iudex dando alicui tutorem uel curatorẽ possit illi tutori uel curatori dare potestatem cõstituendi procuratorem ante litẽ contestatã. Fuit dictum ꝙ non. quia tutor uel curator licet dentur a iudice. tamen a iure & nõ a iudice suam recipiunt potestatem quam iudex non debet nec potest diminuere nec augere. sicut nec testator facit. l. Titium & Meuium §. i. ff. de administra. tuto. iuncta. l. ius publicum. ff. de pactis.

Summarium.

1 Procurator transferens in totum uices suas in substitutum a se. licet habeatur in procuratorio Clau. procuratorio in suo robore nihilominus duraturo non poterit reassumere causam sine speciali mandato.

Decisio. XI.

PRocuratori datur potestas substituendi in procuratorio in quo constituebatur procuratorio in suo robore nihilominus duraturo. non tamen fuit sibi data potestas substitutum reuocandi. tandem ille procurator simpliciter & in totum sine quacunque retentione trãsferendo uices suas substituit. & substitutus causam occupauit. & duxit aliquo tempore. Quæritur nunquid procurator substituens possit causam resumere. & uidetur quod non. ex quo in totum transtulit uices suas. & sic non remansit procurator. quasi functus officio suo. ar. extra de procura. is qui. cum ibi notatis. super uerbo aliud. In oppositum uidetur propter illa uerba procuratorio in suo robore nihilominus duraturo. primã partem credo ueriorẽ quia in totum transtulit uices suas quasi se totaliter & omni potestate exuerit. licet secus crederem si simpliciter substituisset. propter prædicta uerba.

Summarium.

1 Citatus ad instantiam non procuratoris potest obtinere sibi illum condemnari in expensis. & se absolui ab obseruatione iudicii & condemnari de falso.

Epithome.

2 Procurator falsus condemnatur in expensis ac puniri de falso potest.

3 Iudex impetratus per falsum procuratorem habebit iurisdictionem quoad ipsum puniendum.

Decisio. XII.

NOn procurator impetrat commissionem nomine alterius & facit citari partem ad dicendum contra. modo cum ille uult procedere in causa ille dicit se non procuratorem nec habere mandatum. Quæritur quod remedium dabitur sibi contra illum impetrantem commissionem sic eum uexantem. scilicet quod absoluatur ab obseruatione iudicij. & condemnetur sibi ille uexans in expensis. arg. l. cum quem temere. ff. de iudi. nec
2 ob. si dicatur ꝙ iudex nullam iurisdictionem habet. & sic non potest condemnare in expensis. quia immo habet in hoc. argu. extra de rescrip. nonnulli in fi. cum ibi no. Itẽ
3 ille impetrans tanquam falsarius est puniendus. de rescrip. nonnulli.

Summarium.

1 Procuratorem quis constituere potest pro se. & pro alijs præsentibus & non contradicentibus.

Decisio. XIII.

VTrum si constituam procuratorem pro me & quibusdam alijs in causa quam mouebamus. seu mouere uolebamus. contra quendam alium. uel in causa quæ contra nos mouebatur seu moueri debeat illis alijs in cõstitutione procuratoris pſentibus & nõ cõtradicentibus. sed tacentibus & patientibus ualeat procuratoris cõstitutio quo ad illos. ut sic talis procurator debeat admitti ad agendum pro illis uel ad eos defendendum uirtute talis procuratorij uidetur ꝙ sic. ar. l. qui patitur. ff. manda. & arg. l. si procuratori præsen. ff. de uerb. oblig. & quia sunt consortes eiusdem litis. l. i. & ij. de consti. cum. m. ferrarien. cum ibi notatis. & quia ibi contradicendo potestati. quo ad se procuratorem impedire. igitur tacẽdo uidebantur consentire. ar. extra de regulis iuris. qui tacet. & notatur. ff. de pig. fideiuss. §. pati.

Fely. in. c. ex parte decani col. 3. uers. & scias ꝙ si quis de rescrip.

Decisio. XIIII. similis supra testa. nu. 5. in antiq.

Summarium.

1 Procurator habens mandatum ad permutandum cum Clau. quod a die constitutionis inclusiue ad unum annum esset sublata potestas poterit tantum infra annum permutare.

Epithome.

2 Priuatio supponit habitum.

Decisio. XV.

QVidam constituit procuratorem ad permutandum beneficium suum cum tali. & subiunxit in procuratorio quod uolebat quod a die illius constitutionis inclusiue ad unum annum dicto procuratori esset sublata omnis potestas. procurator autem ille post annum permutauit. Quæritur an ualeat permutatio uel nõ quia dicebat is cum quo permutauerat quod nolebat eam tenere. quia prædicta uerba a die illa ad annum etiam intelligi debebant quod infra annum non haberet potestatem sed post. constituens uero qui eandem permutationem impugnabat dicebat quod immo erat sensus. quod infra annum dumtaxat haberet potestatem & post non. & pro ista parte fuit iudicatum propter uerbum sublata quod denotat priuationem. & per consequens supponit potestatem fuisse datam infra annum
2 & post sublatam. quia priuatio supponit habitum. ut. l. manumissiones. de iusti. & iure. & l. cum dotem. ff. de uerb. oblig. & igitur ad annum sumebatur pro post. i. post annum.

DE

DE RESTIT. IN INTEG.

Summarium.

1 Restitutio aduersus lapsum fatalium an dicatur incidenter peti?

Epithome.

2 Procurator generalis poterit petere restitutionem in integrum quando incidenter peti potest, secus si principaliter.

3 Restitutio aduersus lapsum fatalium obtenta sufficit absque restitutione aduersus sententiam latam super desertione.

Decisio. I.

IN lata sententia super desertione appellatiōis propter lapsum fatalium de quo notorie cōstabat in actis si postea pars contra quam lata fuit petat se restitui prætextu maioris etatis uel alias aduersus illam desertionem & lapsum fatalium censeatur peti restitutio principaliter uel incidenter. dubium stat in hoc quia si incidēter dicatur peti tunc procurator causæ etiam si ad hoc non habeat speciale mandatum posset eam petere. secus si principaliter. iuxta notata in.c. suscitata. de in integ. resti. omnes tenuerunt quod censeatur peti incidenter per dictum.c. suscitata. & præsertim quia causa ex qua petitur. & id aduersus quod petitur habet ortum ante & ex lite pendente præcedent. Alij tamen cōtra. & ad.c. suscitata. respondent ut ibi no. Host. Sed an sit
3 necesse peti etiam restitutionem aduersus sententiam latam super desertione. tenuerunt quod non licet esset consilium per notata per Innocen. in.c. coram in fi. eodem ti. sed non est necesse attento quod illa sententia non est noui iuris inductoria sed potius prioris declaratoria. & ideo sufficit restitutio aduersus id quod declarabat.

DE ARBITRIS.

Summarium.

1 Laudum non ualet ubi unus ex arbitris condemnat in plus quam alter.

Decisio. I.

DVO arbitri electi pronunciant. unus condemnat in centum. alter uero dicit ego non consentio. nec pronunciare nec condemnare intendo in aliquo. nisi condēnatio in centum. etiam fiat per socium meum coarbitrum & sic in.cc. consentiat & condemnet. ergo in.cc. condemno. Quæritur nunquid ualeat condemnatio in.c. per.l. diem proferre.§. si arbiter. uersi inde quæritur. ff. de arbitris. uidetur dicēdum quod non. quia expresse abnegat pronunciare in minori summa. & ideo non potest dici quod in minori ambo consenserunt. argu. quia plus est expresse denegare quod tacere uel alias tacite consentire. extra de simo. sicut. de homici. petrus.

Summarium.

1 Sententia lata per duos arbitros an ualeat. ubi compromissum factum fuit in tres uel in duos. & in procedendo omnes adhibiti fuerunt?

Epithome.

2 Iudices ordinarij plures habētes potestatem insolidum si omnes incipiunt procedere in simul unus sine alijs procedere aut diffinire cessante impedimento non posset.

Decisio. II.

COmpromissum est in tres. uel in duos ex ipsis. Similis eo nu.3. in antiq. Fely. in.c. cum ex officij col.9. circa finem de præscrip. Bar. in.l. item si unus.§. si plures. ff. de arbi.

DE IVDICIIS.

Summarium.

1 Luminarij constituti ad quærendum pro luminaribus an possint agere pro his quæ debentur luminariæ?

Decisio. I.

AN isti qui in ecclesijs constituuntur ad quærēdum pro luminaribus possunt agere pro his quæ debentur illis luminari. puta ex causa legati uel alias. & in facto erat quod in una ciuitate uel de consuetudine uel statuto si excommunicatus stet in excommuncatione per mensem & ultra post mensem tenetur ad libram cere pro quolibet mense quo postea remanebit excommunicatus applicandum luminaribus ecclesiarum in quarum parochia moratur modo contigerat quod episcopus illas pœnas prætendens sibi appplicand. per nonnullos annos spoliauerat ecclesias illis pœnis. modo omnes luminarij ecclesiarum quilibet pro se seu officij sui nomine & nomine ecclesiæ cuius erat luminarijs seu quæstor constituerat procuratorem unum qui petebat nomine procuratorio se restitui ad ius percipiendi dictas pœnas contra episcopum quæritur an libellus ille esset admittendus: & talis procurator ad agendum nomine talis officij & cuiuslibet ecclesiæ? fuit dictum quod non. nisi rectores ecclesiarum de quarum iuribus agitur & ad quos principaliter pertinet negligerent prosequi ius ecclesiarum suarum prædictarū argu. notatorum per Innocen. & in.c. cum olim. de testi. Alij dicunt hoc uerum si officium talium luminariorum seu quæstorum non est certum nec perpetuum in ecclesijs. quia tunc non uidentur posse agere nomine ecclesiarum alias sic. arg.l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. & ar. no. per Innoc. in.c. cum deputati. de iudi. pro parte tamē luminariorum quod possent admitti seu eorum procuratores. allega.l. pomponius. ff. de procur. & dicta.l. sancimus. & hoc credo uerum quod ex quo sunt constituti ad huiusmodi negocia procurāda ergo pro his agere possunt & libere & quandocunque procuratores alios deputare. arg. de procura.c.i. lib. vi. in fi. sed aliqui intelligunt illud de substitutione ad negocia. quia secus si ad iudicia tunc enim non possunt nisi post litis contestationem. ut.l. neque. C. de procura. Supra dec. xx. eo. in antiq.

Summarium.

1 Frater agens petitione hæreditatis contra fratrem debet habere alimenta & expensas a fratre possessore hæreditatis lite penden.

Decisio. II.

Egi.deci.88.in fi. & in deci.regni nu.xi.Feli.i.c.si qui testiū col.2.circa fi.uer.& in quantū de testi. alcia.in trac.de psum.fol.366 uer. & talis psump. operat.

VTrum filius agens petitione hæreditatis cōtra fratrem qui eum fatetur filinm posit in prima instantia petere quod per fratrem possessorem hæreditatis lite pendente sibi ministrentur expense seu alimēta.per .l.si instituta.ff.de in offic.testa.Et uidetur ꝙ non. quia illa lex loquitur in causa appellationis cum filius iā obtinuerat unam sententiam pro se secus forte si non obtinuisset ut ibi no.gl.pro hoc etiam facit.ff.de libe.agno. si quis a libe.§.item rescriptum est hæredes. pro hoc.no.l. qui de inofficioso.ff.de inoffi.testa.tamen domini tenuerunt contra.quia æquitas.l. si instituta. sibi uendicat locū etiam in casu principali seu in prima instantia.

Summarium.

1 Legatarius an posit cōtinuare processum inchoactum cum testatore in actione sibi legata in nu.4.

Epithome.

2 Legari an posit actio litigiosa?
3 Iudex non debet diuinare nec de facto supplere.
5 Litis prosecutio non.transfertur de persona ad personā nisi in hæredibus uel uniuersalibus successoribus uel in dominos qui per procuratorem agunt uel a filio in patrem.

Decisio. III.

VTrum si testator legauit actionem litigiosam suo nomine iam per eum in iudicio deductam & legatarius continuet processum seu prosequatur
litem teneat processus?Et uidetur aliquibus ꝙ non.per au
2 then.nunc si hæres.C.de litigiosis.In oppositum quia le-
gatum ualuit.ut.l.fi.in fine. C.de litigiosis.ergo actio tran
siuit in legatarium.C.de legi ex legato nominis.ergo illū
utiliter potuit deducere in iudicium & in eius uirtute litē
prosequi.Nec obstat authen.nunc si hæres . quia licet in
fauorem rei dicat hæredem debere prosequi assistere le-
gatario ne forte detur sibi alius similiter legatarius actor
qui forte sibi esset potentior tamen non negat quin si lega
tarius ageret & sibi nil opponeretur ualerent processus cū
eo habiti præsertim hærede & reo non contradicentibus
sed agere patientibus.sed illi qui tenent primam opi. di-
cunt quod.l.fi.C.de litigio. est correcta per authen. nunc
si hæres ut ibi no.& in authen.de litigio.§.i.ego uero opi.
secundam credo ueriorem quia dato quod legatarius nō
posset agere si tamen de facto agēs obtineat processus pro
pter hoc non est nullus.sed iniustus si sibi per debitorē op
3 ponebatur.uel iustus si non sibi opponebatur. de uitio liti
giosi. quia iudex non debebat diuinare nec de facto sup-
plere & ideo tenet processus nisi appelletur.uel si appel-
let & obtineat legatarius per tres instantias.ius enim acto
ris uel rei non reddit processum nullum sed iniustum sal
tem ꝙ ad se & re ipsa & actio oriens ex tali sententia pro
non habente ius uel actionem lata recipit fundamentū in
illo quasi contractu qui fit in iudicio tempore litis conte
state.ff.de pecul.l.iij.§.idem scribit. sed an supposita ista
4 opi.posset legatarius continuare processum inchoatum
per testa.uel an oportet eūde nouo incipere.& an si de no
uo non incepit processum sed primum continuat ualeat
processus.& uidetur quod immo est opus.de nouo omnia
reiterare.arg.no per gl.ff.de procura.quæ omnia in.ij.gl.
5 pro hoc quia non transfertur prosecutio litis de persona
ad personam nisi in hæredibus uel uniuersalibus succes-
soribus uel in dominos qui per procuratorem agunt. uel a
filio in patrem.ut no.per Innoc.de iudi quia.v.& ibi alle
ga.iura.ad hoc.pro hoc.quia agēs directa alio modo agit
quam agens utili . aliud enim est medium concludendi
in utili quam in directa.cum igitur tali legatario non cō-
petit nisi utilis actio ex legato nominis ergo &c. Ad hoc
satis potest induci quod no.per Cy.C.de actio.& obli.l.i.
in.viij.q.

Summarium.

1 Interessatus admissus ad causam non potest impedire expeditionem causæ inter alios duos collitigantes instructam.

Decisio. IIII.

Fely. in. c. cū sup col.7.uer. sciatis: etiā de re iudi.

TRes ueniunt ad causam beneficialem & inter primum & secundum reum & possessorem postquā primus probabat intentionem suam concluditur in causa.& constat quod primus respectu secundi debet obtinere sed tertius qui uenit pro interesse suo dedit bonos articulos de iure suo exclusionis iurium primi articuli qui sunt admissi quia eis probatis beneficium illi tertio esset adiudicandum primus tamen petit ferri sententiam pro se contra secundum contra quem probauit intentionem suam & est conclusum tertius dicit quod non est ferenda donec uenerit remissio sua & tota causa quo ad eū expediatur : quæritur an bene dicat facit quod causa est expedienda inter primum & secundum.ff.de rei uen.l.is a quo.& quod no.per Inno.de conces.præben. quia cunctis.circa princ.iij.glo.quia tertius non uenit ad causam pro defensione secūdi possessoris sed solum pro se & ideo. quia non immiscet se causæ quæ uertitur inter primum & secundum defendendo possessionem secundi.immo solū contra quemlibet deducit ius suum ideo iusticia inter primum & secundū quorum causa distincta est a causa tertij non retardabitur propter tertium quin pro primo contra secundum feratur sententia statim ex quo primo cōstat de iure suo.ar.no.per Inno.de re iudi.cum super.

Summarium.

1 Iudex secularis potest dare curatorem clerico coram se litiganti.

Decisio. V.

CLericus minor. xxv. annis agit ꝓ debito uel alia actione personali uel reali contra laicum & corā iudice seculari.iuxta.c.si clericus. de fo.compe. quæritur an tali clerico ille iudex secularis coram quo agitur posit dare curatorem ad litem uel an sit sibi dandus curator ad litem per iudicem ecclesiasticum? quidam dicebant ꝙ non posit sibi dari curator nisi per iudicem ecclesiasticum suum.arg.c.si diligenti.de fo. compe.tamen maior pars tenuit ꝙ immo posit dari per iudicem secularem.& quod esset dandus ab eo coram quo agebatur.per l.fi.§.fi.C.de admini.tuto.quia ex quo ille habet iurisdictionem in causa principali etiam habebit in incidenti & accessorijs sine quibus causa dici non potest.ar.l.ad rem &.l.ad legatum.de procura.C.de iudi.quotiens.de ordi. iudic.l.i.&.ij.cum concor.sed primi qui tenent quod non posit dari per iudicem laicum coram quo agebatur: sed per iudicem ecclesiasticum. respondebant quod quia in isto accidenti seu accessorio tangebatur subiectio personæ clericalis seu spiritualis & ecclesiasticæ quæ per dationem curatoris subijciebatur in hoc iudici seculari & ēt curatori & eius liberum arbitrium restringebatur. ut .l.si curatorem habens. C.de in inte. restit. mino.ꝙ debebat adeo spirituale & ecclesiasticum reputari quod non debebat terminari per iudicem secularem causæ sed potius per iudicem ecclesiasticum.arg.c.tuam de ord.cog.cum concor.sed alqui replicabant ꝙ non erat spirituale incidens nec ecclesiasticum sed potius ciuile & temporale ex quo solum causæ & nō personæ erat dandus tutor.& præsertim quia curator non datur personæ sed rebus instit.de curato.§.curatorem.Nec obstat ꝙ in hoc clericus subijcitur iudici seculari quia etiam subijciebatur sibi in causa principali in qua contra eum per illum poterit sententiari & condemnari in expensis ergo etiam eodem modo subiiciebatur sibi in causa principali & in isto casu accessorio causam ipsam concernente arg.reg.iu. accessorium.præsertim quia non uidetur aliud posse dici quia cum curator sit dandus ad litem presentem non potest dari nisi per eum coram quo est lis. quia si ante litem dari debet per

iudicem

iudicem ecclesiasticum tunc potius daretur ad litem futuram quod esse non potest.ar.l.qui haber.§.fi.cũ.l.se.ff. de tutelis.&.l.item eorum.§.si decuriones.uer.sed si ita.ff. quod cuiusque uniuer nomi. necesse aũt esset quod ante litem motam sibi daretur cum non ante possessionem litẽ mouere nec esse in iudicio posisit cum non haberet personam legitimam standi in iudicio.C.qui dari tuto.pos.in uniuersis.ergo &c.

Summarium.

1 Causam committere summarie sine strepitu &c.an possit de consensu partium inferior a papa?

Decisio. VI.

VTrum ualet minor seu inferior a papa committere causam de consensu partium cum potestate procedendi simpliciter & de plano sine strepitu iudicij & figura dic ut no.per Io.an.in.c.fi.de hære.li.vi. iuxta fi. magnæ fi.

Decisio. VII. similis decisi.11.de iudi.in antiq.

DE FORO COMPETENTI.

Decisio. I. similis deci.5.eo supra in antiq.

DE LITIS CONTESTA.

Summarium.

1 Confessio simplex quam fecit reus ab libellum actoris non dicendo animo litem contestandi & cætera. non inducit litis contestationem secus si haberet conditionem annexam.

Decisio. I.

DATO libello per creditorem contra debitorem creditor reus nulla facta contradictione cõfitetur debitum non tamen dicit animo litem contestandi. Quæritur utrum in dubio uidetur habuisse animum litem contestandi: ut sic postea sit necesse ferri sententiam & in scriptis. uel an sufficiat præceptum de soluendo? & dicebant quidam quod indubio non uideatur habuisse ad contestandam.nec sit necesse ferri sententiam inscriptis.quia confitens indubio non uidetur habere animum ad litem sed potius uelle euadere litẽ. Alij uero contra. quod immo indubio uidetur lis contestata. & sit sententia in scriptis ferenda per ea quæ notatur in.l. una C.de litis contest.& in.c.dudum.de electio §. litis super uerbo.responsionem.& super illa glo.tenet Io.and.in nouella.quod cum glo. ibi dicit quod per confessionem fit litis contestatio indubio censetur fieri animo litem contestandi: nisi de contrario protestetur. pro hoc Innoc.de li.contesta.c.uno.in prin.prima opinio uidetur uerior ſm legistas modernos ar.l.si reus.ff.de procur.quod intellige quando est simplex cõfessio uel pura secus si haberet cõtradictionẽ annexam ut si confitendo debitum diceret se soluisse uel factum pactum de non petendo uel quid simile.& tunc procedant prædictæ note. & uide circa hoc ꝙ no.per Cy C.de li.conte.l.i.in.i.q.&.C. de iura.calu.l.ij. ubi de hoc per eundem Cy.iunge.q.positam infra.

Summarium.

1 Citatus ad respondendum libello si fuerit contumax an excommunicari posit?

Epithome.

2 Citatus quando quo ad aduersarium non interest suus aduentus.dicitur potius iuri suo renunciare quam quod contumax uel inobediens reputari posit?

3 Citatus a iure an excommunicari posit si contumax extiterit?

4 Confesio rei in causa matrimoniali cõsanguinitatis uel affinitatis & beneficialis non prodest actori.

Decisio. II.

NVnquid in causa in qua põt procedi lite non contest.parte rea citata non cõparente in termino assignato posit excõicari? quidã dixerunt ꝙ non. quia põt procedi ad ulteriora in causa ẽt usq; ad sententiã in contumaciam partis & ideo nõ est necesse pars ꝙ ꝑ aliqua remedia iuris cogatur uenire & iõ tunc cessat missio in possessionẽ.extra de eo qui mit.c.eum qui.li.vi.in fi. c. Aliqui uero dixerunt contra.quia interest actoris ut ueniat responsurus.quia forsan ꝑ eius responsionẽ poterit ꝓbare & non alias. Alij dixerunt an citetur ad li. conte.uel ad alios terminos qui obmitti possunt uel sunt superflui & tunc non.aut ad alios terminos essentiales & tunc aut seruari possunt etiam sine parte.ut sunt terminus ad iurandũ & libellandum & ad ponendum & ad producẽdum omnia.& ad dicendum contra articulos & contra producta & declarandum & ad dicẽdum contra declarationem & ad concludendum qui omnes ad uoluntatem partis possunt seruari melius reo absente non ueniente quam si ueniret cum præsentis potius intersit reum absentem nil dicere contra cõmisionem nec dare libellum nec iurare nec deliberare sup libello suo.qa semp eo ueniente poterit petere ꝙ iuret de calumnia.uel eo recusante puniatur pœna iuris & etiã actoris interest reũ non dare positiones uel articulos.nec dicere contra per cũ datos ac producere aliqua.nec dicere contra a se producta.nec eius interest reũ non cõcludere cum in termino ad hoc asignato in eius cõtumacia cõcludi poterit & tunc reo non cõparente in termino:uel terminis tali uel talibus non posit excõicari nec debeat cũ non posit non cõtumax dici cũ quo aduersarij nõ intererat eum uenire nec etiã alias puniri eius cõtumacia.potius enim dici debet iuri suo renuncians quã
2 cõtumax uel inobendiens:aut citare ad terminum qui nõ põt seruari eo absente ut ad respõdẽdũ de positiõibus. nõ uideo quare non sit eadẽ ratio in rñsione ad libellũ seu ad petitionẽ uel ad deliberandũ quia & forte ueniens confitetur & tunc qa actoris interest.quia forsitan alias probare non põt intentionẽ suam uel in probando nimium grauaretur & tunc nisi reus citatus ueniat posit tanquam cõ
3 tumax excõicari. Alij aũt distinguũt. an qs citetur ab homine & tunc posit non ueniens excõmunicari.aut a iure & tunc non.ad hoc facit quod no. Specu.in ti.de expen. §.iuxta.uersi.quid inde si causa sit talis. Alij distinguunt an causa est talis in qua præsentia partis propter eius responsiones & cõfessiones poterit prodesse actori & tunc reus citatus non ueniens posit excõmunicari uel alias ratione contumaciæ puniri an sit talis in qua confessio uel responsio aduersarij sibi non prodesset puta causa matri-
4 monialis consanguinitatis uel affinitatis & idem in causa beneficiali ibi non staretur confessioni rei ad adiudicandum uel beneficium prouidendum de beneficio actori:nisi alias de iure suo canonico appareret ut no. Io.an.in nouella de eo qui mit.c.eum. qui. super uerbo terminari.& tunc nõ ueniens citatus non posit excõicari. quia ꝓprie actoris tunc nõ interest ne ẽt posit alijs remedijs ad cõparendum cogi.& sic loquitur dictus tex c.eũ.qui. de eo q mit.in pos.tu.plenius ex omnibus ꝑmissis opinionibus colligẽdo dicas talem distinctionẽ.aut quis est citatus a iure & tunc nõ posit excõicari.nõ ueniens. quia mitius agit cũ lege ꝙ cum homine eius ministro. ut in mẽbris sequentibus arg.l.celsus.ff de arbi.aut est citatus ab homine.& tunc nisi ueniat in termino ad respondendum libello posit excommunicari uel alias ad ueniendum iuris remedijs compelli si alias non posset in causa procedi.extra ut lite non contesta.quoniam. frequenter.§ fina. In alijs autem terminis post litem contestatam. dic ut in sequentibus membris.& causis. Aut in causa in qua potest procedi lite non contestata uel summarie & de plano.& tunc aut est citatus ad terminum qui in tali causa non est ne-

cessario seruandus.iuxta cle.sæpe cōtingit de uerb.signi. & tunc non sit excōicandus nec alias arctandus uenire, quia non est cōtumax. Aut ad terminum essentialē & necessario seruandum.iuxta illā cle. Vel alias de stilo & tūc aut interest actoris potius ꝙ non ueniat quam ꝙ ueniat in termino & tunc non ueniens non possit excōmunicari uel alias ad ueniendum coherceri.ut supra de pluribus terminis declaraui.aut actoris interest ꝙ ueniat in termino.quia est talis causa in qua staretur confessioni rei & per eā res petita adiudicari posset actori. & tunc nisi ueniat citatus possit excommunicari uel alias iuris remedijs ad ueniendum cogi. Aut est talis causa in qua non staretur confessioni eius nec ferreretur sententia pro actore nisi alias doceret legitime de iure suo:tunc non debet excommunicari non ueniens:nec alias ad ueniendum cōpelli.quia frustra uenire cogeretur cum eius aduentus non prodesset. ar.l.aliquando.ff.ad uellei.& hæc omnia intelligerem uera ad instātiam partis siue actoris præsentis.nam si iudex perpenderet reum citatum nolle uenire ex contemptu iudicis uel malitiose contumaciter & iniuriose tunc posset dici ꝙ posset eum excōmunicare uel alias eum punire uel cohercere etiam si eius aduentus non prodesset parti præsenti ne eius.auctoritas contemnatur uel eludatur. arg.ff. si quis ius di.nō obtem.l.fi.ff.de no.ope.nunc.l.ij.in prin. ff.de iudi l.si prætor in fi.i.respond.bene facit ad hoc ar. l.sed eximendi.§.item si quis eum.ff.ne quis eum qui in ius uo.est ui eximat.

DE DILATIONIBVS.

Summarium.

1 Dilatio ad partes ad dominum cōsulendum danda est procuratori habenti generale mandatum.

Decisio. I.

VTRVM si procurator generalis alicuius habens potestatem etiā ad lites futuras apprehendatur in curia romana & sic per eius præsentiam causa debeat esse in curia debeat dilatio dari sibi ad dominū consulendum: dic quod sic.per.c. dilectus.de procura. secus si specialiter ad causam illam constitutus fuisset.ut ibi no.Innoc.& in.c.in pertractandis.de iura.calum.

DE CAV. POSS. ET PROPRIE.

Summarium.

1 Termini seruati in petitorio si contingat illud suspendi non sunt reiterandi in possessorio.

Epithome.

2 Causa possessorij in beneficialibus regulatur secundum terminos clem.dispendiosam.
3 Possessorium restituēdæ est multum fauorabile pro spoliato. & celeritatem desiderat præsertim in odium spoliantis.

Decisio. I.

VTRVM pro parte possidentis dato libello in solo petitorio in beneficialibus contra impediētem uel se opponentem & prætendentem ius habere & postea dicto dante libellum per aduersarium spoliato suspensoque petitorio post dationem articulorum in petitorio pro parte spoliati uolentis in illo possessorio procedere sit opus reiterare omnes præcedentes terminos super possessorio? & uidetur ꝙ sic.ex quo solo petitorio erat actum & nō erat datus libellus in possessorio præsertim quia tunc dans libellum possidebat nec conqueri de spoliatione poterat & etiam quia non fuit lis contestata super possessorio cuius occasio nondum erat exorta. fuit dictum ꝙ non quia in beneficialibus si solo possessorio procedatur non est necesse dare libellum nec litem cō-
2 testari.immo potest procedere summariæ & de plano & habet locum in solo possessorio super beneficialibus. cle. dispēdiosam. Item quia deducto etiam prius petitorio satis quo ad sui naturam erat deductum possessorium licet non formaliter ad finem restituendæ possessionis.sed potius tuendæ.igitur sufficere uideatur.ar.ff. de excep.rei iu-
3 di.si cum ar.&.l.si fundi.præsertim quia possessorium restituendæ est multum fauorabile pro spoliato & celeritatem desiderat & præsertim in odium spoliantis. ut sic dicamus ꝙ possessorium retinendæ quod in libello petitorij fuit deductum mutetur nunc in possessorium restituendæ ar.in si.ff de secun.tabu.l.ij.§.si sub conditione.ubi secundum.tab.mutatur contra tabu.

Summarium.

1 Sententia lata super petitorio per iudicem ad quem super possessorio aditum.non ualet licet coram iudice a quo a principio actum fuisset super utroq;.

Epithome.

2 Petitorium non uenit sub possessorio.
3 Possessorium non trahit ad se petitorium. licet secus e contra.

Decisio. II.

ACto in partibus super ecclesia petitorio & possessorio tandem in causa suspenso possessorio & lata sententia in solo possessorio appellatur ab ea & defertur appellationi & uirtute appellationis causa appellationis illius committitur in curia audienda. & partes procedunt coram eo in possessorio& petitorio simul & fertur sententia in utroque. quæritur an ualeat in petitorio? Quidam dicunt ꝙ non ex quo appellatio erat emissa dūtaxat a diffinitiua in solo possessorio. Alij contra.quia per illam appellationem totum fuit deuolutum ad curiam.& peti.& posses.& præsertim ex quo originaliter fuerat super toto processu & ne causæ continentia diuidatur.& si causa appellationis commissa totum negocium eo modo quo erat apud primum iudicem in partibus commissum uidetur coram eo autem potuissent partes procedere in petitorio ergo & coram isto auditore. pro prima parte erant plu-
1 res quia sub possessorio non uenit petitorium.ar.c.i. de sequestra.cum ibi no. nec possessorium trahit ad se petitorium licet secus econtra.ut ibi.& ar.C.si a non compe.iudi.si de proprietate. facit.l. naturaliter.§. nihil.ff. de acqui.poss.&c.

DE RESTITV. SPOLIA.

Summarium.

1 Spoliatus an debeat audiri super restitutione ubi latis duabus sententijs contrarijs super beneficio spoliator petit se audiri super desertione appellationis interpositæ per spoliatum a sententia ad fauorem sui lata?

Epithome.

2 Nullitatis exceptio requirentis altiorem indaginem non obstat iudicio adipiscendæ.
3 Spoliatus ante omnia est restituendus.
4 Iudicium possessorium requirit possessionem.
5 Spoliato petenti se restitui an reseruationis exceptio obstet?
6 Reseruatio inficit possessionem.
7 Possessionis essentia non diuersificatur per iustum uel iniustum.

Possessio

8 Possesio transfertur ex inutili contractu ubi non posset
transferri dominium.

Decisio. I.

Æneas de Falco. in tract. refer. in. 4. q. princi. i. xi. effectu in prin. secundæ paginæ.

PRIMVS in data obtinuit unam sententiam
contra secundum in data reum & possessorem a
qua secūdus in data appellauit & in causa appellationis secundus in
data prætendens prætextu cuiusdam reseruationis primū exclusum
& se de nouo obtinuisse
mandatum a papa ꝙ sibi in uim illius reserua-
tionis prouideretur & in possesionem reduceretur nō ob
stan. litis penden. si non foret alteri ius quæsitum obtinuit
sententiam pro se & per secundum auditorem qui cogno
uit de causa appella. sibi obtinuit prouideri postea primus
in data obtinuit unam commissionem uni tertio auditori
super desertione appellationis emisse per secundum in da
ta a prima sententia pro ipso primo lata & super nullitate
sententiæ pro ipso secundo late sed pendente lite inchoa
ta super dictis desertione & nullitate primus spoliauit se-
cundum possesione sua & obtinuit possesionem in uirtu
te cuiusdam executoriæ quam obtinuit super prima sen-
tentia pro se lata. secundus uero in data petit ante omnia
se restitui & ut spoliatum & spoliationem ut attentatum
lite pendente reuocari primus uero in data petit prius de
bere procedi super desertione appellationis emisse a pri-
ma sententia & super nullitate secundæ sententiæ quæri
tur super quo primo debet procedi. dictum fuit quod pri
ma sententia lata. pro primo fuit nulla obstante reserua-
tione & decreto in ea apposito & sic per consequens ap-
pellationem ab eo interpositam non posse dici desertam &
frustra de eius desertione quæri & similiter possesionem
obtentam in uirtute executoriæ potius debere dici spolia
tionem de facto & ideo de huiusmodi spoliatione prius es
se quærendum & restitutionem ante omnia fiendam pro
eo qui habuit secundam sententiam quæ supponitur lata
per iudicem habentem bonam commissionem super hoc
& licet primus prætenderet dictam secundam sententiam
nullam quia tamen nullitatis inquisitio requirit altiorem
2 indaginem propter quod etiam iudicio adipiscendæ pos
sesionis non obstat quæstio nullitatis ergo multo minus
nec iudicio restituendæ. argu C. de edic. diui adri. tol. l. ij.
quia spoliatus ante omnia restituendus est. de ordi. cogni.
super spoliatione. Aliqui tamen dixerunt quod sententia
3 lata pro primo forte non est nulla ex quo pars in processu
de reseruatione nil opposuit in termino quo debuit & lata
fuit sententia uel saltem talis sententia tenuit nec fuit nul
la in præiudicium partis contra quam fuit lata ut pareret
exceptioni rei iudicatæ non tamen ut uirtute sententiæ re
uera in beneficio ei pro quo fuit lata aliquod ius acquira-
tur. Reseruatio enim licet impediuerit quo ad iuris acqui
sitionem & ligauerit manus cuiuscunque inferioris quo
ad collationem uel iuris adiudicationem non tamen quo
ad processum iudicialem & ea quæ resultare poterant ex
processu seu quo ad processus efficaciam quin sententia
ab eo lata pareret exceptionem rei iudicate inter partes in
ter quas lata est si non appellatur uel si appelletur & ap-
pellatio deseratur prætextu allegationum competentium
& non oppositarum non potest sententia retractari. de re
iudi. inter mon̄ C. de re iud. sub specie. licet regula supe-
riorum uel iurium acquisitionis seu adiudicationis factæ
non transeat sententia in rem iudicatam. iuxta no. per In
noc. de rescriptis constitutus in fine. bene tamen dictum
fuit quod secundus in data non potest tanquam spoliatus
directo iudicio possessorio se restitui petere quia propter re
seruationem cui etiam innititur secundus nunquam po-
tuit habere ueram possesionem qua posset peti iudicium
restitutorium. Nam antequam sibi in uirtute reseruatio-
nis & noui mandati per eum impetrati de sibi prouiden-
do: si non foret alteri ius quæsitum obtinuerat possesio-
nem seu detentionem ad quam petit se restitui quod non
potest quia illa possesio erat infecta per reseruationem in
tantum quod reuera non censetur habuisse possesionem
propter not. per Innocen. in. c. ut nostrum. de appellat.
Sed tamen bene poterat petere illam occupationem ad-
uersarij tanquam innouata reuocari & ante omnia reduci
in suam pristinam detentionem seu in statu in quo primo
erat. ut in titulo. ut lite penden. per totum. quia in reuoca-
tione attentatorum non quæritur an quis possideat. sed so
lum status primus in quo erat pars antequam attentare-
4 tur licet in iudicio possessorio requiratur quod quis possi-
deat. ut no. Inno. de maio. & obe. dilecti. Alij uero dicebāt
contra quod solum erat reuocanda occupatio primi & sic
auferenda possesio. sed non restituenda secundo donec
per finalem sententiam obtineat sibi fieri prouisionem in
uirtute reseruationis uel prouisionem in eius uirtute per
ꝓm auditorē factā tenuisse declarari & tunc uirtute illius
mādati cuius uirtute sibi prouisum fuit tāq; de reseruato
erit in possesionē inducēdus & nō ante. Nec obstat si di
catur ꝙ reducendus est in statu in quo erat tempore quo
fuit attentatum. ut no. Innocen. in dicto. c. dilecti. quia il-
lud uerum quando ille status erat debitus & licitus uel
de hoc erat dubium sed hic ille status in quo tunc erat:
erat indebitus & illicitus & minus canonicus quia illi pos
sesioni de facto seu detentationi quam ante habebat ob-
stabat reseruatio & ideo ad illum statum est reducendus
ne patere posit uitiosus ingressus. arg. de eo qui mit. in pos
ses. eum qui. lib. vi. pro hoc etiam facit quod notat Inno.
in. c. bone de appell. Et si dicatur quid sibi proderit re-
uocatio attentatorum nisi ipse reducatur in statu? dico ꝙ
multum quia possesio remanebit uacās & uacua in qua
si eum finaliter obtinere contingat facilius fiet pro eo exe
cutio quam si esset per aduersarium suum detenta. argu.
notatorum in simili per Innocen. extra de testibus. c. ue-
niens. ij. super uerbo incontinenti & in ista opinione ego
eram licet magis cæteri in se inclinarunt ut etiam reduce
retur in statu in quo erat. Alij tamen dicebant quod pos-
set petere se restitui in iudicio possessorio quia licet reser
5 uatio obstet petenti se restitui eius pristine possesioni ubi
agent contra papam seu habentem causam ab eo in uirtu
te reseruationis nō tamē obstaret petenti se admitti cōtra
spoliantem qui se non defenderet prætextu reseruationis
nec ei innitteretur ar. ff. de ui & ui ar. l i. C. qui ui. a me pos
si. l. i. §. fi. & ff. de præca. qui præcario. hæc opi. non appro
6 batur quia cū ꝑtextu reseruationis impediretur possesio
nis acquisitio intantum ꝙ non censebatur habere aliquā
possesionē nec naturalē nec ciuilē ergo nec poterat sibi
cōpetere iudicium possessoriū. ar. l. i. §. deijcit. ff. de ui &
ui arma. & ar. no. in d. c. ut nostrum. de appel. per Inno.
ad quod facit ꝙ no gl. de do. & contu. contingit. in fi. gl.
nec etiā credere eum habere cōditionem ex canone rein-
tegranda. iij. q. i. quia credo ꝙ illa supponit uerā possesio
nem præcessisse uel naturalem uel ciuilē. Et esto ꝙ suffi
ceret sola detētatio adhuc nō credere istū per eā posse re
stitui. quia detentatio sua obstāte reseruatione erat infecta
& uitiosa quātuncunq; eā ignorasset ab inicio propter de
cretū ei annexū ꝙ afficit ignorātes ut. c. si eo tpe. de elec.
nec prodest etiam sibi ꝙ uadit contra tertium spoliātem
uel inuadentem. quia cum ille possideat uincit actorem
istum petentem se restitui per non ius suum. quia ex parte
actoris ius metimur. ar. l. fi. C. de rei uend. ff. si pars hære.
peta. l. i. & pro hoc bene facit ff de testa. mili. l. militis co-
dicil. §. ueteranus. de secun. tab. qui liberis. §. fi. Alij tamē
tenent quod beneficium reseruatum potest uere possideri
uel naturaliter uel ciuiliter licet iniuste. quia iustum uel
7 iniustum non diuersificant essentiam possesionis. ar. l. iij.
§. ex contrario. in fi. ff. de acqui pos. ad quod allegant te.
in. l. i. § uir. ff. de acquiren possess. iuncta. l. iij. §. scien-
dum. ff. de dona. inter uirum & uxo. quia ex inutili cōtra
8 ctu transfertur possesio etiam ubi non posset transferri
dominium. ut ibi. Sed an iste secundus si esset restitutus
uel nunquam fuisset spoliatus qui tenet beneficium reser
uatum in quo nullū ius habebat postea obtineat sibi pro-
uideri in uirtute reseruationis seu prouisionis per ꝓm audi
torem sibi factæ indigebit noua inductione in possesionē
uel an sufficiat sibi ꝙ remaneat in prima quam antea tene
bat quæ licet tunc illicita nunc fiat licita. Quidam dicūt
quod non indiget noua inductione. sicut nec emptor qui
prius rem tenebat non indiget noua traditione. ff. de rei

uend.quædam mulier.alij.uero dicunt ꝙ indiget noua inductione.ar.de insti.ex frequentibus.& de concel. præbe. post electionem.

Summarium.

1 Spoliatus apostolicus restituendus est contra permutantem ipsum spoliatem beneficio ex causa ficte permutationis renunciato non obstante renunciatione iuri & possessioni & petitioni restitutionis iuramento per se facta.

Epithome.

2 Beneficia permutata non ueniunt sub potestate expectantium.

3 Renunciatio petendæ restitutionis factæ post spoliationem an obstet petenti se restitui?

Decisio. II.

A &.B.ex causa permutationis inuicem faciendæ
resignauerunt sua beneficia in manibus ordina
rij.Quidam uero expectatiuus apostolicus post
præmissam resignationem antequã per ordinarium esset
expedita permutatio idest antequam beneficiũ unius per
mutantium inuicem alteri contulisset acceptauit benefi
cium ipsius & fecit sibi de eo prouideri & in possessionẽ
induci prætendens quod dictus a tempore resignationis
beneficij erat senex & infirmus & quod in fraudem expe
ctantium permutionem illam fuerat machinatus & eadẽ
die qua expectans apostolicus acceptauit & fecit sibi pro
uideri & in possessionem se induci ordinarius perfecit di
ctam permutationem uidelicet beneficium ipsius. A.con
ferendo ipsi.B.& econuerso.modo dictus.B.uidens quod
dictus apostolicus fecerat se induci in possessionem bene
ficij quod fuerat ipsius. A.& nunc fuerat ipsi.B.collatũ
ex causa permutationis in crastinum ipsum expectantem
apostolicum spoliauit & omnia ista facta fuerunt adhuc
uiuente ipso. A. postea uero per sex aut septem dies di
ctus.A.ex sua infirmitate decessit.& post prædicta dictus
expectãs apostolicus sic spoliatus renunciauit iuri & pos
sessioni & petitioni restitutiõis medio iuramẽto. sed nõ ob
stan.renunciatione prædicta apostolicus prædictus con
tra dictum.B.petebat se restitui in possessionem dicti be
neficij quo fuerat spoliatus opponebatur sibi per ipsum.
B.quod non potuerat acceptasse:nec possedisse prædictũ
beneficiumquod non uacauerat nisi per resignationem p
ipsum. A.factam ex causa permutationis cum ipso.B. fiẽ
2 de.& beneficia permutata non ueniunt sub potestate ex
pectantium.in.c.i.de rerum permuta.li.vi.Item oppone
batur sibi de renunciatione prædicta dictus uero expectãs
dictam permutationem seu renunciationem eius prætex
tu factam dicebat fraudulentam & machinatam in frau
dem expectantium & ideo ipsum potuisse nihilominus ac
ceptare & sibi facere prouideri & per eam fuisse inductã
ueram uacationem in præiudicium resignantis & in fauo
rem expectantis.ulterius etiam asserebat quod & si posses
sio sua respectu ipsius. A.posit reputari uiciosa: tamen re
spectu ipsius.B.qui ipsum spoliare non debuit nisi eo pri
mitus uocato & audito poterat reputari canonica & erat
3 contra eum restituendus nec obstat sibi renunciatio quia
eam fecerat post spoliationem prædictam.& ideo sibi nõ
præiudicabat quo minus esset restituendus.ar.c. solicite
de resti.spo.quæritur quid iuris.

Summarium.

1 Hospitalarij spoliati ab ordinarijs an possint petere se restitui?

Decisio. III.

Nvnquid isti quibus committuntur hospitalia zenodochia leprosaria & talia huius modi si sint spoliati seu priuati per ordinarios suos a quibus administratio eis fuit commissa possint petere restitutionẽ uide quæ scripsi de reli.domi.quia contingit. §.ut autem. iuxta glo.super uerbo committatur.

Decisio. IIII. similis de restitu.spolia.nu.17.in antiq. Vide Cassa. Deci.4.pagi.secunda uer. nec refragatur ut lit.penden.

Summarium.

1 Spoliato petenti restitutionem contra prouisum a papa inductum per suum executorem in possesionem beneficij resignati.an obstes quod sibi fuerit prouisum de dicto beneficio nonuacante de facto.licet de iure?

Epithome.

2 Renuncians nou solum perdit ius in proprietate sed etiã in possessione.immo facilius in possessione posito quod renunciatio non teneret.

Decisio. V.

S Supposito de consuetudine in ecclesia quod præcẽ
toria non conferatur nisi canonico præbendato. &
quod si præcentor qui etiam est canonicus præben
datus dimiserat canonicatum & præbendam censeatur
etiam dimisisse præcentoriam. Quidam præcentor resi
gnauit canonicatum & præbendam.sed adhuc de facto
noluit retinere præcetoriam.tamen ordinarius ad quem il
lius spectabat collatio contulit eam cuidam canonico il
lius ecclesiæ tanquam uacan.per dimissionem canonica
tus & præbendæ.& eum induxit de facto in possessionem
ipsius præcẽtoriæ.& fuit receptus per capitulum non uo
cato primo præcentore qui secundum se possessionem
præcentoriæ adhuc retinebat.nec credebat eum perdidis
se.& postea ille primus præcentor uenit ad curiam roma
nam.& in manibus papæ uel commissarij ab eo deputati
resignauit præcentoriam.& eam papa cuidam contulit tã
quam uacantem in curia per resignationem illam in eius
manibus factam.& ille cui papa contulit fuit inductus p
executorem suum in possessionem.uenit alter cui ordina
rius contulerat.& prætendit se spoliatum.& petit se resti
tui. Quæritur an sit restituendus. Quidam dicunt quod
non.quia ex quo primus.præcentor non dimiserat posses
sionem quando ille fuit inductus per ordinarium.non po
tuit assequi possessionem donec primus præcentor uoca
tus fuisset amotus de possessione.arg.C.si per uim uel alio
modo.l.fi.quia esto quod alias per renunciationem non
2 solum perdat renuucians ius in proprietate . sed etiam in
possessione.immo facilius in possessiõe.posito quod quo
ad proprietatem non teneret renunciatio.ut no. Innoc.in
c.quod in dubijs.de renunc.tamen non sequitur ꝙ præ
textu dictæ consuetudinis dimisso canonicatu & præben
da perdens proprietatem in præcentoria.propter hoc per
diderit possessionem.ar.c.licet.de præben.lib.vi.sed hæc
ratio concluderet.quod primo præcentore si incontinenti
quasi continuando ordinarium eiecisset de possessione
q̃s cito sciuisset.quia respectu ordinarij non posset dicere
se spoliatum.ar.ff.de acquiren.pos.clam possidere.§.qui
ad nundinas.&.l.si id quod. Sed quia hic non uenit ad
causam primus præcentor.sed ille cui papa post eius resi
gnatione contulit secus est.quia respectu huiusmodi apo
stolici & cuiuslibet alterius.ille cui ordinarius contulit
possidebit per prius.ideo apostolicus uel eius executor nõ
debuit eum eicere sine causæ cognitione.nam non est du
bium ꝙ etiam tempore ante resignationem factam in ma
nibus papæ per primum præcentorem.ipse quem ordina
rius induxit in possessionem saltem habuit naturalem.li
cet præcentor primus in animo retineret ciuilem.ut.§.qui
ad nundinas.quæ quamuis clandestina.tamen parit re
stitutionẽ inter dictum contra quencunque.præterquam
contra primum præcentorem a quo fuit clamdestina si
uellet eam retinendo defendere. ut.l.i.§.fina.ff. uti.poss.
iuncta.l.i.§.deicitur.de ui & ui ar.Cum igitur primus præ
centor si defendat eam.immo nec habens causam ab eo.
quia iste cui papa contulit non habet causam a prædeces
sore.sed potius a papa.uidetur ꝙ ille sit restituendus quẽ
ordinarius prius induxerat.

Summa-

Summarium.

1 Religiosus depredatus cappa uel breuiario potest contra prædonem agere nomine suo.

Decisio. VI.

VTrum religiosus deprædatus cappa uel breuiario uel alijs rebus suis possit nomine suo agere cõtra depredantem uel ad recuperationem rerum uel extimationem fuit dictum ꝙ sic. arg.l.in.C.si per uim uel alio modo.& ff.de iudi.si longius.& no.in speci.ti.de accusa.in uersi.sed quid si cappa.viij.colu.

Summarium.

1 Petitorium, licet. A. suspenderit quoad B.non obstabit quo minus ipse .B admitti debeat ad petitorij causam ab A.contra tertium collitigantem reassumptum.

Decisio. VII.

RIchardus & Robertus & Thomas super quodam beneficio cõtendebant. ita quod Richardus prætendens se spoliatum per Robertum egit possessorio restituende & suspendit petitorium & obtinuit sententiam in possessorio pro se.& fuit per sententiam restitutus. sed quia antequam ferretur forte sententia uel saltem mãdaretur executioni. Robertus secundum se fuit spoliatus per Thomam.idem Robertus egit contra Thomam possessorio & petijt se restitui.ac suspendit contra eum petitorium. sed quia non bene probauit Robertus intentionem suam fuit dictus Thomas ab eius impetitione in dicto possessorio absolutus. dictusque Robertus appellauit & procurauit causam illius appellationis committi in possessorio alteri auditori. tandem Robertus uolens procedere in petitorio contra Richardum. petijt eum citari ad procedendum in petitorio tunc autẽ uenit etiam Thomas & uidens Robertum contra Richardum procedere in petitorio petijt etiam se admitti ad petitorium.quia sua interest.opponitur sibi per Robertum ꝙ ipse contra eum suspendit petitorium.& cum adhuc pendeat iudiciũ possessorium quod ipse ante intentauerat contra eum.& nũc in secunda instantia pendet.non debet donec possessoriũ sit terminatum admitti ad petitorium. Quæritur quid iuris.tenuerunt omnes ꝙ non ob.dicta suspensione petitorij dictus Thomas sit admittendus ad petitorium. quia sua interest. ex quo uidet dictum Robertum procedere in petitorio contra Richardum. Item quia imputandum est eidem Roberto quod procedit in petitorio donec possessorium per eum contra Thomam intentatum sit finitum. uidetur enim eo ipso quod procedit in petitorio quodammodo renunciare possessorio. præsertim autẽ est admittendus Thomas quia non uenit uoluntarius ad petitorium.sed quasi coactus ex facto dicti Roberti quem uidet procedere in petitorio contra Richardum.& sua interest admitti ad petitorium ne tacendo sciens causam petitorij agi inter eos.sibi possit præiudicium generari. iuxta.l. sæpe.de re iud.&.c.cum super.&.c.quamuis.cum ibi no. per Inno.de re iudi.

Summarium.

1 Possessio dicitur acquiri per tactum annuli portæ clausæ.& si fuerit spoliatus.rei restituendus.

Decisio. VIII.

IN inductus in possessionem per annulum seræ ecclesiæ clausæ cuius claues erant pœnes eum ad quem pertinebat custodia ecclesiæ tempore uacationis apprehendat possessionem.ut sic si postea non admittatur tanquam spoliatus.uel si alius in possessionem inducatur sit restituendus.tenuerunt quod sic. quia talis anulus est pars rei.argu.ff.de fundo instruc.quæsitum.§.fistulis.de ac.emp.fundi.in principio. ergo & cætera.argum.l.iij.in princ.ff.de acquiren.poss.præsertim quia inducens habebat potestatem tradendi possessionem.& tunc in tali possessione apprehensa sufficit rei præsentia cum uisu.argu. l.i.§.si iusseris.&.l.quod meo.§.si uenditorem. in eodem ti.etiam tunc talis possessio est extendenda. iuxta no.per Innocen.in.c.in literis.de resti.spo.& in.c. transmissa.de elec.& ibi per Compos.nec obstat ꝙ custodia erat pœnes alium.quia non propter hoc erat possessio pœnes eum.iuxta not. per Innocen.in.c. ex parte. de arbi.sed quando alius esset in possessione tunc possessio talis non est extendenda.sed restringenda ad ea sola quæ traduntur seu de quibus possessio uacat. ut notat Compos.de elec. transmissam.

Summarium.

1 Interdicto uti posidetis ab una.& interdicto unde ui.altera partinm intentatis.si in utroque sufficienter ad uictoriam probatum fuerit.pro quo sententia ferenda erit?

Decisio. IX.

ABbas pro certis iuribus episcopalibus in quorum possessione se asserit egit contra episcopum eum turbantem & inquietantem interdicto uti posidetis & econtra episcopus egit contra abbatem pro eisdem iuribus quibus per eum se asserebat spoliatum interdicto unde ui.pro eorum restitutione & tandem uterque probat sufficienter intentionem suam. Quæritur an pro utroque sit ferenda sententia.an pro solo episcopo.de quo plenissime no.Innocen.de præscriptionibus ueniens.in maiori gl.super uerbo nisi in aliquo sed nõ ita plene.C.uti poss. l.i.in.v.&.vi.q.& Innoc.ubi supra tenet secundum quosdam quod in utroque interdicto.& pro utraque parte feratur sententia.sed tamen sola lata pro episcopo interdicto unde ui mandabitur executioni.& non lata pro abbate interdicto uti posidetis. Secundum alios autem tenet ꝙ solum pro episcopo interdicto unde ui feratur sententia.& non pro abbate interdicto uti posideris.

Decisio. X. similis supra eo. in antiq.nu.18.

Summarium.

1 Fructus qui percipi potuerunt an ueniant ex canone reintegranda?

Decisio. XI.

AN in cõditione ex canone reintegranda uiant fructus qui percipi poterunt. nõ nisi ex materia uiolentiæ. & cõtra uiolentum competat.ar.l.inuasor. cum ibi no.circa princ.glo.C.unde ui.licet Archi.in.c.reintegranda.iij.q.ij.uidetur tenere simpliciter ꝙ ueniant.sed maior pars fuit in opi.prima ꝙ non.

Summarium.

1 Spolians licet conuenerit cum spoliato super dilatione soluendorum fructuum & expensarum non impeditur ꝑpterea agere interim petitorio.

Decisio. XII.

SPoliator condemnatus ad restitutionem ecclesiæ & in fructibus perceptis.& in expensis restitut. super ecclesia componit cum spoliato pro fructibus & expensis in certa pecuniæ quantitate. & spoliatus dat sibi certos terminos certorum annorum ad soluendum illam quantitatem pecuniæ. quibus terminis nondum elapsis. nec adhuc soluta illa pecunia spoliator uult procedere in petitorio. spoliatus dicit quod nondum est plene restitutus. quia nondum habuit restitutionem fructuum & expensarum. alter dicit quod nondum tenetur soluere propter conuentionem & terminos. & quod ex hoc uidetur renunciasse spoliatus illi exceptioni. Quæ-

Similis decisi. nu.xv.de cau. poss.& proprie in antiq.

ritur an bene dicat. dic ꝙ sic. si causa fuit nominata. alias non arg. ff. de re iudi. l. iiij. §. si ex conuentione. C. de execu. rei iudi. l. ij. ad quod argu. l. qui id quod. ff. de dona. cum concor.

Summarium.

1 Spoliatus una perceptione & demum ad reliquas successiuas ad missus, an resti tutionem petere possit?

Decisio. XIII.

PRæcentor & capitulum consueuerunt recipere torticia & candelas quæ ponuntur in funere in ecclesijs parrochialibus totius ciuitatis ubi ipse & canonici intersunt cum processione in sepultura. contigit quod quadam die quadam ecclesia non permisit rectore ipsius ecclesiæ recipere torticia & candelas quæ ibi obuenerant in quadam sepultura in qua illi interfuerant. sed in sequentibus funeribus bene fuerunt permissi recipere & etiam in cæteris ecclesijs. agebant tamen possessorio tanquam spoliati possessione sua pro illa sepultura & petebant se restitui. erat quæstio an bene agerent. nam uidebatur eos nō posse petere restitutionem possessionis. quia aut peterent se restitui ad possessionem iuris recipiendi. & non possunt. quia iam illam possessionem recuperauerūt ex quo in sequentibus funeribus fuerunt admissi & permissi recipere. aut peterent se restitui ad possessionem illorum torticorum & candelarum illius diei seu sepulturæ. & non possunt. quia illorum possessionem nunquam habuerunt. fuit tamen dictum quod immo possent petere se restitui. per no. per Inno. in c. quærelam. super uerbo subtractam. ibi. sed quid si postquam spoliauerunt cum ierit ad capitulum.

DE DOLO ET CONTV.

Summarium.

1 Canonici singulares citati si fuerint cōtumaces non possunt excommunicari pro capitulo non comparente. ubi decreta fuit citatio contra decanum. & capitulum.

Epithome.

2 Procurator capituli an possit petere absolutionem canonicorum ut singulorum excommunicorum?

3 Sindicus uniuersitatis nō potest agere uel conueniri pro iuribus singulorum de uniuersitate.

Decisio. I.

CITATIS decano cū capitulo cuiusdam ecclesiæ ut comparerent certa die in curia processuri in quadam causa prophana ad singulos actus usque ad sentētiam. & executa citatione in persona cuiusdam. a. modo decani. &. b. &. c. &. d. tunc canonicorum capitularium certis alijs canonicis tunc ab illo capitulo absentibus. & in termino citationis assignato nullo ꝑ eisdem decano & capitulo comparente. Quæritur an dicti. a. decanus. &. b. &. c. &. d. canonici in quorum tunc capitulantium personis fuerat executa citatio possint excōmunicari. uidetur ꝙ sic. quia illi ex quo erant tunc capitulantes uidentur culpabiles de contumacia capituli. igitur in eos singulares sic culpabiles ferri possit excommunicatio. argu c. romana. § in uniuersitatem. de sen. excom lib. vi. Contrarium credo. & in hac parte fuit maior pars dominorum quia licet tempore citationis fuerunt in capitulo. non propter hoc constitit de culpa eorum. quia possibile fuit quod postea superuenietibus alijs canonicis. uel ad deliberandum super ipsa citatione & missione procuratoris ad curiam ad comparendum in termino uocati cum eis habuerint diligentiam competentem. & forsitan non potuerunt feliciter concordare. uel non potuerant ad hoc necessaria habere. uel alia fuerunt impedimenta. modo ad hoc uel propter factum uel contumaciam capituli uel uniuersitatis possint excōmunicari singulares oportet ꝙ constet de culpa eorum. iuxta illum. §. in uniuersitatem. cum ibi no. per Inno. nec ob. si dicas ꝙ præsmitur eorum culpa uel negligentia. ex quo non docetur de diligentia. quia dico ꝙ non præsumitur. ex quo erant canonici cum quibus fuit super articulo præiudicate ecclesiæ tractando & declarando. & uerisimilius est ꝙ citationē alijs dixerint quam ꝙ non. & licet postea non oēs miserint pro curatorem in termino non cōstat ꝙ dicti. a. &. b. &. c. &. d. de hoc fuerint culpabiles magis quam alij. nec in qua culpa fuerint. nec ob. si dicatur ꝙ saltem decanus qui personaliter fuit citatus debet cōparere uel mittere. quia illud uerum esset si fuisset citatus pro causa eum tangente specialiter uel decanatum suum. & pro eius iuribus separatis a iuribus capituli. Sed ego pono ꝙ oēs citabantur communiter pro causis tangentibus omnes & uniuersos & totam ecclesiam. hoc enim casu non est concernendus decanus ut distinctus & separatus a capitulo. sed ut inclusus in capitulo & unitus & unum corpus faciens cum capitulo tā quam caput cum membris. faciunt no. de cōsti. cum omnes & de concess. præben. post electionem & in cle. ut hij qui de eta. & quali. super uer. eisdem Sed pone ꝙ propter hoc. a. &. b. &. c. &. d. fuerunt excommunicati. quia non comparuerunt in termino. postea uero tractu temporis antequam scirent excommunicationem in eos latam. capitulum etiam inter quos fuerunt. a. &. b &. c &. d miserunt procuratorem ad causam prædictā nomine decani & capituli citatorum. Quæritur nunquid ille possit appellare pro grauamine excommunicationis prædictæ latæ in dictos a. b. c. d. pro contumacia prætensa capituli & uidetur ꝙ non. quia illi. a. b. c. d. nō fuerunt excommunicati ut capitulum. quia sic non tenuisset sententia. nec sic poterant excōmunicari. ut dicto §. in uniuersitatem. igitur excom-
2 municati fuerunt ut singuli. & cum dictus procurator nō sit procurator singulorum sed capituli. non uidetur quod possit pro grauamine eis illato ut in singulos cum causa singulorum nec eorum grauamen non sit capituli uel uniuersitatis. arg. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. de in ius uocan. de rerum diuin l. in tantum. §. uniuersitatis pro
3 hoc uidetur tex. ff. ꝙ cuius. uniuer sicut. § si qd. ubi actor uel sindicus uniuersitatis nō potest agere uel conueniri ꝑ iuribus singulorum.* Domini tenuerunt contra ꝙ fuerūt isti excommunicati pro prætensa contumacia capituli. & eius occasione. uidetur igitur ꝙ tanquā ad capituli redundet iniuriam & præiudiciū. igitur procurator capituli possit appellare. pro hoc bene facit quod no. Inno de ap. dilectus de sen excom romana. §. in uniuersitatem. in glo. fi. uer. sed quæritur. nec obstat si dicatur ꝙ non ualuerit procuratoris constitutio. quia erāt excommunicati constituētes. ar. a. consulti. de procura. quia immo ex quo tunc ignorabant. ar. de leri. excom. mini. apostolicæ. uel etiam ad prosequendum causam ad quam erant uocati ut rei. Et quia ad appellandum a grauamine illato uel inferendo etiam constituerant procuratorem. ar. de iudi. c. intelleximus. de excep. significauerunt. de rescrip. c. i. li. vi.

Fely. in. c. cū omnes col. xv. uersi., amplius de consti. & in c. eam te col. x. de rescrip. & in. c. dilectæ col. 4. uersi. an aūt de excep.

*Oldra consi. 66. de iniu. de ci. i. c. licet causam col. 8. uer. xv. not. de proba. & quando dñs possit agere pro iniurijs latis subditis. ul de Fely. in. c. auditis col. xii uer. scias de ꝑscrip. c. raue. cōsi. 45. quidam dominus.

Summarium.

1 Actor qui obtinuit citari reum ad personaliter comparēdum tenetur etiam ipse personaliter comparere alioquin reus non comparens non reputabitur contumax?

Decisio. II.

VTrum si quis obtinuerit commissionem cum potestate citandi personaliter. & in eius uirtute fecit aduersarium citari personaliter teneatur etiam ipse actor impetrans commissionem personaliter comparere. ita ꝙ alias reus citatus in termino non comparens non possit contumax reputari. nisi etiam actor tunc personaliter compareat. & ista quæstio supponit ꝙ ageretur ciuiliter. quia si criminaliter actor qui tenetur se inscribere

Fely. in rubrica de rescrip. col. i. uer. considera. secūdo.

scribere ad penam talionis bene tenetur sine dubio personaliter comparere. sed cũ agitur ciuiliter. & actor ex speciali gratia obtinuit quod aduersarius posset citari personaliter, est quæstio fortis. & quidam dicebant quod non teneatur actor personaliter comparere. ex quo causæ natura hoc non requirit. nec alias per iudicem uel superiorem ad hoc expresse est citatus. nec quod ex speciali priuilegio sibi contra aduersarium concessum est sibi debeat in lesionem redundare. argu. l. terminato. C. de fruct. & li. expen. & C. de rescin. uen. l. ratas. & argu. illius equitatis tituli quod quisque iuris. nam interesse potest aduersarii, ipsum debere personaliter comparere. quia super defensionibus suis sciet forsan melius ueritatem quam procurator.

VT LITE PEN. NIHIL INNO.

Summarium.

1 Intrusus contra. c. si hii contra quos non admittitur ad dandum obiectus. & talis intrusio est per uiam attentati reuocando.

Epithome.

2 Reus etiam in beneficialibus actore non probante absoluitur ab eius impetitione.
3 Debitor potest deducere ius alienum ad effectum ut cõcludat de non iure actoris.
4 Surrogatus lite pendente an admittatur ad dandum obiectus?
5 Reseruatio inficit titulum & possessionem.
6 Intrusio per uiam attentati an sit reuocanda?

Decisio. I.

NVnquid reo & possidente lite pendente mortuo si de facto in beneficio de quo lis prætendebatur surrogatur alius per ordinatiũ contra. c. si hii contra quos extra ut lite penden. li. vi. posset iste surrogatus possidens qui nullum ius habet in beneficio isto. per dictum c. dare obiectus contra actorem qui petebat beneficium & uidetur quod sic.
2 Quia reus qui nullum ius habens in beneficio etiam si per confessionem suam uel alias de hoc constet uincere debet per non ius actoris saltem ut ab eius impetitione absoluatur. ut no Compos. de rescrip. mandatum. pro quo facit. C. de rei uendi. l. fi. de eden. qui accusare pro quo etiã facit. ff. qui. mo. pig. uel ipo. sol. l. paulus. rescri. §. fi. ibi si qualiscunque possessor. pro hoc etiam facit. Quia uerus
3 debitor excludere facit creditorem deducendo ius alienũ ut cõcludat non ius actoris & tamen ipse quantum ad secum re uera debitor ipse esset condemnandus erat sed propter non ius actoris uincet & absoluitur ab eius impetitione. sic deduco. ff. ad treb. l. I. § quanquam. ff. de carbo. edic. l. iii. §. cum extaret de bonis lib. l. quandiu. C. de noua. l. iii. no. per Cy. de seruis fugitiuis. cum seruum. in noua addi. Credo contrarium in hoc casu. quod si talis
4 reus & possessor nouiter contra ius surrogatus lite pendẽte admitteretur ad litem. uel ad impugnandum ius actoris. frustra esset facta dicta decretalis. si hii contra quos. nã per tales nouos possessores qui malitiose surrogarentur interdum litigia in ecclesiarum dispendium prorogarentur contra rationem dicti. c. nec hoc ius sustinere debet. immo ex officio suo talem nouum surrogatum debet a litigio repellere. ex quo in præiudicium litis penden. fuerat surrogatus. immo & ante omnia eum a beneficio reuocare reuocando attentata lite pendente ut per totum titu. ut lit. pen. Item quia talis surrogatus non habet fundamentum alicuius coloratæ possessionis uel detentionis. immo eius possessio seu detentio est affecta & adeo nulla. quod carere debeat omnibus iuris adminiculis. propter decretum appositum in dicto capitulo si hii contra quos. sicut
5 alibi dicitur de possessore beneficii reseruati. qui non habet aliquam possessionem uel detentionem iuris adminiculis coadiuuabilem. ar. no. per Inno. de appel. ut nostrũ. & ar. de præben. inter cetera cum concor. Nec ob. opin. Cõpos. nec iura supra allegata. quia omnia illa uera sunt in reo qui habuit possessionem seu detentionem antequã lis contra eum uel aliquem alium inchoaretur. & sic non cum haberet eam in præiudicium litis penden. poterat admitti ad litem. & per consequens ad impugnandum ius actoris. ut sic per non ius illius ipse absoluatur ab eius impetitione. & de tali etiam si non constaret de non iure suo. crederem quod posset dare obiectus. secus autem in casu nostro. quia ut supra dixi iste surrogatus lite pendente est repellendus & remouendus a possessione & detentione reuocando omnia per eum lite pendente attentata.
6 & ita fuerunt quasi omnes in opinione. Sed an talia attentata lite pendente possint reuocari per iudicem ex officio suo nobili. etiam parte non petente uideretur quod sic. quia talia attentata nedum concernunt præiudicium uel iniuriam partis immo & irreuerentiam & iniuriam iudicis. igitur &c. ar. ff. de postulã. l. quos prohibet. ff. de pac. iuregentium. §. si paciscar. pro hoc etiam quia talis reuocatio attentatorum hoc casu tangit abbreuiationem litis & est notoria iudici. ut iudici attentata. ex quo talis surrogatus prætendit se possidere. & petit se admitti ad litem. igitur &c. ar. C. de temp. ap. l. ii. § fi. si cer. peta. quidam extimauerunt. Item quia talia attentata tangunt periculũ animæ attentantis. & utilitatem ecclesiarum & publicã. ne propter diuturna litigia ecclesiæ diu uacent & iudicis illusionem. igitur hoc casu iudex posset supplere de facto ar. no. per glo. de elec. cupientes. §. ceterum. super uerbo contumacia. li. vi. & per Archi. de excep. pia. in ultima glo. eodem li. super hoc nihil fuit determinatum nec dictum nisi per me qui hoc moui.

Decisio. I I. similis deci. nu. 5. eo. ti. in antiq.

DE SEQ VES. POSSES. ET FRVC.

Decisio. I. Similis deci. lv. supra de rescrip. in antiq.

Summarium.

1 Sequestrum in uim sententiæ nullæ decretum an si quis uiolauerit, teneatur penis de quibus in clem. ad compescendas.

Epithome.

2 Sententia lata ex falsa causa nisi habeat errorẽ iuris expressum ipso iure tenet.
3 Sequestrum uiolans dicitur uiolare possessionem penes sequestrum remanentem uel si per sequestrum conseruaretur.

Decisio. I I.

Cassa. deci. 5. pag. ii. uer. sed maior pars de seques. posse. & fructu.

VTrum pene constitutionis ad compescendus habeant locum si factum fuerit sequestrum per literas apostolicas obtentum uirtute sententiæ diffinitiuæ late in curia romana quæ est nulla. licet tunc alipua putaretur & aliquis uiolauerit illud sequestrum. & uidetur quod talis non incidat in penas illas ex quo sententia erat nulla. quia tunc decretum sequestrationis uidetur fuisse factum seu interpositum ex falsa causa. igitur nullius fit effectus. ar. ff. ne uis fiat ei. l. prima. §. hæc uerba. & quia constitutio illa est penalis. igitur restringenda. sed uerius est tenere contrarium. propter rationem illius textus & propter temeritatem. & in odium uiolantis sequestrum. antequam esset declarata sententiæ nullitas. & quia propria auctoritate attentare non debuit quod iuridice & uia ordinis prosequi potuisset. & quia in dubio sequestrum & manus appositio pape seruare debuit propter eius auctoritatem. & pro hoc etiam quod non ob. nullitate sententiæ ex quo aliqua credebatur puniatur & teneatur uiolator illis penis facit finis illius cle. ad compescendas. & ff. de fal l. si quis legatum. & quia sequestrũ non est nullum. licet factum ex falsa causa. cum senten-

2 tia uel interlocutoria lata ex falsa causa, nisi habeat errorem iuris expressum ipso iure teneant, licet ope appellantis reuocari possint. facit quod no. ff. de acquiren. hære. si is ad quem facit. ff. de excu. tu. qui testamento. iuncta no. per Inno. de renũc. in præsentia. nec ob. iura quæ ad hoc possunt in contrarium allegari. ut dixi in illa quæstione. quam quære supra folio. an unio facta ex falsis cau
3 sis sit nulla ipso iure. & quia sequestrũ uiolans uiolat possessionem tenendo quod esset penes sequestrum. uel etiã tenendo quod adhuc penes partem prius possidentem remansisset. sed per sequestrum sibi conseruaretur. arg. not. C. de proh. se. l. prima. per Cy. cuius quidem possessionis essentiam cum sit facti iustum uel iniustum. uel causæ falsitas non diuersificat nec eius acquisitionem uel retentionem impedit. sicut nec acquisitionem dominii. ut. l. cum in corpus. & per totum ti. de condi. & demon. facit. l. rem quæ nobis. & l. secunda. §. econtrario. de acq. pos. iuncto c. cum nostris. de conce. præb. & de præb. licet episcopus li. sexto. & sequestrum etiam facti est. ff. de cu. fur. l. consilio. §. fi.

DE CONFESSIS.

Deci. I. Similis eo. deci. 18. in antiq. adde Fel. in. c. ii. co. v. uer. item probabis. de fide instru.

Deci. II. Similis. eo. deci. 4. in antiq.

Summarium.

1 Sententia lata in confessum quæ non potest ualere, ut sententia ualet ut præceptum.

Epithome.

2 Actus qui non ualet ut agitur si interpretandus est ut ualeat ut ualere potest.
3 Verbum condemno ut actus seruetur interprætandum est p uerbo præcipio large accipiendo illud secundum subiectum.

Decisio. III.

VTrum si contra reum confitentem debitum ante litem contestatam & non dato libello per actorẽ iudex tulit diffinitiuam sententiam & eum condemnauit ad soluendum talis sententia diffinitiua, quæ ualere non potest ut sentẽtia ualeat ut præceptum de soluendo tenuerunt quasi omnes quod sic. ut actus qui. non
2 ualet ut agitur ualeat ut ualere potest. argu. l. an inutilis.
3 & ut uerbum condemno ibi positum sumatur large idest præcipio secundum subiectam materiam. de uerbo. sig. c. in his. de condi. & demon. l. pater seuerinam. §. conditionum. & ut fiat interpretatio ut actus magis ualeat quam pereat. ut. l. quotiens.

DE PROBATIO.

Summarium.

1 Executores tres ubi deputati fuerint super gratia. quod si non omnes duo uestrum si duo ex eis sine tertio de cuius impedimento uel excusatione non constabat eis processerint. an ualeat eorum processus?

Decisio. I.

TRibus executoribus deputatis super gratia sua, cum illa clausula quod si non omnes duo uestrũ duo ex illis processerint sine tertio nec constet p eorum processum an eis constiterit de excusatione uel impedimento tertii. sed ille in cuius gratia fuerunt deputati uult docere quod tũc tertius fuit longa distantia absens q̃ritur nunquid sufficiat sibi? dictum fuit quod sic. per not.

Fel. in. c. suscitatus. col. 6. in fin. uer. de rescri. Cur. Iun. con. 63. p̃ponitur in facto colũ. penul. uers. postremo.

per Archidia. de of. delega. cum plures. circa fi. lib. sexto. & per Innocen. in cap. prudentiam. circa prin. super uerbo canonice. de offi. deleg. & optime in reg. iu. eum q certus. per Io. and. in nouella. ibi uide argumen. pro & contra & solutionem.

Summarium.

1 Clericatus an sufficienter dicatur probari, per reputationem habitum & tonsuram ab eo qui contra aliquem opponit de canone si quis suadente?

Epithome.

2 Obiectus in criminalibus debent esse luce clariores.

Decisio. II.

COntra quendam obiicitur quod non ualet prouisio seu collatio de benefic io sibi facta. ex eo qa erat excommunicatus tun c ratione manus iniectionis uiolente in clericum uel præsbyterum quæritur, an sufficiat probare manus iniectionem in eum qui p clerico uel præsbytero habebatur & reputabatur & erat in possessione habitu uel tonsura præsbyteratus uel clericatus utrum concludentur prædicti obiectus? uidetur quod non. quia in criminibus obiectus debent esse luce clariores. C. de proba. sciant.

Summarium.

1 Recognitio sigillorum & notariorum instrumentorum post terminum ad producendum omnia productorum, per quæ obiectus probantur an fieri possit?

Epithome.

2 Probationes non sunt augmentandæ.

Decisio. III.

ALiquis dat articulos obiectiuos post terminum ad ponendum & articulandum et in termino ad producendum omnia producit instrumenta per quæ probantur illi obiectus sed pars aduersa negat illa p ducta scilicet notarios & sigilla quæritur nunquid dans articulos illos obiectiuos saltem sit admittendus ad probandum notarios & sigilla productorum? quidam dicebant quod no quia nulla probatio recipi debet super materia articulorum repellendorum ad hoc facit quod no. glo. de electio. constitutionem. in fi. super uerbo legitime. ¶ Alii uero tenebant contra quia licet sit exclusus ab articulando & sic approbando per testes in illa instantia ex quo non dedit articulos in termino non tamen fuit exclusus a producendo munimenta quia terminus ad ponendũ & articulandum statuitur ut contenta in eis probentur per confessionem uel per testes & ab illis modo probandi per testes bene est exclusus non autem fuit ad finẽ quin si postea pars uelit per instrumenta probare sit audienda producendo ergo etiam si non articulasset proponere censetur & productio in termino sibi conceditur ergo & omnia quæ pertinebunt ad productionem scilicet probatio notariorum & sigillorum si negentur. Nec obst. glo. in dicto capitulo constitutionem quia loquitur de p batione facta per testes a qua erat exclusus iterum loquitur de probatione fienda de materia obiectiua a qua per constitutionem ut circa. erat exclusus quæ perpetuo & irreparabiliter excludit & eius exclusio habet uim rei iudi
2 catæ & hoc placet quia probationes non sunt augmentandæ nisi quatenus reperitur expressum &c.

DE TESTIBVS.

Summarium.

1 Testes iurati infra terminum remissoriæ possunt post elapsum dictum terminum examinari de æquitate.

Epith.

Epithome.

2 Remissoriæ forma qualis sit?

Decisio. I.

VTrum duo menses qui præfigũtur iudicibus in remis. infra quos testes probatorios recipiant & examinent præfigantur soli receptioni ut sic examinatio posśit fieri post duos menses. uel an etiam examinationi ut sic etiam examinatio facta postea non ualeat formam autẽ secundũ quam fiunt tales remissiones habes extra de proba.licet.circa finem. primæ columne.ibi magistris.m.t.p.præcipimus ut testes quos super hac exceptione procurator fauentinorum duxerit producendos infra mensem recipere ac examinare curarent quidam dicunt quod præfigitur tale tempus & receptioni & examinationi propter copulam ac quæ uidetur copulare etiam quo ad tempus quia copulat consimiliter facit.ff.de fun.iustruc.scie.§.gaio.cum concor. cum igitur productio testium esset facienda infra tempus illud ergo & examinatio.pro hoc.quia illa uerba infra duos menses uel infra mensem quæ in præcedentibus dicuntur etiam in sequentibus repetita intelliguntur.ut.l.ticia.§. idem respon.ff.de uer.obli.extra de ap.secundo requiris pro hoc allegatur quod no.Archid.de excep.pia.super uerbo probauerit ibi no.quod infra tempus ibi præfixum ad probandum excommunicatum non sufficit testes produxisse nisi etiam infra tempus deposuerint.maior pars tamen de equitate dicebat quod sufficeret testes fuisse productos & iuratos infra tempus præfixum in remisśis.dato quod examinatio fieret postea ne probationum materia quæ est fauorabilis nimium angustetur.C.de hære.l.quoniam. & quia forsan testes producendi sunt de longinquo uel de diuersis locis propter quod sepe occurrit quod uix productio & receptio potest impleri infra illud tempus & iõ postea fiet examinatio quæ oportet quod habeat magnũ tractum propter scripturam attestationum & interdum multiplicitatem articulorum & interrogatoriorum.

Decisio. I I. Similis deci.44. de proba.in antiq.

Summarium.

1 Iudices remissorie possunt recipere partis confessionẽ.

Epithome.

2 Instrumentorum appellatione ea omnia ueniunt quibus causa instrui potest.

Decisio. I I I.

DEcreta remisśione ad partes uirtute litere apostolice quæ dirigitur iudicibus per quam papa mãdat eis quod super articulis qui eis mittuntur inclusi recipiant testes & instrumẽta quæ utraque pars duxerint producenda quæritur nunquid possunt illi iudices recipere confesśionem partium.ut sic si una pars respondeat articulis alterius & confiteatur aliqua & teneat talis confesśio.& sufficienter probet sicut confesśio iudicialis. maior pars tenuit quod sic.quia nomine instrumentorum ea omnia accipienda sunt quibus causa instrui potest.ff. de fide instru.l.prima.sicut continentur & testes.extra de testi.cogẽ.peruenit.pro hoc uidebatur in speciali glo.quæ est extra de in integ.restitu.coram.super uerbo munimenta.pro hoc quia iudices recipiendo confesśionem, quasi iuxta mandatum & si non mandatum faciunt igitur &c. argumen.ff.iudi.sol.iam tamen.§.in hac.

Domi.in.c.pręsentiū.§.testes col.i.uer.quid si papa.de tes.in.vi.& ibi frã.

Summarium.

1 Articulus quod ecclesia a tanto tempore quod non extat memoria hominum in contrarium est hospitali annexa ualet.

Epithome.

2 Tempus de cuius contrario non extat memoriam hominum inducit præsumptionem pro solennitate actus. ut censeatur interuenisse.

Decisio.I I I I.

DAtur articulus quod ecclesia est annexa hospitali & tanto tempore quod non extat memoria sed nõ datur quod hospitale sit locus religiosus nec auctoritate episcopi institutus quæritur an articulus sit admittendus? Videtur quod non. argumen. eorum quæ no.glo.de præbend.per literas.in clemen.super uerbo ecclesias.tamen omnes tenuerunt quod sic. præsertim ex quo datur de tanto tempore &c.nam omnia præsumuntur sollenniter acta.per no.de eo qui furti.ordi. suscep. c. innotuit.per Innocen.Et quia per lapsum tanti temporis
2 presumitur auctoritatem episcopi interuenisse. argu.C. de peti heredi.si filius.ff.de acquiren.here.qui aliena.in prin.& quia articulus est de iure suo.

DE FIDE INSTRV.

Summarium.

1 Executori attestanti suo sub sigillo quod aliquis acceptauit certum beneficium an credatur?

Epithome.

2 Executoris literis quando credatur.

Decisio. I.

VTrum credatur executori testificãti sub suo sigillo in litera sua sigillata illum super cuius gratia fuit deputatus executor acceptasse? Quidam dicebant quod non. qa non testificatur de facto suo, sed de facto alieno scilicet impetrantis.tunc enim creditur litere & sigillo executoris cum testificatur
2 de facto suo super his quæ fuerunt sibi commissa. utputa quia ei prouidit uel cum fecit recipi.uel in posseśsionem induxit.iuxta notata per Compos.in.c.capitulum. de rescri.facit.l.magis puto.§.si eis.de rebus eorum quæ sub tutore uel cura.sunt.Tamen maior pars tenuit quod satis credi debeat saltem cum iuramento partis. quia satis talis acceptatio quæ communiter interdum consueuit fieri coram executore est de circumstantiis negocii sibi cõmissi cum sit necessaria ad prouisionem per eum fiendã & satis uicina mandato.facit.ff.iudica.solui.l.iam tamẽ. §.quid tamen.pro hoc quia creditur literis executoris per modum actorum confectis designatis loco & tempore de & super appellatione per partem interposita? ut per eam causa ad curiam deuoluatur.ut notat Compos. de elect. statuimus in quarta columna.uersi.item quæritur. de. iii. probandum.

DE PRÆSVMPTIONIBVS.

Summarium.

1 Delegati unius ex condelegatis excusatio in dubio præsumitur præcesśisse gesta per alios suos condelegatos.

Decisio. I.

TRibus delegatis cũ clausula quod si non omnes &c. tertio se excusante duo processerunt non apparet autem an excusatio processerit processum quia excusationis litera, & processus sunt eiusdẽ date. nec apparet quis p̃cessit quæritur an excusatio debeat intelligi in dubio precessisse? Videtur quod sit necesse probare excusationem præcessisse. argu. no. per glo. extra de sen. excom. uenerabilibus. in fine. & de præben. si a sede. in nouella. libro sexto. & de rescrip. literas. in cle. sup uerbo creatum ibi. Item quod si dubitatur. fuit tamen dictũ quod in dubio præsumi debeat executionem præcessisse & omnia sollenniter acta. argu. extra de his quæ fiunt a p̃la. ea noscitur. & argu. no. in auct. de tabellio. §. nos quidem. super uerbo iniunctum & argumen. insti. de fideius. §. fi. de inuti. stipu. §. si scriptum. de uerb. ob. sciendum. & eorum quæ no. per Inno. de eo qui furti. ordi. suscep. innotuit. & per Io. an. in nouella. de re iudic. sicut. super fi. iij. gl. facit in ratione de acqui. hære. l. illud. in fi. de condi. in sti. multis. §. i. ff. de statu homi. a recusa. nec obstant contra. quia non erant talia ad quorum essentialem ualorem unum præcedere deberet aliud de sui natura quod sic.

DE IVREIVRANDO.

Summarium.

1 Pactum iuratum de non acceptando uel utendo acceptatione per primum in data factum, secundo an repellat primum acceptantem?

Epithome.

2 Renunciari potest per pactum iuri futuro, licet non per simplicem repudiationem.

3 Renunciari quilibet potest iuri pro se introducto.

4 Renunciatio facta per iuramentum super re minus licita duntamen iuramentum sit obseruabile absque metu æternæ salutis debet seruari.

Decisio. I.

PRimus in data medio iuramento fecit pactum secundo in data q̃ nunquam aliquod beneficium cadens sub gratia acceptabit donec secundus qui impetrauit ad collationem eandem obtinuerit beneficium ex gratia sua & si eũ contingeret acceptare beneficiũ quod secundus uellet acceptare ex nuuc prout ex tunc renunciat iuri ex tali acceptatione seu prouisione exinde sibi competituro quæritur an si postea uacante beneficio cadente sub eorum gratia quilibet eorum acceptat infra mensem & quilibet sibi faciat prouideri. secundus uero sit potior sic quod obstent primo pactum & renunciatio supradicta quæ fecit? Quidam di
2 xerunt quod sic. quia per pactum etiam iuri futuro renunciari potest licet non per simplicem repudiationem. C. de pact. l. prima quæ ita concor. cum. l. si ita scriptum. §. sub conditione. de lega. ii. & quia quis potest renunciare iuri
3 pro se introducto C. de pac. l. fi. & quia etiam beneficio iam quæsito in sui præiudicium renunciare possit. ut in c. quod in dubiis. & per totum titulum. de renũ. ergo multo fortius quærendo. ut no. Innocen. in dicto. c. quod in dubiis. & probatur eo. ti. ueniens. quia multa impediunt contrahenda &c. Et quia quod posset primo facere facto scilicet non acceptando infra mensem in fauorem secundi hoc posset etiam pacto uel conuentione promittere. &
4 quia etiam renunciatio facta medio iuramento etiam super re minus licita dum tamen iuramentum sit obseruabile absque præiudicio æternæ salutis debet seruari quod metus cau. ad aures. de iureiuran. debitores. &. c. si uero. & cap. quemadmodum. argu. contra de regu. iuris. non est obligatorium. lib. sexto. In oppositum tamen uidetur quia ex quo primus acceptat infra mensem decretum in literis suis appositum sortitur uires & reddit irritum & inane quicquid per secundum seu eius executorem fuerit attentatum ut in. c. cum ei quem. de conce. præben. in clemen. & potestas decreti seu eius uires cum dependeant ex facto principis & sic de iure publico non uideretur esse sub dispositione partium. ar. ff. de pac. pacisci. & de lega. i. nemo potest. & C. de iurisdic. om. iudi. priuatorum. & C. commu. utriusque iudi. l. ii. præsertim. quia acceptare facti est, & est tale factum quod absque quocunque ministerio iudicis sortitur effectum decretum in literis appositum ergo non ob. pacto uel renunciatione si fiat tenebit & sortietur uires licet iste secundus de iure forte agere possit contra eum ad interesse succedens in obliga. facti. sicut in simili notatur in eo qui iurauit non uendere uel nõ secundo testari. ut no. Inno. de præben. dilecto. & Io. an. in nouella in quæstione super regu. quod semel. & in aliis no. communibus hæc dubitatio non fuit determinata tũc in consiliis sed bene mota.

Decisio. II. Similis deci. nume. 31. de senten. & re iu. in antiq.

DE EXCEPTIONIBVS.

Summarium.

1 Excommunicationis exceptio an post tres interlocutorias latas super causæ deuolutione admitti debeat?

Epithome.

2 Excommunicationis exceptio post finitum processum, & sententiam latam proponi potest.

3 Clem. ut calumniis in quibus sententiis uendicet sibi locum.

Decisio. I.

CAusa fuit pronunciata deuoluta per tres interlocutorias nunc impugnans deuolutionẽ prætendens nullitatẽ, pronunciationis & processus tunc habiti dicit procuratorem qui impetrauit commissionẽ, fuisse tempore impetrationis excommunicatum quæritur an sit audiendus. Et uidebatur quod non donec dicte interlocutorie obtinuissent effectũ suum. per cap. ut calumniis. de re iudica. in clemen. fuit
2 dictum quod audiretur. quia præiudicialis fuerat exceptio. Item quia post finitum processum & post sententiã esset audiendus, & post hæc antequam ulterius procederetur erat melius eum audiri. & minus malum esset quã post finem causæ & ut lites breuiarentur & nec tres interlocutorie fecerunt ualere quod nullum erat. argumen. l. si expressim de appel. Nec. c. ut calumniis. obstat. quia lo
3 quitur in sententiis, quarum potest esse mera executio, & fieri sine causæ cognitione. sed effectus huius interlocutionis non est talis de sui natura. sed est quod cognoscat & procedat in causa principali prout de iure fuerit quod fieri non potest sine causæ cognitione. & ideo ibi est diuersa ratio quam hic. ut clare patet ex illo tex.

Summarium.

1 Possessor reus in causa beneficiali de cuius iure non constat

ſtat an poſsit dare obiectus de non iure ſuo contra actorē de cuius iure conſtat niſi uincatur per obiectus iſtos.

Epithome.

2 Reo ſufficit quod uincat per non ius actoris etiā ſi con ſtat de non iure ſuo.
3 Poſſeſſor de cuius non iure conſtat non eſt amouendus ut alter inducatur in poſſeſsionem loco ſuo, non habens ius in beneficio.
4 Reſtitui non debet qui in termino ad dandum obiectus nihil deduxit.
5 Terminus ad dandum obiectus eſt peremptorius.
6 Obiectus ſi fuerunt repulſi in prima inſtantia ob id q̄d extra terminum fuerunt dati. an poſsint in ſecunda inſtan tia dari?

Deciſio. II.

Vide Felin. in c. olim. pen. & ult. col. de reſcrip.

AN reus & poſſeſſor in cauſa beneficiali ſi nō det de iure ſuo uel etiam ſi non conſtet de iure ſuo poſsit dare obiectus contra actorem de cuius iu re conſtat niſi uincatur per obiectus iſtos? Quidam dixe runt quod non. quia per hoc non fortificat ius ſuum licet noceat aduerſario & cetera. argumen. notatorum per In nocen. de re iudica. com Bertoldus. in fi. Et quia non ſo lent audiri quorum non intereſt. de electio. cum inter cæ tera. pro quo etiam facit quod notatur per Innocen. de accuſa. ſuper his. ſuper uerbo concludatur. Et uidetur gl. ordinaria immo tex. ſecundum tertium intellectum gloſ. de conceſ. præben. c. poſt electionem. in glo. fi. uerſic. uel ideo &c. Aliqui tamen & credo quod melius tenebant cō
2 tra quod immo poſsit dare obiectus. quia ſufficit reo q̄d ipſe uincat per non ius actoris etiam ſi conſtat de non iu re ſuo. puta per confeſsionem uel alias. argumen. notato rum per Compoſ. de reſcrip. mandatum. & per Innocen. de procura. ex inſinuatione. iuncta. l. fina C. de rei uendi. Item melius eſt quod ille remaneat in ſua poſſeſsiōe quā
3 uis iniuſta uel uicioſa quam ſi alter uitioſe ingrederetur. nec propter hoc ille iniuſtus poſſeſſor remanebit in benefi cio. quia ordinarius ex officio illum poterit remouere. per capi. ordinarii. de offi. ordina. lib. vi. ¶ Ad contraria re ſpondetur quia dictum Inno. poteſt intelligi in actore nō poſsidente. Vel poteſt dici quod intereſt rei poſſeſſoris ut remaneat in poſſeſsione ex eo. quia dando obiectus appa rebit de non iure actoris quod ſibi ſufficit ut ſoluatur. ut in dicto. c. mandatum. no. per Compoſ. Quidam dixerūt
4 quod non. quia obſtante termino peremptorio excluſus ē. pro hac opinione facit. quia adeo excluditur per lapſum termini ab obiectibus quod poſt nō reſtituetur etiam &c. ut no. glo. de procura. non poteſt. circa finem. & ſecundū iſtos uis illius excluſionis tranſit ad ſecundam inſtantiā.
5 Alii uero dicebant contra & credo quod melius. quia in cauſa appellationis non oppoſitum opponam &c. ut. l. p hanc. C. de temp. appellatio. Item quia in prima inſtan tia licet non fuerunt obiectus dati & procurator fuerit ob
6 ſtante lapſu termini excluſus tamen appellatio ſubducit omnes terminos & uim eorum. argumen. nota. per Ioan. mo. de appellatio. licet. libro ſexto. pro quo notatur p In no. de teſti. cum ueniſſent. Et non obſtat. C. de procu. l. ita demum. quia illa lex loquitur in dilatoria nos in perem ptoria loquimur ubi aliud eſt. argumen. prædicti capi. li cet. Sed quid ſi in prima inſtantia in termino ad ponen dum non dedit obiectus ſed poſtea in termino ad declarā dum & ita fuerunt repulſi obiectus ex eo. quia non fuerūt dati in termino nunquid poſtea in termino ad ponendum in ſecunda inſtantia aſsignato poterit eos repetere. Qui dam dicebant quod non. quia fuerant expreſſe repulſi in prima inſtantia. quia illa repulſio fuit quædam interlocu toria quæ tranſiuit in rem iudicatam. de elec. cum dile cti. Sed alii & credo melius dicebant contra. quia illa re pulſio non fuit reprobatio eorum cum cauſæ cognitione ergo &c. ff. de contrahen. emptio. quod in diem. §. ſi ratio nem. de nego. geſtis. l. ſi autem. §. ſi de contra. iudicio. tu. l. tertia. §. præterea immo idem ſi cum cauſæ cognitione, dū tamen per aliā cauſam fuerit repulſio puta p lapſum termini in prima inſtantia ſicut quando propter ineptitu dinem ut cle. cum a repulſione. de appel. immo idem ſci licet quod poterit eos repetere etiam ſi propter eandem cauſam in prima inſtantia fuiſſet repulſus. ut prædicto ca pitulo licet. de appellatio. libro ſexto. dum tamen non fuiſſet trina repulſio. ut in prædicta clemen. cum a repul ſione.

Summarium.

1 Appellans extraiudicialiter licet nullos obiectus dedu xerint in appellatione ſua ſi tamen actor in curia admit tatur ad probandum unam materiam quæ eſt de iure ſuo admittitur ad dandum de contraria materia alias obiecti ua. & num. 6.

Epithome.

2 Defenſio ſua nemini eſt deneganda.
3 Teſtes debent deponere pro utraque parte.
4 Decretalis ut circa effectus.
5 Excluſus ex uno capite admittitur ex alio.

Deciſio. III.

POſſeſſor canonicatus & præbende qui obtinuerat illa per expectationem appellat contra quendam alium apoſtolicum qui impetrauit a papa tanquā per reſeruationem talem uidelicet ſi ille per quem uel cu ius obitum uacauerat, obtinebat unam dignitatem electi uam in una alia eccleſia & in appellatione nullum exp̄ſ ſit obiectum. poſtea in curia. quia actor reſeruationis dat articulos quod illa dignitas quam obtinebat ille per cu ius obitum uacauerant dicti canonicatus & præbenda de q̄bus agit̄ erat electiua. & ſic dicti canonicatus & p̄be da erāt reſeruati reus & poſſeſſor licet obſtāte mala appel latione in qua nullus dederat obiectus nō poſſet dare ob iectus & ſic nec de iſta materia quod illud beneficium ꝙ dicitur dignitas electiua non eſt dignitas electiua ſed ſim pliciter beneficium uult tamen dare de hoc ex eo. quia actor admittatur ad dandum quod ſit dignitas electiua quæritur nunquid poſsit. Ego de conſilio omnium iudi caui quod ſic. & admiſi articulos hincinde. quia licet ar ticuli rei & poſſeſſoris dantis de illa materia quod illud aliud beneficium non eſſet dignitas electiua, reuera de berent repelli tanquam obiectiui obſtante mala appella tione tamen quia actor dabat quod erat dignitas electiua & ſuper ſuis articulis petebat ſe admitti ad probandum ad partes & remiſſus ideo reus ne claudicent iudicia etiā admitti debet ad probandum contrariam materiam præ ſertim articulum ex ſimili equitate legis petende. C. de tempo. in integ. reſti. peten. ad quod no. per Innocen. de de ſen. excommu. capi. ſolet. ſuper uerbo octo dierum. p̄ ſertim etiam ex quo actor dat quod eſt dignitas electiua reus appellauit non exprimendo obiectus nunc dans de contrario proprie non cenſetur dare obiectum ſed potius ſe defendere ideſt dare exceptiones aduerſus aſſertionem
2 actoris. & nemini ſua defenſio eſt deneganda. ut in capi. paſtoralis. de re iudi. in cle. Item etiam quia licet articuli rei in ſe ſint obiectiui tamen quia ſunt de eadem materia de qua dat actor, licet det contrarios articulos articulus rei eſt admittendus & concurrere debent probationes. qa
3 etiam teſtes debent interrogari pro reo cum debeant de ponere pro utraque parte. C. de epiſco. & cleri. auten. ſed iudex. & no. in cap. fraternitatis. de teſti. igitur non eſt magnum inconueniens quod etiam poſsit dare articulos & ſuper eis producere teſtes. quia in effectum teſtium p̄ ductio pro utraque parte erit ad probationem eiuſdē ma teriæ. Item quia decre. ut circa. repellens male appellan tem ab obiectibus loquitur cum quis uellet dare obiectus directe & ideo ſtricte cum ſit penalis in ſuis terminis te neatur. iſte uero non uult dare obiectum iſtum directe ſed potius indirecte in uiam exceptionis ſeu defenſionis igi tur ſit admittendus. & cum fuiſſet appellatum a me etiā maior pars tenuit idem. Quidam tamen fuerunt in con traria ſententia dicentes quod non admittantur etiam in uiam exceptionis. Nec obſtat ſecundum eos equitas le gis petende. quia excluſio quæ fit per decre. ut circa ha

bet uim rei iudi.ut ibi no.doc.ergo non auditur etiam. in uiam excep.ar.l.an eadẽ.ff.de exce.rei iu. Itẽ sequeretur
4 ꝙ decre.ut circa.seu eius effectus non haberet locum ubi quis uellet obiicere contra id qđ actor habet necesse ꝓbare.patet hoc.qa si tunc cũ actor habet dare de aliqua materia puta quia est pars gratiæ suæ reus non obstante mala appel.admittat in uia excep.ad dandũ de contrario, ergo in effectu sibi tunc mala appel.non obstabit & tamẽ contrariã uidet̃ de mente illius decre.nã illa decre.loquitur ubi qs opponit in formã electionis uel ꝓuisionis quam electus seu ꝓuisus semp habet ꝓbare.ar.no.p Inn. de dolo & cõ.cũ olim.in gl Sed ad istas rõnes põt responderi, primo ad primã ꝙ licet decre.ut circa.seu exclusio quæ fit per eã quo ad quid habeat uim rei iudicatæ.s.ubi uirtute male appel.uellet dare obiectus non sic tamen ubi nõ uult dare obiectus nec uenire in uirtute appel. sed in uia defensionis tanq̃ ꝓuocatus per actorẽ qui dat de contrario cui fauendũ est ne forte actor per falsas & malas ꝓbationes obtineat.qa multũ fauendũ est uolenti se defendere ꝓsertim quando ꝓuocatus uult se ulcisci.ar.§. cũ arietes.l.i.ff.si quapru.pau.fe.di.&.ff.de ope.lib.l.qui cũ maior.§.si libertus.Et etiã.quia exclusus ex uno capice ad-
5 mittit̃ ex alio.ff.de succes.edic.l.i.§.quibus. & dicta cle. cũ a repulsione.de app.unde iste ueniens ex alia cã secũdũ hoc non põt nec debet repelli excep.rei iudi.arg l.cũ quærit̃.ff.de excep.rei iud.Itẽ licet obmissio formæ.c.ut circa.habeat quo ad aliqua uim rei iudicatæ non tamen est res iudicata sed pœna & ideo restringenda. quod autem non sit res iudicata nec uim rei iudicatæ debeat habere apparet quia non fuit statuta propter probatam iusticiam partis uolentis obiicere de qua constaret per causæ cognitionem sed propter aliam causam in principio illius constitutionis insertam ergo &c.arg.l.quod in diem.§. si rationem.ff.de compen.cum concor.Item non ob. si dicatur quod uidetur tacite renunciasse non exprimendo in appellatione obiectus.&c.quia non est uerũ.nã si de obiectibus p confessionẽ partis uel alias legitime constaret, non ob.mala app.appellatus repellet̃.ut in cle.constitutionẽ.in fi.cũ tamen secus esset si appellatus renunciasset obiectibus.uel esset contra eũ iudicatũ.Itẽ non ob.alia ratio.quia potest esse ꝙ appel.probabit p instrumenta formã suæ electionis.nec indigebit remissione ad partes. & ideo tunc appellans si male appellauerit non audit̃ ad probandũ contrariũ p testes licet sibi si uellet excludere actorem incumberet probatio eorũ iu quibus esset peccatũ in forma.ar.no.per Inno.de accu.super hiis.circa fin. mag.gl.tunc ergo & nõ aliter ille qui male appellauit admittit̃ ad probandũ p testes contrariũ eius quod appellatus proponit quando appellatus uult ꝓbare p testes.

DE SENTEN. ET RE IUDI.

Summarium.

1 Præceptum de soluendo non est ferendum in scriptis.

Epithome.

2 Præceptum de soluendo est eiusdem effectus sicut sententia.& ex eo oritur actio in factum sicut ex sententia.
3 Sententia interlocutoria de necessitate non est ferẽda in scriptis.sed sufficit quod scribatur in actis.

Decisio. I.



N præceptum de soluẽdo sit ferendum in scriptis.dicebant quod non est necesse. quia non est iure cautum. uidetur tamen contrarium.quia est eiusdẽ effectus sicut sententia ex eo oritur actio in factum ut ex sententia ut notat Spe.i ti. de exe. sententiæ.§.qualiter in fine.sed hæc ratio non cõcludit.quia etiam ex interlocutoria quæ cõtinet aliquid dari uel fieri oritur actio in factũ, ut no.Io.an.in cap.cum cessante.de ap.super prima gl. & Inno.in capitulo sacro.super uerbo reuocare.in principio glos sue.de senten.excommuni cum tamen sententia interlocutoria de necessitate non est ferenda in scriptis. sed sufficit quod in actis scribatur. ut in capitulo quoniam. Vide supra in de.v.c.i anti. cũ ibi additis.

Decisio. II. Similis decisio. numero. xiiii. eodem in antiq.

Deci.III. Similis eo.nu.13.in antiq.

Decisio. IIII. Similis supra eodem.numero. 17. in antiq.

Summarium.

1 Condemnatus ad perpetuum carcerem, non censetur priuatus suo beneficio.

Epithome.

2 Condemnatus de crimine est infamis.
3 Condemnatus ad perpetuos carceres uidetur condemnatus in metallum.
4 Iudicandum non est bis de eodem crimine.

Decisio.V.

Accusatus coram ordinario suo.seu is contra quẽ inquiritur per eum de homicidio uel alio crimine capitali ex quo quis non priuatur ipso iure beneficio.licet possit priuari per sententiam pendente accusatione uel inquisitione.constituit procuratores ad renunciandum beneficium suum in manibus papæ.postea ipse condemnatur ad perpetuum carcerem per ordinarium. non tamen per sententiam priuatur beneficio suo.lata sententia.procurator ante sententiam per eum constitutus renunciat beneficium ad manus papæ simpliciter nulla facta mentione de dicta accusatione uel inquisitione, uel sententia.& papa etiam illa ignorans recepta resignatione illud beneficium confert alicui tanquam uacans in curia & reseruatum.quia præsuppono quod omnia beneficia uacantia in curia sunt reseruata.expectans tamẽ apostolicus illud beneficium incontinenti lata sententia ante renunciationem & collationem papæ illud acceptauit tanquam uacans per priuationem.dicens quod ex quo lata fuit contra eum sententia perpetui carceris.eo ipso consequenter etiam fuit priuatus beneficio. Quæritur quis istorum sit potior & uidetur quod apostolicus expectãs. quia eo ipso quod condemnatus fuit ad perpetuum carcerem de crimine.uidetur priuatus beneficio. arg. no. per Inno.de exces.præla.cap.inter dilectos.in prima glo.ubi dicit uel sententialiter de crimine condemnatus. & per Archidia.viii.distin.quo iure.iuxta glos.& per Compos. in cap.sicut.in uersi.si uero confirmatio.de electio. Item constat quod condemnatus de crimine est infamis.ff. de
2 hiis qui no.infa.l.athletas.§.fi.infamia autem ipso iure priuat quem dignitate sua & quæsita.ut probatur.C. de
3 decurio.l.infamia.li.x.ergo & beneficio. Item condemnatus ad perpetuum carcerem uidetur condemnatus in metallum.ut no. Innocen.extra de accusa cap. qualiter & quando el.ii.super uerbo ad diminutionem. in uersic. secundum canones.ibi secunda autem pena. damnatus autem in metallum efficitur seruus pene.ff.de hiis qui ꝓ non scrip.ha.l.in metallum.seruus autem non potest beneficium obtinere cum pro nihilo reputetur. ut.l. nec ex prætorio.ff.de regu.iur.immo mortuus reputatur. ut.l. seruitutem.ff.de regu.iur.ergo sequitur quod perdit ius quod habet in beneficio. Item condemnatus ad perpetuum carcerem cum habeat perpetuo esse absens a beneficio suo non poterit ammodo beneficio suo deseruire.nec ibi facere officium.cum non sit spes quod reuertatur a pena.argumen.l.intercidit.in fi.ff.de conditio. & demonst. ergo nec debet illud retinere.quia propter officium datur beneficium.de rescrip.capi.fina.libro sexto. & sic uidetur priuatus beneficio ex quo est astrictus alibi ad residentiam

Fel.in.c.ceterũ.in prin.pe.col.de rescri. Ludo.gome. in reg.de ann. q.4.per totũ.

tiam ſicut ubi quis aſſequitur aliquod beneficium quod
reſidentiam requirit. priuatur ipſo iure primo reſidentiã
requiren.quia incompatibilia reputantur.ut no. Inno.
in.c.fi.de cleri.non reſi.& in.c.cum iam dudum. de præ
ben.& Archidiac.in c gracia.de reſcrip lib.vi. Sed hæc
ratio nõ urgeret.niſi in beneficio requirente reſidentiam.
Item nil uidetur referre an per ſententiam & uerbo eum
priuet beneficio.an imponat facto ſibi penam talem per
quam uideatur eum priuare.quia nil refert an fiat facto
uel uerbo. ar.ff.de hiis qui no.infa.l.ij.§.ignominie.uer.
eſt ingnominioſa pena autem carceris per quam perpe-
tuo habebit eſſe abſens a beneficio & eius regimine tota
li ſatis uidetur talis per quam uidetur eum priuare & ex
pellere a beneficio.igitur.& cetera . Item conſtat quod
talis criminoſus eſt priuandus beneficio.& eſt prouiden
dum beneficio de perſona.hoc autem non poſſet ammo
do fieri.exquo de crimine ſemel extitit condemnatus.
quia iudex ſemel functus eſt officio ſuo ferendo ſenten-
tiam ſuper crimen.ergo ammodo non poſſet aliam ſen-
tentiam ſuper eodem crimine ferre priuationis quia non
4 eſt iudicandum bis de crimine eodem. C.de accuſa.qui
de crimine.ff.nau.caupo.ſta. l.i.in fi.ergo nec indignus
& qui ſeruire non poterit beneficium retinebit .melius ui
detur dicendum quod per conſequentiam per impoſitio
nem talis pene ſit priuatus. Item pro hoc uidetur. quia
quotienſcunque imponitur alicui pena ex tali cauſa que
infamiam irrogat puta propter furtum uel aliquod cri-
men publicum.ſtatim in locũ eius alius poteſt eligi. qua
ſi eo ipſo ſit priuatus beneficio.& idem etiam eſt ſi pena
ſola ſiue ſententia infligitur ex qua irrogatur infamia.ſic
no. Inno in dicto.c.qualiter & quando el.ii. ſuper uerbo
diminutionem.circa.fi.in uerſi.item uidetur.ex quo talis
de quo loquitur fuit accuſatus uel contra eum fuit inqui
ſitum de crimine non potuerit renunciare beneficio.nec
per conſequens conſtituere procuratorem ad renuncian
dum.quia exquo de crimine preuentus erat iam uidetur
hoc facere in fraudem pene.maxime ex quo ſecuta fuit
ſententia.arg.no.ff.de manu.quæ pene.& no.ff. de ac-
cuſa.l.ex iudiciorum.§ fi.ſuper uerbo alienarum. & ſic
intelligitur lex poſt contractum. capitale crimen . ff.
de dona.per ea quæ no.per Cy. C.de bonis præſcrip.
l.ſi quis poſt hac.in prima queſtione. Item hoc uidetur
facere in fraudem ex pectantium & ideo eis non præiudi
cetur.argu.extra de renunc.c. ſi te præbendam. libr.vi.
Contrarium tamen obtinuit.quia per ſententiam latã ſu-
per crimine non eſt quis priuatus beneficio niſi hoc in
ſententia exprimatur.ut no. Inno.in dicto. c. qualiter &.
quando.in præallegata glo.ſuper uerbo diminutionem.
in.uerſi.credimus tamen nec etiam pro commiſſis crimi
nibus priuatus erat.ut no. Innoc.de conceſſio. præben.
c.cum noſtris.

DE APPELLATIONIBVS.

Summarium.

1 Appellatio deſeritur per lapſum fatalium poſt conclu
ſionem in cauſa.

Epithome.

2 Appellans licet concludi obtinuerit in cauſa ſi tamen la
bantur fataliam appellatio cenſetur deſerta.

Deciſio. I.

Adde deci. 25.eo.in anti. Caſſa deci. 9. pagina.5. uer. tamen. obſtat de appella.

POSTQVAM fuit concluſum
in cauſa infra primum fatale & ſe
cundum appellans antequam pe-
tat ferri ſententiam patitur labi fa
talia. Querit an appellatio ſit de
ſerta. & uidetur quod non. quia
iam quod in ſe eſt quantum ad
proſecutionem appellationis fe-
cit ex quo produxit cauſam uſque ad concluſionẽ in
cluſiue.ergo non ſtat per eum ſed per iudicem. & ſic ui
detꝰ ꝙ non ſit deſerta. alii dicunt contrarium per.l.fi.§.il
2 lud.C.de tempo.appel.& per.c.ſicut appellationem.de
appel. in cle.cum dicit & finire.quia finis imponitur ꝑ
ſententiam.ff.de re iudi.l.i.ergo pro ſententia ad hoc ꝙ
finire cenſeatur inſtare debet ut feratur & uide quod ſcri
pſi in dicto.c.ſicut.& quod no. Io.an.in.c .ex ratione.de
appellationibus in nouella.

Summarium.

1 Attemptata pro actorem poſt decretum citationem ui-
gore reſcripti.ad ſe impetrati non tamẽ executã an ſint
pro uiam attemptatorum reuocanda?

Epithome.

2 Attemptata lite pendente reuocantur per officium iu-
dicis & in eo proceditur iuris ordine non ſeruato.
3 Officium iudicis circa ea quæ incidunt uel emergunt
non competit ante litem conteſtatam.
4 Attemptatorum reuocatio ſine libello expeditur.

Deciſio. I I.

Deci.6.ut lite pen.in.no.

VTrum poſtquam actor impetrauit commiſſionem
ſeu reſcriptum.& fecit præſentari ei cui cauſa com
mittitur & impetrauit citatione decerni contra eũ
quem uult conuenire.ſed antequam faciat exequi cita-
tionem ſeu antequam citatio aliqua perueniat in noticiã
partis contra quam impetrauit actor innouauerit aliquid
puta illum reum citandum contra quem impetrauit re-
ſcriptum.uel citationem ſpoliauerit illud innouatum ſit
reuocandum ante omnia tanquam lite pendente inno-
uatum.& uidetur quod non . quia adhuc non cenſetur
lis pendere donec citatio peruenerit in noticiam partis.
ut in cle.ut lite pen.c.cum lite.ſed maior pars fui ꝙ im-
mo lis cenſeatur pendere in præiudicium actoris peten
tis.& omnia ſcientis.licet non in præiudicium rei ignorã
tis.& ſic debeat intelligi illa cle. Alii e contra.quia bene
ficium iſtud.ſcilicet quod attemptata lite pen.reuocen-
2 tur expeditur officio iudicis.& in eo proceditur iuris or-
dine non ſeruato, ut no.in dicta cle. Iſtud autem eſt ex
horbitans a regul.communibus.ſ.quod officium iudicis
3 circa ea quæ incidunt uel emergunt ſe exhibeat uel com
petat ante litem conteſtatam.ut no.doc.in.c. ſignificante
de appel.probatꝰ.in.l.ediles.§.item ſciendum.ff.de edil.
edic.& facit quod no.etiam.B.in.c.finem de dolo & cõ
tu.ad fi.glo.magne. Item in alio etiam exhorbitat a regu
lis communibus ex eo quod per huiuſmodi beneficium
4 datꝰ reſtitutio ſine libello etiam lite non conteſtata.con-
tra id de offi.dele.conſultationibus.iſtud ergo beneficiũ
ſic exhorbitans non eſt extendendum nec concedendũ
ante litẽ conteſtatam.niſi in caſibus expresſis.ſed non re
perio aliquem caſum expreſſum niſi ſecundum formam
illius cle. & iſte non eſt de illis ergo iſtum cle.quæ exhor
bitat ut prædixi non extendam.ut.c.quæ a iure. de regu.
iur.libr.vi.

Deci. I I I.ſimilis deci.nu.77.eo.ſupra.in antiq.

Summarium.

1 Innouata per partem una cum tertio an ueniant per uiã
attemptati reuocanda?

Epithome.

2 Iurisdictio delegata nō est extēdenda extra psonas inter quas causa commissa est.
3 Vtile per inutile uiciatur in materia indiuidua.
4 Legata ubi pro parte filii grauati præstari debent nulla tenus præstantur si sunt indiuidua propter posthumum agnatum qui præstare pro parte sua non tenebatur.
6 Domus comunis popter delictū unius duorum destrui non debet in totum.
7 Iudex bonus debet lites abbreuiare.
8 Decretalis licet de præben.in.vi.loquitur quando dubiū est ex uires detinet.

Decisio. IIII.

Fely.in.c.cū super col.fina. uer. in super de re iudi.

VTrum innouata per tertium una cum parte ueniant reuocanda per modum attemptati.& uidetur quod non psertim per iudicem delegatū uel alium iudicem qui alias non esset habiturus iurisdictionem in illum tertium ut.c.romana.§.in alium.de appel.nam licet cōmuniter cum parte subiectioni talis iudicis innouet non propter hoc subicitur eius iurisdictioni. quia communio illa uel connexio licet sit sufficiens ut ad eundem iudicem debeat remitti non tamen ipso iure subicit eum eius iurisdictioni nisi expresse contra eū sibi causa committatur facit ad hoc quod no. Innoc. & Compos.de rescrip.c.cum m.ferrarien.circa fi. præser
2 tim.qa talis iurisdictio delegata non est extendēda extra personas iter quas causa commissa est.ar.c.p.&.g.de offi.dele.Item pro hoc. quia persona tertii est diuisibilis. immo diuisa a parte modo innouante in quam iudici cō petit iurisdictio.tunc autem arguitur sic.nam aut per eos innouatum simul est diuisibile ut posfit discerni quid hactenus innouatum est a tertio.& quid a parte.& tunc diuidatur & solum reuocetur quod innouatum est a parte. nec utile propter hoc inutile indiuiduum uicietur.aut innouatum per eos est indiuisibile.nec posfit innouatum aperte diuisibiliter reuocari quin reuocetur innouatum a tertio & tunc uidetur ꝙ neutrum ualeat reuocari. im
3 mo utile per inutile uicietur in materia indiuidua.iuxta.no.per.Dy.in regula iuris utile.& per Cy.in.l.sancimus.C.de dona.pro hoc quia pars tertii impediens reuocationem attemptatorum uidetur ꝙ trahat ad se partem impedientem.nam in exercitio iurisdictionis pars impediēs & inutilis attrahit ad se partem bonam & utilem.ut extra de offi.dele.super questionum.§.si uero duo.&.c. cū super.Item pro hoc.quia tertius in quem non competit iurisdictio prosit parti in quam competit ne propter tertium fiat reuocatio attemptatorum.& quo ad partem iure in totum stetit.donec alias iuris ordine reuocentur.facit.ff.de libe causa.l.liberis.§.si duo.in fi.ne partis factū tertio noceat.ar.l.non solum.§.i.ff.de libe.cau.quia non debet alteri per alterum.&c.ut in regula iuris.non debet alteri ff. de regu.iur.nec debet tertius alterius odio prægrauari.ut extra de regu.iur.non debet aliquis.pro hoc facit.ff.de regu.iur.domum suam.Item ꝙ in reuocatione istorum attemptatorum magis inspiciatur ꝙ nocet.s. factum tertii quam quod prodest.ff.ad sil.l.si quis in graui.§ finali.maxime quia quod fiat reuocatio attemptatorum ciuiliter ex officio iudicis sine ordine iudiciario.sed summarie & de plano.hoc est de iure speciali. ꝙ autem fiat iuris ordine seruato & dato libello coram iudice cō petenti hoc est de iure communi.igitur in ista reuocatione fienda ciuiliter ex officio iudicis summarie & de plano ex priuilegio attemptatorum plus attendimus factum tertii quod nocet.quam factum partis quod prodest. qa id quod nocet est de iure communi seu facit fieri reuocationem per uiam iuris communis.id uero ꝙ prodest faceret eam fieri de iure speciali.igitur plus attendatur ꝙ nocet quod est de iure communi.quam quod prodest ꝙ est de iure speciali. & ut fiat reductio ad ius commune. argu.de consue.cum consuetudine.ar.l.eius mili.§.milicia missus.& ad hoc faciunt notata per doctores in.l fi. ff.quibus ad li.procla.non licet præsertim.quia non multum pιudicatur parti contra quē attemptatum est. quia salua sunt alia remedia iuris communis contra utrumq3 coram iudice competenti.uel impetret ad eundem iudicem ne causa diuidatur.ut in ti.de quibus rebus ad eundem iudicem adeatur.pro ista parte bene facit.ff.de iu
4 re codicillorum.l.penul.in fine.ubi legata pro parte filii grauati præstari debebant nullatenus præstantur si sunt indiuidua propter postumum agnatum qui præstare pro parte sua non tenebatur.ergo nec hic reuocentur attemptata quo ad partem exquo erant indiuidua.nec possent pro parte reuocari.quia tangeretur tertius contra quē nō possunt reuocari ꝑpter defectum iurisdictionis. Pro hoc
6 etiam bene facit communis opinio de illa questione an domus communis in totum destrui debeat propter delictum unius duorum.ubi tenent doctores communiter ꝙ non sed eligantur alie uie per quas puniatur delinquens solus.ut notat Archidia.de penis.felicis.super uerbo. in ruinam.li.vi.& Cy.C.de hiis qui no.infa.l. & si seuerior. in fi.pro hoc.quia non est ius quo caueatur quod delinquens cum alio subiciatur iurisdictioni illius cū quo deliquit.nisi alias per modos iuris communis sortiretur forum eius quia certi sunt modi faciendi forum de quibus non est iste.ergo &c.nam erubescimus cum sine lege loquimur.ut in autentico de trien.& semis. §. consideremus.pro hoc bene facit quod no.Innocentius. extra de penis.c.dilectus.ibi sed quid si aliquis extra.Spe.in.ti.de iudi.dele.§.sequitur uidere.circa principium.uersi.quid si aliquis extraneus.¶In oppositum est glo.extra de appella.non solum.libro. vi. in longa glo.fi.ibi cum dicit. hæc autem omnia.de tali tertio intelligas qui cum parte uel tertio nihil attemptat.&c.Igitur innuit glo.quod cū parte uel iudice tertius attemptaret quod illa ueniret etiam contra tertium reuocanda.pro hoc etiam facit.ff. de aqua plu arcen.attheyus.§.fi.cum.l.sequenti.ff.communi diui.si is cum quo.pro hoc quod quis innouās cō tra quem competit priuilegium reuocationis attemptatorum attrahit ad se illum tertium ut etiam contra eum fiat reuocatio.facit.ff.de serui.rusti prædi si communem & quod notat glo.extra de iurepatro.c.i.li.vi.C.de appella.l.præcipimus.§.fi.Item nisi talia attemptata per partem cum tertio possent reuocari.sequeretur quod multis daretur materia malignandi quia cum uellent innouare semper inuocarent tertium.ne propter eum posset fieri summarie reuocatio.quod non esset concedendum.arg. l.in fundo.ff.de rei uendi. Item si propter tertium esset opus quod ageretur coram ordinario.& iuris ordine seruato.uel super hoc nouiter commisfionem impetraret.posset esse quod lites in infinitum durarent.nam postea lite pendente super hoc fieri posset alie innouatio cū alio tertio.& postea super hoc lite ordinaria inchoata.posset cū alio tertio fieri alia innouatio.& sic in infinitum. hoc autem esse inconueniens . quia sic lites ex litibus orirentur.quod esse non debet.immo bonus iudex debet lites
7 abbreuiare.arg.pro præmisfis.C.de iudi. properandum. C.de fruc.& lit.expen.terminato.ff.si cer.peta. quidam extimauerunt.Item plus uidetur dicendum quod propter partem tertius non potest impedire reuocationem attemptatorum . quam quod pars propter tertium gauderet de malignitate sua.bene facit ad hoc. ff. ad macedo.l.sed nihil.§.non solum.Item in obscuris potius fauendum est repetitioni quam aduentirio lucro.ff.de regu.iur.non.§.in re obscura.igitur hic indubio potius fauere debemus reuocationi attemptatorum per quam fit repetitio seu reductio in statum pristinum. Item propter aliud interdictum quis consequitur quod non consequeretur alias.argu.extra de conces.præben.auctoritate martini.igitur propter partem innouantem is contra quem innouatum est consequi posset reuocationem etiam contra tertium.quam consequi non posset si solus tertius innouasset.& contra eum solum ageret.quia modicum fermē ti.scilicet ipsius partis innouantis.totam massam innouationis corrumpit.& sic quo ad tertium.argu.l.nihil.ff.de ac.emp.in prin.&.l.si finita.§.si unita.ff.de dam.infe . & quod ibi notatur in glo.præsertim quia tertius cum parte innouans dat operā rei illicet.sic propria auctoritate occupādo.quod seruato iuris ordine petere debuisset. ut.l. extat edictum. ff. quod metus cau. igitur teneatur de casu attemptationis in præiudicium litis pendentis & punia

& puniatur de illo casu eo modo quo casus ille attemptationis puniendus est.argu.l.in hiis.in principio. ff. solu. matri.extra de homici.c.fi.lib.vi.cum concordan.pro et contra possunt adduci iura allegata per Io.an. in questione reposita in regula iuris.in pari. in nouel.de regu. iur.lib.vi.& pro prædictis facit.c.ad petitionem.de accusa.non obstat.c.licet.de præben.lib.vi.quia illa decre
5 talis loquitur quando est dubium de iure detinen. ut dicit Archidia.in.c.ordinarii.in glo.super uerbo conferant de offi.ordi.li.vi.

Deci.V.similis decisio.VIII. ut lit.pen in antiq.

Deci.VI.similis deci.nu.29.de senten.& re iudi.in anti.

Summarium.

1 Iudex appellationis a grauamine pronunciato bene ꝑcessum & male appellatum & remissa causa ad iudicem primum non potest reponere partem ab huiusmodi pronuncia appellantem.

Decisio. VII.

Vtrum si appellatur ab interlocutoria. & iudex cui appellatio illa comittitur. uel qui de ea cognoscit pronunciet bene processum & male appellatum.& causam remittit ad primum iudicem.& ab ista secunda pronunciatione fuerit appellatum possit reuocare grauamen seu pronunciationem suam & partem reponere in statu per.c.si a iudice.de appel.libr.vi.&.c. cum cessante.eo.ti.in antiquis.& per.l.ꝙ iussit. ff. de re iudic.tenuerunt.quod nō quia functus est officio statim pronunciando super articulo appellationis sibi commisso. & ideo sicut iudex post diffinitiuam ex eo quia functus est officio suo non posset aliquid reuocare nec partē reponere.sic nec ipse.argu.l.iudex.ff.de re iudi.pro hoc. quia per remissionem desiit esse iudex.ut no. Archi. de excep.pia.super uerbo condemnans & pro hoc optime. c. significantibus.extra de offi.delega.& ꝙ ibi no. glosa. cum ergo iurisdictionem abdicat a se pronunciando super hoc equiparatur iudici pronuncianti diffinitiue. argu.tamen pro hoc in.c.cum appel.friuolis.li.vi. in prin. & quod no.Inno.& Archi.in dicto.c.pia.

Summarium.

2 Appellans procedendo omnis si articulo grauaminis super negocio principali parte ad uersa non uocata nec ꝑsente nec per contumaciam absente an dicatur facere ꝑcessum nullum?

Deci. VIII.

Vtrum processus habitus coram iudice appellationis.articulo appellationis a grauamine omisso parte non uocata nec præsente nec per contumaciam absente teneat.& an ualeret pronunciatio parte sic absente.aliqui dicunt ꝙ sic.ar.eorum quæ no. Inno.& Ber.de procura.c.auditis.ad quod.ff. de arbitris. diem proferre in prin.sed e contra credo & dictum Inno.procedit quando pars altera alias in causa illa citata fuerat ad totam causam & ibi uide per eum.

Summarium.

1 Delatio appellationi facta per unum ex pluribus delegatis cum remissione causæ ad sedem apostolicam an deuoluat causam ad curiam?

Deci. IX.

Vtrum si a grauamine fuit appellatum a tribus iudicibus delegatis in causa per sedem apostolicā. & unus eorū deferet appellationi.et remittit causam ad sedem apostolicam.ac terminum præfigat ad ꝓsequendum appellationem. Alii uero non uel nil respondeant causa censeatur deuoluta ad curiam & ibi debeat terminari.uidetur quod non.quasi sit standū maiori parti.ff.de re iudi.duo extribus.ff. de arbitris.sicuti. & quod notatur per Innocen.de procura.in nostra.In oppositum uidetur propter reuerentiam sedis apostolicæ argu. de appell.si duobus.& ut maius trahat ad se minus.ad hoc quod no.per.glo.& Archidia.de iurepa.c.i.in. fi.li.vi.& per glo.de conces.præben.si capitulo.in.fi.de præben. si a sede.& uide quod no.Io.an.in.c.cum appellationibus. in nouel.in glo.dubitatur.

Supra eo.nu. 20.in antiq.

Summarium.

1 Iudex appellationis in causis criminalibus non potest cognoscere de causa criminali ciuiliter intentata etiam ad penam applicandam fisco.

Epithome.

2 Iudex appellationis in causis criminalibus non potest cognoscere de sententia lata continente penam pecuniariam loco corporalis imutatam licet actum fuerit criminaliter.

Decisio.X.

An iudex appellationis deputatus super causis criminalibus possit cognoscere de appellation e interposita a sententia lata in causa criminali in qua agebatur ciuiliter ad penam pecuniariam fisco applicandam & non ad penam corporalem.tenuerunt omnes quod non quia tunc non censetur causa criminalis. sed potius ciuilis.& quia terminus anologus si per se sumatur pro sumario significato.&c.& ideo intelligatur ꝓprie de causis criminalibus ubi agitur criminaliter non ciuiliter de simonia.c.per tuas.sic etiam in simili lex dicit quod in causis criminalibus non potest interuenire ꝓcurator.ff.de publi.l.penulti.§.ad crimen.& tamen si ageretur ciuiliter bene posset extra de procura.c. tue pro hac parte facit.ff.de iudi.solent.§.latrunculator.nec obstat.l.ex eo.C.de agentibus in rebus.quia ibi erat iudex i criminibus.ut ibi notatur per doctores sed quid si agatur criminaliter sed sententia lata est ciuilis.puta quia iudex ex causa commutauit corporalem in pecuniariam. adhuc dicunt quidam potius inspici genus sententiæ quæ est ciuilis & ad finem ciuilem quam genus illati criminis ar.l.quod statum.ff.de penis.ut sic talis iudex nequeat cognoscere.

Summarium.

1 Auditor articuli grauaminis pronuncians bene appellatum non potest sine noua commisssione præcedere in negocio principali.

Epithome.

2 Iudex cui tantū causa appelllationis a grauamine fuit comissa.an si pronunciauerit male processum. & bene appellatum possit sine noua commisssione procedere in negocio principali?
3 Iudex appellationis ubi extitit appellatum ab admissione articulorum aduersarii reiectione appellantis si pronūciet bene appellatū & male ꝓcessum in ea parte qua admisit articulos. an tacite uideatur sententiam in alia parte confirmasse.

Deci.antiq.

Decisio. XI.

AddeFran.i. c. ut debitus de appell.col. xx.Fely. in. c. causamq; de rescrip. octa. uestri fol. 7. suæ praxis. roma. curiæ

Appellatum est ab uno auditore qui ad misit articulos partis aduersæ.& quia cum instantia requisitus noluit admittere articulos appellantis. quos tamen alias ex presse non repulit.& articulus solum appellationis committitur.& non negocium principale alteri auditori. qui secundus auditor pronunciauit male processum & bene appellatum.& hoc facto in continenti admisit articulos appellanti ad probandum in curia & extra quos primus adhuc auditor noluerat admittere. Queritur nunquid illa admisio sit nulla. uidetur quod sic quia secundum stilum palacii auditor cui committitur articulus grauaminis sine expressa commissione non potest procedere in negocio principali etiam si pronunciauerit male processum & bene appellatum. modo postq; ipse pronunciauit super articulo grauaminis.s.fuisse male processum & bene appellatum. in hoc quod admisit articulos processit in negocio principali quod non potuit.& quidam tenebant ita.& credo quod bene supposito stilo palacii. quia forte in uiam iuris posset & sine no
2 ua commissione procedere in negocio principali. exquo pronunciauit male processum & bene appellatum per ea quæ no. per Inno. in.c. ut debitus. Sed illam opinionē licet procederet in iudicibus delegatis præsertim impetratis ad tes curia non seruat in auditoribus in curia ubi ē præsens papa.& potest commisio de facili impetrari super negocio principali. Quidam tamen tenebant contra quod immo etiam supposito stilo poterit admittere articulos appellantis. quia illa admisio est directe de articulo appellationis sibi commisse. quia cum sit appellatum a grauamine non admiss.& articulus grauaminis admittitur sicq; per suam sententiam debeat reuocare grauamen illatum. ad cuius reuocationem debeat remediare appellatio & commisio super ea facta. non aliter potest dici reuocari grauamen nisi articulos admittat. exquo iuste a non admisione fuerat appellatum.& iniuste admisio fuerat retardata. Item limitatis terminis ponat q̄ ap
3 pellatum est ab auditore. quia repulit articulos appellantis.& quia admisit articulos partis aduersæ & auditor cui causa appellationis huiusmodi committitur pronunciat solum in ea parte qua pars admisit articulos partis appellantis male processum & bene appellatū. in ea uero parte qua repulit articulos appellantis nihil pronunciauit immo tacuit. Queritur nunquit tacite in illa parte uideatur primi auditoris sententiam confirmasse. ex quo in alia parte eam infirmauit. Quidam uolebant dicere quod sic. quia qui de uno dicit.&c. uel qui de uno negat.&c. credo tamen contrarium per.l. quesitum.§.fi. de procura.& per no. per Innocen. de re iudi. cum inter. in fi. & per Cy.C. si aduersus rem iudi.l.i. in princi. & secunda questione.

Videdeci.nu. 22. supra eo. in antiq.

Summarium.

1 Collatio facta alteri per papam ad instantiam Episcopi collitigantis non reuocatur per uiam attempta ti.

Decisio. XII.

Vtrum si inter appellatum impetrantem & episcopum contra eum opponentem uertente questione super titulo beneficii. episcopus prætendens beneficium uacare per non promotionem appellati infra tempus supplicet pape ut tanq̄ sic uacans conferat non facta alia mentione de lite. talis collatio sit reuocanda tanquam attemptata.& uidetur quod sic quia facta est procurante & instante episcopo qui erat pars in causa.& sic uidetur quod in præiudicium tertii non habentis gratiam exprocuratione partis sit reuocanda. arg. no. in.c. non solum. de appell. lib. vi. sed contra fuit determinatum.

Decisio. XIII. Similis deci. 31. eo. in antiq.

Summarium.

1 Iudex deferens appellationi potest terminum ad prosequendum præfixum prorogare. ubi iudex processit ex officio suo.

Decisio. XIIII.

Vtrum iudex qui appellationi detulit & terminū præfixit ad prosequendum posit postea ex interuallo forsitan circa finem illius termini illum terminum prorogare. uidetur quod non. quia ex quo semel functus est officio suo.& præsertim si partis appellate interest terminum non prorogari. tamen fuit terminatum contra quod immo. uerum tamen casus in quo proponebatur questio erat talis ubi non erat pars appellata. quia iudex processit ex officio suo.

Summarium.

1 Appellans licet coram iudice a quo petat recipi testes affuturos aut ualitudinarios non uidetur propterea renūciare appellationi.

Decisio. XV.

Vtrum postquam iudex ordinarius detulit appellationi si pars petat coram eo recipi testes affuturos uel ualitudinarios ad probationem eorum quæ ualidant & approbant appellationem suam uideat renunciare appellationi. fuit dictum quod non. & quod iudex posit eos recipere propter periculum. allegabatur de ap. cum teneamur.& quod notatur per glo. in.c. si a iudice. de appellat. lib. vi.& quod notatur per Innoc. in.c. pastoralis. de offic. delega. circa principium. tertie columne.& præsertim si iudex non exaudiuit partē nec uoluit testes recipere non præiudicat parti quo ad renūciationem. facit.c. cum uenissent. de eo qui mittitur in possess. cum ibi notatis. super uerbo coram eo.

Summarium.

1 Delatio iudicis a quo cum præfixione termni deuoluit causam ad romanam curiam.

Decisio. XVI.

Vtrum cum appellatur ad papam a difinitiua delatio iudicis cum termini præfixione faciat causam esse tractandam in curia & partes teneantur mittere procuratorem ad causam tractandam licet Specul. uariet. in.§. qualiter. uers. por ro. de appella. tamē palacium seruat q̄ nō sufficeret mitteret procuratorē ad impetrandum & quod causa est in curia?

Summarium.

1 Appellanti cui præfixus fuit terminus ad prosequendū sufficit iter arripere uel in curia protestari. quod infra tēpus comparuit, et quid de appellante in curia?

Decisio. XVII.

Nvnquid autem infra terminum præfixum per iudicem ad prosequendum appellationem sufficiat appellanti protestari in curia quomodo cōparuit infra tempus, licet Specu. uideatur tenere quod sufficiat & iter arripere infra tempus. in titu. de appella. §.i. Communiter tamen tenetur quod immo debet iudicem impetrare uel saltem diligentiam suam facere. argum. notatorum per Compostella. de electiom. statuimus

statuimus.in fin. secundæ columnæ. Sed prima opinio uidetur uerior.per id quod ibidem sequitur in princi. tertiæ columne.pro quo uidetur textus de re iudica.cum causa.ibi cum dicit iter non arripueras. ¶Sed nunquid cum causa in curia est tractanda sufficiat protestari i porta palacii uel coram auditore contradictarum?tenuerunt quod non.immo debet fieri in cancellaria ubi dantur iudices qui dantur in curia.facit quod no.Io.mo. in decre. cupientes.quod credo uerum de appellationibus quæ in curia interponuntur sed de his quæ ueniunt extra curiã. quia tunc uerisimiliter tales potuerunt ignorare stilũ posser tollerari dicta diligentia.

Summarium.

1 Appellatio ab interlocutoria cui iudex detulit. & causam remisit deuoluit causam ad curiam mexime consentiente appellato.

Epithome.

2 Appellati consensus operatur deuolutionem causæ ad curiam licet appellatio peccet in forma.
3 Appellatio ab interlocutoria sine scriptis in causa beneficiali interposita deuoluit causam ad curiam, in odium appellantis alias secus.
4 Iudex si procedat in causa non datis apostolis ubi appellatio sine scriptis interposita fuit a grauamine an teneat processus?

Decisio. XVIII.

A Grauamine uel interlocutoria appellatum est uiua uoce non in scriptis?iudex tamen appellationi detulit & remisit.& pars appellata consensit & approbauit quæritur nũquid talis appellatio deuoluat causam ad curiam romanam?Dictum fuit quod non in uirtute appellationis.sed in uirtute remissionis & etiam propter consensum partis.bene facit ad hoc quod dixi in uirtute remissionis non appellationis.quod notat Archidia. c.cum appellationibus friuolis.super uerbo transfusa.ibi
2 hoc est nota dignum.¶Sed quid si iudex nõ detulit nec remisit sed sola pars consensit dic idem propter consensum suum quod uerum si erat appellatum ad papam cuius audientiam per consensum possunt libere adire,secus si metropolitanum uel alium cuius auditorium non possunt per consensum adire.iuxta cap.romana. de foro cõ
3 peten.libro sexto.¶Sed quid si nec iudex detulit,nec ps appellata approbauit sed alias est causa, quæ de natura sua per appellationem deuoluitur ad curiam ut causa beneficialis,an talis appellatio sine scriptis cum non teneat deuoluat?dic quod sic appellato prosequente. quia in p̃iudicium appellantis reputabitur legitima nec ipse appellans suam propriam appellationem poterit impugnare.argumen.notatorum.per Compostel.in.c. statuimus. in.iii.col.in uer.si autẽ solus appellatus.alias si appellãs prosequitur non.de appel.c.cordi.circa fi.ibi.quod sit ap
4 pellator.¶Sed quid si tali appellationi sine scriptis interposita iudex a quo fuit appellatum non datis apostolis, ab eo petitis processit ulterius in causa an ualeat processus?uidetur quod sic.ex quo appellatio non tenuit immo fuit ipso iure nulla.& sic non uidentur dandi apostoli. nec talis appellatio uidetur præstare impedimentum processui ex quo de iure non sortitur effectum.ut in regula iuris.non præstat impedimentum.Nec obstat notata in.c. ut super.cum ibi notatis.per glo.in fine. & Archid. quia ego intelligo illam glosam.& ibi no.ubi appellatio non ẽ ipso iure nulla.quia non peccabat in forma sed erat formalis alias tamen friuola peccans in materia propter falsitatem uel iniusticiam causæ.quia talis appellatio cum sit contra ius patris uel iudicis bene tenet in se & suspendit iurisdictionem donec dentur apostoli secus crederem si esset ipso iure nulla.& hoc uidetur ibi innuere textus circa principium.cum dicit. Iuxta constitutionis tenorem. etiam ubi loquitur de constitu.eodem titulo. capi. cordi. ubi cum textus iubet peti apostolos per appellantem loquitur de appellante formaliter & iu scriptis uel innuẽs quod ubi appellasset in scriptis cum appellatio esset nulla esset etiam frustratorium petere apostolos cum etiã dati nullatenus prodessent appellanti.ergo & cætera. argumen.quia frustra expectatur quod expectatum non prodesset aliquando. Ad præmissa bene facit.l.si quis legatarii.in principio.ff.de falsis.Ex hoc etiam posset idem dici de appellatione interposita a prouisione uoce uiua quod non repellat ab obiectibus &c.

Summarium.

1 Appellationis interpositæ ad metropolitanum si causa partibus præsentibus in curia committatur per appellatũ tacito de metropolitano.commissio est surreptitia.

Eptihome.

2 Præsentia partium an faciat causam esse in curia?
3 Roma communis patria est.
4 Appellans inuito appellato non potest procedere in negocio principali ommisso articulo appellationis.cum sua interest redire ad iudicem ad quem in euentum quo appellatio mala pronuncietur.

Fel.in.c.super literis col. vii. uer. vi. regula de rescri.

Decisio. XIX.

AB officiali auinionen.appellatum est a grauamine ad archiepiscopum arelaten.solum & nõ ad papam ante autem quam appellans suam appellationem introduceret coram eo appellatus causam appellationis & negocii principalis obtinuit committi in curia romana cuidam auditori non facta mentione qđ partes in curia essent præsentes & cum reuera partes essent ĩ curia fecit citari appellantem ad dicendum contra commissionem & uult quod causa tractetur in curia etiam dimisso appellationis articulo.appellans uero excipit quod causa non debet esse in curia.quia non erat appellatum ad papam sed ad solum metropolitanum.nec præsentia
2 partium facit causam esse in curia ex quo prius coram ordinario pendebat.& quod si hoc fuisset expressum papæ scilicet quod causa penderet corã ordinario & quod ad solum metropolitanum fuisset appellatum causam in curia non commisisset.& pro hac parte etiam quod ista cõmissio esset surrepticia.multi & maior pars fuerunt. Tamen ego & quidam de dominis tenebamus contra. & credo quod melius.quia præsentia partium semper facit cau
3 sam esse in curia coram alio non pendente.quia roma cõmunis patria est.l.roma.ad municipales.hic autem causa non potest dici pendere coram aliquo ordinario ẽ in præiudicium appellantis.quia non coram primo officiali a quo appellauit.quia appellando quantum in se erat discesserat ab eo.& non potest conqueri si non redeat coram eo ex quo ab eo appellauerat & ei renunciandum putauit argumen.l.generaliter § primo.C.de iureiuran. Nec etiam pendebat coram secundo scilicet coram metropolitano,ad quem appellauit. quia supponitur quod nondum introduxerat coram eo.igitur ex quo papa præuenit & commisit ad instantiam appellati causam negocii principalis causa erat in curia ex quo ueritas subsistebat scilicet quod partes in curia erant præsentes. & credo quod bene supposito stilo palacii quia forte in uiam iuris posset & sine noua commissione procedere in negocio principali ex quo fuit appellatum.secus autem crede
4 retur si appellas retento themate causam obtinuisset committi in curia.quia tunc appellato declinante,iurisdictione eius interest redire ad iudicẽ primũ a quo ad quem redire debebat in euentum quo appellatio mala pronunciaretur & quo inuito non potest procedi in principali negocio appellationis obmisso articulo. & cuius i respec

tu causa potest dici pendere coram primo? uel saltē pendet sub dubio. quia pendet ex euentu appellationis. ut p̄dictum est. cuius quidem appellationis in curia romana merita non possunt manere ex quo ad papam non extiterat appellatum non potest dici quod causa debeat remanere in curia propter præsentiam partium.

Summarium.

1 Appellanti sufficit iter arripere infra terminum datum ad prosequendum secus si assignatus fuit terminus etiam ad se præsentandum apostolico conspectui.

Decisio. XX.

SI certus terminus præfigatur per iudicem extra curiam ad prosequendum appellationem sufficit appellanti infra tempus iter arripere. ut notat Speculator. titu. de appellatio. §. nunc breuiter. uersicu. Item quid scilicet pars. Et allegat de re iudi. c. cum causam. de electio. statuimus. Ratio. quia cum terminus assignatur ad prosequendum dumtaxat sufficit inchoare, uel incipere ultima die, secus si assignaretur terminus nedum ad prosequendum sed etiam ad præsentandum se apostolico conspectui, tunc enim non sufficit itineris arreptio nisi sequatur talis præsentatio. si potuit habere præsentiam domini pape alioquin fiat protestatio in ualuis palacii. ut est moris. Et quando debeat se præsentare apostolico conspectui uide Ioan. andr. in capi. quāuis. super uerbo sedi apostolice. libro sexto. hæc procedunt quando appellatur. Et terminus per hominem extra curiam ad prosequendum assignatur. secus si in curia quia ibi requiritur maior diligentia in prosequendo ut nedum uadat, uel iter arripiat uersus cancellariam sed etiam ad ipsum cancellarium uel eius locum tenentem accedat si poterit alioquin de hoc protestetur & præsentet commissionem signandam & recipiat super hoc publicum instrumentū quæ si infra terminum præfixum signata uel præsentata non fuerit sibi non nocebit. quia quod per me non stat. &c. de eo qui mittitur in posses. cap. secundo de regu. iuris quod per me. lib. sexto. pro prima conclusione facit optime. c. meminimus. de appel. quod cap. allegat Archid. in simili materia de diligentia facienda. ne sede uacante. c. i. super uerbo mora. lib. sexto. quæ sequuntur inuenies supra eo. deci. 17.

Summarium.

1 Appellatio a subdelegato dato cū cla. donec ad se &c. approbata ab appellato & ab ipso subdelegato deuoluit causam ad curiam.

Epithome.

2 Delegatus qui uices suas alicui subdelegauit cur clau. donec ad se duceret reuocandas. nō poterit in causa procedere. ubi appellationi interpositæ ab aliquo grauamine subdelegatus suus detulisset.

3 Appellandum est ad delegatum a subdelegato suo. ubi subdelegatio cum clau. donec &c. facta fuerit.

4 Metropolitanum omisso suffraganeo ordinario partes adire non possunt.

5 Appellatur ad papam omisso medio.

6 Appellationem ubi semel appellatus approbauerit non poterit illam amplius reprobare.

Decisio. XXI.

A Subexecutore uel sub delegato deputato per executorē uel iudicem delegatū a papa qui cōmiserat uices suas donec ad se duceret reuocandas appellatum est ad papam licet friuole. & pars appellata approbauit appellationem ad finem deuoluēdi causam ad romanam curiam ac terminum ad prosequendū præfixit. & etiā ipse subexecutor uel subdelegatus a quo
1 appellabatur detulit appellationi. tandem ad instantiam appellati ipsemet executor uel delegatus principalis ad se reuocans causam & uices ulterius processit in eā forsitan ulteriores p̄cessus uel aggrauationes p̄cessuum faciēdo, uel in eā procedendo. Quæritur an talis p̄cessus ualeat? Et uidetur quod sic. quia subdelegatus suus deferendo appellationi saltem friuole & pars appellata eam approbādo non potuerunt ab eo ignorāte uel inuito abdicare, uel auferre iurisdictionē. nec cām ad curiā deuoluere. quia quod nostrū est. &c. ut in reg. iu. Constat aūt q̄ iurisdictio adhuc est sua p̄pter clausulā donec ad se &c. appositā in subdelegatiōe. ut in. c. si delegatus. §. i. de of. del. li. vi. & propter hoc ad eū fuit appellandū non ad papā.
3 ut eo. ti. §. fi. iuncto extra eodē ti. super quæstionū. §. porro igitur &c. Et ad hanc partē quidā ex p̄missis tenere nitebant̄ tamen contra credo. & maior pars etiā credebat q̄ immo p̄ approbationē partis & delationē subdelegati abdicaret̄ iurisdictio a delegante & tota transfunderet̄ ad papā. quia subdelegatus detulit antequā delegatus reuocasset ad se uices. ergo qcquid fecit ualuit ex quo oīmoda iurisdictio erat penes eū donec. &c. ¶ Itē quia partes de consensu suo & inuito delegato poterant adire curiam romanā & ibi litigare cū sit cōmunis patria. l. rom. ad mu
4 nicip. licet. n. obmisso suffraganeo ordinario partes non possunt adire metropolitanū nec corā eo uoluntarie litigare cū nec eius iurisdictionē possent prorogare. ut. c. romana. de foro cōp. li. vi tamen papam adire possunt etiā inuito quocunque ordinario uel inferiore papæ. & pro tāto ab ordinario appellari potest ad papā? obmisso medio.
5 ut. c. dilecti filii prior. de appel. Nec ob. quod app. fuit friuola. quia licet uirtute appel. causa non deuoluatur, tamen uirtute delationis & remissionis bene deuoluit. arg. nota. per Archi. in. c. cum appel. friuolis. de app. li. vi. & presertim p̄pter consensum partis appellate. ar. c. cordi. eo. tit. Nec obstat etiam quod dicitur quod ad delegatū fuit appellandū. & sic uidet̄ appellatio fuisse nulla quæ fuit interposita ad papā. quia immo tenuit. iuxta ea quæ notant̄ per Archi. in. d. c. si delegatus. in fi. Et per Innoc. in. c. cum Bertholdus. de re iudi. in gl. ordi. Et licet parte appellata excipiente & petente eam esse alias remittendam ad delegatum. ut dicto loco habetur. tamen in no
6 stra quæstione non potest reprobare appellationem semel probatam argumen. l. pomponius. ff. de negoc. gest. ad hoc. C. de pact. si quis in conscribēdo. Nec obstat. l. si cō uenerit. ff. de iurisdictio. omn. iudic. quia ibi consenserat in eum qui alias non habebat iurisdictionem in eum. & ideo re integra potest discedere. hic uero in papam qui alias habet in eum sicut & in omnes iurisdictionem. igitur &c. sic concordat glo. ibi illam. cum. d. l. si quis in conscribendo. Et ita non obstat.

Summarium.

1 Iudex a quo licet requisitus si nullos dedit apostolos, an possit sine noua commissione in causa sibi remissa per iudicem ad quem qui pronunciauit pro appellato procedere?

Epithome.

2 Sententia super desertione appellationis. dicitur interlocutoria. & ideo appellans docto. de diligentia poterit reponi.

Decisio. XXII.

A Grauamine appellatur ab aliquo auditore & petuntur apostoli. ipse nullos apostolos dat licet debite requisitus appellans prosequitur appellationem & finaliter succumbit quia auditor alius impetratus super articulo grauaminis pronunciat bene processum, per primum auditorem, & male appellatum ab eo, & causam sibi remittit quæritur utrum primus possit in causa procedere sine noua commissione?

Quidam

Quidam dicebant quod nonquia ex quo non dederat apostolos tota iurisdictio ab eo erat ipso iure reuocata intantum quod processus totus quem post appellationem & ante inhibitionem faceret esset nullus.ut.c.ut super.&.c.ab eo.§.illud de appella.lib.vi.& in clem.quamuis.§.fi.eo.titu. Alij uero dicebant contrarium uidelicet quod non respondendo appellationi.uel non dando apostolos non plus abdicatur ab eo iurisdictio quam si expresse detulisset.quia non plus potest tacitum quam expressum. Cōstat autem quod si expresse appellationi detulisset & ea postea pronunciata mala uel friuola causam sibi remitteret ipse uirtute primæ commisionis absque noua commisione posset cognoscere.ut notatur iu.c.cum appellationibus friuolis.ergo & nunc. Nec obstant iura in contrarium allegata quia bene fateor quod interim donec sit cognitum de appellatione & causa sit remissa bene est aduocata seu potius suspensa eius iurisdictio. sed postea si est pronunciata mala eam resumit. nec iura allegata dicunt contrarium
2 & cætera. ¶ Si auditor pronunciat super desertione appellationis tantum si appelletur & iterum doceatur de diligentia appellantis potest reponere.nam quo ad hoc censetur interlocutoria & remansit iudex reuera quam potest semper reuocare.de appel.cum cessante.&.c.si a iudice.lib.vi.

Summarium.

1 Appellans uiua uoce non faciens diligentiam infra terminum præfixum non admittitur ad prosequendam secundam appellationem postea inscriptis infra idem decendium interpositam.

Epithome.

2 Stipulatio bis super eodem concepta licet non obliget promissorem amplius quam semel, attamen si prima pacto uel præscriptione sit sublata agi poterit ex secunda.
3 Appellatio est quædam species defensionis.
4 Defensionis pluribus quilibet uti potest.
5 Iudex deferendo appellationi dicitur pœnitus functus esse officio suo.
6 Iudex potest secundæ appellationi interpositæ infra decendium respondere ac apostolos dare licet primæ appellationi detulerit.
7 Appellans renunciando appellationi tacite uidetur approbare grauamen a quo appellauerat.
8 Appellans die late sententiæ cui iudex præfixit terminum ad dandum apostolos ad tertiam diem an elapso dicto triduo aliter non petitis apostolis posit appellare?
9 Appellans si in termino ad recipiendum apostolos assignato non comparuit censetur sententiam approbasse.

Decisio. XXIII.

Fely.in.c.pastoralis col.i.uers. amplia etiā de appella.

Appellatum est a diffinitiua uiua uoce & illico iudex a quo detulit appellationi & præfixit appellanti terminum decem dierum ad prosequēdam appellationem.tandem idem qui prius appellauerat uiua uoce infra decendium iterum appellauit ab eadem sententia in scriptis & petijt apostolos iudex autem secundæ appellationis non respondit nec apostolos dedit. uel si dedit non tamen terminum præfixit ad prosequendam appellationem appellans iste non fuit prosecutus appellationem infra decem dies prius ad prosequendum appellationem primam sibi præfixos.nec diligentiam fecit uult tamen prosequi secundam appellationem quam infra decendiū interposuit in scriptis quæritur an posit? Mihi & quibusdam alijs uidebatur quod sic.quia infra decendiū pluries potuit appellare.& unaqueque appellatio tenuit. iuxta notata per Inno.de appellat.dilecto.in fi. Et ideo licet prima sit deserta per non prosecutionem infra tempus præfixum:secunda tamen nō cui non fuit præfixum tempus ad prosequendum.pro hoc optime facit.ff.de uerbo.
2 oblig.qui bis.cum ibi notatis. ubi bis idem stipulando licet promissor in effectu amplius quam semel nō teneatur quia semel promissum soluendo liberatur.ex utraque tamē oritur obligatio. & potest esse effectus si forsan prima stipulatio.sit sublata præscriptione uel pacto agi poterit ex secunda.ut ibi notatur.igitur & hic.idem dicā ut utraque appellatio teneat.altera tamen præscriptione sublata uel desertione posit altera remanere licet per uiam prosecutionis non posim in effectu nisi ex altera consequi reuocationem sententiæ quæ appellatio sublata remanet. Itē appellatio est quædam species defensionis & quilibet plu
3 ribus defensionibus uti pōt. Quidā uero & maior pars te
4 nebant contra. Primo.quia iudex non debuit artari p multiplicationem mearum appellationum ad mihi pluries respondendum.sed hoc non obstat. quia licet a respōdendo excusaretur iudex, si secundæ appellationi noluit respondere non tamen propter hoc mea secunda appellatio redditur inutilis. ¶ Item etiā alia ratione. quia ex quo prime appellationi detulit functus fuit iudex pœnitus of
5 ficio suo & in totum desijt esse iudex.iuxta.c. cum appellationibus friuolis. Et sic etiam si uellet secundæ appellationi respondere non posset præfigere terminum appellāti.nec ulterius dare apostolos ex quo semel detulit & dedit apostolos deferendo & sic posset appellās eludere primam præfixionem termini factam per iudicem quando respondebat primæ appellationi quæ erat talis & rite ut supponitur interposita.quod uidetur incōueniens. sed salua eorum gratia dico quod istud non est uerum.immo credo quod iudex secundæ appellationi posit respondere & su
6 per ea dare apostolos reuerentiales: & præfigere terminū eidem ad prosequendū licet esset functus officio suo quo ad cognitionem causæ ulteriorem sed non tamen quo ad respondēdum & terminum præfigēdum sicut patet.quia etiam per sententiam diffinitiuam iudex functus est officio suo & tamen nihilominus postea potest præfigere terminum.ut.c.cum sit romana.immo et sicut detulit primæ appellationi potuit præfigere terminum non obstante quod deferendo causam remiserit sic etiā & secundæ.quia hæc potestas præfigendi terminum potius sibi conseruatur a iure ad restringendum & refrenandum malicias & dilationes appellantium. Item etiam hoc dicebant per notata per Innoc.in.c.sollicitudinem.in fi.de appella.ubi renunciando quis appellationi etiam tacite.puta eam dese
7 rendo uidetur approbare grauamen a quo appellauerat. nec potest ulterius appellare.sed illud non obstat quia.illud uerum quando renunciat appellationi unice quam solum interposuerat.tunc enim licet renunciet primæ appellationi tacite eam deserendo non ob hoc renunciat secundæ quæ sola sufficiebat sibi contra grauamen.nec tūc uidetur renunciādo primæ approbare grauamen quia poterat in uim secundæ & de illa confidere ex quo illa sola sufficiebat. Item etiā ad hoc allegatur decisio unius quæstionis mote ut dicebatur per dominū Io. Calda.circa.c.
8 quamuis.de appella.in cle.de appellante die litæ sententiæ cui iudex præfixit terminum ad dādum apostolos ad tertiam diem proxime sequentem quo non ueniente: nec petente apostolos illa d e præfixa an postea a sententia infra decendium adhuc existens posset appellare? tenet quod non. quia nō petendo apostolos in termino assignato uidetur renunciasse appellationi.ut dicto.c.quamuis. §.i.& sic approbasse sententiam & sic sententia transit in rem iudicatam. Sed dato quod hoc uerum sit solue ut supra proxime solui ad notata per Inno.in.c.sollicitudinē.fortior ratio est.quia non prosequendo in primo termino assignato in prima appellatione cadit a causa huiusmodi appellans.ut in.c.cum sit.& sic quæsitum est eo ipso ius appellato quod per secundam appellationem non poterit auferri ab eo.ut in.c.ab eo.de elec.lib.vi.

DE CLERICIS NON RESID.

Summarium.

1 Canonicus regularis commorans cum aliquo cardinali an posit.petere grossos fructus de consuetudine uel statuto ecclesiæ debitos cuilibet canonico etiam in monasterio non residenti?

Epithome.

2 Canonicus regularis habens beneficium administratione dicitur habere proprium.

Decisio. I.

VTRVM si canonicus regularis habens locum canonicalẽ & etiã beneficiũ cũ administratione cõmoretur cũ cardinali i. curia roma. possit petere uirtute priuilegiorũ dñorum cardinalium grossos fructus qui ultra distributiões quottidianas de consuetudine uel statuto ecclesiæ dantur cuilibet canonico licet non
resideat in monasterio? Quidam tenebant ꝙ sic. quia ad-
2 ministrationẽ habet cui põt acquirere illos fructus & cu-
ius respectu potest habere proprium. & quia priuilegium alias eius respectu nihil operaretur ꝙ habet ꝙ beneficiati possunt fructus præbendarũ uel beneficiorũ suorũ in absentia percipere. Alij autem dicebant cõtra quia regulares non proprie habere possunt præbendas nec portiones distinctas. ar. notatorũ p Innoc. de præben. dilectus. circa finẽ. & extra de uoto. c. fi. in princ. Et quia priuilegium in regularibus sic duplicem specialitatẽ operaretur scilicet de residendo cum cardinali & de fructibus in absentia p cipiendis & hoc esset absurdum ar. l. i. C. de profes. & non obstat ꝙ potest habere proprium. quia uerum est ratione administrationis & inquantum eã habet non inquantum canonicus monasterij tales petit fructus licet primam partem maior pars tenuerit attenta consuetudine ecclesiæ quæ habebat distinctionem præbendarum seu portionũ grossorum fructuum quas uel quos etiam percipere solebant in absentia.

Summarium.

1 Dispensationis tempus factæ per episcopum ad septennium causa studij habenti parrochialem. an computetur in tempore prorogato prius per papã de nõ promouendo.

Decisio. II.

PApa contulit ecclesiam parrochialem habenti solum uiginti annos & secum dispensauit super etate & ꝙ non teneretur promoueri donec esset uigintiquinque annorum. tandem factus maior postꝙ attigit uigesimum quintum annum. & sic incepit metã ad suscipiendum ordines sacros obtinuit dispensationem causa studij ab episcopo suo ad septennium. iuxta. c. cum ex eo quæritur an in illo septennio computetur tempus præcedens uigesimumquintum annum? Videtur ꝙ non. quia illud tempus computatur a tempote dispensationis factæ per ordinarium non a tẽpore sibi cõmissi regiminis ecclesiæ. iuxta no. in d. c. cũ ex eo. super uerbo septenniũ. &c.

DE PRÆBENDIS.

Summarium.

1 Reseruatio non expirat per commendam factam per papam.

Epithome.

2 Comenda non dat ius.
3 Comendatarius non facit fructus suos nec est prælatus in beneficio sed simplex procurator habens causam legitimæ administrationis & habet ius temporale.
4 Reseruatio an expiret per comendam factam ad incertum tempus?
5 Beneficium comendatum non censetur uacare.
6 Reseruationes sunt odiosæ & restringibiles.

Decisio. I.

Cassa. deci. 5. pagi. 4. uer. sed contra decisionẽ de priu. pe-

VTRVM per commendam factam per pa-
pam de beneficio reseruato expiret reseruatio
sicut per prouisionem? Et uidetur ꝙ non. quia
2 commenda non dat ius in beneficio. nec cõ-
3 mendatarius facit fructus suos. nec est prælatus in benefi
cio sed simplex procurator habens causam legitimam ad
ministrationis. nec habet ius perpetuum sed temporale. p
& contra faciunt quæ no. in. c. nemo. cum ibi notatis. de
elect. lib. vi. & hæc pars obtinuit de consilio maioris par-
tis. ¶ Sed quid si commenda fiat ad incertum tempus. pu
ta donec assecutus fuerit possessionem episcopatus: cui de
ipso fiebat prouisio uidetur ꝙ per talem commendam ex
piret reseruatio quasi uideatur dispositio perpetua propter
dubium euentum conditionis quæ potest non existere igi
5 tur &c. arg. l. sufficit. ff. de condi. indebi. Item postquã est
commenda non censetur uacare beneficium. ut no. in di-
cto. c. nemo. & quia commendare est unus modus dispo-
nendi de beneficio ergo ex quo papæ placuit per istum
modum disponere uideatur alio modo disponendi renun
ciasse præsertim. quia reseruationes sunt odiosæ & restrin
gendæ. & ut fiat reductio ad ius ordinarium & cõmune.

ru. in. c. nemo deinceps col. 2. circa finẽ. de electioni. vi.

Summarium.

1 Impetranti sufficit exprimere præbendam tãtum secus si canonicatum solum expresserit.

Decisio. II.

VTrum si canonicus præbendatus impetrans gratiam de aliquo beneficio facta mentione de præbenda quam obtinebat non tamen facta mentione de canonicatu censeatur surrepticia gratia? tenuerunt ꝙ non. sed ꝙ econtra si fecit mentionem de canonicatu sed non de præbenda.

AEneas de falco. in tracta. re ser. in. 4. q. i. in 26. effectu.

Decisio. III. uide similem eo. ti. deci. 9. in antiq.

Summarium.

1 Collatio facta per intrusum in dignitates reseruata an teneat?

Decisio. IIII.

VTrum intrusus in decanatu reseruato: si conferat beneficia pertinentia ad collationem decani qui est ibi pro tempore ualeat collatio quandiu est in possessione & est habitus & reputatus p decano: cũ forsitan ibi reseruatio decanatus esset ignota? Videtur ꝙ sic. per notata per Innoc. in. c. nihil de electio. sed etiam ibi facit contra. in fine primæ colu. tamen domini tenent contra. propter reseruationem quæ afficit omnia & ligat ignorantes propter decretum. & quia talis intrusus nõ habet possessionem decanatus reseruati saltem talem quæ habeat iuris adminicula. & sic per consequens non debet facere aliquos fructus suos etiam ratione possessionis suæ ar. no. in. c. ut nostrum de ap. credo contrarium si erat bonefidei detentor.

Decisio. V. similis deci. nu. 9. supra de rescrip. in antiq.

Summarium.

1 Gratia quamuis reperiatur fructuum excedere quantitatem in ea expressam per uerbum ut asseritur non censetur surrepticia.

Epithome.

2 Verba ut asseritur sunt impersonalia.
3 Gratia ita redditur surrepticia per surreptionem alterius in tacendo ueritatem sicut. si ipse idem per quo beneficiũ impetratur ueritatem taceret.
4 Impetrans an teneatur probare quod beneficium sit infra summam uel saltem probare assertionem communem?
5 Beneficium an præsumatur esse infra summam expressam?
6 Summa expressa dicitur esse pars gratiæ.

7 Soluendo aliquem non esse asserenti incumbit probatio.
8 Maiorem uel minorem aliquem esse asserenti incumbit onus probandi.
9 Idoneum quem nō esse dicenti probare incumbit.
10 Gratiæ in forma pauperum dicitur generalis de omni beneficio competenti & ideo summa in ea expressa non dicitur pars ipsius.
11 Impetrans omne beneficium quod acceptat reputatur competens. & ideo asserenti contra reum incumbit onus probandi.

Decisio. VI.

Papa confert ticio ecclesiam uel beneficium: cuius fructus redditus & prouentus summam .xx. marcarum ut asseritur non excedunt quæritur nunquid si excedunt debeatur impetranti uel an sit gratia surreptitia? Quidam dicunt ꝙ sibi debeatur. ex quo cōstat de corpore ecclesiæ. nec est gratia surreptitia. quia
2 illa uerba ut asseritur cum sint impersonalia non debent intelligi de impetrante quod ipse asseruit. argu. C. de consti. pe. l. si quando. nam tunc debuisset dici ut asseris. & iō cum non appareat fuisse assertum per eum neque suggestum illud falsum. talis falsa demonstratio nō uitiabit gratiam. nec habebit necesse impetrans probare beneficium esse infra illam summam. Alij uero dicunt cōtra. ꝙ immo si excedat sibi non debeatur. & gratia debeat surreptitia reputari. nam uerisimile est quod ipse hoc papæ asseruerit. Non est enim uerisimile papam hoc posuisse in gratia seu literis nisi impetrans in supplicatione hoc posuisset.
3 Item surreptio alterius in tacendo ueritatem ita redit gratiam surreptitiam sicut si ipse idem pro quo beneficium impetratur ueritatem taceret. ut probatur in. c. si motu proprio. in uers. secus. & in. c. sequenti. §. i. de præbend. lib. vi. quanto magis debet nocere factum alterius exprimendo
4 falsitatem. Dicunt etiam quod impetrans teneatur probare quod sit infra summam cum hæc quantitas sit pars gratiæ suæ. crederem tamen quod hoc casu sufficeret proba
5 re assertionem communem. Sed nunquid præsumetur esse infra illam summam nisi probetur excessus uidetur quod sic. arg. ff. de proba. l. cum de lege falcidia. cum ibi notatis. dicunt hoc casu contra. quia ex quo ipse asseruit esse in
6 fra summam. & hoc est pars gratiæ suæ ideo suam assertionem debet probare. arg. ff. de probat. l. ei qui dicit. cum ibi notatis. Et uide pro hoc quod no. Io. an. in. c. exceptio
7 nem. de litis contesta. li. vi. in nouella. Sic in simili incumbit probatio asserenti aliquem esse uel non esse soluendo. iuxta notata. ff. qui satisda. cog. l. si uero. §. qui pro rei qua
8 litate. & etiam asserenti quem esse uel non esse maiorē uel non idoneum. argu. notatorum. ff. de minoribus. l. de ætate. & notatur. C. de in integrum restitutio. l. si minorum. Et per Archid. de rescript. si eo tempore. super uerbo non idoneus. Et facit quod notat Io. an. in. q. super regula infamibus. de reg. iu. li vi. & hoc credo uerū in terminis prædictis. & in gratijs factis sub ista forma speciali. quia tunc summa est pars gratiæ. ergo. &c. ar. ff. de eden. l. i. §. editione. secus forte in forma pauperum. quia ibi summa nō est proprie pars gratiæ cum ibi gratia sit generalis de omni be
9 neficio competenti. sed postea ponitur in fine gratiæ exceptio ibi. cum dicitur. Nostræ antem intentionis existit ꝙ si bi prouideatur de beneficio cuius fructus &c. talem summam non excedunt. & ideo cum omne beneficium contineatur sub regula debet qualecunq; beneficium quod impetrans acceptat reputari competens & præsumi nisi ad
11 uersarius qui se prouisioni eiusdem pauperis opponit probet illud non cadere sub expectatione & excedere summam & sic ei incumbit probatio non pauperi qui habet regulam pro se. ar. ad hoc. ff. de proba. ab ea parte.

Fel. in. c. ad aures col. 3. uersi. iij. q. de rescri.

Staphi. in trac. de li. gr. & iust. fol. 3. uersi. eodem modo.

Summarium.

1 Clem. cum ei quem in fine an habeat locum in patrono uel ordinario collatore?

Epithome.

2 Patrono ad præsentandum quando incipiat currere tempus.
3 Collatori ad conferendam quando incipiat currere tempus?
4 Impetranti currit tempus ad acceptandum a die notæ uacationis.
5 Episcopo qui habet suam diocesim uisitare currit tēpus a die quo scire potuit uel debuit.
6 Patrono uel collatori ubi quis renunciauit beneficio in manibus non habentis potestatem quando incipiat currere tempus præsentandi uel conferendi respectiue?

Decisio. VII.

Vtrum uacante beneficio incipiat currere tempus patrono ad præsentandum uel collatori ad con
2 ferendum a tempore notæ uacationis in ecclesia
3 sicut impetranti currit ad acceptandum. ut in cle. ei quē
4 in fi. de conces. præben. uel a tempore scientiæ patroni uel collatoris quod uidetur per. c. quia diuersitatem. in fi. de conces. præben. & no. in. c. ij. de præbend. & in. c. licet. de sup. negli. præla. uel a tempore quo scire potuit. quod uidetur per. l. fi. circa principium. ff. quis ordo in bo. pos. ser ue. & no. in dicto. c. licet. Domini tenent quod a tempore quo scire potuit & debuit propter uerbum neglexerit po
5 situm in. d. c. licet. & ideo episcopus qui scire debet cū habeat suam diocesim uisitare uel archiepiscopus suam prouinciam habet etiam uisitare a tempore quo scire potuerunt & debuerunt ignorauerunt ab illo tempore incipiat eis tempus currere ut no. Inno. in. c. ex parte asten. de cōces. præben. secus in tali ad quem non pertineret uisitare
6 qui alias non tenebatur de uacatione inquirere. & cle. ponit casum specialem de impetrantibus ut ibi no. Sed pone quidam renunciauit beneficio in manibus non habentis potestatem quæritur an incipiat statim currere tempus patrono uel collatori si hoc sciuerit uel scire potuerit seu debuerit etiam antequā illa renunciatio per illum ad quē pertinet fuerit admissa uel ratificata uel tunc demum cum is ad quem pertinet eam admiserit uel ratam habuerit potest dici quod si ad collatorē uel patronum admissio uel ratificatio renunciationis non pertinet tamen potest instare ad superiorem ad quem pertinet uel eam admittat uel ratificet uel renunciantē redire faciat. & ideo si hoc nō faciat sit in culpa. & sic si a tempore quo renunciat sciuit si bi currat tempus. ar. no. per Inno. in. c. admonet. de renun. & de conce. præb. quia.

Vide deci. 13. §. eo. in antiq.

Summarium.

1 Canonicatuum. & præbēdarum collatio in ecclesia collegiata de iure communi an ad præpositum uel decanum & capitulum uel potius ad episcopum pertineat?

Epithome.

2 Collatio canonicatuum pertinet ad prælatum ecclesiæ de consilio sui capituli.
3 Episcopus non est prælatus.
4 Prælati electio in collegiatis ecclesijs pertinet ad collegium.

Decisio. VIII.

Quæritur utrum ad præpositum uel decanum & capitulum in ecclesia collegiata de iure cōmuni pertineat collatio canonicatuum & præbendarum an ad episcopum? Videtur quod non pertineat ad episcopum sed ad prælatum illius collegiate ec
2 clesiæ se consilio sui capituli. quia ad prælatum pertinet collatio ad episcopus non est prælatus igitur &c. ut in. c.
3 a collatione. cum no. per Archid. de appel. per no. per Innoc. de excep uenerabilis. in fi. & ibi per Hostien. de iure. pa. postulasti. circa fi. primæ glo. ibi fatemur &c. a contrario sensu. pro hoc quia in collegiatis ecclesijs electio prælati pertinet ad collegium. ut no. in. c. i. de elec. ergo singulorum canonicorum seu canonicatuum & præbēdarum ad prælatum. probatur ista consequentia. per ea quæ no. Hosti. de elec. cum ecclesia uulterana. §. mandauimus. super uerbo postulauit. ibi si non habet patronum &c. credo quod prælatus & canonici inferioris ecclesiæ habeat eli

gere canonicos & conferre præbendas illius ecclesiæ & non episcopus.ar.ad hoc immo est tex.in.c.ex transmissa in fi.de renunc. & in.c.ex insinuatione.de simo.

Summarium.

1 Collatio facta ab ordinario de beneficio iam collato per papam qui decessit antequam eius collatio sortita fuit effectum an teneat.etiam si.d. papa ordinasset in euentum in quem dicta eius collatio non sortiretur effectum quod dictũ beneficium si cũ erat ante a remaneret reseruatum quæ ordinario a successorenon fuit recepta?

Epithome.

2 Reseruatio etiã personalis facit beneficium remanere in manibus papæ & successorum donec de illo disponatur.

Decisio. IX.

SVppposita quadam constitutione domini Clementis sexti quod si ipse contulisset aliquod beneficium reseruatum & collatio non sortiretur effectum uel ille cui contulisset antequam esset possesionem pacificam assecutus moreretur remaneret sub prima reseruatione. & supposito ꝙ dominus Innocẽ.sextus noluit uti in beneficijs collatis per eum met prædicta constitutione Clemen. immo uoluit ꝙ si ipse Innoc. conferret beneficium reseruatum dum tamen collatio alias teneret consumaretur reseruatio etiam si is cui conferret ante possesionem habitã moreretur.formatur talis quæstio.dominus Clemens contulit cuidam ticio unum beneficium a se personaliter reseruatum tandem mortuus est ipse dominus Clemẽs post ipsum Clementem moritur ticius ante tamen possesionẽ assecutam dominus Inno.successor suus illud cõtulit cuidam alteri etiam si esset reseruatum si non foret alteri ius quæsitum tamen post mortem Clementis & ante collationem domini Inno.ordinarius in partibus illud cõtulit cuidam alteri quæritur an ualuerit collatio ordinarij uel domini Inno. uidetur ꝙ non ualuerit collatio ordinarij. qa illud beneficium remansisset sub prima reseruatione domini Clementis propter præmissam suam constitutionem nam ex quo semel habuit papa illud beneficium in manibus suis & fuit affectum per reseruationem. dato etiam ꝙ
2 reseruatio fuerit personalis semper remanet in manibus papæ & successoris donec de illo fuerit dispositum.ar.eorum quæ dixi iuxta no.per Archi.in.c.si gratiosæ. de rescrip.non censetur autem dispositum fuisse ex quo dispositio nõ fuit sortita effectũ.ar.l.si pro patre.§.uersum.ff.de in.rem uerso.&.c.si electio.de elec.li.vi.Si enim dominus clemens in uita sua nõ disposuisset certum est per ea quæ scripsi iuxta c.si gratiosæ. quod beneficium remansisset reseruatum.non obstat ꝙ personalis fuisset reseruatio.ergo & nunc propter constitutionem suam per quam uoluit eo moriẽte ante adeptam possesionem remanere sub prima reseruatione.præsertim autem dicta constitutio debet habere locum hoc casu dato. qnod ille cui contulit Clemens post eius obitum decesserit & dato quod illa cõstitutione in beneficijs a se collatis & reseruatis. successor suus Innocentius non utatur.quia origo istius negocij tota fuit de tempore clementis.igitur inspecta origine huic constitutioni declaratorie mentis domini Clemẽtis erit locus faciunt iura quæ dicunt inspici originem.Tamen domini contra tenuerunt. quod immo non remaneret reseruatum.ex quo dominus Inno.noluit acceptare prædictã constitutionem Clementis nec ea uti.immo ex quo collatio domini Clementis fuit canonica. & ille cui facta fuit superuixit post eum.sicque per domini clementis obitum dicta constitutio fuit uiribus euacuata propter non admissionem illius a successore debuisset fuisse consumpta reseruatio per illam collationem solam. etiam non habita possesione ar.c.si tibi absenti.de præben.lib vi.& impeditur reincidere uel remanere in prima reseruatione uirtute reuocationis uel non admissionis successoris de dicta constitutione clementis uirtute cuius debebat fieri illa reincidentia uel remansio.etiam si cum retrotractione.quia sublata constitutione clementis. & sic fundamento retrotrahente submouetur uel impeditur retrotractio seu eius effectus.ar.l.qui balneum.§.fi.cum concor.

Summarium.

1 Impetrans ad collationem abbatis an possit obtinere etiam beneficium quod habet conferre cum consensu episcopi?

Decisio. X.

QVæritur an impetrãs ad collationem cuiusdam abbatis qui habet aliqua beneficia quæ solus potest conferre libere.& quædam quæ habet conferre cum consensu episcopi.possit obtinere uirtute gratiæ.etiam beneficium quod habet conferre etiam cum consensu episcopi.uidetur quod non. ex quo gratia potest sortiri effectum in alijs ut sic eam restringamus ne alteri possit esse præiudicialis quam abbati.quem papa solum aggrauare uoluit. Tamen tenuerunt omnes ꝙ immo habet beneficium etiam conferendum de consensu episcopi.quia etiam illius reuera collatio est abbatis.ne sede uaca.c.i.li.vi.pro quo quod no.Io.an.in nouella.de præben.cum in illis.super uerbo tantum.ibi. Item mutatis terminis.

Æneas de fal. In trac.reser. in 3.q.princ.in.3. pagina uers.& ultro iura.

Summarium.

1 Impetrans in forma pauperum non tenetur facere mentionem de pẽsione annua super certis bonis cuiusdam laici sibi assignata.

Decisio. XI.

VTrum intitulatus ad certam pensionem annuã ad uitam suã super certis bonis dñis cuiusdam laici.& ad illum titulum ad sacros ordines promotus.impetrans a papa beneficium uel gratiam ad beneficium in forma communi pauperum teneatur de illa pensione facere mentionem.per.c.postulasti.&.c.si proponẽte.de rescrip. Domini tenent quod non.quia talis pensio non est beneficium ecclesiasticum.nec titulus perpetuus spiritualis.qa eo moriente expirabit.& tunc solum tenetur facere mentionem cum obtinet beneficium ecclesiasticum & spirituale.præsertim tale quod post obitum eius esset alteri cõferendum.& sic intelligunt illa iura.& ita obtinuit pluries contra tamen istam opinionem uidetur esse Arch.in rosario.i.q.ij.c.postulasti.de rescrip.in nouella.super glo.inter & per ibi no.patet ꝙ opi.talis est uerior.

Fely.in.c.in nostra. col. 18.in 30. correlario de rescri.in an. de rescri.39.

Summarium.

1 Impetrans beneficium cum uacauerit per manus consecrationis petri uel aliter præterquam per mortem ipsius. si uacare reperiatur ex persona alterius an illud obtinere poterit?

Epithome.

2 Verba uel alias quo uis modo an debeãt restringi ad personam expressam?
3 Exceptio ut sit de regula limitare debet ipsam regulã.
4 Falsa demonstratio uacationis quando beneficium erat in manibus papæ & debebat per ipsum conferri non uiciat gratiam.
5 Falsa demonstratio quæ est circa uacationem impetrantis impedit gratiam.& ad uacationem dumtaxat narratã in gratia est restringenda.
6 Clau.uel alias quouis modo latissime est interpretanda in præiudicium concedentis.
7 Interpretatio fieri debet large in præiudicium concedẽtis etiam circa modum uacandi uel potestatem conferendi.

Decisio. XII.

PApa mandauit cõferri cuidam unum beneficium cũ uacaret per munus cõsecrationis petri uel alias præterquam per mortem ipsius petri. reuera autẽ cum

cum petrus nullum ius haberet in beneficio non potest ua
care per munus consecrationis petri.uel alias per factũ pe
tri.nec per modum aliquem contingerem in personam ip
sius petri.immo uacauerat dudum per mortem Iohannis
in cuius persona etiam fuerat eo uiuente reseruatũ.Q uæ
ritur nũquid ueniat sub gratia.prædicta uirtute illius clau
sule uel alias quouis modo uera uacatio cõtingens in per
sonam dicti Iohãnis.maior pars tenuit ꝙ non ueniat in uiã
iuris uacatio aliqua contingens extra personam dicti pe-
tri.quia papa intendebat solum concedere ius quod di-
ctus Petrus habebat in beneficio. Item quia persona ex-
trinseca in dictis uerbis uel alias quouis modo adiectis ad
personam petri non est subaudienda.arg.l.ita stipulatus.
2 §.grisogonus.de uerbo.obli.Item illa uerba uel alias quo
uis modo.debent restringi ad personam petri.l.contingen
tem in personam ipsius.quod denotat exceptio sequens
limitata ad eius personam.scilicet præterquam personam
ipsius.quæ quidem exceptio ut sit de regula limitat regu-
lam.& sibi dat restrictum intellectum.ut.l.nam quod li-
3 quide.§.finali.de penu.lega.ff.de legatis.iij.quæsitum in
fi.cum ibi notatis.Item quia papa intendit concedere seu
facere gratiam de beneficio uacaturo.cum dicit uacabit.
uel cum uacare contigerit. igitur non uidetur quod de-
beat uenire iam uacans.licet hæc ratio tolli posset per no.
in cle.ei quem.super uerbo noticia.de conces. præbend.
Quidam tamen tenebãt contra etiam in uiam iuris.quia
4 ex quo beneficium erat in manibus papæ: & debebat per
eum conferri falsa demonstratio uacationis non impedie-
bat gratiam.arg.l.falsa.ff.de condi.& demonst. Sed huic
rationi respondetur.quia falsa demonstratio impedit gra
5 tiam quæ est circa uacationem impetrãtis tanquam am-
bitiosa est restringenda ad uacationem dumtaxat narratã
in gratia.Item hoc tenebant alia ratione. quia illa uerba
uel alias quouis modo.referuntur secundum eos ad præ-
bendam seu beneficium de quo fit gratia non ad personã
petri.& sic includunt omnem modum per quem præben
da uel illud beneficium uacare poterat etiam contingen-
tem extra personam petri.Item quia dicta uerba.uel alias
quouis modo.latissime sunt interpretãda in præiudicium
6 concedentis qui non præsumitur fuisse auarus.arg.no.per
Innoc.de dona.pastoralis.circa princ.immo liberalissi-
mus.ar.in authen.de non alie.§.& si minus. & præsertim
ne beneficia diu uacent. & pro hac parte dicebant alias
fuisse obtentum in palacio.& præsertim propter quãdam
declarationem domini Clementis.qui declarauit quod si
reseruaret & conferri mandaret beneficium quod obtinet
titius cum uacabit per contractum matrimonij. uel alias
quouis modo quam per mortem ipsius.quod sic etiam re-
seruat si titius illud non obtinuerat de iure sed de facto. ẽt
si de iure non possit uacare per personam ipsius.sed uaca
7 uerat alias per personam alterius.Item ꝙ large fiat inter-
pretatio in præiudicium concedentis. etiam circa modũ
uacandi uel potestatem conferendi.facit cle.si de benefi-
cio.de præben.

Summarium.

1 Impetrans certum beneficium uacans tenetur facere
mentionem de qualitate eius.& quid si expresserit æqui-
pollentia ex quibus resultant aliquæ qualitates?

Epithome.

2 Archidiaconus de iure communi habet curam.
3 Ecclesia regularis & cathedralis ubi sunt multi & dos
fuit constituta per multis in dubio præsumitur quod sit
collegiata. licet secus sit in alijs ecclesijs secularibus in-
ferioribus.
4 Prior est caput collegij & de iure communi per collegiũ
uel conuentum.
5 Impetranti dignitatem ecclesiæ collegiatæ electiuam.
non sufficit mentionem facere de collegio.nisi faciat mẽ
tionem quod sit electiua.
6 Papa quæ in facto consistunt præsumitur ignorare.

Decisio. XIII.

VTrum cum quis impetrat certum beneficium ua
cans teneatur de eius qualitatibus facere mentio-
nem puta de cura ei imminenti uel quod sit ele-
ctiuum licet.multi tenuerunt in palacio quod non. quia
ex quo papa confert certum beneficium uacans uidetur
conferre illud qualecunq; sit.& meliori modo quo potest
tamen maior pars tenuit contra.nisi sit tale beneficium ꝙ
2 de sui natura & de iure communi haberet illas qualitates.
ut archidiaconatus qui de iure communi habet curam.ut
in.c.ad hæc.de offic.archid.& ꝙ sit necesse facere men-
tionem uidentur no.doc.in.cle.si dignitatem. de præben.
& de hoc no.Io.an.in nouel.in.c.ei cui.de præben.lib.vi.
circa prin.super uerbo mandatum.ibi tenet ꝙ etiam cum
papa prouidet est opus de talibus qualitatibus facere mẽ
tionem. Præmissa igitur opi.supposita suggestum est pa-
pæ ꝙ quidam prioratus monachorum in quo sunt septẽ
monachi cum priore simul uiuentes uacat.& papa illum
confert uel mandat conferri opponitur quod erat benefi-
cium electiuum & quod de electione non fecerat impe-
trans mentionem.Quæritur nunquid ex hoc gratia uicie
tur fuit dictum quod non. quia licet dictum non esset ꝙ
esset beneficium electiuum satis expressit equipollens. qa
eoipso quod expressit ꝙ erant ibi septem monachi cum
priore simul uiuentes eoipso est præsumptio ꝙ sint ibi col
legialiter seu conuentualiter indubio.quia sunt regulares
3 & simul uiuentes.& indubio omnis ecclesia regularis &
cathedralis ubi sunt multi.& dos fuit constituta pro mul
tis.indubio præsumitur ꝙ sit collegiata. ut notat Hosti.de
iurepa.c.nobis.licet secus sit in alijs ecclesijs secularibus
inferioribus.iuxta no.per Innocen.de iurepat.postulasti.
4 & per consequens si est ibi collegium. prior qui est caput
est eligendus de iure communi per collegium uel conuen
tum.ut.c.i.de elec.sed tempore meo rota tenuit contra.s.
ꝙ impetrans dignitatem ecclesiæ collegiate electiuam.li
5 cet faciat mentionem de collegio.sed non facit mentionẽ
quod sit electiua non sufficit per cle.i.de præben.& est ra
tio.quia ideo uoluit papa quod fieri deberet mentio quod
esset electiua.ut ueritas sibi esset nota de hijs quæ in facto
6 consistunt cum alias facta ignorare posset.ut in.c.i.de con
sti.li.vi.considerauit ergo ꝙ sibi notificaretur ueritas facti.
sed non sic est exprimendo ecclesiam collegiatam esse qa
potest in facto esse quod dignitas ecclesiæ colllegiate per-
tinet ad collationem alicuius.& non probat hoc esse quod
ab hoc contingit abesse.quando ergo dispositio iure com
muni unam necessitatem & ueritatem facti infallibiliter.
uerbi gratia impetratur dignitas exprimendo quod potest
excommunicare. & quod tenetur audire confessionem &
conferre ecclesiastica sacramẽta & huiusmodi.certe quia
in hijs ex dispositione iuris communis infertur de necessi
tate & infallibiliter ꝙ talis dignitas sit curata.tunc bene
sufficeret & ueniret dignitas sit curata.licet ista uerba ui
delicet ꝙ esset curata non expressisset. quia per prædicta
satis expressit de cura & infallibiliter.Sed exprimendo cõ
uentum uel collegium non est sic. quia cum hoc stare po
test in facto quod non pertinebat electio ad conuentum.
pro hoc facit.quia materia istarum impetrationũ est odio
sa & restringibilis.

Fel.in.c.ad aures col.i.uer.de qualitatibus de rescrip.

Fely.in.c.super literis co.v.uersi.ii.regu.de rescrip.

Cassa.de pbẽ.deci.xij.

Fely.in.c.accedẽtes col.i.uersi.dixit de præscrip.

Cassa.deci.xij.de præbẽ.Staphi.de lite.gr.& iu.fo.51.ue.sed circa exp̃ssionem.

Summarium.

1 Gratia nouiter facta secundo expectanti de beneficio re-
seruato in qua narratur quod si sibi non obstitisset reserua
tio habebat bonum ius est surreptitia.

Decisio. XIIII.

PRimo & secundo in data acceptantibus unum be
neficium reseruatum alias tamen cadens sub eorũ
gratia secundus in data obtinet gratiam per quam
papa narrans in literis ei alias si non obstetisset reseruatio
fuisse canonice prouisum.& nunc tanquam de reseruato
sibi prouidet uel mandat prouideri si non fuerit alteri ius
quæsitum.Quæritur an hæc gratia sit surreptitia. aliqui
dixerunt quod non.ex eo quia papa non considerauit il-
lam canonicam prouisionem. cum reseruatione obstan.

eam sciret non potuisse fore canonicam. tamē maior pars tenuit ꝙ immo quia papa, fuit motus uel est uerisimile ꝙ potius fuerit motus ex eo quia existimabat eum alias canonice prouisionem obtinuisse quod tamen non obtinuetat etiam si reseruatio non obstetisset propter primum cuius decretum ligauisset.

Summarium.

1 Impetrantes apostolici præferatur habētibus primarias præces ab imperatore.

Epithome.

2 Imperator dicitur auctoritate apostolica habere ius primariarum præcum.

Decisio. XV.

VTrum illi quos imperator nominat. seu super quibus dirigit primarias præces pro aliquibus ut recipiantur in canonicos. & eis prouideatur de præbenda proxime uacatura præferantur apostolicis postea impetrantibus in præbenda postea uacatura. & tenetur quod non propter clausulas non obstan. quæ apponuntur in literis apostolicis. ubi dicitur non obstan. si aliquis apostolica aut alia quauis auctoritate in canonicos forsitan sint recepti. uel ut recipiantur insistant. & præsertim
2 quia imperator ut dicitur habet ius illarū primariarū præcum auctoritate apostolica. ut no. spe. in ti. de præben. § restat. circa fi in uer. item no. ꝙ imperator in quarta parte. igitur sui censentur auctoritate apostolica recipi. & ideo sicut receptis etiam per prædecessores summos pontifices papa suos uult præferri.

Summarium.

1 Impetrantes apostolici præferantur nominatis per archiepiscopum in uim specialis priuilegij a pōtificibus defunctis sibi concessi.

Epithome.

2 Papa non potest successoribus suis manum seu potestatem claudere. & limitare.

Decisio. XVI.

AEneas de fal. in tract. reser. in 2. par. trac. in. i. præiudicio.

VTrum si sit cōcessum alicui archiepiscopo etiam in perpetuum ecclesiæ suæ pro quolibet anno. uel quilibet archiepiscopus qui pro tempore præficietur ibi semel in uita possit conferre tria uel quatuor beneficia in qualibet ecclesiarum suæ prouinciæ. non obstā. impetrationibus apostolicis. & ꝙ illi apostolicis præferantur. nominati per illum præferantur apostolicis. & fuit di-
2 ctum ꝙ non propter clausulas non obstan. & quia papa q hoc concesit non potuit successoribus manum seu potestatem claudere & limitare.

Decisio. XVII. similis deci. ij. de iure patron. in antiq. Æneas de falco. in tracta. reser. in. 3. q. prin. fol. 16. uer. beneficia.

Summarium.

1 Gratia ad dignitatem non extenditur ad dignitatem curatam.

Decisio. XVIII.

Fel. in. c. in nostra co. xii. uer. adde ēt istis de rescri. & Cassa. deci. xij. fol. 5. uer. nec obstat.

VTrum præpositura ecclesiæ collegiatæ montis ædiliæ quæ consueuit conferri actu canonico ecclesiæ traiecten. & non alij. & est dignitas maior & caput in ecclesia collegiata montis ædiliæ. licet in ecclesia cathedrali traiecten. nō est dignitas sed officium & habet uisitare & corrigere canonicos ecclesiæ montis ædiliæ solū per subtractionē fructuum seu præbendarū. & non alias ueniat sub gratia cuiusdam impetrantis canonici traiectē. qui impetrauit ad quodcūq; officium & personatū uacās & uacaturū in illa ecclesia traiectē. uel alia cōsuetū cōferri actu canonico traiectē. etiam si inibi dignitas reputetur. non tamen fuit facta mentio in gratia. etiam si eidem cura immineat animarum. prior pars. immo quasi oēs tenuerūt ꝙ non. quia ex quo est dignitas curata. quia habet corrigere & uisitare. saltem per subtractionem fructuum. bene facit ꝙ ex hoc censeatur habere curam. ꝙ no. G. de monte lau. de suppl. negli. præla. quia regulares. circa prin. super uerbo prælati. & ideo non uenit sub gratia. ar. de præben. cum in illis. §. i. & quia caput ecclesiæ. & sic non censetur sibi prouideri de dignitate in ecclesia. sed potius de ecclesia. iuxta no. per Archi. de conces. præben. detestanda. glo. no. uerbum.

Decisio. XIX. similis dec. nu. 4. supra de rescr. in antiq.

Summarium.

1 Beneficium semel affectum semper durat affectum. etiā si cesset causa propter quam fuit affectum.

Epithome.

2 Beneficia suorum familiarium conferendi ubi alicui potestas concessa est. nō poterit conferre beneficia illius qui desierat esse famulus suus ante mortem.
3 Monasterium exemptum ex eo quia erat monialium licet efficiatur monachorum uel canonicorum secularium uel regularium non desinit esse exemptum.
4 Beneficia ubi semel in manibus papæ fuerunt non ueniunt ad manus inferioris donec de ipsis papa disposuerit.

Decisio. XX.

PApa reseruauit omnia beneficia officialium & familiarium suorū. Q uidā fuit capellanus cōmensalis suus uel alias familiaris uel officialis suus. sed postea dimissa capellania uel officio uel familiaritate decessit postꝙ desijt esse officialis uel familiaris. Q uæritur nūquid beneficia quæ obtinebat cum erat familiaris uel officialis sint reseruata & uidetur ꝙ non. ex quo tempore mortis desijt esse officialis uel familiaris quia effectus illius reseruationis dirigebatur in tempus mortis talis officialitatis uel familiaritatis &c. ar. l. ꝙ sponse. cum concor. C. de dona. ante nup. pro hac parte facit. ff. de pig. cū tabernā. in prin. ibi respōdi fin ea ēt. &. ff. de lega. iij. l. itē legato. §. si uxori. &. ff. de uētre in pos. mit. l. i. §. remisisse. &. ff. de le-

Fel. in. c. in nostra col. 14. uer. si. uigesimū primum correlarium de rescri.

2 gatis. iij. l. legatis seruis. §. si ex officio. Itē propter hoc. qa si cōcedatur alicui potestas cōferēdi beneficia familiariū suorū. & unus de famulis suis desijt esse famulus & postea moritur non poterit conferre beneficia illius. ut no. Io. an. de uerbo. sign. c. fi. li. vi. in nouella. In oppositum facit ꝙ immo. quia attendi debet tempus reseruationis. arg. l. fi. ff. de au. & ar. lega. pro hoc bene facit. quia si sit monasteriū
3 exemptum ex eo quia erat monialiū. adhuc durat licet efficiatur monachorū uel canonicorū seculariū uel regularium. ut de capel. mona. dilectus. § ad hæc. iuncta subscriptione de qua in princ. pro hoc quia ex quo fuit semel familiaris beneficia quæ tunc obtinebat iā fuerunt reseruata & in manibus papæ. igitur ex quo semel fuerūt nō desināt nec ueniant ad manus inferioris donec disposuerit. ar. no. in. c. dilectus. de exces. præla. per Inno. pro hoc bene facit ꝙ no. Archi. de rescrip. statutum super uerbo cōmittatē pro hoc etiam uidetur tex. in ratione. ff. de rebus dubijs. l. si cognatis. & de noxali. l. ij.

Summarium.

1 Vicaria curam habens animarum ecclesiæ unitæ abbatissæ non est ad nutum amouibilis.

Epithome.

2 Archidiacono de consuetudine potest competere ius instituendi.
3 Abbatissa potest per quendam archidiaconū instituere uicariū tēporalem in ecclesia sibi pleno iure spectantem.

Abbatissæ

abbatisse & monialibus licet cura comitti nõ potest quo ad exercitium actuale tamen ius potest competere ipsis ut exercitiũ faciant pro uerũ capacem illius potestatis.

Decisio. XXI.

QVædã uicaria unius ecclesiæ unite abbatisse cuiusdam monasterii est abbatissa prætēdens ꝙ uicarius instituendus in illa ecclesia ad eius præsentationem per quendam archidiaconum ad quem pertinet institutio de consuetudine est reuocabilis ad nutum illius abbatisse & ideo dat articulos in ista materia contra quendam uicarium qui impetrauit uicariam seu contra quendam ibi ad eius præsentationem institutum. Quæritur an sit bona ista materia. dicebatur quod non per.c.dilectus.de capel.mona.li.vi.nec obstat quod ibi loquitur cum sit institutio per episcopum quia idem in alio ad quem pertineat auctorizabilis institutio quæ per consuetudinem potest archidiacono competere. ar.
2 no.per doc.in.c.cum satis.de offi.archi. Item etiam materia ista ex eo uidetur reproba.quia si talis uicarius esset reuocabilis ad nutum igitur cura non esset penes eum.qa tunc non esset intitulatus.ar.no.de offi. uicarii. ad hæc. de præ.extirpande.& sic oportet quod cura esset penes abbatissam uel conuentum.quod uidetur inconueniens. Sed quid si dicte abbatisse esset ecclesia illa subiecta ple
3 no iure & per quendam archidiaconum uult ibi institue re uicarium temporalem.nunquid poterit.facit quod sic quod.no.per Inno.de præben.in lateranen.& per glo.in. c.cum & plantare.§.in ecclesiis.de priuile.nam talia ut.
4 cure commissio licet non bene possunt cadere in mulieribus quo ad exercitiũ actuale.tamen ius potest compe tere monasterio ut exercitium faciat per uirum capacem illius potestatis.ut etiam dicitur in simili de exercitio iurisdictionis spiritualis in hiis quæ concernunt potestatem clauium cuius ius ad abbatem seu monasterium compe tere potest.& exercitium fiet per uirum omni potestate capacem supra.de maio.& obe.dilecta.cum nõ ibidem per Hosti.

Summarium.

1 Collatio de beneficio reseruato non expressa reseruatione cum clausula dummodo non sit alteri ius quesitum. ualet.

Epithome.

2 Clausula dummodo alteri ius non sit quesitum operatur ut licet non expresserit reseruationem impetrans obtinere nihilominus posit.
3 Interpretatio large in concedentis præiudicium fieri debet.

Decisio. XXII.

VTrum si papa conferat uel mandat conferri beneficium reseruatum non facta mentione in literis de reseruatione.sed posita illa clausula si nõ
2 fuerit alteri ius quesitum.ualeat collatio. Quidam quod non.tamen rota tenet ꝙ sic ut large fiat interpretatio in p̃
3 iudicium concedentis.& nec papæ auaritia seu cupiditas ualeat imputari si aliquid renuere uidetur.ar.C.de boni uacan.siquando.faciunt no.per Inno.de dona.pastoralis.& faciunt ad hoc rationes quas tetigi in dicta decretali licet.de præben.li vi.

Decisio. XXIII. Similis deci.nu.27.supra de præben. in antiq.

DE CONCESSIONE PRAEBEN.

Decisio. I. Similis deci.nu.21.de conces.præben in anti.

Sed pone retento themate similis habetur deci. nu. 14. de restitu.spolia in antiq.

Summarium.

1 Gratia de beneficio spectante ad præsentationem abbatis an extendatur ad beneficium spectans ad abbatis p̃sentationem fiendam de consensu alterius?

Decisio. II.

FActa est per dominum papam gratia alicui de beneficio spectante ad præsentationem talis abbatis. Quæritur nunquid ueniat beneficiũ spectans ad eius præsentationem de consensu alterius.& est dicendum quod sic.ar.ne sede uacan.c.unico.li.vi.uide quod scripsit Io.an.in.c.cum in illis.de præbendis.li.vi. in nouella.super uerbo tantum.uersi. Item mutatis terminis.& cætera.

Summarium.

1 Impetrantium quorum unus ad præsentationem abbatisse & alter ad præsentationem decani expectat uter p̃ferendus sit in beneficio uacanti ubi conuentum fuerit inter abbatissam.& decanum de præsentando alternis uicibus prouiso ut uacationes ad impletæ per apostolicos impetrantes non computarentur in prædictis uicissitudinibus suis.

Decisio. III.

SVpposita quadam compositione legitima per quam q̃dam abbatissa debet conferre uel p̃sentare quandam ecclesiam uel ad eam in primis duabus uacationibus & in tertiam quidam decanus. & postea ad subsequen. duas primas abbatissa.& ib sequenti tertia decanus & sic deinceps in perpetuum abbatissa quæ erit ibi pro tempore conferret bis & in duabus uacationibus seu præsentationibus solum decanus.postea in sequenti uacatione hoc acto ꝙ uacationes in quibus impetrantes apostolici obtinerent dictam ecclesiam auctoritate apostolicam eisdem abbatisse & decano in prædictis uicissitudinibus cõferendi nequaquam in numero computentur. immo dictis uicissitudinibus conferendi utantur cessantibus impetrantibus apostolicis perinde ac si mille alie uacationes contigissent contigit ꝙ post dictam compositionem in primis duabus uacationibus in q̃bus abbatissa debuit conferre uel præsentare impetrantes apostolici obtinuerunt dictam ecclesiam.& sic abbatissa non potuit conferre.nunc tertio uacan.dicta ecclesia ueniunt duo apostolici impetrantes quorum unus impetrauit ad collationem seu præsentationem abbatisse. alter uero impetrauit ad collationem seu præsentationem illius decani prædicti.et quilibet infra tempus debitum acceptat ecclesiam p̃dictam.& sibi facit prouideri. Quæritur quis eorum debet esse potior. Quidam tenebant quod ille qui impetrauit ad collationem decani.quia secundum ordinem uicissitudinis ista uice tertia debet spectare collatio seu p̃sentatio ad decanum & in p̃cedentibus duabus ad abbatissã si non superuenissent apostolici impetrantes. licet enim fuisset actum in compositione ꝙ apostolici impetrantes non deberent consumere uices.hoc fuit actum mere in fauorem dictorum abbatisse & decani cum cessarent impetrantes apostolici.non autem in fauorem impetrantium igitur uidetur ꝙ apostolici impetrantes debeant seruare ordinẽ uicissitudinis inter se.ut sic impetrantes ad collationem abbatis debeant solum in primis duabus uacationibus obtinere.quibus eis cessantibus abbatissa conferret uel p̃sentaret & tertia.s.in qua conferret uel p̃sentaret decanus debeant habere impetrantes ad collationem decani uel p̃sentationem.alias uideretur sequi inconueniens ꝙ posset esse ꝙ impetrantes ad collationẽ abbatisse semper obtinerent dictam ecclesiam.& impetrantes ad collationem decani nunq̃ possent iam obtinere.& sic suis gratiis frustrarentur.quod iniquum uidetur. Alii uero & maior pars tenuerunt ꝙ immo impetrantes ad collationem seu p̃sentationem abbatisse sint potiores.quia non est dubium ꝙ secundũ tenorẽ cõpositionis ista uice abbatisse esset collatio uel p̃sentatio si cessarent apostolici impetrãtes.ex quo secundũ compositionem duæ primæ uacationes non consumpserant uicissitudinem abbatisse.ergo ĩpetrans ad eius collationem seu præsentationem debebit ecclesiam obtinere. Nec obstat quod dictum est. quod dicta clausula est apposita mere in fauorem abbatisse & decani. quia licet hoc factum fuerit tamen per eam apparet ad quem pertinere debeat. collatio seu præsentatio . ergo cum ad abbatissam hac

nice pertineret. ex quo prime due uacationes propter impetrantes non consumpserant eius uicissitudines impetrans ad eius collationem seu præsentationem obtinebit. Nec potest dici ꝙ impetrantes teneantur sequi ordinem dictarum uicissitudinum. quia inferiores non potuerint arctare papam nec eius impetrãtes adillũ uicissitudinis ordinem. Nec obstat præfatum inconueniens quod sequeretur. quia non est inconueniens aliquod si impetrantes ad collationem uel præsentationem abbatisse semper obtineant quandiu ad eam pertinere debeat collatio uel præsentatio idest quousq; ipsa cessantibus impetrantibus apostolicis bis contulerit. Nam tunc etiam impetrantes ad collationem uel præsentationem decani semper obtinebunt quandiu ab decanum spectare debebit collatio uel præsentatio quæ ad decanum spectare debebit donec post abbatissam ipse solus semel contulerit. Et istam opinionem maior pars dominorum secuta fuit. pro qua uidetur facere quod notat. Io. an. in nouella. de præben. cum in illis. super uerbo uel præsentatione. & i. c. si de beneficio. de præben. in cle. pro hoc etiam facit. quia uerba compositionis sunt repetitiua iuris seu potestatis conferendi. ergo non obstantibus uacationibus occupatis per impetrantes abbatisse est repetita potestas conferendi. ar. l. si in annos. in principio. ff. quibus modis usufru. amit. igitur impetrantes ad eius collationem obtinebunt ex quo ipsa uirtute repetitionis habet potestatem conferẽdi. &c.

Summarium.

1 Acceptatio & prouisio factæ ante expeditionem litterarum ualent.

Epithome.

2 Executor antequam quis datus fuerit si impetranti prouideat an teneat eius processus.
3 Executores dantur a papa uel eius cancellaria quos impetrans nominauerit si modo idonei sint.
4 Iurisdictio acquiritur ignoranti.
5 Executor non dicitur habere iurisdictionem nisi tempore præsentationis litterarum.

Decisio. IIII.

Vide Hom. in præfa. Reg. de nõ iudi. & iux. for. suppli.

Signata supplicatione per papam de gratia ad collationem episcopi &c. uel de canonicatu sub expectatione præben. antequam conficerentur litteræ uacante uno beneficio. uel una præbenda cadẽte sub gratia expectans acceptauit per quendam decanum tanquam executorem suum sibi fecit prouideri & postea etiam ante confectionem litterarum dictarum uel post non curo papa contulit illud beneficium seu præbendam si non foret in re alteri ius quesitum. Tandem primus expectãs fecit confici litteras super gratia sua & in his litteris obtinuit executorem eundem decanum qui sibi prouiderat quæ litteræ fuerunt confectæ sub data signate gratie. & sic data litterarum bene præcedit acceptationem. & prouisionem queritur an dictæ acceptatio & prouisio facte ante confectionem litterarum & sic antequam ille executor reuera esset datus executor. uel sciret se datum executorem cum nondum sibi essent litteræ præsentate. immo nec confecte ualuerint sic quod per eas expectanti fuerit ius quesitum. & per consequens secũdus cui papa cõtulit si non foret alteri ius quesitum non habeat ius. obtinui in palacio per tres instantias quod ualuerint acceptatio & prouisio ex quo datam litterarum præcedit. & quia datio executoris est potius accessoria ad gratiam & eius gratia argumen. de offi. dele. si super gratia. ergo potius gratia iam satis est attendenda. ¶ Item faciunt ad hoc notata per Archidia. in proemio sexti libri. Item non obstat quod reuera nondum dati erant executores. quia immo saltem destinatione. quia papa, seu eius cancellaria dabit executores quos elegerit dum tamen alias sint idonei. igitur ex quo impetrans iam elegit illum decanum ut idoneum ex quo per eum tanquam per executorem sibi petiit prouideri. ideo iam sibi ex destinatione papæ reuera datus uidebatur. quod patet. quia postea eum dando

Fely. in. c. cum te. col. penul. uer. fallit. 4. de rescrip. & i c. suscitatus col. 7. uer. limita. sane parrẽ eo. Cassa. dec. 8. fol. 3. uer. non procedit de resti. spol. & deci. 33. super regu. cancel.

(margin numbers in the Decisio IIII text: 2 beside "tor reuera esset datus executor"; 3 beside "nei. igitur ex quo impetrans")

ponit in executoria datam signate gratie non datam expeditionis seu confectionis uel bullationis litteræ. & sic nunc apparet retro ipsum habuisse potestatem & iurisdictionem: cum iurisdictio acquiratur ignoranti. ut. l. cecus ff. de iudi. alias si furiosus. Nec obstat si dicatur quod nõ habet exercitium nisi a tempore præsentationis litterarũ argumen. de appel. c. super eo. quia iam sibi præsentatur per partem uerbo & scit uel credit per eius assertionem se executorem ex quo pars eum elegit. & [illegible] cancellaria sic electum per eum ponit in litteris & omnia ista uera deteguntur postea per realem exhibitionem litterarum. Contra istam opinionem uidetur quod faciat quod notat Archidiac. de offici. delegat. si is cui. & de procurato. is quis.

Summarium.

1 Ordinarius an alteri comittere possit ut receptus resignationem certi beneficii alicuius & illud conferat cuidam alteri?

Epithome.

2 Ordinarium est minor legato.
3 Ordinariorum est lata potestas ad omnia non prohibita de iure comuni est amplianda.
4 Legatis quare ꝓhibitum est comissiones facere posse aliis de beneficiis uacantibus per resignationes?

Decisio. V.

Staph. de lite. grati. ac iusti. fol. 68. uer. im om fortius.

Ordinarius commisit alicui. quod cum ticius uellet suum beneficium ex certis causis eum mouentibus resignare reciperet illius resignationẽ si causas ueras & rationabiles reperiret & ea recepta conferret illud beneficium cuidam alteri queritur an talis commissio de iure ualeat & receptio resignationis si alias fuerit legitima ac collatio in uirtute eiusdem commissionis secute? Et quidam magni tenuerunt quod non. per. c. constitutus de concessio præ. cum ibi notatis per doctores & per ea quæ notat Innocen. in. c. ex parte. el. i. de offic. delega. quia per talem concessionem aperitur uia ad beneficia uacatura quod soli papæ permittitur. ut ibi notatur. & alias fieret contra concilium generale. de concess. præben. c. ii. & hoc representat tex. in. §. prohibemus in. c. deliberatione. de offi. lega. lib. vi. ubi hæc prohibentur legato ergo multo fortius episcopo & ordinario qui ẽ
2 minor legato & hanc opinionem ibi tenet Archidia. Et idem tenet in. c. susceptum. in prin de rescrip. li. vi. Et pro hac parte quidam in diuersis causis tulerunt sententias. Sed contra fuit determinatum in causa Dauid. Marci. & in quibusdam aliis causis in quibus etiam fuit obtentum per tres instantias & sententias contrarium scilicet ꝙ ualuerit commissio facta per ordinarium & collatio et receptio resignationis uirtute illius secute. & hoc ꝓpter potestatem ordinariam quæ est lata ad omnia non pro-
3 hibita de iure communi. nec per talem commissionem fit contra concilium generale. quia concilium generale prohibet aperiri uiam ad uacatura scilicet generaliter uiam iniquam. per quam ueniret etiam modus uacandi per mortem. ut cum generaliter promittitur primum beneficium uacaturum. uel mandatur conferri sub qua ꝓmissione uel gratia, ueniret etiam si uacaret per mortem. & ideo non ualet. quia sic posset captari mors aliena. sic loquit. c. ii. de conce. præ. &. c. cõstitutus. &. c. ex parte. & ideo nullus tali modo potest aperire uiã ad uacatura generaliter nisi papa. tamẽ in casu nostro non committit generaliter potestas conferendi quouis modo uacet beneficium sed dumtaxat si uacet beneficium per resignationẽ faciendã. sub quo modo cessat ratio cõsilii generalis periculum captande mortis. non obstat. c. deliberation. §. prohibemus. quia specialis prohibitio est in legato cuius potestas restringenda fuit in quo finalis ratio fuit ne nimium absorbeatur potestas ordinariorum quod fieret si legati possent tales commissiones etiam de benefi-
4 ciis uacantibus per resignationem facere. iurisdictio autẽ ordinaria in qua est q̃stio est potius amplianda. nec obstat.

F ista decisio reprobatur [illegible] 104. [illegible]

stat quod ille textus reddit rationem ne aperiatur uia ad uacatura contra concilium generale. quia in ea ratione reddenda errauerunt compilatores dictaminis. lib. vi. ut audiui recitari per quendam aduocatum qui hoc audierat a quodam de compilatoribus. nam reuera ut prædictum est tunc demum fieret contra concilium generale cum generaliter uia aperietur & taliter quod esset periculum captande mortis aliene quod non est in casu illius. §. nec in casu præmisso. ubi commissio restringitur ad uacationem per solam resignationem contingere debentem quare non ob. &c.

Summarium.

1 Expectans an excludatur a prouiso per ordinarium infra mensem ad acceptandam datū de beneficio cadenti sub eius gratia?

Epithome.

2 Papa ubi manum apposuit uidet totum negocium ad se aduocare & sic manus cuiuscunq; inferioris ligare. si hoc expresserit. nu. 3.

4 Papa an mādando simpliciter prouideri uel alias disponi de certo beneficio uacanti uideatur manum apponere?

5 Papa pro solum mandatum de beneficio uacaturo ad præsumitur uelle in continenti ligare manus inferioris neque benefic ium aliquod afficere &. nu. 6.

7 Gratia ubi fit de in certo uacaturo additur decretum incertum quod demum ligat cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem.

8 Mensis appositio ante acceptationem ligat manus inferiorum.

Decisio. VI.

INfra mensem expectantis & ante ipsius acceptationem ordinarius de facto contulit cuidam beneficium uacans & cadens in gratia expectantis & ad illius cui ordinarius contulit supplicationem papa mandauit certis iudicibus, quod illam collationem ordinariam auctoritate apostolica confirmarent si a die date litterarum huiusmodi non esset alteri ius quesitum. tandem ante confirmationem per eosdem iudices fact. expectans acceptauit infra mensem & sibi obtinuit prouideri postea uero dicti iudices collationem ordinariam confirmauerūt queritur an talis confirmatio teneat. uel adiectus expectās cui ante confirmationem extiterat prouisum post mandatum de confirmando a papa emanatum sit potior & sibi ante confirmationem fuerit ius quesitum? Et uidetur ꝙ confirmatio teneat. & ꝙ prouisio facta expectanti postq̄ papa apposuit manum mandando confirmari collationem ordinarii non tenuerit. quia per talem manus appositionem totum negocium ad se uidetur aduocasse & sic
2 executorum expectan. & cuiuscunque inferioris manus fuerunt ligate. argumen. c. ut nostrum. de appella. & de offi. lega. c. licet. In oppositum uidetur quod non ligent manus cuiuscunq; potestatem habentis conferendi quominus prouisio per eum facta teneat & ualeat. per decre. quia cunctis. §. ex parte. uersi. non sic. &. uersi. simpliciter de conces. præben. li. vi. nisi papa expresse beneficiū sue dispositioni reseruasset. uel decretum in tali mandato subiunxisset. uel alias expresse uoluntatem suam insinuassent tales iudices quibus mandabatur reseruando beneficiū sue dispositioni uel interdicēdo. ut ibidem cum ibi notatis p Ar. in uer. simpliciter. sup uerbo exprimat & sup uerbo insinuet. & in codē tit. si soli. & facit de præbendis. dilectus fi. intellectus qui ita concor. cum. c. inter ceteᵣa. in eodem titulo. Et sic responderi potest ad rationes in oppositum quia papa non aliter uidetur ad se aduocare negocium nec manum apponere nisi exprimat quod nullus alius possit disponere. puta reseruando uel decernendo per præmissa nisi uelles tenendo primam partem dicere quod immo mandando simpliciter prouideri uel alias disponi de certo beneficio uacanti uideatur manum apponere etiam si alias nō reseruat uel decernat & respōderi posset ad iura proxime in oppositum allegata. quia
5 omnia loquuntur ubi papa mandat prouideri de beneficio uacaturo ubi non est uerisimile quod per solum mandatum incontinenti uelit manus inferioris ligare. nec aliquod beneficium afficere etiam si de beneficio certo uacaturo hoc mandet. puta tali illud nominādo uel primo uacaturo. sed non bene uideo rationem diuersitatis quare non sit idem in uacantibus ꝙ in uacaturo cum euenit casus uacationis. quia eadem est ratio. quare secundam partem de iure credo ueriorem & sic prouisio expectan. erit potior & confirmatio non ualebit ex quo prius expe-
6 ctandi fuerat ius quesitū. Audiui tamen quod in cancellaria per solam manus appositionem papæ eo quod signat supplicationem siue prouideat siue mandet prouideri. uel alias disposuit de uacanti uel etiā uacaturo certo adeo uult esse affectum beneficium & clausas manus inferioris quod semper daret reseruationem cum decreto, de die date signationis facte per papam & tunc per illas clausulas reseruation. & decreti negocium esset planum & clarum. ueruntamē cum gratia fit de incerto uacaturo. ut puta quod duxerit acceptandum dat decretū
7 incertum. & super incerto ꝙ demum ligat cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationē iuxta decre. dudum. de præben. li. vi. §. considerantes. nisi apponeret certum tempus puta mensem. quia tunc infra tempus etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum ut mensis appositio aliquid operaretur. ut in cle. cum ei quē. de conces. præben.

Summarium.

1 Acceptatio facta ante purificationem gratie ualet si infra mensem postea purificetur & uerbo uel facto renouetur.

Epithome.

2 Acceptatio beneficii non est nisi quædam declaratio.
3 Acceptatio facta ante euētum conditione an ualeat in euentum conditionęs?
4 Libertatis datio facta pendente optione eius cui legata est seruorum optio ualet in euentum quo ille non optetur.
5 Conditio quæ apponit in litteris pauperum potius dirigitur ad prouisionem & eius affectum quam ad acceptationem.
6 Petitio possesiones bonorū secundum tabulas factas ante euentum conditionis ualet in euentum.
7 Debitum nō dicitur ante euentum conditionis sed spes in debitum
8 Acceptatio non debet esse fortioris efficaciæ quam prouisio.
9 Prouisio tribuit ius inre.
10 Acceptatio tribuit ius ad rem.
11 Prouisio facta ante purificationem gratiæ an teneat?
12 Papa ubi studiose aliquid mandat tunc ordo litteris est seruandus.

Decisio. VII.

AN acceptatio pauperis facta de beneficio uacan. si de iure sibi debeatur ante purificationem postea factam infra mensem ualeat absq; eo ꝙ iterum nouiter acceptet? Et uidetur ꝙ ualeat. quia non est nisi declaratio uoluntatis & ideo cum eam non mutauerit & persistat in eadem sibi sufficiat dum tamē infra mē-
2 sem purificetur conditio. pro hoc bene facit decre. quia cunctis. §. penul. ad finem. &. c. ne captande. de conces. præben. li. vi. ubi hodie alia forma est propter adiectionem mensis antequam uacet quis secundum formam illam potest acceptare primum uacaturum & ex causa secundum uel ulteriorem. & tamen ante uacationem poterat dici gratia eiu conditionalis scilicet si eo uiuo uacaret beneficium. argumen. l. heres meus. secundo responso ff. de condi. & demonstra. Et sicut ibi ante euentum con-
3 ditionis facta acceptatio ualet in euentum conditionis ergo sic & hic. pro hoc. ff. de option. lega. l. si cum op-
4 tio. uel datio libertatis facta pendente optione eius cui legata erat seruorum optio ualet in euentum quo ille non optetur. Nec est opus quod renouetur datio

libertatis per eundem modum.facit.l.legatarius.§.fi.ff.
5 de lega.i.cum concordantiis suis. ℂ Item conditio quæ apponitur in litteris pauperum potius dirigitur ad prouisionem & eius affectum q̃ ad acceptationem. Item pro hoc bene facit de secun.tabul.l.ij.§.si sub conditione.ubi petitio possessionis bonorum secūdū tabulas factas an
6 te euentum ualet in euentum.pro hoc bene facit.ff.de testamen.mili.in fraudem.§.testamentum.ff.de lega.iij.l.i.§.si filius.ubi si durauerit uoluntas.ff.de offi.proconf.& lega.l.obseruare.§.fi.uersi.sed si ante.&.ff.de nouatio quotiens.§.primo.&.ff.de solutio.sub conditione.In oppositum uidetur ꝙ immo non ualeat ante purificatam gratiam nisi postea renouetur uerbo uel signo uel facto exquo postea apparet de eius animo.argumen.ad hoc.de option.legatur.l.optione.& de lega.i.iulianus.&.ff.quorum legatorum.l.i.§.ꝙ ait prætor.&.ff.ad trebellianum.l.sed si autem ibi cum dicit. Si ratam habeat.a contrario sensu.pro hoc de secundum tabul.l.qui librā §.testamentum.uersi.plane.&.ff.de testamen.mili.l.tribunus.pro hac parte uidetur textus.ff.de acquiren.heredi.l.is qui heres.&.l.is potest.&.l.si qsextraneus.in principio.&.l.heres constitutus.&.ff.rem ratam habe.l.bonorum.& pro hoc etiam bene facit.quia acceptatio facta est per uerbum præsentis temporis si de iure sibi debeatur & constat ꝙ ante purificationem sibi de iure non debeatur cum ante euentum conditionis non sit debitum
7 sed.spes indebitum.argumen.l.cedere diem.ff.de uerb.obliga.institu.de uerbo.obliga.§.ex conditionali. ℂ Itē non debent esse maioris efficacie acceptatio q̃ prouisio.
8 ꝙ patet.immo prouisio debet esse fortioris efficacie.cum
9 per eam tribuatur ius in re & per acceptationem non sed
10 ad rem.ut in.c.si tibi.de præben.& per Archidia.& eodem titu.c.quodam.& de concef.præben.c.fi.li.vi.Con
11 stat autē ꝙ prouisio facta ante purificationem gratie nō ualeret.quia esset facta contra ordinem littere & mentē papæ.q studiose primo ponit de purificatione conditio
12 nis,& demum de prouisione.Igitur & cetera.argumen.eorum quæ habentur de rescriptis.cum dilecta.iuncto ibi notatis per Compostella.qui ibi no. ꝙ quando papa mandat aliqd studio se ꝙ tunc ordo littere seruādus est.

Summarium.

1 Impetrans secundus in data habens clau.anteferri an præferatur primo in data qui acceptauit prius.licet sibi non fecerit prouideri?

Epithome.

2 Clau.anteferri an sit extendenda contra primos in data qui acceptauerunt ante concessionem gratiæ secundo impetranti facte.
3 Papa non præsumitur de facili tolleres ius ad rem alter quæsitum.
4 Ius ad rem tollitur quādo de ipso mentio fit alias nō.
5 Clau.anteferri quo modo intelligitur effectus suos operari.

Decisio. VIII.

VNus Innocentius seu q obtinuit gratiā ab Inno.de canonicatu sub expectatione ꝑbendæ in una ecclesia uiuo uel mortuo Inno.non curo ua cante quadā ꝑbenda infra tēpus debitū eam acceptauit sed sibi non fecit prouideri.tandē unus q impetrauerat post obitū Innocentii ab urbano papa successore suo in consimili forma canonicatū in ecclesia sub expectatione ꝑbēdæ habebat tamen in gratia sua clausulā anteferri eandē ꝑbendā infra mensem a data gratiæ suæ acceptauit queritur quis eorū sit potior?Maior pars tenebat ꝙ secundus urbaninus q habebat clausulā anteferri non obstante acceptatiōe primi facta ante gratiā secundi exquo sibi nō fuerat ꝓuisum.Et alias allegabant textū in c.quodā.de ꝑben.li.vi.ubi ꝓpter clausulam anteferri.positā in litteris secundi fuit impeditus primus qa ꝓuisio sibi facta nō ualuit obstante decreto litterarū secundi & tamē primus habebat ius ad ꝑbendā anteq̄ secundus haberet gratiā.qa sibi debebatur ꝑbenda primo uacatura.nā ibi primus

Staphi. in tracta de lite.gra.& iusti.fol.31.uer.circa hūc formam.

nec secundus non habebant beneficiū acceptandi ꝙ appareat & sic afficiebatur ꝑbenda acceptata.iuxta decre.si postq̄.in fine.eodē titu.qua qd ꝑbendæ affectione nō obstante secundi gratia ꝓpter clausulā anteferri īpediuit ibi primū.Itē etiā hoc dicebant ꝓpter clausulā illam appositā in litteris secundi non obstan.si aliqui apostolica uel alia quauis auctoritate in eadē ecclesia sint recepti &c. seu si sup ꝓuisionibus sibi faciendis de canonicatibus & ꝑbendis in dicta ecclesia speciales uel de beneficiis ecclesiasticis etiā generales dicte sedis uel legatorū eius litteras impetrauerint.etiā si per eas ad inhibitionē reseruationem & decretū uel alias quomodo libet sit pro cessum.ergo etiā si ad acceptationē.Et p illā clausulā papa uidet̄ uoluisse anteferri secundū ēt si primus Innocētianus acceptasset.& ꝓ opinione ꝑdicta est expresse Io.an.in nouella extra de rescrip.c.causam.sup glo.Io.in.fi.tamen ego & duo alii sustinebamus ꝙ primus esset potior ex quo acceptauerat antequam secundo fieret gratia cum clausula anteferri non sit extendenda contra primos q acceptassent ante gratiā suā qa non est uerisimile papā ius eorū ita ad rē sibi appropriatā sicut approprian tur p acceptationē uoluisse tollere nisi expressam de hoc fecerint mentionem.Et ꝓ hoc.c.fi.de concef.ꝑben.li.vi.ubi p reuocatoriā ideo tollit ius ad rē. qa de hoc ibi fiebat.mentio alias non tolleretur.ꝓ hoc.c.ex parte.de offi.deleg.de ꝑben.cum.I.magalon.Nec obstat.c.quodā.cū ibi tēpore gratie secundi ꝑbenda nondū uacabat.& sic certa ꝑbenda tunc determinata non erat affecta ꝓ primo nec ad eam ius ad rem acqsitum hic in casu nostro ante gratiam Vrbani factā secundo cū clausula anteferri iam uacabat ꝑbenda per primū acceptata.& ideo specialiter
5 & determinate affecta & ad eam primo fuerat ius quesitum non obstante ꝑdicta clausula uel alias quomodolibet sit ꝓcessum qa intelligitur p executores non p partē seu impetrantē certā ꝑbendam uacan.acceptantē.& ideo illa clausula debet sortiri uires suas in beneficiis nūc uacaturis.uel si nunc uacant quæ tamen nondum fuerunt acceptata.nec per acceptationem alteri quodammodo appropriata.

Summarium.

1 Articuli concernentes petitorium producti ex parte rei per ordinarium secundo loco pro nisi an sint admittendi contra apostolicum expectantem agentem suspenso petitorio restitutorio qui primo receptus fuit sub conditio ad possessionem si sibi deberetur?

Epithome.

1 Receptus sub conditione si sibi debeatur non alias cēsetur pure.
2 Possessio &acceptatio possunt aquiri sub cōditiōe qua deficiente nihil aquiritur.
3 Conditio quæ inheret actui et est de substantia & natura eius non suspendit acquisitionem possessionis.

Decisio. IX.

QVidam expectans apostolicus acceptauit ꝑbendā & fecit sibi ꝓuideri & in possesionem induci & prouisus inductus & ad rē receptus fuit sub conditione si de iure sibi deberetur & saluo iure cuiuslibet alterius & non alias postea quidam ordinarius ēt eodē modo receptus fuit & in possessionem inductus.primus reputans se spoliatū agit possessorio petens se restitui & suspendit petitoriū secundus ordinarius qui possidet dat de iure suo & non de iure primi.dicitur per apostolicum sibi quod non potest.nec eius articuli essent admittendi obstan.suspensione petitorii.quia illi articuli concernunt petitorium.ordinarius respondet quod immo potest.& ꝙ eius articuli sunt admittēdi exquo ipse apostolicus nō habuit possessionē pure sed sub cōditiōe si de iure sibi deberet& saluo iure alterius. & ideo cessante illa conditione non possedit.& ideo eius articuli cōcernentes petitorium,per quos detegetur non ius quesitum.& per consequens ipsum non habuisse possessionē deficiente conditione sub qua eam adeptus fuit cum fine exclusori possessorii per eum intentati sunt admitendi. Sed nunquid bene dicat ordinarius uidetur dicendum quod

quod sic. quia possessio traditio & acceptatio possunt ac-
2 quiri & fieri sub conditione. ut. ff. de acqui. posses. qui ab-
senti infra de restitu. spol. olim. qua deficiente nihil ac-
quiritur ex tali actu conditionali. ut ibi. pro hoc bene fa-
ciunt notata per Io. an. in nouel. in. c. ii. de electio. lib. vi.
super tex. in magna glosa quæ est super uerbo electo. & ē
penultima. Sed potius uidetur dicendum contra. quia di-
3 cta conditio inherebat actui & erat de sustantia & natu-
ra sua. & ideo non uidetur quod suspendat acquisitionē
possessionis. argumen. l. conditiones quæ extrinsecus. ff.
de condi. & demon. &. ff. de lon. tempo. præscrip. l. iii. cū
concor. licet in euentum resoluatur.

Decisio. X. Similis nu. 49. de conces. præben. in. antiq.

Summarium.

1 Clausu. ante ferri est præseruatiua gratiæ alterius concur-
rentis.

Epithome.

2 Canonico ecclesia tenetur respondere de destributioni-
bus quotidianis.
3 Collator habet prouidere de præbenda recepto in ca-
nonica.
4 Litteræ impetratæ pro aliquum non habentes clau. non
obstant quod pro alio scripserimus non præiudicāt re-
cepto ne canonicum sub expectatione præbendæ.
5 Receptio sola in canonicum quæ est, possibilis sortiri ef-
fectum est impeditiua secundarum litterarum.
6 Inicium & originalis causa attenditur.
7 Surrogatum in locum alterius eius naturam sortitur.
8 Præbenda est accessio canonicatus non e contra.
9 Canonicatus habet se ad præbendam sicut mater ad fi-
liam.
10 Præbenda oritur ex canonia sicut ex matre filia.
11 Canonia parit præbendam sicut obligatio actionem.
12 Clausu. ante ferri habet præseruare gratiam concur-
rentem.
13 Decretum papæ de non prouidendo nisi uni si repe-
riatur appositum in gratiis æqualibus factis diuersis an
ad solam prouisionem præbendarum restringat, & nō ca-
nonicatuum.
14 Iura sunt potius concordanda quam quo unum aliud
tollat uel corrigat.
15 Declaratoria uerba de non prouidando nisi uni ne du-
bio intelliganda sunt cum effectu. 53. de prouisione ef-
fectiuali.
16 Canonicus super numerarius etiā de mandato papæ
receptus non habet Distributiones quotidianas.

Decisio. X I.

PApa Innocentius sextus fecit gratiam primo an-
no pontificatus sui. ix. calendas februarii regie frā-
cie quod posset nominare. lx. personas idoneas in.
lx. ecclesiis regni sui mandando certis executoribus ꝙ il-
lis per eum nominandis statim conferrent in illis ecclesiis
canonicatus & statim reseruarent præbendas uacantes
uel uacaturas, quas illi per se uel alios infra mensem du-
cerent acceptandas de quibus sibi postea prouiderent. et
ꝙ gratia eis prodesset ac si a datis huius modi gratiæ fa-
ctæ regi ipsemet papa eis canonicatus contulisset & præ-
bendas huiusmodi reseruasset. & cum aliis non obstanti-
bus & clausulis consuetis apponi in gratiis impetrantiū
quibus papa statim confert canonicatus. ¶ Item sub ea-
dem data consimilem gratiam fecit domine regine fran- 1
cie & nauarre uidue de uiginti personis per eam in uigin-
ti ecclesiis dicti regni nominandis. ¶ Item consimilem
regine Iohanne uxori regis de aliis uiginti personis. ¶ I-
tem consimilem gratiam fecit regi nauarre de aliis uigin-
ti personis in eodem regno francie nominandis & sub ea-
dem data. Postea eodem anno primo Kalendas aprilis
papa ampliauit gratiam regi francie de aliis quadragin-
ta personis per eum nominand. sub his uerbis. nos igitur
eiusdem regis quantum cum deo possumus præcibus in-
clinati præfatis sexaginta psonis quadraginta adiicimus
fraternitati uestre scilicet executoribus p apostolica scri-
pta mandamus. & cetera. mandando ut in primis litteris
de sexaginta & sub eadem forma & cum eisdem clausu-
lis & non obstan. excepto quod hæc secunda gratia de
quadraginta fuit restricta ad duas prouincias duntaxat,
scilicet Senonensem & Remensem infra quas potest rex
in quadraginta ecclesiis nominare. postea idem papa de
anno quarto pōtificatus sui concessit quod omnes & sin-
guli per ipsum francie regem in eisdem ecclesiis usq; ad
prætaxatum numerum in primis litteris scilicet de se-
xaginta personis sibi concessis uigore ipsarum litte-
rarum alias nominatis & imposterum nominandis in as-
secutione canonicatuum collatorum eis ac præbenda-
rum acceptatarum per eos ac procuratores suos in eisdē
ecclesiis iuxta formam litterarum suarum aliis quibus-
cunq; per regem nauarre & reginas aut aliquem ipsorum
eisdem ecclesiis prius etiam nominatis. dummodo non
esset eis in eisdem canonicatibus & præbendis tempore
date litterarum declarationis uel concessionis huiusmo-
di in re, specialiter ius quesitum quibuscunq; constitutio-
nibus apostolicis & aliis contrariis nequaq̄ obstan. præ-
ferrentur. postremo idem papa pontificatus sui anno sex-
to declarauit ꝙ sue intentionis extitit & extabat, ꝙ in nul-
la ipsarum ecclesiarum posset uigore dictarum litterarū
scilicet primarum sub eadem data regi francie & reginis
& regi nauarre concessatum nisi uni persone duntaxat a-
liquatenus prouideri decernendo irritum &c. si secus su-
per his &c. esset hactenu. contingeret imposterum attem-
ptari. His suppositis contigit in facto ꝙ uirtute primarum
litterarum de. lx. personis rex francie nominauit quendū
mattheū gueriti in ecclesia parisiē. anno. liiii. xxv. februa-
rii cui præmissa examinatione fuit per executorem depu-
tatum in gratia regis prouisum de canonicatu & reserua-
ta præbenda uacatura quam duceret acceptandam &
receptus per capitulum in canonicum & in fratrem stal-
lo in choro & loco in capitulo sibi assignatis. & ille mat-
theus postea uacante quadam præbenda per obitum
cuiusdam dionisii. reseruata tamē acceptauit eam igno-
rans reseruationem & de ea sibi obtinuit prouideri & in
pacificam possessionem induci uerum tamen cum co-
gnouit eam reseruatam rex supplicauit papæ pro eo nar-
rando de præmissa reseruatione p eum uirtute gratie de
eo facte & de prouisione canonicatus reption. accepta-
tion. & prouisione ac in possessionem inductione præ-
ben. prædictis subsecutis ꝙ de illa præbenda sibi prouide-
ret papa uero regis contemplatione ac præmissorum &
meritorum suorum intuitu narrata reseruatione & quo-
modo ea obstan. & eius decreto acceptatio illius præbē-
de & prouisio sub secuta uiribus nō subsistat & ꝙ nullus
ea uice preter ipsum de illa præbenda potuerat dispone-
re contulit sibi illam præbendam tanq̄ reseruatam non
conferendo alias sibi de nouo canonicatum. regina uero
francie uirtute sue gratie antea de anno. liii. xxv. iulii in
eadem ecclesia parisien. nominauit quendam egidium
de translatio cui etiam erat prouisum de canonicatu per
executorem & reseruata pro eo uacatura præbenda &c.
& receptus per capitulum. sed quia tempore quo rex no-
minauit mattheum prædictum dicto egidio non erat in
aliqua præbenda ius quesitum ipse matheus nominatus
per regem erat dicto egidio præferendus propter gratiā
pdictam nominatis uel nominandis per regem ceteris p̄-
ferend. Itē etiam idē rex francie de anno p̄dicto. liii. &.
xxiii. februarii nominauerat uirtute sue gratie ampliatiue
scilicet de. xl. personis in eadem ecclesia parisien. quen-
dam rainaldum in raigaco cui etiam per executores fui-
prouisum de canonicatu & ad illum recepto & reserua-
ta pro eo uacatura præbenda. Tandem de anno. lviii. ua-
cante præbenda una per mortem cuiusdam. D. de cua-
ral. infra mensem tam dictus Egidius nominatus per re-
ginam quam etiam dominus rainaldus uirtute sue gra-
tie de lx. personis nominatus per regem eam acceptaue-
runt & de ea sibi prouideri obtinuerunt & ad eam simul
sunt recepti per capitulum cum protestationibus cōsue-
tis queritur quis eorum sit potior? fuit coram me discepta-
tum in tertia instātia quia pro rainaldo fuerat lata una
sententia in partibus & hic in curia fuit reuocata & lata
alia pro Egidio. & cā uertebatꝰ corā me in tertia dicebatꝰ
p pte rainaldi ꝙ ipse erat potior. quia licet Egidius & gra-
tia regine uirtute cuius fuit nominatus pcederet eū in 2
data qui fuit nominatus p regē uirtute gratie secūde cō

cesse regi de.xl.sub posteriori data tamen nominatio Egi-
dij facta per reginam.nec prouisio de canonicatu sibi fa-
cta nec inde subsecuta ualebant nec ualere poterant.quia
rex nominauerat Mattheum uirtute primæ gratiæ cōcur
rentis cum gratia Reginæ in data.& quia tunc nondum
erat ius quæsitum Egidio nominato per Reginam in præ-
benda Matheus sibi præferri debuit propter gratiam fa-
ctam regi ꝙ nominati per eum præferrentur. & quia de-
claratoria sequens per quam papa declarauit quod non
posset prouideri nisi uni habuit decretum deceruens irritū
& cætera.apparet quod quicquid factum fier et per Regi
nam uel executorē gratiæ suæ de Egidio fuit nullum seu
irr itum & inane quantum ad canonicatum & præbendā
inecclesia parisiensi in qua rex nominauit Mattheum.no
minatio enim Regis facta de Matthæo.& prouisio cano-
nicatus sibi facta & eius receptio fuerunt ab inicio ualide
& potuerunt habere effectum quo ad assecutionem præ-
bendæ immo & habuerunt. sicut & infra dicetur. igitur
statim decretum prædictum appositum super declarato-
ria prædicta de non prouidendo nisi uni sortitum fuit ef-
fectum & uires suas.igitur nominatio & prouisio facta de
Egidio & sibi in ecclesia parisiensi ubi rex nominauit non
ualuerunt obstante decreto etiam si postea desierint posse
habere effectum quo ad præbendā.puta quia Matthæus
aliunde eam assequeretur & non uirtute nominationis re
giæ uel puta.quia renūciasset nominationi & gratiæ suæ.
Sufficit enim ad rumpendum seu tollendum uel impediē
dum nominationem Reginæ & inde secuta ꝙ nominatio
Matthæi ab inicio fuit ualida & prouisio de canonicatu
sibi facta & eius receptio potuerit sortiri effectum quo ad
præbendam etiam si postea deducerem ad casum quo
non posset.insti.qui mo.testa.infir.§.posteriore.ff.de iniuf.
rup.& irri.testa.l.i.&.iij.§.ex his uerbis.uers.sed & si con-
stante.ff.de hæredi.instituen.l.patre filio. Ad idem.ff.de
testamen.mili.l.codicillis.§ fi.Et pro hac parte ꝙ decretū
appositum super præmissa declaratoria coniunctim cum
gratia per quam nominatus per regem præferri debuit ha
beat uires & impediat nominationem Reginæ:& liget ma
nus executoris eius exquo rex nominauit& eius nomina-
to fuit prouisum de canonicatu q̃ prouisio ab initio fuit
ualida & effectum sortiri potuit quo ad præbendam etiā
si postea deducatur ad casum in quo non posset uideri ca
sus.in.c.quodam de præben.li.vi.Ex quo enim nomina-
uit rex & eius nominato fuit prouisum de canonicatu & il
le habuit prælationis prærogatiuam propter gratiam de-
nominati per regem præferendis uidetur ꝙ nominatus
per Reginam quæ concurrebat in gratia cum rege pœni
tus careat impetratione propter declaratoriam de nō pro
uidendo nisi uni & eius decretum.arg.c.duobus.extra de
rescrip.li.vi.in fi.ubi dicit.quo electo alius omnino careat
impetratione.quæ clausula secundum glo.etiam refertur
ad primum & secundum dictum illius.c.duobus. maxi-
me quia declaratoria prædicta habet uerba multum gene
ralia immo uniuersalia seu uni uersalibus equipollētia. ui
delicet ꝙ in nulla ecclesiarum ipsarum etiam nisi uni per
sonæ dumtaxat aliquatenus ualeat prouideri quæ æqui-
pollet huic nullatenus igitur uidetur negare nedum pro-
uisionem præbendæ immo & prouisionem canonicatus
ut omnia negent.quia qui omne uel nihil dicit nihil. &c.
& plus negat negatio &c.ut.ff.de rebus du.l.si is qui du-
centa.§.utrum.&.l.hoc genus.ff.de condit.& demon.ma
xime quia in narratiōe facta in illa declaratoria papa nar
rando de gratijs prædictis Regibus & Reginis concessis:
dixit & narrauerat principaliter de prouisione canonica-
tuum quo mō mandauerat executoribus ꝙ nominatis p
eos in singulis ecclesijs de canonicatibus prouiderent &
præbendas uacantes uel uacaturas quas ibi ducerent ac-
ceptandas reseruarent deqbus eis postea prouiderent.&c.
Et postea concludit quomodo suæ intentionis fuit & erat
ꝙ nisi uni in nulla ecclesiarum posset aliquatenus proui-
deri.igitur bene apparet ꝙ papa hoc intellexit etiam de
prouisione canonicatus.de qua principaliter narrauerat
& executoribus mandauerat præsertim propter rationem
propter q̃; dicit se huiusmodi intentionis fuisse scilicet ne
ecclesiæ grauar entur.Constat enim ꝙ per solam prouisio
nem canonicatus quæ ab inicio ē utilis ecclesia seu colla
2 tor præbendæ est grauatus.Ecclesiæ enim uidetur gra-
uata quia tali canonico habet de quotidianis distributio-
nibus respōdere.iuxta no.per Inno. & Cōpost.in.cū. M.
ferrari.de consti.etiā collator est grauatus.quia necesse ha
3 bet sibi respōdere& prouidere de præbenda.ut de præbē.
relatum.&.c.dilectus.melius eo.ti.si clericus.li.vi. & pro
4 tanto si receptus est aliquis in canonicum sub expectatio
ne præbendæ nō ualent literæ impetrate per aliquem aliū
sine clausula non obstan.ꝙ pro alio scripserimus.quia per
primam receptionem ad solū canonicatum licet adhuc
non habuerit præbēdā ecclesia reputatur grauata seu col
lator:hoc solo inspecto ꝙ est sibi obligata ad prouidendū
de præbēda uacatura uel de qua se offerret facultas licet
multa possint contingere interim propter quæ illa obliga
5 tio nō sortirerur effectum sed adminus sola receptio quæ
est possibilis sortiri effectum est impeditiua secundarum
literarum.ut no. Hosti.de rescrip. mandatum. & recitat
Io.an.in dicto.c.duobus.in fi.primæ glo. igitur &c. hæc
sola nominatio Regis facta Matheo & prouisio de cano
nicatu & eius receptio inde secutæ uirtute prædictæ de-
claratoriæ & eius decreti impediant & nominationē Re
ginæ & inde secuta:ex quo nominatio per regem gaudet
prærogatiua prælationis. Item etiam constat ꝙ nomina-
tio Regis facta de Mattheo & eius prouisio & receptio ad
canonicatum fuit sortita effectum etiam quo ad præben
dam quia ut præmisi in themate quæstionis Matthæus
præbendam Dionisij acceptauit & de ea sibi obinuit pro
uideri & in eius pacificam possessionem induci & quam
uis illa fuisset reseruata papa cum narratione præmissa
absq; noua prouisione de canonicatu quasi innitens pri-
mæ prouisioni uirtute nominationis regiæ sibi factæ de
canonicatu & contemplatione seu intuitu præmissorum
de illa præbenda sibi prouidit quasi potius uolens exequi
& perficere nominationem Regis:& receptionem seu pro
uisionem de canonicatu in uirtute illius nominationis sub
sequen.q̃; nouam gratiam facere igitur illa prouisio præ-
bendæ potius debet attribui nominationi regie& prouisio
ni uirtute eius gratiæ de canonicatu factæ q̃; nouæ gratiæ
papæ ex quo contēplatione primæ gratiæ regiæ & inde se
cutorum papa prouidit de illa præbēda reseruara.& qua
si gratia perfetione & executione illius arg.ff.de noua.l.
cum enim extra de rescrip.constitutus. faciunt iura com-
munia de lega.i.l.sed si plures.§. in arrogato cū concor.
de dote præle.cum quis uersi.si nam.& si quis.de procur.
l.qui ꝓprio.§.procurator.ut in cæteris de act.emp.l.si qs
6 seruū. Item quia inspicitur potius originalis causa & ini
cium.ar.ff.de dona.l.qui id cum concor.Item quia proui
sio facta Matheo per papā de præbenda reseruata intuitu
præmissorum uidetur potius reseruata in locū prouisionis
sibi factæ p executores regios igitur &c qa quod surrogatē
7 in locum alterius eius naturam sortitur.ff.si quis cau.l.si
eum.§.qui iniuriarum.&.ff.ut lega.no.caue.l.i.§.si debi-
tor.cum concor.& uidetur esse propter consequentiam &
sequelam nomination.regie.igitur ei attribuendum est.ar
gu.ff.de feu.l.ij.& per no per Ber.de consti.c.cum acces
sisset. Et quasi uidetur de appenditis illius. facit ff.d.de
acquir.hære.l. si quis hæres institutus. & in canonicatu
uirtute nominationis regie per Matheum obtente funda-
to.quod patet quia papa non contulit sibi nouiter canoni
catum.sed sibi canonico facto uirtute nominationis regie.
contulit præbendam igitur trahitur ad fundamentum
suum.arg.insti.de rerum diui.§.cum in suo.&.§.ex aduer
so.cum concor.Et illi canonicatui tāquam principali ista
prouisio præben.uidetur accedere.quia præbenda est ac-
8 cessio canonicatus & non econtra.arg.dicti.c.relatum.&
9 c.si clericus.de præbend. Canonicatus etiam se habet ad
præbendam sicut mater ad filiam. ex canonia enim sicut
10 ex matre oritur præbenda sicut filia.ut no.Hosti.in sum-
ma.de præben.§.i.cum iuribus ibi allegatis. hoc idem no.
Guil.de monte laud.eo.ti.si iuxta.in cle.parit enim cano-
11 nia præbendam sicut obligatio actionem. de procura.li-
cet.§.ea obligatio.Si igitur ut probatum est ex præmissis
gratia regis seu eius nominatio & inde secuta in eius uirtu
te censentur sortire effectum etiam quo ad præbendam.
uidetur ꝙ ulterius in eadem ecclesia uirtute nominatio-
nis Reginæ.nec gratiæ suæ nequeat.Egidio de præbenda
prouideri. & sic stabit gratia Rainaldi seu nominatio in
uirtute secundæ gratiæ de quadraginta regi factæ amplia
tiue de eo factæ & prouisionis & receptione inde secuto-
rum uirtute cuius potuit bene in eadem parisiensi eccle-
sia

sia nominari.& pro hac parte fuit lata sententia parisius
pro parte tamen Egidij nominati per Reginam fuit lata.
hic in curia contraria sententia.quia prius erat in data ex
gratia Reginæ & uirtute cuius fuit nominatus & ad cano
nicatum receptus.quare debet esse potior nisi nominatio
Mathæi per regem facta uirtute primæ gratiæ concurren
tis in data cum gratia regine & alia gratia de præferen
dis nominatis per regem & præmissa declaratoria quod
non prouideatur nisi uni sibi obstent. Sed ad uidendum
& declarandum quod præmissa sibi non obstent. Ad-
uertendum est quod declaratoria per quam papa decla
rauit quod non possit prouideri nisi uni debet intelligi
de prouisione canonicatus quod declaro sic. quia si in-
telligeretur quod non possit prouideri de canonicatu di
recto contrariaretur illi concessioni quam papa fecit de
nominato per regem præferendum.quod patet. quia per
illam concessionem prælationis papa non intendebat no
minationes aliorum in eadem ecclesia excludere sed po-
12 tius præseruare licet in assecutione præbendæ uoluerit re
gios præferri.uirtus enim clausulæ anteferri habet præser
uare gratiam concurrentem.ut no.In.an.in nouella in di
cto c.duobus.in fine.eorum quæ no.super textu.Et si ista
13 declaratio de non prouidendo nisi uni & eius decretum
intelligeretur de prouisione canonicatum in totum gra-
tiæ aliorum excluderentur.& sic esset papa contrariussi
bi ipsi.quia si ab initio fuit intentionis quod non posset in
eadem ecclesia prouideri etiam de canonicatu nisi uni.
prout fecisse innuit declaratoria si sic intelligatur postea
dicendo quod nominati per regem preferantur per quæ
uerba uidentur præseruari gratie aliorum ut prædixi a-
lias si non possent dici præferri sed solum admitti papa
esset sibi contrarius.quia illa concessio de regijs præferē
dis nominatis per alios debet intelligi de eadem eccle-
sia.quia frustra hoc concederetur quo ad nominatos per
alios in alijs ecclesijs.& sic nominationes aliorum etiam
factas in eadem ecclesia papa perseruabat per primam
clausulam prælation.ar præmissorum.Ne igitur ista con
cessio prælation.regiorum quæ etiam ex sui natura seu
uirtute est præseruatiua gratie & nominationis aliorum
etiam in eadem ecclesia in totum contrariaretur. igitur
prædicta declaratoria de non prouidendo nisi uni & eius
decreto concordemus eas & restringamus in dubio de-
claratoriam illam de non prouidendo nisi uni ad solam
prouisionem præbendæ.& non ad prouisionem canoni-
catuum immo quo ad prouisionem canonicatum salue-
mus præmissam concessionem prælationem regiorum
quæ fuit conseruatiua & præseruatiua gratiæ & nomina
tionis aliorum.Et dicamus quod nominationes omnium
tam regum quam reginarum & prouisionem canonica-
tuum in eadem ecclesia nihil obtinebunt immo retro om
nia de eis facta censebuntur irrita quod propter declara
toriam de non prouidendo nisi uni & eius decretum qđ
tunc cum nominatus per regem assequitur præbendam.
incipit sortiri uires suas & irritat etiam hactenus attenta-
ta sed si nominatus per regem desinat posse consequi pre
bendam uirtute sue nominationis.puta quia aliunde eam
assequatur.uel ante assecutionem moriatur.uel gratiæ re
nunciet.uel alias efficiatur inhabilis tunc quia nomina-
tio facta per alios seu eorum alterum tenuit et prouisio de
canonicatu.& receptio inde secuta bene poterit alter de
nominatus per eos assequi præbendam postea uacātem
nulli alteri nominato per regem debitam. Et in hoc effe-
ctus illius præseruationis gratiæ seu nominationis alio-
rum inducte sub uirtute gratie prælationis facte regijs:
quæ est aliorum præseruatiua . ut prædixi. Et quod
onuenientius sic sit intelligenda dicta declaratoria ꝙ lo
quatur de prouisione præbendarū non facienda nisi uni
& non de prouisione canonicatuum. probatur. quia per
istum intellectum nos concordamus eam cum præmissa
concess. prælationis quæ alias sibi in totum esset cōtraria
14 quod facere debemus sicut etiam in iuribus quæ sunt po-
tius concordanda quam quod unum in totum aliud tol-
lat uel corrigat. C.de inoffi.dot l.i. & extra de elec.cum
expediat. Per hoc etiam quantum pono intellectum de-
claratoriæ possumus saluare gratias seu nominationes a-
liorum & damus eis effectum quem eis dare possumus si
ne quocunque præiudicio regiorum.quia in casu quo illi
habere non potuerunt dicimus illos seu eorum alterum
posse habere.& non alias,quod indubio facere debemus
& non interpretari ut in totum pereant sine comodo re-
giorum.argu.l.quotiens.ff.de rebus dubijs. ¶ Item per
hoc saluatur quod ecclesie non grauantur.quia effectua
liter non prouidetur nisi uni.nec collatores præbendarū
grauantur.quia reuera non potest uirtute dictarum gra-
tiarum prouideri nisi uni.igitur iste intellectus sit potius
amplectendus quam alias.per quem includeremus con-
trarietatem in mente papæ. & induceremus correctionē
seu annullationem gratiæ præseruatiue aliorum.& in nul
lo plus faueremus regijs.nec ecclesijs. nec collatoribus
grauatis.fauore quorum premissa erant concessa& decla
rata.Item etiam probatur alia ratione. quia uerba de-
claratorie de non prouidendo nisi uni indubio intelligen
da sunt cum effectu.scilicet de prouisione effectuali per
15 quam quis assequitur præbendam.ar.ff.ꝙ quisq; iuris.l.
i.§.hæc uerba extra de eo qui mit.in posses.c.i.cum con-
cordan.Et per hoc satis patet responsio ad oppositas ra-
tiones.quia cum Matheus uirtute nominationis regie nō
fuerit assecutus præbendam.sed uirtute noue prouisionis
& gratie sibi facte per papam tanquam de reseruata. &
sic postquam aliūde assecutus est eam desiit eam ammo
do posse habere in eadem ecclesia uirtute nominationis
regie.sequitur ꝙ nominatio egidii facta per reginam. &
inde secut possunt sortiri effectum.& ꝙ eius uirtute egi-
dius possit assequi præbendam istam postea uacantem
nulli alteri nominato per regem uirtute primarum litera-
rum debitam.Nec obstat ꝙ in oppositum dicitur. ꝙ ex-
quo nominatio regis facta de matheo.& prouisio de ca-
nonicatu sibi facta tenuit decretum declaratorie incepit
habere uires.& ligauit manus regine quia non est uerum
ꝙ declaratoria non impediebat duntaxat nisi prouisio-
nem faciendam de præbenda.& ideo eius decretum non
ligabat donec uacaret præbenda.q̄ nominato per regē es
set debita & q̄ ipse uellet statin igitur sicut per regē nomi
natus aliunde fuit assecutus p̄bendā.& desiit eā posse ha
bere ex nominatione regis nominatio Reginæ incepit ha-
bere uires. Non obstat.§.posteriore. nec concordan.quia
ibi per secundum testamentum ab initio ex mente testan-
tis tollebatur primum.quia ambo ualere de iure non po-
terant.& ideo ex quo semel ruptum est non potest uires
resumere.licet secundum desinat habere uires.argu.ff.de
solu.qui res.§.aream.hic uero utraque nominatio Regis
& Reginæ simul ualere poterant.& ex mente papæ uale-
re debebant quam mentē innuit gratia seu concessio præ
lationis facta regijs.quæ importat priuationem gratiæ.&
nominatioñ.regalium ut prædixi. licet alter dūtaxat quo
ad assecutionem præbēdæ possit sortiri effectum. & ideo
statim cum altera semel habuit effectum assecutionis præ
bendæ altera tolletur.& irritabitur omnino. & tunc bene
dico ꝙ non resumeret amplius uires.ex quo semel irritata
erit.& licet altera quæ habuit effectum semel habitum.ut
concludunt iura illa.nō.ob.c.quodam.quia ibi secundus
qui habebat clausulam anteferri.& decretum in eius fa-
uorem appositum bene poterat acceptare. & facere sibi
prouideri tempore quo prius acceptauit & fecit sibi pro-
uideri. & idem eius decretum tunc impediuit & ligauit
manus primi. Hic uero tempore quo Regina nominauit
decretum declaratorie non ligauit manus eius nec execu
torum nominato suo prouidentium de canonicatu. quia
solum erat appositum illud decretum cōtra prouisionem
faciendam de præbenda ut prædixi.& non contra proui-
sionem faciendam de canonicatu. Tempore autem quo
uacauit qræbenda nominatuus per regem. quia alius sibi
præferendus erat.non poterat acceptare præbendam istā
quia iam habebat aliam.scilicet reseruatam per pepam si
bi collatam.& ideo cum non posset eam acceptare decre
tū ei non pficeret.& ideo non ligat manus nominari p Re
ginam.quia tuuc demum decretum debebat sortiri effe-
ctum contra nominatum per Reginam cum uacante præ
benda nominatus per regem poterat admitti ad præben-
dam.& per eius admissionem eccclesia grauari. alias nō
ut prædixi.Nō.ob.c.duobus.ubi altero admisso etiam ad
canonicatum uel literas præsentante.uel per.c.electo.al-
ter concurren. omnino caret impatratis. Quia illud uerū
si admissus non habebat clausulam anteferri.per quam si
eam haberet perseruaretur gratia alterius ut postea admit
ti posset.Hic uero regij hababant clausulam anteferri. &

Ideo cum præseruarentur gratiæ aliorum propter solam
admissionem ad canonicatum nominati per regem non
tollebatur effectus donec uideretur an regius uirtute suæ
nominationis assequeretur præbendam.non obstat genera
litas uerborum declaratoriæ. quia restringenda est propter
implicitam mētionē papæ in alia gratia prælationis quæ
alias tacite præseruabat & propter rationem supradictam
Non obstabat ꝙ per receptionem ad canonicatum nomi
nati per regem ecclesia fuit grauata. quia illud grauamē
antequam uacaret præbēda de qua agitur fuit sublatum
quia cum habuit præbendam reseruatam iam habuit aliū
canonicatum scilicet illum qui erat annexus præbendæ
statutus de numero in ecclesia qui erat perpetuus & desijt
habere illum canonicatum quem uirtute nominationis re
gie habuerat supra numerum.ut notatur p Guilel. de mō
te lau.de præben.c.si iuxta.in clem.quia ille canonicatus
qui prius habebatur supra numerum extinguitur.ut notat
Bern.in.c.dilectus.ij.de præben.Item per solam receptio
nem in canonicum ecclesia non potuit dici grauata nisi
propter spem assequendi præbēdam quæ spes sublata est
cum aliunde eam assequitur nec sola receptio in canoni-
cum super numerum facta ex causa necessaria. puta de
16 mandato papæ grauat ecclesiam. nec sibi prouidendum
est etiam de distributionibus quottidianis.ut no.Io.an.in
uel.in.d.c.cum inferior.&c.

DE REB. ECCL. NON ALIE.

Summarium.

1 Vnio an requirat tractatum?

Epithome.

2 Vnio censetur alienatio.
3 Beneficiorum sectio est odiosa.
4 Vnio præsumitur recte facta maxime si sit antiqua.
5 Vnio probata falsa causa propter quam fuit facta infrin
gitur.

Decisio. I.

VTRVM in unione re
quiratur tractatus sicut
in alienatione cum alie-
natio censeatur.ut in.c.
2 tua. de his quæ fiunt a
ma.parte capi. ubi uide
tur text.& in.c.dudum.
de reb.eccle.non alienā.
lib.vi.Vel an sufficiat so
lus consensus capituli.
per.c.si una.de rebus ec
cle non alien.in cle. An
tiquiores auditores pa-
lacij dicebant opinionem fuisse & sic pluries seruatū fuis
se quod licet requiratur aliqualis tractatus non tamen ta
lis & tantus qualis & quantus in alienatione.& hoc si fiat
unio ecclesiæ eiusdem diocesis secus si extra diocesim qā
cum infra eandem diocesim non censetur proprie talis
nec tanta alienatio. & quia in habentibus simbolum &c.
arg.ff.de lega.i.l.cætera.§.si duobus.uersi. sed uideamus
C.non licere hn̄.metro.l.i.lib.xi. Nec.obstat. c. dudum.
3 quia ibi non tota ecclesia uniebatur sed pars & ita fiebat
sectio quæ est odiosa.ut.c.maioribus.de præben.Item di-
cebaur quod unionem prætendens non habet necesse pro
4 bare ueritatem causarum.quia pro ea præsumitur pro or-
dinario sed bene debet immo sufficit allegare & præser-
5 tim super unione antiqua.sed si causarum falsitas in con-
trarium probetur bene infringeretur unio. prædicta non
placent multum.

Summarium.

1 Vnio facta ex falsa causa an sit nulla ipso iure?

Epithome.

2 Alienatio rei ecclesiæ redditur nulla propter defectum
causæ secus iustitiæ.
3 Vnio censetur alienatio.
4 Gratia uiciatur ipso iure per obreptionem. & surreptio-
nem.
5 Minori impetranti ueniam ætatis incūbit docere de ue-
ritate causarum coram ordinario allegatarum.
6 Dispensatio facta ex falsa causa non ualet.
7 Auctoritas interposita perperam habetur pro non inter-
posita.
8 Legatum uiciatur propter casualem falsitatem.
9 Dominij translatio ex quocunque contractu non impe
ditur propter falsitatem causæ.
10 Dominium transfertur ex falsa causa.
11 Alienatio rei ecclesiæ non redditur nulla ipso iure pro-
pter falsitatem causæ uel defectum iustitiæ dum tamen
seruata sit formata.
12 Sententia non redditur nulla propter falsitatem causæ
nisi per dolum esset lata nu.16.17.
13 Rescriptū non redditur nullum ipso iure per surreptio
nem.sed ope.exceptionis.
14 Religio non impeditur propter falsam causam.
15 Dotis constitutio non impeditur propter falsitatem
causæ.
18 Falsitas causæ uiciat actum ipso iure quando ueritas
causæ erat de essentia actus.

Decisio. II.

VTrum unio facta ex certis causis sit nulla ipso iu
re si causæ non erant uere uel an propter falsita-
tem causarum. ueniat rescindenda seu annul-
landa? Quidam tenent quod sit nulla ipso iure.arg.ff.de
rebus eorum.l.i.in princ.& in fi.&.l.magis puto.§.si es.&
§.maneat.C.de prædijs minorum.l.& si præses.ff.de tu-
to.& curato.da.ab his.l.tutor.petitus.ff.ne uis fiat ei.l.i.
hæc uerba.de fideicommissa.liber.l.cum uero.§.subuen-
tum.de carbo.edicto.l.iij.§.puberi.de tuto.& curato.da.
ab his.l.sciæ egressæ.Et quod Innocen.notat de elect.cū
dilecti.super uerbo confirmauit.in uersi Item confirma-
tio licet quod ibi no.præsertim in fine illius glo.etiam ma
gis faciat contra.Et pro hoc etiam facit quod notat Inno
cen.in.c.exstirpandæ. super uerbo priuatum. ibi immo &
plus &c.de præben. licet posset induci in contrarium.cū
dicit reuocaretur collatio ergo innuit quod tenuit ipso iu
re pro hoc quod ibi notatur in fine totius glo.sue. pro ista
parte etiam facit opinio Archid. extra de rebus eccle.nō
alie.hoc consultissimo.super uerbo forma.ubi tenet quod
2 nedum defectus formæ sed etiam defectus causæ siue iu
sticiæ reddit ipso iure alienationem rei ecclesiæ nullam.
3 Constat autem quod per unionem fit alienatio.ut in.c.
tua nos.in fi.de his quæ fiunt a præla.pro hoc. qua obre
ptio & surreptio uitiat ipso iure gratiam.de præben. si di-
4 gnitatem.in clem & de priuileg.dudum.pro hoc.quia mi
nor qui imperrat ueniam ætatis non aliter sibi prodest im-
petratio nisi causæ sint uere : & eas coram ordinario suo
doceat esse ueras.de his qui ueniam ætatis impetra.l.ij.in
5 principio.secundo responso.pro hoc quia dispensatio fa-
6 cta ex falsa causa non ualet.ut notat glo.de consang.& af
finita.quia circa.in fine de elect.dudum.el secundo.§.in-
7 super.pro hoc.quia auctoritas perperam interposita habe
tur pro non interposita.ff.de aucto.tuto.l.nulla est diffe-
rentia.pro hoc.quia casualis falsitas uitiat legatum.ut.l.
8 cum tale.§.falsam.ff.de condi.& demonstra.pro hac par
te ꝙ unio facta ex falsa causa non ualeat. facit extra de
his quæ fiunt a præla.sine consensu capi.tua nobis. cum
ibi notatis per Host.& Io.an.post cū.licet bene posset tex.
induci pro alia parte. quia in fine cum dicit. irrita enim
erit absq; conuenientia & subscriptione clericorum non
repetit & si meliora non prospiciat.tamen pro ista parte
ꝙ non teneat facit.quia in unione uera causa est de substā
tia.in eod.ti.tua nobis.& de præben.c. exposuisti. & hoc
patet.quia alias iura prohiben.fieri unionem.ut alienatio-
nem

nem rei ecclesiæ.igitur nisi fiat ex uera causa erit nulla:
tanquam facta contra iuris prohibitionem & tanquam de
ficiens in suis substantialibus.arg.C.de sacrosanc.eccle.l.
iubemus nulli.§.i.&.C.de legibus.non dubium.in fi. Alij
tamen & maior pars tenuerunt contrarium & dicebant es
se opinionem antiquitus seruatam & obtentam & appro-
batam per auditores in palacio quod falsitas. causæ non
redderet unionem ipso iure nullam sed annullādam.quia
9 falsitas causæ nō impedit ipso iure trāslationem dominij
ex quocunque contractu fiendam.ut per totum tit.de con
10 di.indebi.& de conditione sine causa . Quod patet.quia
ex falsa causa transfertur dominium.quia competit con-
ditio ad repetendum.ut ibi.nec impedit ipso iure legatum
ff.de condi.& demonstra.l falsa demonstratio.& melius
in.l.cum tale.§.falsam. Item secundum opinionem com
11 munem falsitas causæ uel defectus iustitiæ dum tamen
seruata sit forma non reddit alienationem rei ecclesiæ nul
lam ipso iure ut notatur.xij.q.ij.sine exceptione.&.xij.q.
ij.in summa.Et ita sentire.uidetur Inno.extra de constitu.
quæ in ecclesiarum.super uerbo lectio.in fin.Sic enim nō
12 reddet nullam sententiam diffinitiuam ipso iure nisi alias
per dolum &c.ut.l.si prætor.§.marcellus.cum ibi notatis
13 ff.de iudic.Sic etiam surreptio non redderet rescriptum
ipso iure nullum sed ope exceptionis.ut no.gl.de rescrip.
ad audientiam.Inno.eo.ti.dilectus filius in fi.pro ista par
te etiam alleg.de manu.uindic.l.iusta.§.i.&.ff.de manu.
testamē.l.cum ex falsis.institu.ex quibus cau. manu.pos.
uel non.§.semel.ff.de re iudica.diuus in fine. C.si ex fal-
sis instrumentis per totum. Pro ista parte etiam facit.quia
14 falsa causa non impedit religionem.extra de conuersi.cō
iug.c.ex parte. Nec mandatum obligantis impedit obli-
gationem.eo.tit.ueniens.nec falsitas causæ impedit dotis
15 constitutionem.ff.de iure dotium.l.quemadmodum.§.fi.
& pro hoc in speciali allegat.l.cum hi.§.si prætor.cum
ibi notatis in fin.magnæ glo. quæ est prima.ff.de transac.
Nec obstāt iura contraria. quia loquuntur de alienatione
uel dispositione quæ fit cum decreto superioris. quod qui
16 dem decretum sicut & quencunque interlocutoria ob-
reptio uel surreptio seu falsitas causæ potest impedire ne
ualeat. In unione autem non requiritur decretum superio
ris sicut nec in alienatione rei ecclesiæ.no.glo.de rebus ec
cle.non alien.c.dudum.super uerbo tractatus.in fine.lib.
17 vi.uel dicet melius ꝙ etiam decretum uel interlocutoria
lata ex falsa causa tenet ipso iure : sed potest reuocari per
appellationem uel restitututionem in integrum ex causa.
pro præmissa ultima opinione.facit quod no. Innoc.de re
nunc.in præsentia.super uerbo præter ista.& quod no.de
excusat.tuto.qui testamento. & glo.ff.de acqui.hæred.is
ad quem.§.fi.Nec obstant iura supra primo allegata.quia
loquuntur in speciali casu & in alienatione minorum ubi
etiam est aliud speciale ꝙ sententia lata ex falsa causu est
ipso iure nulla. C.si ea fal.alleg.per totum. Non obstant
18 alia leges.quia in omnibus alijs ueritas causæ erat de es-
sentia actus quantum ad fines in quibus quilibet loquitur
si bene inspiciantur materie in quibus loquuntur & ideo
falsitas uitiat ipso iure ad.§.puberi.&.l.seye.egresse solui
tur per Cynum.quando prouo.non est necesse.l.ij.in secū
da oppositione.ad.c.si dignitatem.dic speciale ibi ratione
ambitiose impetrationis.

Decisio. II.similis deci.nu.primo.de ecclesi.ædif.
in antiq.

Decisio. III.similis deci.nu.3.supra eo.in antiq.

Summarium.

1 Episcopus potest alteri committere ut faciat tractatus su
per alienatione rei ecclesiastice cum capitulo.

Epithome.

2 Alienatio facta præcedente tractatu a capitulo cui Epi
scopus facultatem dederat deliberādi super ea . an teneat
si non interueniat alius tractatus?
3 Industria personæ in quibus eligitur alteri demandari
non possunt.
4 Causæ meri & mixti imperij de iure canon. sunt dele-
gabiles.

Decisio. V.

VTrum episcopus tractatum faciendo cum capitu
lo super alienatione rei ecclesiastice uel unione
facienda possit facere per alium cui committat
ꝙ tractet cum capitulo super necessitate uel utilitate seu
expediētia & causis alienationis uel unionis & sibi referat.
& an si postea episcopus cui talis tractatus relatus est per
quem capitulum reputabat iustas esse & rationabiles tali
alienationi uel unioni suam auctoritatem & decretum in-
terponat.& eam faciat sine alio tractatu in sui præsentia
habito talis alienatio uel unio teneat . Quidam dicebant
ꝙ tractatum episcopus facere non possit per alium . sed p
3 se.& per consequens alienationem uel unionem non tene
re.quia talia sunt ardua.& in quibus uidetur a iure electa
industria episcopi.& ideo non possunt fieri per alium.ar.
l.fi.§.item audiendum.ff.de diuer. & tempo. præscrip.C.
de prædijs minorum.cum concordan.ibi alle.pro hoc ar.
C.de ponde.aur.l.ij.C.de exactio.tributorum . missi opi-
natores.i.&.ij.responden.ff.mandati.l.mandatum distra
hendorum in fi.ff.de rei uendi.in fundo.extra.de procu-
ra.c.fi.li.vi.&.ff.de solu.l.inter artifices.pro ista parte alle
gatur.tex.ff.de transac.l.cum hij.Et hæc opinio uidetur
placere Archid.xvij.q.iiij.in uenditionibus. allega.ff.de
offi.proconsulis.ne quicquam.§.ubi decretum. Alij & ma
ior pars dicebant contra.quia hoc non reperitur prohibi-
tum.igitur &c.ff.de adminis.tuto.l.ita autem.§.gessisse.
Item quia ex quo tractatus sibi debet referri ipse discer-
net.an deliberatio fuit bona & eam sequeretur & non ali-
ter.& per hoc satis tolluntur contraria.quia alienationem
ipsam & unionem per se expedit. ar. ad hoc in ratione de
offi.deleg.super quæstionum.§.intentionis.in fi.& eo.tit.si
pro debilitate.pro hoc allegabatur tex.ff.de rebus eorum
magis puto.§.ne titulo.ibi dare uiatorem.&c.pro hoc etiā
4 quia de iure canonico etiam causæ meri uel mixti imperij
sunt delegabiles. de offic.ordi.ꝙ sedem ubi no. & de ra-
pto.in archiepiscopatu.pro responsione ad.§.ubi decretū.
uide Innoc.de resti.domi.constitutus.super uerbo.ordina
tionem.in fi.

DE LOCATO ET CONDV.

Decisio. I. supra eo.ti.deci.2.in antiq.

DE RERVM PERMVTATIONE.

Summarium.

1 Beneficium uiuentis unitum ut post cessum uel deces-
sum unū sortiatur effectum. non potest cum altero per-
mutari.

Decisio. I.

NVNQVID ille cu-
ius beneficium est alteri
beneficio unitū ut unio
post cessum uel decessū
illius sortiatur effectum
possit illud beneficium
sic unitum cum aliquo
alio permutare . tenetur
communiter ꝙ non arg.
pro hoc.quia per frequē
tes permutationes unio
posset reddi inutilis uel
saltim nimis deferri cō
tra utilitatem uel necessitatem ecclesiæ.cuius contempla
tione fuit facta unio quod præcauendum est.ar. ff.de usu
fruc.l.si usufructus.&c.

Summarium.

1 Permutatio facta de ecclesia minori cum ecclesia pin-
guiori non censetur facta in fraudem expectantis qui iniu
ste litem moueat super minori ecclesia.

Epithome.

1 Litis motio iniusta si fiat maliciose non inducit uitium litigiosi.

Decisio. II.

CVm quædam pinguis ecclesia quæ non cadebat in gratia expectan. propter excessum taxe uacaret in partibus. & unusquisq; expectans speraret & crederet ꝙ episcopus ordinarius cōtulisset eam cuidam nepoti suo qui unam ecclesiam minorem tunc temporis obtinebat. Quodq; per assecutionem maioris uacasset minor ꝙ ille nepos obtinebat acceptauit illam minorē quæ bene cadere potest sub gratia expectantis. & de ea fecit sibi prouideri. licet de facto cum reuera tunc dicta maior ecclesia non fuisset collata dicto nepoti minorem obtinenti. sicq; dicta minor minime uacaret. dictusq; expectans egit contra dictum nepotem in curia romana & petijt dictam minorem ecclesiam tanq̃ ex causis præmissis sibi debitā. tandem lite pendente episcopus cōtulit maiorem seu pinguem ecclesiam cuidam alteri nullum beneficium obtinenti. & ille alter permutauit illam maiorem cum nepote episcopi qui minorem obtinebat cum eadem minori. perfectaq; permutatione & translatione permutantis in ecclesijs permutatis dictus expectans acceptauit minorem iterato. & sibi obtinuit prouideri prætendens eam nouiter uacasse per renunciationem. nec sibi obstare permutationem quia fuit ut prætendit fraudulenta ex causis prædictis. & omnia prædicta conficta prætendit in eius fraudem. Item quia facta lite pendē. & petit eam in uirtute secunde acceptationis & prouisionis. Quæritur an sibi debeatur. fuit ꝙ non. quia aliquid nō potest dici ibi factum in fraudē eius principaliter sed in prouisionem permutantis. nō enim potest dici ꝙ nepos episcopi cōmiserit fraudem dimittendo minorem pro maiori sed sibi de meliori prouidit cum & si eam non dimisisset non esset uacatura illa minor necessario cum in potestate ipsius non esset posse assequi maiorē immo in potestate episcopi erat sibi cōferre qui episcopus nolebat sibi cōferre ne de sua posset alteri prouideri. quod quidē nō posset ꝑpter expectātes. & iō si alteri nullū beneficiū maius cōtulit nulli iniuriā facit cū nulli illa maior deberet. immo usus est debito iure suo. ille aūt cui maior fuit collata dimittēdo maiorē pro minori nullum fraudauit cū maior nulli alij deberetur. nec minor esset alias uacatura. nec per consequens expectan. debendā. & ita licet ad prouisionem suam adinuentus fuerit talis modus per quem minor non uacauerit taliter ꝙ posset per impetrantem acceptari non per hoc censetur fraudem aliquam commisisse. ar. ff. de leg. ij. l. cum potest. §. ticio. & ff. de dam. infec. l. proculus. cum concor. nec ob. lit. penden. quia constat ꝙ tempore quo expectans mouit litem nullum ius habuit in illa ecclesia minori cū tunc illa non uacasset. nec per consequens tunc erat acceptabilis. & ita ꝙ indebite mouit litem & ideo sua indebita litis motio non potest sibi prodesse. nec illum nepotē episcopi potuit impedire quo minus uti posset iure suo eamq; cum meliori permutare. nam
2 litis motio iniusta si fiat maliciose non inducit uicium litigiosi. ar. ff. de liti glo. l. i. §. i. pro quo etiam facit. quia constat de iniusticia mouentis litem & de nō iure suo. & ideo retro apparet litis pendentiam minus indebite fuisse motam. & sic nec habere locum uicium litigiosi.

Dec. 7. de dol. & cōt. per cass. Lis ficta nō habet priuilegia litis secun. bar ba. consi. i. col. 24. uer. & si q̄spiā uol. 3. & ꝙ lis nō ꝓsumat litigiose ēt ex cursu tēporis ēt lōgi. Fely. in c. illud. col. 4. uers. nouissime de præscrip. Cassa. deci. 7. de dol. & cont. & dec. 5. ut lit. pen. Fran. in c. i. in pri. co. i. vi.

Summarium.

1 Permutantes non possunt propria auctoritate reddere ad priora beneficia. licet non dicantur in currere pœnam. c. de multa de præben. & c. eum qui si contra faciant.

Epithome.

2 Permutatio. & eius expeditio dependet ex potestate superioris.

3 Impetratio facta de beneficio permutato tanquam uacanti propter incompatibilitatem ex eo quod perfecta ꝑmutatione permutans rediet ad suum primum beneficiū quod permutarat. an ualeat?

Decisio. III.

VTrum permutantes sua beneficia expedita permutatione per papam uel alium superiorē in cuius manibus renunciauerant ex causa permutationis inuicem collatis alter utris beneficijs possint ꝓpria auctoritate renunciando dictæ permutationi in suis pristinis beneficijs remanere. prout ante permutationē permanebant. licet quidam tenerent ꝙ sic. quia permutatio est facta in eorum fauorem cui fauori poterant renunciare. tamen omnes tenuerunt cōtra. quia permutatione expedita neuter habet ius in pristino beneficio suo. sed in nouiter
2 sibi ex causa permutationis collato. Item ipsa permutatio & eius expeditio tota pendebat ex potestate superioris. ut si uideret ecclesijs & personis eam expedientem faceret. ut extra de re. permu. quæsitum. in fi. igitur sine eius licentia nequeat resolui. ar. l. nihil tam naturale. nec est solus fauor permutan. immo & ecclesiarum. ideo interuenire debet auctoritas superioris. igitur non obstat ratio in opposi-
3 tum supra allegata. ¶ Sed pone sicut erat in facto dicti ꝑmutantes post expeditam permutationem sine superioris licentia remanserunt de mutuo consensu in suis pristinis beneficijs. sicut ea tenebāt ante permutationem. quidam impetrauit unum illorum beneficiorum tanq̃ uacans ex eo. quia beneficia erant incompatibilia puta erant duæ dignitates curate puta decanatus & præpositura. Quæritur nunquid ualeat impetratio. uidetur ꝙ sic. quia ex quo decanus permutauerat cum præposito expedita permutatione incepit habere ius in præpositura. & eius assequi potuit optime possessionem si uoluit. ex quo igitur sine superioris licentia retinet decanatum in quo desierat habere ius propter permutationem censetur se intrudere scienter & iniuste. & sic uidetur ꝙ per illam iniustam intrusionem seu retentionem decanatus ipso iure uacauerit præpositura quā uirtute permutationis obtinebat saltem de iure. ex quo in ea ius habuit. ar. c. eum qui de præben. li. vi. nam perinde erat ac si eam de facto pacifice possideret. ex quo per eū stabat quo minus pacifice eam possidret. ar. c. commissa. §. i. de elec. & no. in c. de multa. de præben. & eodem modo. etiam potest deduci ꝙ uacet decanatus in quo uirtute permutationis olim præpositus habuit ius. ex quo post permutationem scienter se intrudit iniuste in præpositura & indebite sine superioris licentia retinendo. & sic uidenī duo beneficia incompatibilia tenere. tamen domini contra tenuerunt præsertim. quia in istis cessat ratio ambitiōis & cupiditatis cum reuera neuter de facto teneat nisi unicum beneficium. nec habeat animum nec intentionē duo beneficia obtinendi. sed unum tantum licet errent in iure. ex quo sine licentia superioris remanent in beneficijs ex causa permutationis dimissis igitur cesset pœna decretalis de multa. & c. eum qui. ubi eius intentis ferebat ad duo & ubi assequendo secundum: intendebat etiam tenere primum. uel ius quod in eo habebat. hic uero non. immo assequendo secundum intendebat dimittere primum.

Decisio. IIII. similis de rerum permu. nu. 3. in antiq.

Summarium.

1 Permutatio non sufficienter præsumitur fraudulenter facta in præiudicium expectantium ex sola disparitate ualoris beneficij.

Decisio. V.

IN sola disparitas in ualore beneficiorum permutatorū sit sufficiens præsumptio fraudis commisisse in permutatione in fraudem expectantium. no. arg. l. dolus. C. de rescin. uend. uide Io. an. in nouella. de re. permu. c. i. in fi. lib. vi.

DE SOLVTIONIBVS.

Decisio. I. similis deci. nu. 41. de proba. in antiq. Egid. dec. 755. si rector col. pen. & Oldra. consi. 76. summus pontifex.

DE TESTAMENTIS.

Summarium.

1 Executor testatoris datus pro monasterio ædificando po test petere restitutionem aduersus negligentiam prosequẽ de appellationis per testatorem interposite.

Epithome.

2 Restitutio peti non potest pro monasterio uel ecclesiæ quæ non dum sunt.
3 Destinatum sortitur naturam eius ad quod destinatur.
4 Partus conceptus in his quæ concernunt eius præserua tionem ut producatur in esse gaudet priuilegio iam natorum.

Decisio. I.

QVIDAM testator reliquit omnia bona sua ꝑ monasterio ædificando dato executore demum in uno litigio quod ducebat & in quo appellauerat testator eo mortuo propter negligentiam testatoris fuit deserta dicta appellatio interposita ꝑ testantem. Nunc quæritur nunquid iste executor possit aduersus lesionem petere restitutionem iure priuilegiato quo ecclesia restitueretur. Quidam dixerunt ꝙ non quia pro monasterio
2 uel ecclesia quod uel quæ nondum est non potest peti restitutio.ar.de eccle.ædifi.ad audientiam. Alij uero cõtra. quia ista bona erant destinata pro ædificando monasterio, ergo iam pro futuri monasterij utilitate ut posit proficí gaudent priuilegio monasterij.ar.ff.de lega.iij.l.item le
3 ge.§.i.& l.ligni.cum multis concor.ad hoc ꝙ destinatum sortitur naturã eius ad quod destinatur.pro hoc quia erat cœptum &c.ar.l.i.§.cœpisse.ff.de pollicita.& melius de au.& ar.lega.l.& si non sint.§.quid ergo si cœptum.cum concor.pro hoc etiam alleg.quia si istis bonis iam cœptis censebatur monasterium ædificandum & per ædificationem pro tẽpore pariendum.ergo gaudeat priuilegijs mo
4 nasterij.ar.quia partus conceptus in hijs quæ cõcernunt eius præseruationem ut producatur inesse gaudet priuilegio iam natorum.&c.arg.ff.de pœnis.l.prægnantis.& de sta.ho.l.qui.in utero & quæ habentur.ff.de extraordi.cri. l.diuus.pro hoc quia propter spem uidetur inesse.arg.iurium de spe. Item pro hoc facit.c.religioso.de senten.excom.lib.vi.

DE DECIMIS.

Decisio. I. similis nu.4.de priui.in antiq.

DE IVRE PATRONATVS.

Decisio. I. similis deci.nu.16.de renun.in antiq.

Decisio. II. similis deci.nu.1.in antiq.de institu.

Summarium.

1 Patrono præsentandi tempus quando incipiat currere.

Decisio. III.

i.co.deci.13.

A Quo tempore currat patrono tempus præsentandi quadrimestre uel semestre? uidetur ꝙ a tẽpore uacationis.ar.de iurepa.cam te simmo uidetur quod a tempore noticie.ut arg.c.licet.supplen.negli. prælat.&.c.quia diuersitatem.in fin de conces.præbend. & dicto.c.cam.te.intelligitur a tempore uacationis scilicet noticie. uide decis. 13. hoc uo [illegible] supra in antiqs

DE SPONSALIBVS.

Summarium.

1 Clericus contrahens matrimonium cum minore. xii. an statim amittat beneficium uel post copulam carnalem subsecutum?

Decisio. I.

VTRVM si beneficiatus contrahat matrimonium cum minore. xij.annorum uacet beneficium in continenti tempore contractus matrimonij. uel demum post carnis copulam.uide Io.an.in nouel.de cleri.coniug.c.i.in antiquis.& plenius per eundem in commento.c. cum Iohan.eo.ti. Vide deci. nu i.eo. in antiq.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

Decisio. I. similis deci.nu.4.de filijs præsby.in antiq.

DE DONA. INTER VI. ET VXO.

Summarium.

1 Vxor quæ fuit constituta a uiro suo tutrix & gubernatrix tam bonorum quam liberorum an teneatur ponere in inuentario iocalia ab eius uiro ac cæteras res sibi traditas? & quid de alijs rebus contemplatione eius uiri ipsi ab alijs datis?

Epithome.

2 Maritus non censetur donare res uxori quas ex necessitate illi exhibet.
3 Vxor tenetur operari uiro. & ideo acquisitis ex operis suis pertinent ad maritum.& eius hæredes.
4 Vxor quicquid acquirit ex opera sua uiro acquiret & qd si ex pecunia mariti quæsiuisset?
5 Donationem factam mulieri si uir non reuocauit expresse uidetur causa mortis illi donasse.
6 Donare in dubio quis non præsumitur nec iactare suũ.
7 Donatũ uxori contemplatione uiri cuius censeantur esse?
8 Maritus quod per ministerium uxoris acquirit sibi acquirit.
9 Vxor si non probat a quo bona habuerit, habet in dubio præsumptionem contra se.illa esse uiri.
10 Inuentarium conficiens etiam de bonis quæ sua esse cõtendit. qualem protestationem facere debeat?

Decisio. I.

PETRVS existens in matrimonio cum Anna uxore sua eidem plures & diuersas uestes ac arnesia fecit etiam eidem plura iocalia & diuersa dedit & tradidit dicens teneas istud uerum est ꝙ dicta Anna uxor prædicta existens in dicto matrimonio diuersas pecunias acquisiuit diuersimode per bonam diligẽtiam de quibus aliquando dicto Pe.uiro suo tradidit quãdoq; pro fodrarijs mantellorum.ix.florenos siue plus siue minus semel uel pluries necnon plura iocalia daceas argenti & coclearia per compatres & alios amicos dicti sui mariti ac pannos plures: tam pro mantellis quam aliis robis ad beneplacitum sibi datos ex noticia eius uiri acquisiuit. deinde dicto Pe. uenfente ad mortem suum condidit

testamentum in quo liberos eorum cōmunes hæredes in-
stituit constituens dictam Annam uxorem suam tutricem
gubernatricem & administratricem tam liberorum q̃ bo-
norum tamen cum beneficio inuētarij nunc quæritur an
dicta Anna uxor præfata teneatur ponere in inuentario
faciendo arnesia & iocalia sua supra scripta nec non cum
dictus Pe. maritus suus nullam mentionem de hoc fecerit
in testamento suo nec ea sibi legauerit. uel quid iuris quo
ad uestes & arnesia per uirum facta uel empta. uidetur di
cendum ꝙ si erāt talia ad quæ sibi faciendum maritus se
cundum statum mulieris & communem consuetudinem
tenebatur & mulier indigebat ꝙ non uidebatur sibi donas
se. quia necessitas exhibendi & sibi talia administrandi in
cumbebat marito. & ideo iura fauent marito ut tantum
ratione præsentis usus intelligatur potius sibi tradidisse. ut
probatur. ff. de dona. inter ui. & uxo. in. l. sed si uir lanam.
cum ibi no. in prin. & l. mortis suæ causa in. fi. eo. ti. & facit
ff. solu. matri. l. in his § i. & in hac sententia est ibi Oldra.
& Cy. & hoc cōmuniter tenetur. d. l. sed si uir lanam. quo
ad acquisita per suam industriam & diligentiam. Videtur

Alc. in. l. in his §. seruus so. matri. ff. & in. l. si is qui quadringenta. §. dos legata. nu. 2. ff. ad. l. falci. Iocalia ad quē spectent uide Bal. in. l. cū te. c. de. dona. ante nupti.

3 dicendum ꝙ si ex operis suis fuerint acquisita ꝙ debeant
pertinere ad maritum seu uirum & eius hæredes post eū
quia uxor tenetur operari uiro. ut in. l. sicut. ff. de ope. libe.
& no. C. de condi. inser. l. si uxor in fi. ij. gl. & facit ad hoc
d. l. sed si uir. in prin. & pro hoc quod no. Innoc. de testa.
cum inoffic. circa fi. primæ columnæ. facit etiam ad hoc
quod dicitur de uxore cum subiungit paulo post. quia qc
4 quid acquirit uxor ex opera sua uiro acquirit. si uero alia
aliter acquisiuit & potest mōstrare unde & a quo uel quo
modo tunc illa ad eam debet pertinere & non ad maritum
etiam si ex pecunia mariti quæsiuisset puta mercando uel
tenendo in cambijs. ar. ff. de dona. inter ui. & uxo. ex an-
nuo. §. i. quia mulier erat libera nisi quo ad debitum car-
nis & quo ad operandum. ut d. l. si uxor cum ui. quo ad ua
sa & iocalia & uestes & alia ornamenta ad quæ sibi mini
stranda maritus necessario non tenebatur per maritum si-
bi tradita si constaret ꝙ animo donandi sibi licet donatio
5 sibi non ualuerit: tunc tanquam facta inter uirum & uxo-
rem. quia maritus eam expresse non reuocauit dicerem ꝙ
esset morte uiri confirmata & quod deberent ad ea perti-
nere & non ad hæredes mariti. ut. l. cum hic status. §. i. ff.
de do. inter uirum & uxo. sed in casu præmissæ. q. facte su
pra in tradente non crederem ꝙ per illa uerba quæ mari-
tus dicebat uxori teneas istud uideretur donare sed potius
eam custodire & usus promiscui sibi commendare. quia in
6 dubio quis non præsumitur donare nec suum iactare. arg.
ff. de proba. l. cū de indebito. & l. filiusfa. ff. de dona. præ-
sertim ne sic præsumendo mutuo amore se spolient & qa
donatio inter uirum & uxorem est prohibita de iure. & in
dubio non est præsumendum fecisse contra iuris disposi-
7 tionem & prohibitionem. quo ad alia donata uxori per ex
traneas contemplatione uiri crederem distinguēdum an
illi intenderent principaliter donare uiro & uellent ꝙ sibi
acquirerentur licet traderent uxori & tunc credo ꝙ talia
pertinere debeant ad uirum & eius hæredes & nō ad uxo
8 rem quia quod uir per ministerium uxoris acquirit sibi ac
quirit etiam cum ratam habet talem donationem. ar. ff. de
neg. gest. l. si ego. nisi uir cum credebatur uxori intenderet
sibi donare. quia tunc licet illo tempore donationis inter
uirum & uxorem non ualeret tamen morte uiri confirma-
retur. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. iij. §. fin. & l. se. iuncta. l.
cum hic. status. § i. eo. ti. ꝙ tamen in dubio non præsume-
rem. s. uirum uxori uoluisse donare. ar. eorum quæ dixi. s.
in præceden. per. l. cum de indebito. Si autem illi qui do-
nabat contēplatione uiri intenderent principaliter dona-
re uxori: & uolebant res donatas ei quæri & non uiro licet
eis contemplatione hoc facerent & tunc crederem ꝙ talia
donata quærerentur uxori non uiro quia ipsa est persona
libera quæ sibi quærere potest nec sibi quæsita quæruntur
quia non sunt quæsita ex eius operis. ut no. per Cy. C. de
fur. l. fi. in ultima. q. ibi uero tollitur hoc arg. nec talia tene
retur ponere in inuentario: in dubio crederem recurrēdum
ad coniecturas & ad genus rerum donatarū an potius con
gruerent uiro q̃ uxori uel econtra ut tunc secundum hoc
præsumatur an uoluerint donatores acquiri uiro uel uxo
ri. & pro hoc bene facit ꝙ notat Io. an. in nouel. de appel-
la. c. a collatione. lib. vi. in fine. super uerbo ad eundem. &
si ex his aliquid præsumi nō potest crederem in dubio do
natores uoluisse quæri marito ex quo eius contemplatio-
ne donabant. ar. ff. de uulga. & pubil. l. sed si plures. §. ad
substitutos. cum ibi no. ff. solu. matri. si uero negocium. §.
Item quicquid. cum concor. De donatione autem uxoris
contemplatione uxoris non uiri non est dubium quin sine
dubio ad eam debeant pertinere. ar. iurium prædictorum.
9 In dubio autem si uxor probare non posset unde quomo
do & a quo acquisiuit omnia præsumerentur esse de bo-
nis uiri. ut. l. etiam C. de dona. inter ui. & uxo. & l. quāuis.
ff. eo. ti. & ideo cautius esset uxori omnia ponere in inuen-
tario protestando tamen de iure suo & propter hoc non in
tendit confiteri illas res ad maritum uel eius hæredes per
tinuisse uel pertinere debere & protestando ꝙ res quas de
iure ad se apparebit pertinere tanquā suas proprias ualet
obtinere ne alias sine protestatione simpliciter ponēdo eas
in inuentario uideatur confiteri eas ad uirum uel eius hæ-
redes pertinuisse uel pertinere. ut C. arbi. tute. l. fi. quod cō
fiteri non uidebitur cum præmissa protestatione quæ sibi
conseruabit ius in futurum. ar. ff. qui mo pig. uel ipo. sol. l.
si debitor. §. i. & ff. de reli. l. at si quis. §. sed interdum. &
ar. no. de materia protestationis per doct. in. c. cum. M. fer
rari. de consti. & per Io. mo. & In. an. in nouel. in regu. iu-
ris. in generali.

DE ACCVSATIONIBVS.

Summarium.

1 Priuatus ecclesia quæ est totum censetur priuatus prio
ratu qui est pars.

Decisio. I.

QVIDAM prætendēs in quadam ecclesia fuisse factum prioratum & uicariam perpetuā quæ haberet curam animarū cum causæ cognitione fuit priuatus illa ecclesia per episcopum & ordinatū ammodo esse regendam per unum rectorem & dictam ordinationem factam de prioratu & uicaria non tenuisse: ipse dicebat ꝙ cū ipse esset prior & non esset priuatus prioratu sed ecclesia priuatio non tenebat. quærebatur an bene diceret? tenuerunt omnes ꝙ non. quia priuatus ab ecclesia quæ est totum per consequens censetur priuatus prioratu qui est pars in ecclesia & qualibet etiam sui parte etiam si illa ordinatio de prioratu & uicaria facta non fuisset cassata uel declarata nulla ergo multo fortius ex quo declarata est ꝙ fuerat nulla seu non tenuisse &c.

DE HÆRETICIS.

Decisio. I. similis deci. nu. 1. eo. ti. in antiq.

DE PRIVILEGIIS.

Summarium.

1 Exemptio an inducatur ubi papa concessit cœnobio
monachorum quod ipsi & eorum loca quieta libera & in
tegra cum suis priuilegijs permanerent?

Decisio. I.

PAPA concessit cuidam cœnobio monachorum quod ipsi & eorum loca quieta libera & integra cum suis priuilegijs permanerent. Quæritur an ex illis uerbis inducatur exemptio? alleg. pro parte eorum quod sic. c. si papa. §. & est idē de priui. li. vi. & per no. per Inno. de priuile. recepimus. & per text. eodem titu. cum olim.

DE SENT.EN. EXCOMMVNI.

Summarium.

1 Excommunicatus per episcopum uisitantem ex eo quod ipsum ad uisitationem non admisit prætendens se exemptum ante satisfactionem non debet absolui.

Decisio. I.

VTRVM episcopo ex communicāte aliquem de iure communi subditum. quia non permittit se uisitare uel non soluit procurationū ratione uisitationis debitā sed ille prætendens se exemptū a uisitatione uel p̄stationē ꝓcurationis appellet & sic p̄tendens excōmunicationem iniustam pēdente lite appellationis petat simpliciter se absolui per.c.cum contingat de offic. dele.sit absoluendus contradicente episcopo qui super eo pro quo eum est communicauit fundat intentionem suam de iure communi.maior pars dominorum tenuit ꝙ non quia quasi debet reputari excommunicatus pro manifesta offensa.nec simplex assertio sua qua prætendit se exēptum uel negatio qua negat se teneri reddit episcopi intentionem fundatam de iure communi dubiam de quo plenius per Innoc.de censibus uenerabili. nisi alias pro parte excommunicati probaretur aliquid saltem semiplene de intentione sua propter quod redderetur intentio episcopi dubia ut ibi no.Innoc.circa finem.

Summarium.

1 Canonice seculares non gaudent priuilegio. c. si quis suadente.

Epithome.

2 Hæremita censetur persona ecclesiastica. licet nullam professionem emittat.

Decisio. II.

VTrum canonice seculares gaudeant priuilegio seu immunitate ut eas uerberans sit excommunicatus? Quidam dicunt quod sic quia quandiu remanent in tali statu etiam si non sint religiose sunt tamē persone ecclesiastice uel deo deuote.igitur gaudeant arg. xvij.q.iiij.quisq;.& quod notatur de senteu.ex. religioso. lib.vi.in fi.pe.glo.pro quo bene facit.xiij.q.i.duo sunt.cū
2 ibi no.pro quo.quia etiam hæremita qui nullam facit professionem & habet proprium censetur persona ecclesiastica.ut no.Inno.in.c.cum monasterium.de elec.Alij dicunt quod non.quia earum status non est approbatus ut in.c.indēnitatibus in fi.de elec.li.vi.& de statu regu.c.fi. §.illas in cle.immo reprobatus.xviij.q.ij.ꝑniciosam igit̄ non merentur gaudere priuilegio immunitatis. arg.l.auxilium §.in delictis.ff.de mino.&.ff. de colleg. illici. quasi per totum.& uide quod de hac materia notat Io.an.in nouella.de maio.& obe.dilecta ubi glo.de istis canonicis.& hanc opi.conseruat ut dicitur cancellaria quæ non daret eis literas contra tales immunitates. Alij distinguunt dicētes quod tempore quo portant habitum canonicatus puta super pellicium & in diuinis seruiunt deo tunc reputentur personæ ecclesiasticæ & gaudeant priuilegio. sed quando exierunt & extra seruicium dei sunt in domibus proprijs secus.argum.l.Item apud labeo.§.si quis uirginem.ff.de iniuri.& extra de sentent.excom.si iudex laicus.li.vi.ad idem.ff.de aqueductu.l.omnes.iuncta.l.semper.ff.de iure immuni.& quod no.Io.an.de cleri.coniuga.c.Iohannes.

Decisio. III. similis nu.23.eo.in antiq.

Summarium.

1 Excōmunicatus an possit acceptare beneficium in uim gratiæ suæ.

Epithome.

2 Excommunicatus æquiparatur deportato.
3 Deportatus litis amittat quæ iuris ciuilis sunt non tamē amittit ea quæ iuris naturalis sunt.
4 Deportatus potest eligere. acceptare & uoluntatem suā exprimere in executione alterius præcedentis legitimæ dispositionis.
5 Acceptare est nuda expresio quæ in solo facto consistit.
6 Excommunicato actus extraiudiciales non sunt ita prohibiti sicut iudiciales.
7 Excommunicatus non est capax beneficij ecclesiastici.
8 Prohibitum ubi aliquod perpetuo fit. omne aliud censetur prohiberi per quod peruenitur ad illud.

Adde Gigan. in trac. de pensio.q.74.Milis in repert.suo in uersi.excōicatus maiori excōicatione.

Decisio. IIII.

SCiendum est quod aliqui dicunt ꝙ excomunicatus potest acceptare beneficium ecclesiasticum cadens sub forma gratiæ sibi factæ tempore quo erat
2 excommunicatus æquiperantes eum deportato.iuxta gl. Io.an.in.c.decernimus.de senten.excom.ubi dantur remissiones ad scripta aliorum doctorum.similem æquipe-
3 rantiam facientium. deportatus autem licet amittat ea quæ iuris ciuilis sunt non tamen amittit ea quæ iuris naturalis sunt. ut.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff. ad trebel.nam ut ibi dicitur deportatus bene potest eligere seu acceptare & uoluntatem suam exprimere in executione alterius præcedentis legitime dispositionis quia hoc consistit in solo facto & hoc de iure naturali competit.ut clare no. Accur.in dicto.§.si quis rogatus.modo ad propositū
5 reducēdo dicunt quod acceptare est nuda expresio quæ in solo facto consistit.quare hoc permissum uidetur excōmunicato.ar.prædictorū.ad ꝙ etiam inducunt notata ꝑ Inno.in.c.ueritatis.de dolo & con.& ibi satis inueniri pos
6 sunt argumenta pro & contra.Domini etiā ꝙ iste est actus mere extraiudicialis & ideo non ita prohibitus excōmunicato sicut si esset iudicialis.ut in.c.solet.in fine de sent.ex com.li.vi.Nec obstat secundum eos si dicatur ꝙ excōmu
7 nicatus non est capax beneficij ecclesiastici si tibi conferatur.per.c.postulasti.de cleri.excom.mini.& ideo uidetur ꝙ non possit facere aliquod præambulum per quod
8 perueniatur ad illud.ut oratio ff.de sponsa. quia dicunt illud uerum in prohibitione perpetua secus in tempora li. ut.l.si quis officium.ff.de ritu nupt.& facit ad hanc solutionem quod notat Dy. in regula cum quid prohibetur de regu.iu lib.vi.Et sic dicunt de excōmunicatione quæ proprie non potest nec debet dici perpetua sed temporalis cum excommunicatus absoluendus sit cessante contumacia.ad hoc de constit.ex literis.cum ibi notatis.hoc tamen aliquibus non placet.

DECISIO. ANTIQVIO.

FINIS.

DECISIONES PER R. PATREM THOMAM FASTOLI AUDITOREM SACRI PALACII IN VNVM REDACTAE.

Causa. I.

ANNO domini.M.ccc
xxxvi. pontificatus san-
ctissimi in Christo patris
& domini domini Bene
dicti pape.xii.anno secũ
do die.xi.mẽsis Decem
bris fuit in rota proposi-
tum quoddam negociũ
spoliationis per dominũ
durãdum in quo lectum
fuit quoddam instrumẽ
tum productum ad spo-
liationem probandam
in illo negocio.& ostendebatur quidam libel lus siue peti-
tio quædam super spoliatione quadam facta per spolia-
tum lite pendente.nec ibi exprimabatur quo tempore spo
liasset astrum ante spoliationem factam de ipso an post &
petebat reus huiusmodi se restitui & id quod actũ sic fue
rat retractari tanquam attentatum lite pendente. Circa
præmissa autem mouebantur hæc dubia.

Epithome.

1 Spoliatio an posit probari per instrumentum?
2 Crimen an posit probari per instrumentum?

Dubium. I.

Spoliatio probatur eo ipso ꝙ spoliatus probat de antiquori possessione bal.in l.penul. col.ultu.C.si a nõ compe.iud. Alex.i.l.si duo uti possi.

1 PRIMO an spoliatio
posset probari per instru
mentum & tenebatur ꝙ
sic? ar.extra de rest.spol.
cum ad sedem.uer. Nos
prioris.& de ma.& obe.
cum in ecclesijs licet ibi
uideatur notari contra-
2 riũ in periurio.Et de hoc
notatur.ſ.an crimen per
instrumetum posit pro
bari per Io.an.de iureiu
ran.c.fi.li.vi.& de uer.si
gn.cõstitutionem.e.li.Item in iure ciuili no.ff.ad turpil.
in senatus & C.ad.l.acquil.contra negantem.prædictæ
glo.omnes præter primam in decretali c.in ecclesijs pro-
bant ꝙ crimina possunt probari per instrumẽtum.Gof.ta
men probat contrarium in uiolentia & possessione in sum
ma de clandes.de uer.Illud autem no.& idem uidetur re
citare Io.an.post Hosti.de excep.c.pia.in glo.super uerbo
viij.dierum circa fi.ibi sed de spoliatione no.&c.

Epithome.

1 Instrumentum in quo non apparet notarium esse roga-
tum an ualeat.

Dubium. II.

SEcundum dubium erat an instrumentorum ualeat si
non appararet notarium esse rogatum. & tenebatur ꝙ
in dubio præsumebatur ipsum esse rogatum & hoc no.
glo.in autẽ.de tabel.§.nos autem credimus.super uerbo
iniungitur.contrarium uidetur sentire Inno. extra de fi in
stru.c.i.ibi non enim credimus.&c.& melius ibi Item no.
utile.&c.li cet ibi simul referat alios esse in opinione con
traria ibi alij tamen.&c.

Epithome.

1 Instrumentum in quo non cauetur quod spoliatio sit fa
cta nomine illius cõtra quem datus fuit libellus an posit?

Dubium. III.

1 TErtium dubium erat an instrumentum probaret
cum in eo non cauebatur ꝙ spoliatio esset facta
nomine illius cõtra quem erat datus libellus nec
ipso mediante?& arguebatur ꝙ non cum secundum for-
mam narratorum in libello non erat probatum arg.ff.de
pe.hære.si quis libertatem.in fi.& de iureiurand.si duo.§.
idem iul.ar.C.de fideicom.li.l fi.ff.con.di. ut fundũ.de
neg.ges.l.põp.in negocijs.§.fi. uerum tamen tenebatur ꝙ
licet non probaret instrumentũ quo ad illum contra quẽ
de spoliatione principaliter agebatur uigore interdicti un
de ui.uigore tamen canonis reintegranda.iij.q.i. dicebatũ
satis instrumentum sufficere.

Epithome.

1 Libellus super attentatis in fine litis porrecta an admit-
tendus est?
2 Spoliatus ultimo loco semper auditur.

Dubium IIII.

1 QVartum dubium erat utrum illa petitio erat admit
tenda super reuocatione attentatẽ. lite pendente &
quasi in fine litis fuisset porrecta? & tenebatur ꝙ ad
mittenda esset ex eo ꝙ ultimus spoliatus semper auditur
2 quando non incontinenti spoliatio fit secunda extra de or
di.cogn.c.fin.ff. de ui & ui.ar.l.iij.§.cum igitur.&.l.qui
possessionem.C.ad.l.iul.de ui.pu.le.i.si quis ad se fundũ.
cum si.& consulebatur.& pro consilio tenebatur ꝙ daretũ
terminus.xv.dierũ reo huiusmodi qui minus determina-
te quo ad tempus locutus est ad probandum intentionem
suam & ꝙ ante omnia obscuritatem de tempore declara-
ret ar.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudicijs.& ar.ex-
tra de resti.spol.frequens li.vi.

Causa. II.

ANno domini.M.cccxxxvij. die lune.xiij. ianua-
rij propositum fuit per Rainaldum in consilio de
quadam bulla qua continebatur.d.Io.papã.xxij.
gratiam fecisse episcopo Tarrecenen.ut posit unire men
se decanali quodcunq; beneficium spectans ad collatio-
nem præsentationem seu quamuis aliam dispositionem
cuiusq; de sua diocesi pro eo ꝙ decanus & ipse episcopus
suggesserant papæ ꝙ redditus decanatus ita erant tenues
& exiles ꝙ ex eis decima minime soluebatur.& hoc con-
cessit papa sub his quod uidelicet beneficium si quod ua
cat uel uacare contingerit.Item addidit si tibi uidebitur.
ex his oriuntur hæc dubia uidelicet an unio facta sine cõ
silio & cõsensu capituli ualeat an debeat retractari.Itẽ an
idẽ sit si non fuit uocatus patronus. Itẽ an unio facta de
non uacante in hoc casu teneat.& sic tria sunt dubia.

Epithome.

1 Vnio facta sine consensu capituli an ualeat?

2 Papa semper uidetur facere gratiam absque præiuditio iuris alieni.

Dubium. V.

1 PRimum dubium fuit ibi decisum pro maiori parte auditorum quod uidelicet in unione huiusmodi debebat requiri cōsilium capituli.arg.extra de his quæ fiunt a præla.sine cō.ca.c.i.&.c.noua.&.c.quanto. & eorum quæ notantur extra de elec.c. cum ecclesia & de arbit.cum olim.nec obstat quod papa ipse per se scripsit nō facta de capitulo mētione quia papa uidetur semper intelligere facere gratiam absque iuris præiudicio alieni.ut.ff.ne quid.in lo.pu.l.ij.§.merito.&.§.si quis a principe.C.de metropolis uica.l.i.& extra.de rescrip.mandatum.de offic.deleg.super eo.de offi.ordi.licet.&.ix.q.iij. nunc uero.

Requiritur cō sensus capituli ubi epūs uult unire beneficia ut habet in.c. past.in fine de do.abb.in.c.si cutunire de ex cep.præla.

Epithome.

1 Patronus an debeat uocari in unione facienda?

Dubium. VI.

Curtius in tra. iurispa.in uers. honorificū in 4.col.uersic.in quartum etiā.

1 AD secundum dicebatur per maiorem partem ꝙ patronus debebat uocari quia potisisme sua interest.ar.l.nam ita.de adop.&.l.his.uerbis.& de bo.aut.iu.pos.l.fi.de mino.in causæ.§.causæ.&.C.si ut se abhere.abstin.auten.ad hæc quæ trahitur de corpore in auten.ut spo.lar.§.ad hæc.&.ff.de aqua plu.arcen.in concedendo cum si & bene.facit.ff.de na.resti.l.i.iij. & si.sed contra uidetur de offi.vi.ad hæc in glo.i.in fi.Sed ibi non est tantum præiudicium in ordinatione uicarij.sicut hic quidam tamen uolunt distinguere an sit patronus laycus & tunc non teneat unio ipso nō uocato an clericus & tūc secus ut al.in simili distinguitur extra de off.le.dilectus. & de iurepat.cum dilectus.Sed ibi loquitur in collatione ubi minus est præiudicium quam in unione.

Epithome.

1 Vnio de non uacante an teneatur.

Dubium. VII.

1 TErtium dubium uidelicet an unio teneat de non uacante decidebatur negatiue ꝙ nō tenebat propter formam mandati cuius fines seruande sunt ff.man.diligenter extra de rescrip.cum dilecta.& in vi.de præben.cui de non.licet al.unio possit fieri de uacaturo. ut patet extra de in.c.de consultationibus.ij.responso.de rest.spol.cum uenissent.Et ad hoc quod uidetur præmissis decisionibus obstat quod in gratia subditur si tibi uidebitur.uidetur propterea ampliare potestatē episcopi quo ad hoc quod unio fiat alijs non uocatis quorum graue præiudicum uertitur quia non ex his uerbis datur sibi plenius arbitrium sed reducitur ad arbitrium boni uiri ar.optimum.ff.de le.iij.fideiusso.§.quanquam.& de ope.li.si libertus.de pen.hodie in fin.cum si.& facit bene extra de rescrip.cum aliquibus.l.&.ij.Respō.& uide quod ibi no. Io.an.super uer.ad eosdem.sed nūquid unio est irrita uel irritāda.& apparet casus quodammodo extra de iurepa. illud in fi.sed ibi loquitur in collatione beneficij ut beneficij & ibi forte aliud quam hoc casu.

Causa. III.

Die mercurij.xv.eiusdem mensis fuerunt acta quinque dubia.

Epithome.

1 Prior claustralis an possit suum monachum uagabundum uel alias criminosum per uiam iuridicæ cognitionis punire?

2 Consuetudo potest tribuere iurisdictionem.

Dubium. VIII.

1 PRimum an prior claustralis possit suum monachum uagabundum: uel alias criminosum per uiā iuridicæ cognitionis punire & excommunicare & in hoc uidetur distinguendum an prior habeat in loco superiorem abbatem an non ut in primo casu non possit secundo sic iuxta ea quæ habentur & notantur extra de offic.ordin.c.quanto.per ber.& Innoc.aliosque doctores & de maio.& obe.c.cum in ecclesijs & de sy.sicut sed quicquid sit de iure standum est in hoc consuetudini cum &
2 ipsa possit tribuere iurisdictionem.C.de eman.li.l.i.& ulti.de diuer.offic.l.uniuersorum &.ix.q.iij.conquestus cō si.& attende distinguendo inter ea quæ respiciunt regulam & quæ non.ut bene no.per Innoc.in.c.quanto prædicto.

Epithome.

1 Iudex an pronunciare debeat appellatum desertam interpositam a grauamine extraiudiciali.non obstante ꝙ pronunciatum fuerit eam esse ad curiam deuolutam?

Dubium. IX.

1 SEcundum dubium erat an cum appellant a grauamine extraiudiciali si probetur appellatio esse deserta puta quia appellans non fuerit prosecutus per annum & ultra.an iudex qui de appellatione cognoscit debeat pronunciare desertam non obstan.ꝙ pronuntiatū fuerit eam esse ad curiam deuolutam? quidam dixerūt ut Fran.de amic.ꝙ ratione interesse debeat sentētias ferri puta si multas expensas fecisset ar.C.de se.quæ pro eo ꝙ interest proferuntur.l.i.&.ff.de edē.l.ubi cum si.& facit bene extra de rescrip.ex parte in fine.alij ut Egid.de bene.dixerunt quod licet possit iudex causæ pronunciare desertā tamen sub dubio forte dicebat expedire ꝙ non pronunciaretur quia iam principale negocium fuerat introductum cui præiudicium fieri uidetur si pronunciaretur super desertione prædicta & sic non uidetur tanquam præiudicialis quæstio audienda.arg.in simili.ff.de peti.hære.diuus §.fi.&.l.si quis libertatem.de exce.si post.Tertij & maior. pars hoc tenebat ꝙ pronūciari debebat super desertione quia de qua recognouit iudex &c.ff.de iudi.l.de qua re. & extra de causa possess.& proprie.c.cum super in fin.& allegabatur pro textu extra de ap.c.sicut appellationem. in.cle.& hæc uidetur uerior opinio cum tamē doceretur de interesse appellati unde bonum esset super hoc interrogationem fieri & sic erat obtentum per maiorem partem ar.iurium prædictorum.

Epithome.

1 Ius reuocandi domum an habeant præsentes in romana curia.si agatur de causa quæ sapit crimen.

Dubium. X.

1 TErtium dubium erat ex eo quod quidam frater de ord.seruorum ingressus fuerat ordinem sancti benedicti Florentiæ idem uero frater incusabatur super eodem facto & reuocabatur ad certos fratres ordi.seruorum prædicti qui fratres obtinuerunt sententiam in partibus contra fratrem huiusmodi monachatum ipse autem appellauit ad curiam romanam & causam huiusmodi introduxit & citatis ac comparentibus fratribus supradictis dedit contra eos libellum in causa appellationis præfacta. uerum ipsi porrexerunt & dederunt quandam exceptionem super iure reuocandi domum pro eo uidelicet quod alia de causa ad curiam romanam uenerant puta missi alijs arduis causis monasterij: sui & ordin.& dubitabatur an huiusmodi exceptio deberet admitti & dicebatur quod non. quia non erat causa sufficiens quare domum debuerant reuocare. nam licet pro causis arduis essent missi non tamen apparebat quod causæ essent tales ex quibus quis haberet ius reuocandi domum

per id

per id ꝙ habetur.ff.de iud.l.ij.§.lega.& in autē.de sanctis si.epis.§.reuerendissimi uero apocrisarij.& §.si uero epi scopi.ꝙ possent uenire ut agerent non ut conuentionem aliquam sustinerent. & sic ius reuocandi domum uendicare non possent ut in dicto.§.lega. & in.§. sed si agant.& ar.eorum quæ notantur secundum Inno.extra de fo.cō pet.c.licet.in magna glo.& de hac materia uide in Spec. de reo.uer. Item legati.& in sum.Hosti.de excep.§.fi.uer. Item effectus & uer.se.Item & alia ratio uidebatur moue re uidelicet sapere crimen.& sic etiam si essent in honore ministerio ut publico constituti non uidetur ꝙ habeant ius reuocandi domum. saltem quando debeant satisdare de iudicio sisti arg.ff.de apel.si adulter ij.§.fi.licet si con tra.ff.de accu.l.hos accusare in princ. Sed Guil.durandi hos habet pro expedito ꝙ omnes qui alias habent ius re uocandi domum etiam accusati si possint iurare & no.in Spec.de accu.uer.Item nec legatus & uer.Item non pos sunt in sum.habes de accu.§.quis accusari uer.primo ex cipiuntur & uer.ꝙ ergo.ibi nec hi.&c.

Epithome.

1 Beneficia capellanorum papa morietium extra curiam an censeantur uacare in curia ubi in bullis suis ad sit ut apostolici fauoris & gratiæ munere perfruaris stante reser uatione subsecuta per alium pontificem?

2 Ratio debet uires & significatum uerbi propositi am pliare ubi ampliata fueris.

Dubium. XI.

QVartum dubium erat tale papa Io. xxij. concessit cuidam capellaniam sub bulla per huiusmodi uer ba te in capellanum nostrum recipimus & in capel lanorum nostrorum consortio aggregamus ut apostolici fauoris & gratiæ munere plenius perfruaris &c.quærebat an huiusmodi capellano extra curiam mortuo censean tur beneficia sua uacare in curia propter reseruationem ꝙ fecit Clemens.v.de beneficijs capellanorum.& tenebatur per omnes ꝙ per mortem Io. papæ hic capellanus super stes esse non desijt capellanus & hoc propter rationē adie ctam illius.s.ut apostolici seu sedis apostolicæ. &c. ratio

Die mercurii. xii. mensis eiusdem per dominum Odomarum dubitatum fuit iterum super eo de quo etiam quesitum est supra die xxix. ianuarii uidelicet de ultimo puncto an mortuo actore reus possit petere abso. ui ab instantia iudicii? Et arguebatur per informantem ꝙ sic. cum nullus actor comparuerit & sic uidebatur habere locum absolutio prædicta. & dicebatur esse casus. C. de iudic. l. properandum. §. & si quidem. Itẽ allegabatur. ff. de iudi. non iccirco. §. fi. & e. t. l. & post edictum. §. circunducto. alias est sub. §. quid si is. Item mouebat. quia causa non erat auditori commissa nisi quoad personam dicti mortui & illius qui modo incumbit & sic licet alius prætendat sibi ius collationis competere uidetur quod ipsum non concernat ista commissio. Item nec per talem absolutionem præiudicatur illi collatori per absolutionem eandem. ar. extra. de causa poss. & proprie cum ecclesia. his tamen non obstantibus dominus Egi. remansit in sua propria opinione scilicet quod non debeat dari absolutio. quia ad hoc quod habeat locum absolutio huiusmodi oporteret quod citaretur is contra quem petitur absolutio. & forte requireretur trina citatio. ut patet in dicto. §. & si quidem. & notatur per Inno. extra de offi. dele. consuluit. circa. prin. & idem tenuit Bene. de nouo. & omnes præter duos concordabant cum eo uerũ dominus Pe. fern. & Pe. de talliat. tenebant contrarium & Pe. fern. allegauit quasi pro casu. ff. de accusa. l. libellorum. §. fi. ubi aboletur nomen accusatoris ipso mortuo reo hoc primitus postulare. Sed ibi exponit glosator aboletur idest cancellatur. & ita dicit eum a iudicii obseruatione absolui. Tu autem attende quod dicitur in gl. sequenti quod non absolute aboletur. sed cum modificatione textus ita uidelicet ut liceat alii ex integro repetere reum. & sic ponderat causam finalem siue effectum per modum causæ. Cum igitur causa sit illa. quia non debẽt

2 plures admitti ut simul de crimine reum accusent. ut. ff. de actio. l. si plures. & de serui. l. iii. §. si plures. & de pla. ac. l. ii. de libe. homi. exhiben. §. hoc interdictum. §. si tamen plures. Et uide ꝙ ibi notaẽ ꝑ gl. ut ergo alius aliud admittatur nomẽ rei aboleẽ Illa autẽ causa cessat hic qa non solũ duo. sed tres & plures possent simul agere super uno & eodem beneficio. ut de concef. præben. li. vi. unde cessant ratione cessat effectus & cessant effectu materiæ cessat iuris artatio super ea fundati argumen. extra de ꝑben. si pauper li. vi. & ff. de iurepa. adigere. §. quamuis. & de iure deliberan. l. in rebus dotalibus. §. fi. hæc autẽ pars scilicet domini. G. uidetur inconuincibiliter debere defendi. per hoc quod nota. Inno. extra de of. dele. C. consuluit. circa prin. ibi cum credimus &c. nam secundum cum ad hoc quod habeat locum absolutio prædicta necesse est accusatorem citari. & hoc satis clare in. d. §. & si quidem. primo & secundo responso. immo ibi uidetur requirere quod ter citaretur. sed mortuus citari non potest immo etiam si ante mortem fuisset citatus peremptoriæ ipsum peremptorium interiret. ut patet expresse. ff. de re iudi. de qua re. §. fi. ergo nec absolutio potest locum habere. Et quod supra in contrarium allegatur quod nullũ præiudicium generaretur priori. dic immo. quia omnia acta iudicii retro habita scilicet quæ respiciunt ordinationem litis ex tali absolutione sunt irrita & pereunt. & sic esset præiudicium priori cum libellus simul unus cõmuniter fuit datus tã pro priore q̃ pro mortuo tunc cum superstite. unum forte posset dici ad concordandum prædictos quod si pars rea omnino instaret ad hoc nomen ipsius mortui posset circumduci non per modum sentẽtiæ sed per modum cancellationis auctoritate iudicis cũ hac adiectione ꝙ acta iudicii non perirent quo ad priorẽ sed remanerent salua eidem. & quod non fieret condemnatio expensarum quæ alias locum habet si simpliciter fiet absolutio ab instantia iudicii ut no. per Inno. in dicto. c. consuluit. circa prin. de Fran. de amelia dixit imitans dictum suum ꝙ absolutio debebat fieri non ut ab instantia mortui sed ut absentis. sed non potest esse quia nõ fuit uocatus. ut in dicto. §. & si quidem. & l. & post peremptorium.

Epithome.

1 Reconuentus an sit tutus excipiendo & litis pendentia super eadem re corum maiori tribunali per alium.

2 Cautio de indemnitate locũ habet in actione in rem.

Causa. XIX.

Dubium. XXXIX.

1 Die ueneris. xiiii. eiusdem mẽsis proponebatur ꝑ dominum Duran. de quodam episcopo quod contra quendam mercatorem qui cum conuenerat libellum quem dederat super certo debito alium libellum porrexit reconuentionalem dicendo ipsum mercatorem habere quædam bona quæ erant sui prædecessoris & ad ipsum pertinebant super quibus idem episcopus ipsum retenebat. sed excipiebatur contra episcopũ quod dominus camerarius arrestari fecerat illa bona ex super hoc fiebat sibi quæstio in curia camerarii ex hoc querebatur an huiusmodi exceptio litis pendentiæ fuisset sufficiens ad repellendum reconuentionalem libellum? Et fuit consultum per dominum Egi. de ben. quod hæc exceptio litis pendentiæ hic locum non habet. sed si condemnaretur ad petita in eodem libello cauendum esset sibi de saluando ipsum indemnem aduersus came-
2 rarium. quia hic agi uidetur in rem non in personam. & sic hic habet locum dicta cautio. ut ar. ff. de rei uendi. is a quo cum. l. sequenti sed allegabat ad hoc per Pe. fen. extra de rescrip. c. dispendia. cum glo. sua super uerbo ꝑsonales. Et in hoc concordabat maior pars maxime ea ratione. quia tunc temporis non apparebat ꝙ tunc procederetur per curiam camerarii. uerum dominus alias allegabat quod excepti procedebat cum ille mercator esset præuentus apud maius tribunal quam audientia palacii. pæterea illa lex contra priuilegium loquitur quando coram maiore lis iam fuerat inchoata. hic autem procurator

rator camerarij procedebat ex mero officio. quia bona in testati in curia mortui dicebantur pertinere ad papam.

Causa. XX.

Eodem die per dominum Fr. proponitur tale factū. petebatur enim possessionem restitui per uiam attentati lite pendente. ille autem qui sic spoliauerat dicebat se prius spoliatum per partem aduersam & extunc iudicem adiuisse. puta senascallum regis Franciæ per cuius curia fuerat receptus in salua guardia secundū consuetudinem regni Francorum & cum officialibus eiusdē senascal. reuersus se dicebat possessionem recuperasse. Ex hoc oriebantur duo dubia.

Epithome.

1 Spoliatus petens se restitui per uiam attentati lite pendente exceptione prioris spolij pro se commissi an repellatur.

2 Spoliatus qui illico recuperat possessionem suam nō dicitur spolium committere.

3 Spoliatus quando dicatur incontinenti deiicere spoliatorem.

Dubium. XL.

1 Primum an uideatur retinuisse possessionem adeo quod nec spoliasse dicatur. nec per consequens ille actus reuocetur per uiam attentati? Et allegabatur ꝙ sic. quia si in ipso congressu: uel illico recuperat spoliatus non censebitur spoliasse sed potius in pristinam cau-
2 sam reuerti. ut. ff. de ui & ui arma. l. qui possessionem. & l. iij. §. cum igitur. sed ista sunt paria illico & incontinenti
3 deijcere spoliantem & infra biduum uel triduum quærendo amicos hoc facere. ut no. in dicto. §. cum igitur. super uerbo excontinēti. & bene notatur extra de homic. c. significasti. ij. circa finem ultime glos. & facit extra de restitu. spol. c. olim. facit etiam ad hæc. ff. de duo. reis. l. duos. & de adul. quod ait lex §. fi. de testa hæredes palam. §. fi. & bene. C. de erro. aduo. l. fi. cum si sed quidam intendebat facere differentiam inter illum qui quærit amicos & illū qui uadit ad iudicem. quasi primus uideatur habere magis animum retinendi possessionem. sed contra eos bene facit. ff. de noui ope. nunc. l. de pupillo. §. meminisse. cum similibus.

Epithome.

1 Possessio an sufficienter probetur pro instrumentum publicum in quo continetur partem esse inductam in possessionem?

Dubium. XLI.

1 Secundum dubium erat an per publicum instrumētum quo continebatur partem esse inductam uideatur sufficienter probari possessio? & dicebat Egi. quod non. cum nec possessio uideatur posse probari per publicam scripturam. argumen. eius quod no. Gof. in fine decládesti. despon. § illud autē non omitto. sed per dominum Odomarum & per maiorem partem tenebatur contrarium. argum. extra de restitu spoliat. cum ad sedem. §. fi. Item non prohibetur expresse per informantem probari ergo uidetur permitti. argu. ff. de procura. mutus. §. i. & ex quibus cau. maio. & non. §. quod eis. uersi. quæ clam. & de iudicijs. cum prætor. in princ. extra despon. c. cum. apud & de hoc de translati. epis. inter corporalia circa fi.

Epithome.

1 Decretum quod ponitur in fine literarum gratiæ in forma communi concessæ an arctet ordinarium ignorantem ut non posit interim antequam insinuatio sibi sit facta conferre?

2 Gratiæ in forma communis limitatio mensis refertur ad omne beneficium quod sit usque ad taxationem inclusiue.

Causa. XXI.

Dubium. XLII.

1 Eodem die dubitabatur & taliter an decretū quod ponitur in fine litterarum gratiæ in forma communi concesse arctet ordinarium ignorantem seu antequam insinuatio fuerit sibi facta adeo quod interim nō posit conferre Et dicebat dominus Egi. ꝙ nō arctat. Sed contra allegatur de præben. quod. circa. fi. li. vi. & c. t. c. dudum. uer. & ꝙ decretum. & cætera. ipse uero respondebat quia illa iura loquuntur quando decretum apponitur in gratia speciali secus in forma communi. quia tunc decretum ligat in euentum quo cōditiones fuerunt liquidare ut patet in clem. de concess. præb. c. cum ei quem. & hoc non solum quo ad conditiones de quibus ibi in textu fit mentio sed etiam quo ad alias quæ continentur in litteris formæ communis ut ibi not. per Io. an. super uerbo ordinarunt. unde cum in fine huiusmodi litterarū talis sit clausula cum diriguntur. iam alii executori quā episcopo. præfato enim episcopo ne post insinuationē huiusmodi litterarum nostrarum & processuum per eos habitorum ei factam de huiusmodi beneficio interim etiam ante acceptationem huiusmodi disponere quoquo modo præsumat districtius inhibemus & postea sequitur decretū. ad conditionem insinuationis se uidetur referre sicut & alias ut superius est notatum & facit ad hæc. ff. de cōdi. insti. cum seruus & de condi. & demon. l. ama. cum si. deinum communiter omnes alii auditores primi gradus concordabunt quo ad illam partem ad quam in prædicta gratia mensis non opponitur puta quo ad beneficium quod se extendit ad taxatam in litteris quantitatem secus si intra quantitatem sit & non se extendat quia quo ad hoc opponitur mensis in gratia ar. dictæ clem. cum ei quem. §. secus & licet tenet dominus duran. Sed certe uidetur ꝙ etiam in gratia forme communi limitatio mensis
2 referatur ad omne beneficium quod sit usq; ad taxationē inclusiue cum sic dicat nostre tamen intentionis existit ꝙ de huiusmodi beneficio etiam si minoris quam prædicitur ualoris extiterit posit eidem clerico si illud infra unius mensis spatium postquam sibi de ipsius beneficii uacatione constiterit acceptare uoluerit prouidere & sic dictio etiam quæ supra ponitur uidetur implicare beneficiū quod non sit minoris ualoris & sic uidetur habere locū dictus. §. secus & facit ad id quod dictio implicet facit bene. ff. ad trebel. l. sed etiā si. & ibi no. per gl. cum. si.

Epithome.

1 Appellans non prosequitur præter causas expressus in sua appellatione etiam si se referat ad processum.

2 Iudex non dicitur grauare partem ubi ordinat de termino assignando absenti non audito quem forsam assignando diceretur grauamen inferre.

3 Intentio loquentis per certam demonstrationem ostenditur.

4 Heres potest institui per relationem ad codicillos.

5 Codicilli sunt pars testamenti.

Causa XXII.

Dubium. XLIII.

1 Die lunæ. xvi. eiusdē mensis. ꝓposuit dñs Ray. de ma. dubiū tale. qđ rei debendi tres numero erāt obligati duobus creditoribus in certa quantitate pecuniæ singuli singulis insolidū. dicti uero debitores ꝑ ꝓcuratorē suū ad hoc constitutū recognouerunt debitū corā auditore camere. & condemnationē subierunt recipientes terminū ad soluendū. demū unus creditorū nomine suo exnomine creditoris sui cessit alteri actionē q̄ ipsis ad illā pecuniā cōpetebat. & hoc fecit ꝓ quadā q̄titate q̄ non attingebat ad dicti debiti quartā partē. Sed in termino non extitit satisfactū & ideo citati erant quare dicta condennatio non debet executioni mandari illi aūt ficcitati duas exceptiones dederunt. contra executionē unam de acquietatione. aliā dedit sup cessione & contra causam dicens eam simulatā & fraudulenter factam. iudex uero ordinauit quod daretur copia parti absenti & quod haberet terminum ad respondendum pars. uero absens reputans se grauatam a præmissa admissionem

exceptionum & ordinatione ad sedē apostolicā appellauit sed in appellatione non expresit nominatim causas aliquas nisi unam tantum scilicet de ordinatione facta contra absentem de aliis non nisi referendo se ad processum. Quæritur ergo an huiusmodi appellatio sit legittima & sufficies? Et dicebatur per dominum Egi. quod appellatio non erat sufficiens. quia ex causa expressa appellatione non uidetur sufficiens. nam aliud est ordinare de termino præfigendo absenti. & aliud terminum ipsum ab
1 senti præfigere unde licet uidetur grauare absenti terminum assignando absque certificatione ipsius ut. l. ab eo. &. ff. quæ sen. sine ap. resc. l. i. §. Item tamen licet tantum ordinet de termino assignando non tamen uidetur ipsum propter hoc assignare & pro hoc optime facit. ff. qui. mo. pi. uel ypo. sol. sicuti. §. si uoluntate. ubi non sufficit creditorem noluisse seu etiam ordinasse. quod pignus uendetur sed oportet sequi uenditionis effectum & accedant ea quæ notant. C. de contra. emp. & uē. In euictis. & de le. i. l. secundum electionem. super uerbo possumus circa si glo. & facit de op. le. l. apud aufidium cum si. licet uideatur obstare. ff. de le. iii. l. pamphilo §. propositum sed ibi foret speciale in milite. Item alia ratione dicebatur appellationem non procedere propter. c. appellanti. in cle. de appellationibus. ubi dicitur quod ubi ab interlocutoria appellatur. non licet alias causas prosequi nisi eas q̄ sunt in appellatione nominatim expresse. Cum ergo ex causa prædicta unica nominata non sit sufficiens nec aliæ sint modo debito expressæ te sed per relationem ad processum dumtaxat non uidet satisfactum dicto. c. appellanti. nec obstant leges quæ dicunt nominatim aliquid exprimi cum per certam demonstrationem intentio loquē
3 tis ostenditur ut. ff. si cer. p. certum. & de lib. & pos. l. ii. de condi. & demon. l. nominatim. & de heredi. insti. quæ est si quis nomen cum si. quia illi loquuntur de demonstratione tali quæ rem in præsenti ostendit ex ipsis uerbis prolatis uel ex facto ipso habito de præsenti secus si per relationem ad futurum aliquid demonstretur. nec obstat. ff. de hered. insti. asse toto. & de condi. insti. institutio talis. de re. iudi. in summa in prin. cum si. quia secundum Egi. si in heredis institutione iura requirerent. quod heres nominatim in testamento institueretur. tunc non sufficeret testatorem se ad codicillos referre & ita intellexit. l. asse. cum si. idem etiam dixit de sententia quæ ad processum refertur. ut. l. in summa cum si. Sed contra istā solutionem expresse uidetur. C. de testa. l. iubemus. in prin. ubi per re
4 lationem ad codicillos potest institui. ut dicta. l. asse. unde sic uidetur quod in appellatione ab interlocutoria uel grauamine sufficeret causas exprimere sub relatione habita ad processum. sed dictum Egi. potest saluari si bene attendantur uerba. l. iubemus. in prin. dicit enim quod ponere debet testator nomen heredis in sua subscriptione uel in quacunque parte testamenti quæ littera satis uerificare potest si ad codicillos in quibus nomen heredis scribitur in testamento fiat relatio. quia codicilli sunt pars testamenti. ut. ff. de codi. l. quidam referunt. uer. numerum. quemad. testa. ap. l. sicut. cum si.

Causa XXIII.

EOdem die dominus Ademan. proposuit tale factum. Cuidam in forma gratiæ speciali prouiderat papa Iohannes & contulit sibi canonicatum in certa ecclesia reseruans præbendam cum dignitate proxima uacan. in eadem ecclesia si tunc non uacarent eidem cum uacauerint conferend. demum uacauit dignitas ante mortem Iohannis & de ea fuit uigore dictæ gratiæ sibi prosuum. uerum mortuo Iohanne successit benedictus & reuocauit omnes gratias expectantium auctoritate Iohannis. Idem uero benedictus mandauit cuidā prouideri in forma pauperum de beneficio ecclesiastico in dicta ecclesia quæ erat collegiata cum clausula anteferri ut moris est. & finaliter uacauit præbenda in ipsa ecclesia quam idem pauper clericus acceptauit. modo quæritur quis debet præferri an pauper benedictinus an uero Iohanninus.

Epithome.

1 Gratia facta in forma speciali de canonicatu cum reseruatione præbendæ cum dignitate proxmai uacan. cuius uigore de dignitate uacanti alicui fuit prouisumu si super ueniat reuocatoria gratiarum. an dicatur sublata quoad præbendam postea uacantem?

Dubium. XLIIII.

1 ET primo dubitabatur circa hoc an reuocatio se extendat ad istam præbendam? & dicebatur per dominum Egidium quod non extendetur. argume. extra de præbend. c. si is cuis. §. non sic autem & cætera. ubi uidetur casus in reuocatoria beneficii tamen quidā ut dominus. Duran. distinguere uolebant an præbenda esset annexa dignitati an non? ut primo casu reuocatoria locum non habeat. secundo sic. secundum id quod habetur de præbend quia sæpe. & eo. ti. super eo. & pro hac distinctione facit primum responsum in dicto. c. si is cui. ubi in facto reseruationis bonifaciane distinguitur inter annexam & non annexam. ibi cum dicit alicui non annexam. & cætera. Et sic uidetur quod eadem distinctio debet seruari in secundo responso. Sed ideo ibidem uidetur tāgere de non annexa dignitati præbendæ. quia si esset annexa non posit uacare ante dignitatis uacationem. Et eadem ratione secundum responsum habet intelligi in non annexa ut sic etiam si non sit annexa dignitati reseruatoria locum non habeat. & secundum hoc nō procedit prædita distinctio in hoc casu. unde maior pars adhesit opinioni Egidii.

Epithome.

1 Clausula anteferri est exorbitans a iure comuni. & propterea ultra terminos suos non debet extendi.

Dubium. XLV.

1 SEcundo ergo supposito quod reuocatoria locum nō haberet dubitabatur an pauper debeat præferri Iohannino. & per maiorem partem dicebatur quod sic propter clausulam anteferri omnibus qui alicuius auctoritate expectant. & sic illi qui expectat præbendam auctoritate Iohannis. Sed dominus Egidius tenuit quod non debeat præferri. quia illa clausula anteferri cum non obstantia sibi iuncta refert se tantum ad totaliter expectantes non autem ad illos expectantes quibus est a papa canonicatus collatus. nam si papa hoc uoluisset de eo mentionem fecisse prout dicitur in decre. ad audientiam extra de decimis. & de transl. epi. inter corporalia. circa fi. C. de cadu. tol. l. ista. §. fin autem ad deficientis. & facit pro hoc de præben. si clericus. §. uerum uel. vi. & huic adhesit fran. de amel. per iura prædicta. & quia clausula anteferri uidetur exorbitare a iure communi. & sic ultra terminos non debet extendi ut de regu. iu. in vi. c. quæ a iure. & de fi. præsbite. qui. & ad hæc. ff. de reg. in. l. quædam contra. & de constitutio. l. i. circa fi. cum. si. & facit quod no. per Archidiac. de præben. c. cui de non. super uerbo prouideri.

Epithome.

1 Gratia facta de canonicatu cum reseruatione præbendæ & præstimonialium cedentium uel decedentium an extendatur ad præbendam & præstimonia uacantia pro priuationem alicui us canonici?

Mors

2 Mors ciuilis non æquiparatur morti naturali nisi in casibus an iure expressis.
3 Verba ad illum sensum debent reduci quē uerba rectæ intelligentibus generarent.
4 Interpretatio in dubio est facienda secundum illud ꝙ communiter consueuit accidere.
5 Canonicus sine præbenda esse non debet.
6 Consuetum fieri tacite uidetur in dispositionem uel cōuentionem uenire.
7 Dictio repetitiua repetit modos & qualitates.
8 Monosillaba repetit modos & qualitates.

Causa. XXIIII.

Dubium. XLVI.

Die mercurii. xviii. eiusdem mensis propositum fuit dubium tale per. B. de Non. quidam impe-
1 trauerat gratiam sub hac forma in effectu. papa enim sic dixerat. canonicatum talis ecclesiæ tibi conferimus. præbendam uero & præstimonia ac præstimoniales portiones cedentium uel decedentium si quæ uacant ad præsens eodem modo tibi conferimus alioquin reseruamus tibi cum uacauerint conferend. postea contingit p̄bendam quandam & præstimonia ac præstimonialem portionem per priuationem unius uacare. Ex istis terminis resultabat ardua quæstio. an huiusmodi præben. sic uacans ueniat sub gratia supradicta? Et maior pars tenuit quod non quia tantum prouisum sibi uidebatur in casus duos specifice nec de aliis mentio habeatur per consequens ad eos casus de quibus nulla facta est mentio non est gratia extendenda. ergo nec ad casum priuationis maxime cum gratia sit ambitiosa. ut ar. de præben. c. quamuis. & c. is cui. c. non potest. & de fi. præs. c. i. & ii. lib. vi. & arguebatur. ex. l. ff. sol ma. si cum dotem. in prin. & de uer. obli. ex ea parte. §. insula. & facit ad hoc. ff. de li. & post. l. comodissime. ii. responso cum si. Item adducebatur pro ratione id quod per Ioh. in decre. no. s. quod in solis illis casibus ciuilis mors æquiparatur morti naturali u-
2 bi hoc in iure cautum inuenitur. ut. no. xvi. q. i. c. placuit in ul. glo. & idem no. per. Io. an. de rescri. c. suscep. in gl. cum ergo in hoc casu non reperiatur expressum in iure ꝙ casus priuationis æquiparatur morti. nec nos æquiparare debemus. allegabatur. ff. so. ma. l. si uero. §. de uiro. de publi. de præcio. cum si. Contra prædictam tamen opi. faciunt iura multa. ut patet. ff. pro socio. l. actorem. §. publicatione. de bo. poss. contra. tabu. l. i. in fine. de bo. liber. si necesse. §. si deportatus. ad trebel. l. mulier. i & ii. respon. & de dona. inter uirum & uxo. l. sed si mors. ii. respon. & C. de insti. & sub. sub cō. fa. l. iii. q̄ incipit si mater. Sed ad omnia ista iura potest responderi per glo. prædictam in. c. placuit. Et pro prima opinione bene facit quod no. Io. an. de præben. c. quamuis. tibi. nuper in glo. super uerbo deducentium ibi sed quid dices &c. & bene facit eo. li. de rescrip. c. susceptum. i. & ii. respon. & quod ibi no. de hac materia etiam ibi no per Arc. & per Io. mo. de sup. neg. prælatorum si quis episcopus. per Gof. & Hostien. de conuersio. coniugato. cum sis. & ibidem post eos in nouella. per. Io. an. Item per Dinum in prædicto. §. insulam. & p Cynum per Pet. C. de epis. & cle. deo nobis. uerum in casu proposito dominus Egi. tenebat ꝙ illa limitatio cedentium uel decedentium non habebat ad præbendam referri. uidetur enim propter præstimonia & præstimoniales portiones tantum adhibita quia huiusmodi clausulā consueuit papa apponere ad præstimonia &c. non autē cum simpliciter prouidet de præbenda. ad communem enim uerbi intelligentiam in dubio recurrendum est. & uerba debent ad illum sensum reduci quem uerba rectæ
3 intelligentibus generarent. extra de spon. ex litteris. in fi. & in dubio interpretatio est facienda secundum illud qđ
4 communiter consueuit accidere. xxviii. di. de siracusanæ & consuetudo loquendi disponentis debet attendi. ut. ff. de lega. i. seruus prælium. §. fi. & de lega. iii. nummis. & de suppel. lega. labeo. uer. non enim. &c. & ad hæc &. an dicebat dominus. Egi. se moueri ex eo potissime ꝙ huiusmodi exceptanti prouisum iam fuerat de canonicatu per papam & simpliciter nulla modificatione adiecta. & sic
5 cum sine præbenda esse non debeat & præbenda sit consequens ad canonicatum dicebat quod etiam præbenda sub eadem simplicitate & puritate sine alia modificatione deberetur. argu. de præben. c. si clericus. §. uerum. & de offi. delega c. si super. li. vi. hoc idem dicebat dominus pe. fran. corroborauit per duas rationes. una erat. quia id
6 tacite uidetur in dispositionem uel conuentionem uenire quod est fieri consuetum. ut no. per glo. ff. de le. commis. l. si fundus ii. §. in commissoria. & uidetur ibi probare tex. in fi. melius facit. ff. de edili. edi. quod si nolit. §. quia assidua. ipse uero allegauit de aqua plu. ar. si prius. §. placuit. alias incipit rectæ. Alia ratio fuit quia salua ratione recti sermonis &c. ut. ff. de auro & ar. lega. l. plautius. in fi. sed modicum uidetur facere nisi attendatur consuetudo scribendi in litteris gratiosis qua cōsuetudine superius tangitur. unde super addit hanc eandem partem firmando primo regulam iuris. Quotiens enim idem sermo duas significationes exprimit ea potissime accipienda est quæ rei gerende aptior est ut habetur ad litteram. ff. de re. iu. l. quot. idem sermo. & accedit. ff. de re. du. quot. ii. & l. ubi in fi. cum ergo per præsupposita illa adiectio cedentiū uel deceden. aptius referatur secundum stilum scribentis ad præstimonia & præstimoniales portiones duntaxat per consequens huiusmodi significationem præualere oportet ut sic referri non habeat ad præbendam. Secū
7 do probatur per rationem exclusiuam obiectus pro parte contraria facientis. licet enim dictio repetitiua ut & q̄ hic ponitur uel. Item uel hoc amplius. seu alia simul repetat & modos seu etiam qualitates ut de monosillaba &
8 patet. ff. de fun. instruc. l. scie. §. Gaio. de in litem iurand. l. in repetendum. de uel & de hoc amplius eo. ti. Si tibi pure. de condi. & de. l. auia. & hoc siue a parte ante siue a parte post qualitas apponatur. ut patet in dicta. l. si per in prin. & de re. du. l. fi. cum si. tamen quod supra dicitur de dictione repetitiua & de ipsius uirtute habet locum quando alia ratio non potest assignari quare duo iungantur eadem copula mediante. nam tunc copulatiua coniunctio. & uel. cum inducit repetitionem conditionis. secus si alia ratio coniunctionis ualeat assignari. puta ratio necessitudinis uel consanguinitatis uel alia similis. ut hæc quia præstimonia & præstimoniales portiones accedant quodammodo ad præbendam & sic copulatiua hoc uidetur appon. non ad coniūgendam qualitatem sed ad accessionis consequentiam demonstrandam ut hæc uerba in simili habentur. ff. de condi. & demon. iulius paulus. circa fi. ibi & illam coniunctionem &c. & no. per glo. ordinariam. eo. t. l. auia. in glo. super uerbo repetitam. hæc sunt quæ tacta fuerunt circa dubium proximum supratactum.

Epithome.

1 Instrumentum in quo non apparet de loco ubi fuit confectum an ualeat?

Causa XXV.

Dubium. LXVII.

Eodem die per. F. propositum est primo dubiū. an ualeat instrumentum in quo non appareat de loco instrumenti confecti? & per Egi. dicebatur qđ archidi. no. xii. q. ii. cum redemptor circa fi. super uerbo romana. quod eo non obstante ualet. sed certe magis uidetur contrarium teneri & expressissimus textus uidetur pro contrario extra de re iud. abbate. §. pe. uer. ex. his. ibi propter. &c. & ibi. & sine quibus. &c. col. vi. & satis tex. extra de proba. quoniam contra falsam. & in auten. qui mo. na. ef. le. §. quantum col. vi. & no. glo. C. de contra. & committe. l. optima super uerbo in ipso die. & de tabulis. l. generali li. x. & per Io. an. in dicto. c. abbate. super uerbo censetur. Et hæc pars tenebatur per maiorem partem immo per omnes præter dictum dominum Egidium. & idem tenetur in Spe. de instru. exhi. §. porro alias incipit instrumentum. uer. quod si locus.

Gomes super rega. de impetran bene et. c. q. 7. fol. 20. circa finem.

Epithome.

1 Conclusio in causa an exclusio at recognitionem seu emendationem defectus instrumenti pro notarium faciendam?

Dubium. XLVIII.

1 Secundum dubium erat an si post conclusionē in causa notarius cōpareat coram iudice & recognoscat huiusmodi instrumentum in quo est loci defectus & fateatur de loco ubi confectum est instrumentum & addat etiam locum emendatim dicens se omisisse per errorem an reconualescat uigore instrumenti & iudex secundum ipsum possit procedere?& tenebat dominus Egi. quod sic.aliqui tamen uolebant distinguere an esset pars aduersa ad hoc uocata & tunc sic.an non.sed omnes concordabant quod nisi pars aduersa renuntiauerat liti & actioni si quam haberet non oportebat eam uocari.

Eptihome.

1 Libellans super inquietatione an obtineat probando aduersarium appellasse a collatione & ab inductione in possesionem?

Dubium.XLIX.

Vide sub dubio xiii. supra.

1 Tertium dubium erat propositum per eūdem an is qui in libello deduxit aduersarium se inquietasse circa possesionem certi beneficii satis fundet intentionem suam si probat aduersarium appellasse a collatione & ab inductione & tenebat.d.Egi.quod sic. per illa quæ no.per compostell.extra de electi.statuimus super uerbo impugnat.& est circa prin.ca.li.vi.& de rescrip.mandatum per eundem in tertia glo. super uerbo prosequi.uer.sed nunquid.& de hoc supra in.ii. folio.i. collum.ibi secunda pars.&c.

Epithome.

1 Iuramentum de calumnia an possit iudex cogere reū ad subeundum antequam sibi decernatur copia processus?

Causa.XXVI.

Dubium.L.

1 Eodem die propositum fuit per dominum Egi.dubium tale.libello dato pro parte actoris in causa beneficiali iudex uult compellere alteram partem iurare de calumnia ad petitionem agētis qui est paratus iurare pars autem aduersa se excusat & petit primo sibi discerni copiam processus ut sic possit uidere an defendere debeat an non quærebatur an iuste allegabat. & uidebatur maiori parti quod iuste.quia sic sciretur an secure posset iurare an non.Et idem finaliter tenebat dominus Egi. ex equitate ar.ff.de eden.li.i.circa. prin. cum si dicebat tamen iudicem posse de rigore partem compellere ad iurandum.sed alia pars magis est consona equitati.

Epithome.

1 Dispensari cum aliquo ubi mandatur cum clau. cum nobis ipsum xx.annorum existere asseratur. an sufficiat quod executor in litteris suis apposuerit se dispensasse in eo secundum omnem uim formam & effectum litterarū commisiones suæ?

Causa.XXVII.

Dubium.LI.

1 Die ueneris.xx.eiusdem mensis propositum extitit per dominum alanum ut expositum factum tale.quidam impetrauerat gratiam super primo beneficio uacaturo in certo loco.& secum obtinuit dispensari super minoritate iuncta clausula cum nobis ipsum.xx.annorum existere asseratur non tamen erat directe & immediate cum eo dispensatum per ipsum sed mādabatur quibusdam ut per duos uel unum eorum dispensaretur cum eo super etate.sed unus illorum dispensauit secundum omnem uim formam & effectum litterarum commissionis sue.non tamen continebatur in litteris dispensationis quod inquisitionem aliquam fecerit cōmissarius super dicta etate.xx.annorum dubitabatur an esset secum legitime dispensatum.& tenebatur ꝙ sic.per Egi.& omnes & hoc propter illam clausulam secundū omnem uim &c.quia delegatus satis fecisse uidetur forme sibi mandate cum in illa nulla conditio sit apposita licet inserta fuerit illa clausula cum nobis &c.de qua supra est facta mentio cum ergo sit satisfactum intentioni mādatis secundum formam uerborum uidetur satisfacere.ar.quia ultra uerba disponentis non debemus intellectum extendere nisi aliud appareret de intentione loquētis.ff.de le.iii.non aliter de suppel.lega.l.labeo.de exerci.l.i.§.si is qui nauem.uer.in re igitur dubia.

Causa.XXVIII.

Eodem die propositum extitit per.d. Ray.de duobus impetrantibus quorum unus impetrauerat ꝓximam uacaturam alius impetrauit uacantē medio loco seu eandem ecclesiam & super huiusmodi causa erat introducta in curia.per partem autem impetrantis uacaturam dantur contra aduersarium certi obiectus & e conuerso per aduersarium contra ipsum per primā enim datur quod appellatio impetrantis uacantem quā interposuit a prouisione alterius non debeat procedere. quia in ea non erat seruata forma decretalis.ut circa. ex aduerso obiiciebatur ꝙ impetrans uacaturam ad illam uacantem non debet admitti quia uacare uidebatur in curia pro eo ꝙ ille qui eam ultimo tenuit fuerat capellanus papæ.& sic uidebatur cadere in reseruationem Clementis.quia beneficia capellanorū fuerant reseruata.sed primus hoc uidebatur excludere dando quod dictus capellanus erat capellania priuatus ante mortem ipsius.Item secundus dedit obiectum ꝙ primus consumpserat gratiam suam pro eo quod ea pendente aliud beneficiū quod sub gratia sua cadebat acceptauerat.ex his oriunt tres quæstiones.

Epithome.

1 c.ut circa de electione non habet locum in appellatione iudiciali.

Dubium. LII.

1 Primo an obiectus appellationis procedat?& dicebatur ꝙ obiectus non procedebat quia a processu conditionali fuerat appellatum & uocata parte exceptionibus datis per eam & non admisis & sic appellatio erat iudicialis unde non habet locum constitutio ut circa.patet de elec.c.constitutio.li.vi.

Fely.in.c. in nostra col.xv. uer. adde etiā de rescrip.

Epithome.

1 Beneficia capellanorum si fuerint reseruata an si contingat capellaniis ipsos priuari dicuntur perdurare reseruata.

2 Reseruatio beneficiorum an dicatur cessare ubi qualitas propter quam fuit facta deficiat?

Dubium.LIII.

1 Secundo dubitabatur.an beneficium uacans de quo præmittitur uideatur uacare in curia?Et allegabatur quod uidetur uacare in curia.quia tempore reseruationis capellanus erat & sic illud tempus debebat attendi. ar.de Rescrip.si eo tempore.li.vi.de præben.c. eum cui. eodem libro.maxime cum in reseruatione dicatur capellanorum nostrorum &c.& sic illa uerba uidentur plens tempus respicere.ut.ff. de.le.iii.uxorem.§.testō.& de

au.& ar

au. & ar. le.l.si ita esset.& eo.tit.l.modico in princ. cum si. sed in contrarium allegabatur. quia mutata erat ante mortem suam coditio & esse desierit capellanus.& ac deficiente qualitate uidebatur ꝙ deficere debebat reseruationis effectus. ar.ff.de le. iij l. Itē legato.§.si ux.& 2 de au.&ar.le.l.qui tibi &.l.uxor. & facit de fidei.li.l.stichus.§.stichus seruus meus ubi adiectio qualitatis manifeste conditionē facit & huic parti adhæsit dominus Eg. pro eo potissime ꝙ in reseruatoria sint reseruata beneficia capellanorū decedentiū uel cedētiū. Cū igitur uerū sit dictū capellanum ante mortē priuatū capellania fuisse per consequens non potest dici ipsum capellanum decessisse, sicq; beneficium uacasse in curia non uidetur & facit bene.ff.de.le.ij peculium.ij.Respō.& de le.iij.l.septoribus a contrario sensu.cum si.

Epithome.

1 Gratia censeur consumpta per acceptationem beneficij alterius cadentis sub gratia.

Dubium. LIIII.

1 TErtio quærebatur an dictus obiectus de acceptatione alterius beneficij recipi debeat ad finem ꝙ uideatur gratia esse consumpta? Et tenebat per maiorē partem auditorum ꝙ talis acceptatio facta pēdente gratia sit cōsumpta cū beneficiū se non compatiatur cū alio uigore gratiæ.ar.de rescrip.c.gratiæ.in cl.&de præbē.si.pauper.lib.vi.in glo.& uide quod ibi no.doc.

Causa. XXIX.

EOdem die per dominum Adomarum fuit propositum tale factum.quidam impetrauit proximam uacaturam spectantem ad collationē præsen.seu quāuis aliam dispositionem certi abbatis. postea uacat unum beneficium spectans ad prouisionem eiusdem seu præsentationem de quo sic uacante alteri prouidetur de uoluntate abbatis uel per ipsum.sed pro expectante a prouisione huiusmodi ad sedem apostolicam appellatur.&causa cōmittitur auditori coram quo datur articulando contra expectantem quod solum illud beneficium spectat ad collationem præsentatio.seu prouisionem dicti abbatis pro parte uero dicti expectantis datur ꝙ est quædam alia ecclesia pertinens ad eundem abbatem ad cuius curam idē abbas consueuit singulis annis præsentare quedam capellanum episcopo. Item ꝙ episcopus singulis annis habuit capellanum unum uel alium ad dictam præsentationem recipere & sibi curam committere in eadē ecclesia.Et his quærebatur de duobus effectum pertinentiæ articulorū.

Epithome.

1 Gratia de primo uacaturo ad collationem seu aliam prouisionem certi abbatis an extendatur ad illum qui unicū beneficium habet conferre uel ad ipsum præsentare?

Dubium. LV.

Vide rot.deci. 13.de pb.i nu. 1 PRimo an gratiā extendatur ad illum qui unicum beneficium habet conferre uel ad ipsum præsentare? Et tenebatur ꝙ non pro ut.no. Archidi.extra de præbē.c.si pro clericis pauperibus.super uerbo prouideas.& per Io.mo.de re.iu.in generali.Sed ille glo.uidentur loqui in forma pauperum.tu tamē dicas idem in forma gratiæ specialis.ut no.Io.an.in cle.de præben.c.i.super uerbo incerta.& facit.ff. de offic. præsi. illicitas.§. &. ne tenuis.

Epithome.

1 Capellania an censeatur perpetuum beneficium.ubi annis singulis capellanus præsentari & recipi debet?

Dubium. LVI.

1 SEcundo dubitatur an supposito ꝙ dictus articulus de capallania esset probatus releuaret.hoc est an talis capellania pro beneficio ꝑpetuo habeatur ut sic faciat aliud beneficium de quo prætangitur ad gratiam pertinere.& tenebatur per dominum Egi. ꝙ debuit reputabat esse textum de capel.mo.c.i.li.vi.& incipit præsby. & facit ꝙ habetur.eo.ti.c.i.in antiquis. & adeo hoc tenebat ꝙ consuetudo uel statutum contrarium non obstaret. ar.dicti.c.i.li.vi.& hoc tenebant oēs præter duos.dominus enim bene.dicebat ꝙ dicta decre.præsby. non uidebatur posse uendicare sibi locum in casu isto cum hic capellanus annis singulis præsentetur & recipiatur & sic non uidetur esse perpetuus.decreta.autem præsbyteri. loquitur in casu cum debent esse perpetui ex intentione præsentantis & instituentis.& hoc idem tenebat.F.ar. extra de præben.c.si.de decimis.ex multiplici.& de Rescrip.susceptū li.vi.in quibus apparet ꝙ attendi debet intentio disponentis & facit.C.de.le.præ.& exhiben.l.iij.ff.de adi.le.l.iij.§. conditio.& de suppellecti.le.labeo.maxime cum cura uideatur hic esse commissa tanꝗ ministerium simplex non autem cum iurisdictione prout alias dicitur dari cura.ut patet extra de elec.dudum Rothom.uer.sed tamen in iure.& ad hoc de offi.ordi.cum ab ecclesiarum.& li.vi.de præben.super eo.in glo.ij.per Io.an.

Epithome.

1 Sententia an posit ferri contra illum qui tempore litis contestatæ non posidebat?

Causa. XXX.

Dubium LVII.

1 EOdem die per dominum Egi. propositum fuerat factum tale. Tribus contendentibus super quodam beneficio.uno apostolico & alijs duobus apostolicus libellabat contra utrumq; sed alter non posidebat tēpore litis contestatæ sed postea in conclusione siue post est facta fides iudici ꝙ posidet an contra ipsum posit ferri sententia posito ꝙ litis contestatio tempore minime posse. disset. Et tenebatur per omnes ꝙ sic.per.l.ff de.rei. uē.sin autem.§.i.& de præbē.l.quæsitum.& ad exhi. tigni.§.si quis in prin.

Epithome.

1 Procurator effectus dominus litis si licet se subtrahat continue citari debet.& in casu absentiæ .potest procedi pro contradictas.

Dubium. LVIII.

1 DEinde secundo quærebatur.an si procurator factus dominus litis compareat & suscipiat causam & postea.se retrahit & desistit. an posit procedi faciendo citationes per audientiam? & distinguebatur quia aut procurator non erat præsens in curia & tunc sufficiebat citationem fieri per audientiam.aut erat præsens.& tunc non debet sufficere immo ille procurator continue debet citari.& facit ꝙ no. Archi.de elec.i.super uerbo sicut de iure.lib.vi.

Causa. XXXI.

DIe martis.xxv.dominus Durandus proposuit factum tale. Quidam Martinus impetrauit gratiā ad beneficium proximum uacaturum in ciuitate uel diocesi dauracen̄.postea quidam adulphus.qui rector fuerat cuiusdam ecclesiæ sancti Iacobi in eadem diocesi.ualētis annuatim.cccc.libr.turon̄ paruorum dum graui infirmitate quæ idropisis dicitur adeo fortiter laboraret ꝙ de uita desperaretur ipsius eadem ecclesiam cum quodam alio beneficio in alia diocesi quod beneficium ualebat ultra.xx.lib.turonen̄.permutauit.demum infra.x.uel. xij. dies a tempore dictæ permutationis ex ipsa infirmitate prædicta mortuus est uigore autem permutationis eiusdem ordinarius fecerat processus monitiones & sententias fulminauit contra huiusmodi expectantem qui dictam ecclesiam ex causa permutationis uacauisse percepit & quo ad eandem aliqualiter molestaret quibus pro

cessibus idem expectans ad se ap. appellauit tandem causa introducta in curia. expectans dat obiectum contra ordinarium ꝙ permutatio fuit fraudulenta & in fraudem ipsius expectantis facta. & ad probandum fraudem dat materiam supradictã. Quærebatur igitur de duobus. an prædicta sufficient ad fraudem probandum & ad hoc ꝙ permutatio censeatur inualida. Secundo an appellãs admittatur ad dudum obiectum de permutatione fraudulenta cum illum non expresserit in appellatione & sic non uidetur seruata forma decreta. ut circa.

Epithome.

1 Expectãs qui a processibus per ordinarium factis appellauit an admittatur ad dandum obiectus de permutatione in fraudem ipsius facta in appellatione sua expressos?
2 Appellans potest deducere obiectus directe fundantes ius suum. licet illos non expresserit in appellatione sua.
3 c. ut circa intellectus.

Dubium. LIX.

1 ET ante omnia dicebatur ad secũdum dubium per d. Egi. ꝙ non oportet seruari formã constitutionis ut circa. duplici ratione. prima. quia nõ est appellatum a prouisione seu a processibus & sic non habet locũ ut patet in. c. ut circa de. elec. &. c. 1. c. constitutio. li. vi. nec ob. ꝙ saltẽ occasione prouisionis extitit appellatum. quia hoc non sufficit quo ad satisfaciendum uerbis constitutionis prædictæ immo ad hoc quod habeat locum oportet ꝙ directe appelletur a prouisione electione uel postulatione. ut ibi patet nec obstat decreta. causam electionis. in cle. quia illa loquitur in suo casu quo ad materiam. c. statuimus. de elec. lib. vi. illa enim loquitur quo ad artationẽ ueniendi & prosequendi causam in curia illa uero ut circa. quo ad formam appellandi. ut ibi patet. Secũda ratio. quia posito ꝙ a prouisione appellatum fuisset tamen iste
2 obiectus est admittendus licet non sit in appellatione expressus. quia iste obiectus directe fundat ius obicientis. nã non possit ius suum fundari nisi dicta ecclesia uacaret per mortem Adulphi. cum ipsam tanꝙ uacantẽ per eius mortem petebat. uacare autem per mortẽ illus non poterat nisi enumeraretur effectus permutationis & sic ipse obiectus ius obicientis uidetur respicere directæ quod satis ex hoc potest liquere. quia etiã si is qui ex permutatione obtinuit iam esset post litẽ contestatã mortuus tamen expectãs haberet probare ecclesiam uacuisse per mortẽ Adulphi ꝙ esse non posit nisi permutatio non teneret. Sed obstare ui
3 detur ꝙ no. Arch. s. ꝙ etiã si obiectus in formã uel in personam augeat ius opponentis ꝑsone tamẽ locũ debet habere decre. ut circa prout no. per eundem Archi. de elect. ut circa. sup uerbo opponunt. & Io. mo. in princ. eiusdem c. Sed responde ꝙ ibi loquitur de obiectu qui principaliter datur ad aduersariũ excludendus puta quia dico aliquos electores non præstare electo suffragium quia sunt criminosi. licet enim ius opponentis aliqualiter augeatur non tamen ex hoc ipsius opponentis ius in aliqua parte fundatur. nec exinde probatur. Secus in isto obiectu exclusiuo non fundatio iuris opponentis ut ibi, inter quem magna est differentia & illum qui est exclusiuus iuris ptis cui obijcitur. &c. fundatiuus iuris opponentis personæ ut hic.

Epithome.

1 Permutatio in fraudem expectantis an facta censeatur ubi ab infirmo de cuius salute desperabatur beneficium maioris ualoris permutatum fuit?

Dubium. LX.

SEcũdo dicebatur ad primum dubium uidelicet an propositi articuli super permutatione fraudulenta concepti. ut superius tangitur sufficient ad fraudẽ probandã. tenebatur enim per eundem dominum Egi. ꝙ sic per decre. si te præbendam. de renunc. li. vi. & in præmissis omnes tam dominus. Oldr. ꝙ alij concordabant.

Epithome.

1 Appellatus petens ꝙ tam super articulo appellationis quam negocium principali procedatur inuito appellante an sit audiendus?

Causa. XXXII.

Dubium. LXI.

1 EOdem die per dñm Pe. tal. erat propositum factũ tale. quidã serulentes & officiales cuiusdam abbatis cœperunt quendam clericum trãseuntẽ qui erat de uarijs criminalibus diffamatus & ipsum uigore tẽporalis iurisdictionis ꝙ idẽ abbas in eodem districtu habebat carceri manciparunt requisiuerunt tamen officiales episcopi loci ut ipsum reciperent qui tamen eum recipere nõ curarunt. demum dictus clericus emancipatus de carcere finaliter orta contentione super hoc inter episcopũ & abbatem episcopus monasteriũ supposuit interdicto ꝙ uidens abbas misit ad curiam & impetrauit certum executorẽ qui de iniusticia interdicti cognosceret. & si dictaret ratio reuocaret. qui executor ꝭm formam mandati interdictum suspendit & ab huiusmodi suspensione pro parte episcopi extitit appellatum. causa uero appellationis deducta in curia utraq; pars libellauit scilicet episcopus super grauamine & appellatione. & pars abbatis. s. appellata super principali & super iusticia suspensionis interdicti. eadem pars appellata uoluit ꝙ simul cognosceretur sup suõ libello & super libello etiã appellantis pars autem appellans uoluit ꝙ primo de appellatione cognosceretur & de grauamine idest de iniusticia suspensionis interdicti. quærebatur igitur quis eorum esset potius audiendus? Et dicebat do. Eg. ꝙ episcopus erat potius audiendus. quia quan docunq; alias pars appellans posset petere ꝙ omisso appellationis articulo procedatur in negocio principali inuito etiã appellato. ut tenet Archi. de ap. cordi. nobis § post hæc. & Inno. de ap. ut debiẽ. in gl. plus dicimus. circa fi. & Host. idẽ in gl. sed contra tamen hoc dicebat idem. Eg. nõ debere appellato cõcedi nisi ubi non appareret grauamẽ aliquod reparandum unde si grauamen superesset ꝙ nondum esset seruatum primo debet de appellatione cognosci ut in casu proposito. quia grauamina propter quæ fuerat appellatum reuocata nondũ fuerant & sic epũs debebat audiri & pro se adducebatur. Inno. de elec. statuimus. in gl. super uerbo appellari. §. si autem causa appellans & sibi adhærebant oẽs præter Old. & F. dñs uero Old. dicebat ꝙ pro celeriori expeditione causæ appellatus erat potius audiendus. super utroq; simul cognoscatur. arg. de do. & cõt. finẽ. &. C. de agri. & censi. l. litibus. de rest. spo. frequẽs circa prin. li. vi. & hoc tenebat per id ꝙ no. Inno. extra de ap. interposita. in gl. super uerbo probatũ. circa princ. Sed F. distinxit utrũ esset tale grauamen reparandũ ꝙ esset separandũ a negocio principali puta excõicato uel condẽnatio expen. uel simile & tunc posset procedere ratio dñi Egid. an esset idẽ cum negocioprincipali ut hoc. quia per appellationẽ petitur reuocari suspensio interdicti & per appellatũ petitur pronuntiari eam iustã fuisse. & tunc ut dixit. d. Ol. seruãda esset gl. Inno. in. c. interposita. Et hãc distinctionem innuit expresse Cõpost. in dicta decre. statuimus. in uer. si autem prædicto.

Epithome.

1 Terminus ad articulandam ubi assignatus nõ fuit seruatus an si pars iterato sibi illum assignari petat. id fieri debeat per uiam restitutionis iu integrum?
2 Terminum peremptorium non licet transgredi.
3 Peremptorium pluries emitti potest.

Causa. XXXIII.

Dubium. LXII.

1 DIe mercurij. xxvi. proposuit dñs Benedictus de Noñ. tale dubiũ. Iudex dederat terminũ ad ponendum & articulandum in quo termino nihil erat datum pro positionibus uel articulis demũ etiam cui terminus erat datus pecijt de nouo se admitti ad ponendũ nõ obstante lapsu termini quærebatur an debeant admitti & qualiter an per uiã restitutionis in integrum a modo iuris

iuris & dicebatur tucius esse per uiam restitutionis hoc fie
2 ri.quia terminus erat peremptorius quem non licet transgredi de ordine iuris.ut.ff.de iud.l.in pereptorio.l.& post ædictum.& facit bene ad hanc parte quasi in terminis extra de re.integ.c.corā. & ad hoc bene facit ꝙ sic oporteat fieri id ꝙ no.in Spec.de pos §.quarto uer. Sed & si ante.& de dilat.§.nunc uendendū.uer.Itē ꝙ si datus libellus.& de edi.instru.§.nunc dicamus.uer.licet autē. & facit bene textus C.de inge.& ma.diffamari qui ac.non pos.si ea. ff. de op.l.mancipiorum.Sed tamen uidetur ꝙ possit emitti
3 peremptorium pluries ut no.in Spe.de cita.§.uiso uer.Itē peremptorium.Sed tamen nō cogitur ut ibi no.nec etiā potest in graue præiudicium partis ar.dicte.l mancipiorū.& eius ꝙ no.per Io.an.extra de.uer.si sæpe.§.p. super uerbo obstante.circa fi.gl.in cle.& facit ad hoc id ꝙ habetur & nota.per glo.& doc.iuris ciuilis.ff.de mino.l.minori.xxv. ann.omissam.

Epithome.

1 Spoliatus non obtinebit sibi suspenso petitorio probauit solum possessionem suam, quia debebat etiam deiectionem probare.

Causa. XXXIIII.

Dubium. LXIII.

1 EOdem die per eundem.d.Bene. proponebatur tale dubium quidā appellans a spoliatione ad curiā coram auditore dato libellauit tā in petitorio ꝙ̄ in possessorio tandem suspensum est petitoriū & processum in possessorio.probata est possessio sed non deiectio mō quærebatur an pro libellante posset ferri sententia quo ad restitutionem possessionis?Et dicebatur per oēs quasi ꝙ nō.qa non erat probata deiectio.& sic nec dici potuit spoliatus. nec tanꝗ̄ spoliatus debet restitui. duo enim ad hoc sunt probāda.s.possessio & deiectū possidentem fuisse.ff.de ui & ui ar.l.i.§.interdictum.& extra de resti.spo.cum ad sedem.cum si.sed p Fr.allegabatur in contrarium canon redintegranda.iij q.i reintegranda.& ꝙ dicitur in d.c. de resti spol.sæpe Sed per Egidiū respondebatur ꝙ ille canon hic locum habere nō non potuit.quia cum petitorium suspenditur hoc fit & permittitur in odiū spoliantis. ut patet in cle.de causa poss.& proprie.c.i.ibi & in spoliantis &c. Ad illum ergo finem suspenditur tantum ut contra spoliantem succurratur in possessorio spoliato.Cū igitur non appareat spoliatus cessat intentio causam constitutionem illam clementinā euentis ꝙ̄ etiam intentio petitoriū usspēdentis & sic cessante causa huiusmodi cessabit effectus.iō pronunciari nō possit de restitutione fienda.ar.de iurepa. adigere.§.ꝗ̄uis.& hanc rationem alij approbabant.

Epithome.

1 Commissio an censenda sit surreptitia in qua non fit mētio de litis pendentia inter alias super eadem re?
2 Delegatum debet mouere eadem ratio quæ mouere poterat delegantem.
3 Rescriptum non semper redditur surreptitium ob taciturnitate eorum quibus expressit concessam non fuisset.

Causa. XXXV.

Dubium. LXIIII.

1 EOdem die per eundem propositum extitit tale factum quidā archidiaconus erat in curia interfectus post cuius mortem quidā nepos dñi Cardi.de Hispania erat ad dictum archidiaconatum promotus.procurator demū fiscalis camere dñi papæ uēdicauit fructus archidiaconatus eiusdem a quodā Car.alio. qui cum dicto mortuo super archiadiconatu hmōi contēdebat. & super hoc causa erat commissa dño.A.episcopo tusculano.demum dictus nouus archidiaconus obtinuit cām super eisdem fructibus cōmitti domino auditori prædicto uerum contra cōmisionē opponiturq; lis pendet corā dicto dño tusculano.& ad actus iudiciales aliquos est processum.& erat ante impetrationē cōmisionis prædictæ in qua nulla de hmōi litis pēdentia mentio facta fuit quæritur ergo an cōmisio præfata surrepticia reputetur?Et dicebatur quasi per oēs ꝙ debebat surrepticia reputari.quia tacitum est de litis pendentia quod si fuisset expressum non fuisset facta cōmisio auditori & sic surrepticia deberet censeri.ut in dicto.c. super literis.§.inter alios.ij.responso. immo ꝙ plus est etiā si papa concessisset ex quo uenire potest graue præiudicium parti aduerse cū super eadē reagatur.idē esti uris censendū.ut extra de rescrip.c. significante.ar.ff. de exce.rei iudica.l.de eadē re.& ar.quia eadem ratio de
2 bet mouere delegatum quæ & delegantē.ut d.c.super literis.in fi.sed d.Egidius tenebat contrarium quia non om
3 nia tacita quibus expositis rescriptū non fuisset obtentum reddunt rescriptum surrepticium . ut patet in casu de lit. cont.c.i.li.vi.in fi.sed ibi ideo.quia alias nullum haberet effectum ꝙ alias est statutū de peremptorijs post litē contestatā etiam usq; ad sententiā proponendis.ut ibi no.per Io.an.immo etiā si ibi de replicatione mentionem fecisset nihilominus literas habuisset pro parte tamen ista facit.qa in huiusmodi commissione persone contra ꝗ̄ & pro qua est cōmisio impetrata cōpræhense sunt in rescripto.& sic uidetur ꝙ rescriptū debeat procedere.ut patet per ea quæ no Cōpost.de rescrip.super literis.circa prin.& e.t.significāte.in prin. Sed hoc nō uidetur procedere qa nō derogat ſm rescriptū primo nisi quo ad personas in secūdo expresis ergo nō præiudicat quo ad aliā cum qua corā primo delegato lis pendet.ſm ea quæ no.per eundē Compostel.de rescrip.pastoralis.circa fi.super uerbo quibusdam alium.ibi si quæras &c.& etiā in prin.glo.a contrario sensu.& facit bene pro prima parte id quod not.eo.tit.de rescrip.c.mandatū.in fi.ibi.sed quod si plures de eadē &c.

Epithome.

1 Canonicus regularis remanens claustralis an possit assumi ad ecclesiam secularem cōsuetam regi pro seculares?
2 Clericus tenetur in beneficio suo residere.
3 Clericus secularis idem esse non potest . & remanere in claustro.
4 Regularis quando præficitur ecclesiæ seculari debet præsentari ut clericus & institui & in officio cum præsbyteris secularibus conformari.
5 Episcopus dispensare non potest ut regularis remanens in claustro iura suæ claustralitatis percipiat.& ecclesiæ seculari deseruiat.
6 Dispensatio episcopi statum ecclesiæ sine consu capituli & sine causæ cognitione immutare non potest.
7 Seculares quandiu inueniri possunt . non sunt ponendi regulares in ecclesijs secularibus.
8 Literis episcopi non habentibus subscriptionem testium non creditur nisi super excommunicatione maxime ubi lederetur ius partes.
9 Dispensatio requirit causæ cognitionem.
10 Dispensatio est iuris communis relaxatio.
11 Episcopus dispensat in illis tantum quæ sibi committuntur a iure.
12 Episcopus quod dispensare posit ut regulares præficiantur ecclesiæ seculari quomodo intelligendum?

Causa. XXXVI.

Dubium. LXV.

1 VAcante quadam ecclesia parochiali consueta regi per seculares a tanto tempor cuius contrarij hominum memoria nō existit patronus laicus ipsius ecclesiæ ad quē iuspatrona. noscitur ptinere præsentauit ad dictā ecclesiā suo episcopo quendā canonicū regularē epūs ipsum admisit & instituit in ecclesia supradicta. ipso ut prius remanente canonico & in suo claustro residente distributiones quotidianas & partē prouentuū ipsum contingentē ut unus ex alijs canonicis iure suæ religionis & claustra litatis pcipientis uenit impetrās apostolicus & petit dictā ecclesiā tanꝗ̄ de iure uacantem . Ad ostendendū ꝙ regularis ꝙ inquātū regulares remanens claustralis nō possit assumi ad ecclesiā secularē consuetā regi per seculares.no.per Io.an.in.c.quia regulares.de sup.negl.prælā

Cæsar Lamb. Ber.in tract.iuris pa. fol. 224. in.21.articulo vij.q.princi.p. partes.2.libri.

in cle.ſup uerbo ſeculares.no. etiam ibidē per Pau.ſuper
eodē uerbo. Itē no.per Pe.& Abb.in.c.ij.eo.t.in antiquis.
Item eſt tex.de religi.domi.c.inter quatuor.de regulari.ſu
per eo.in antiquis. Item notat Hoſt.in.c. poſſeſſiões.de re
bus eccl.non alie. Itē Vincen.in.c.monachi.de ſtatu.re-
gula. in antiquis. Itē quia tunc ſequeretur ꝙ idē eſſet ſe-
cularis & regularis quia ex quo remanet in clauſtro debet
uiuere ſm ritum regularium. & ex quo aſſumitur ad ec-
cleſiam ſecularem debet uiuere & oſtiiare ſm ritum ſecu
larium & non regularium & quantum ad illa quæ notan
tur.xvi.q.i.de monachis.& ro Inno.poſt Hoſt. in.c.ꝙ dei
timorem de ſtatu regu.& dicit ibi Hoſtien. ꝙ propter hoc
ut ſeruiat eccleſiæ extrahitur a clauſtro & abſoluitur ab
alijs quæ cōmode ſeruare nō poteſt. idē no. Inno. ad hoc
facit de elec.cōſtitutus.xvi.q.ij.ſi quis iam tranſlatus. cū
etiam quiſq; de iure cōiſteneat in ſuo beneficio reſidere.&
2 ſic legi.& no.de cleri.non reſiden. conquerente. & no.de
reſcrip.c.gratia.li.vi.per Guil.& Io.an. ꝙ idem non poſ-
3 ſit eſſe clericus ſecularis & remanere in clauſtro eſt tex.
xvi.q.i.nemo. Itē quia utrunq; ſibi tenuit utroq; debet pri
uari. de præben. de multa. & eſt ipſo iure priuatus utroq;
per decre.extrauagan.execrabilis.& licet illa iura loquā
tur in curatis idem dico in beneficijs requirentibus reſidē
tiā. hæc no. Inno.de cleri.non reſiden.c.ſi. Item quia re-
gularis. nec regularis naturaliter requirit clauſtrū.ut.xvi.
q.i.ſi cupis.& ideo cum iſte de quo agitur uellet eſſe clau
ſtralis & remanere non poteſt eccleſiam ſecularem rege-
re cum officiū clerici ſecularis non aſſumat quod debuiſ
ſet aſſumere ſi uoluiſſet ſeculari eccleſia deſeruire. Item
4 regularis quando præficitur eccleſiæ ſeculari debet præ
ſentari ut clericus & inſtitui & in officio cum præſbyteris
ſecularibus conformari.xvi.q.i.ſi monachus &.c. cū pro
utilitate. Iſte tamen de quo agitur non aſſumpſit officium
clerici ſecularis immo fuit p̄ſentatus & inſtitutus ut clau
5 ſtralis quod eſt contra iura prædicta. Itē diſpenſatio epi-
ſcopi ꝓperari non pōt ꝙ in clauſtro remaneat & iura ſuæ
clauſtralitatis ut ante percipiat & eccleſiæ ſeculari curate
deſeruiat.ut.c.ne in agro.in.§.ſane. de ſtatu. regu.in cle-
6 me. Item diſpenſatio epiſcopi ſtatum eccleſiæ ſine cōſen
ſu capituli & ſine cauſæ cognitione immutare non poteſt
iuxta no.per Io.an.de elec.c.ex eo.li.vi.ho.de ſtatu regu.
quod dei timorē.per Arch.de fil.præſ.c.i.& de elec.in.c.
licet canon.li.vi.no.& Inno.de fil.præſ.c.ueniens in an-
7 tiquis. Itē quandiu poſſunt inueniri ſeculares non ſunt po
nendi in eccleſijs ſecularibus regulares per.c. inter qua-
tuor ſupra alleg.& no.per Hoſt.in.c.ꝙ dei timorem. Item
non ualet diſpenſatio exhibita per partem aduerſam quia
8 literis epiſcopi cum ſint priuate ſcripture non eſt creden-
dū niſi ſuper excōicatione.maxime ubi lederetur ius par-
tis niſi habeant teſtium ſubſcriptionem ut no. Archi.vi.q.
ij.c.placuit.& de elec.ut circa.ſuper uerbo publico inſtru
mento.li.vi.& Io.an.poſt eum. Item non ualet ex alia cā.
quia qui diſpenſat debet præmittere cognitionem & ex-
9 primere cauſam.per Inno.de fil.præſ.ueniens.per Arch.
in.c.cum de beneficio.de præben.li.vi.& de elec.licet ca
non. Item ex alio non ualet.quia.diſpenſatio eſt.iuris cō
10 munis relaxatio.ſed ſi epūs diſpenſaret ꝙ remaneret in
clauſtro & præficeretur eccleſiæ ſeculari conſuete regi p
ſeculares diſpenſaret contra omnia iura prædicta & ſic di
ſpenſaret ſuper duobus beneficijs incompatibilibus ſcili-
cet ꝙ retineret clauſtrum & exerceret officiū religioſi & of
ficium clerici ſecularis cum religioſus quando præficitur
eccleſiæ ſeculari debeat ſe conformare in officio ſm ritū
ſecularium & non regularium ꝙ tamen facere non poteſt.
quia tantū ſummo pontifici reſeruatur.quia epiſcopus ſo
lam in illis poteſt diſpenſare quæ ſibi permittuntur a iure
11 de iudi.in.c.decernimus.de tempo. ordi.c.cum dilectus.
Item ꝙ ab inicio nullum eſt tractu temporis nō firmatur.
de reg.iu.ſed præſentatio & inſtitutio factæ & de facto de
regulari ut clauſtrali ad eccleſiam ſecularem conſuetā re
gi per ſeculares cū de iure fieri non poſſent nec deberent.
ut patet per iura præallegata fiunt & ſunt caſſa & inuali-
da tanq; de minus idoneo facte & per ſubſequentem di-
ſpenſationem ualidari non poſſunt.no.iura quæ dicunt ſi
cut.c.ꝙ dei timorem.de ſtatu reg.&.c.presſis.lv.di.allega
ta per partē aduerſam ꝙ ex diſpenſatione epiſcopi poſ-
12 ſunt præfici regulares eccleſiæ ſeculari loquitur quando
primo abdicātur a clauſtro & præſentātur & inſtituuntur
ut clerici & in illis eccleſijs etiam in quibus non eſt com-
pleta præſcriptio ſecularium uel regularium. iſte autē de
quo agit̄ fuit præſentatus ut clauſtralis. & in eccleſia ad
quam præſentatur eſt completa præſcriptio ſecularium.
Itē alia.c.per partē aduerſam allega.quæ ſunt.xvi.q.i.c.
doctos.&.c.cum pro utilitate.&.c.in parrochia. in quibus
de iure communi ſeruiunt præfati regulares, eccleſijs ſe-
cularibus loquuntur etiam quando primo abdicantur a
clauſtro & præſentantur & inſtituuntur ut clerici & aſ-
ſumunt officium clerici ſecularis loquuntur etiam in illis
quæ quandoque conſueuerunt regi per ſeculares & non
in illis eccleſijs in quibus eſt completa præſcriptio ſecula
rium uel regularium.eccleſia autem de qua agitur cōple-
ta eſt præſcriptio ſecularium a tanto tempore ꝙ in contra
rium hominum memoria non exiſtit quare cum ex præ-
miſſis appareat præſentationem & inſtitutionem præfa-
tas tanquam de minus idoneo factas non tenent quare ua
cat ipſa eccleſia.

Deciſion. per R. patrem Thomam Faſtoli auditorem
ſacri palacij in unum redactæ.

FINIS.

VENETIIS apud Michaelem Tramezinum.

M D LI.

INDEX IN ANTIQVAS BISIGNETI ET FASTOLI DECISIONES DOMINORVM ROTAE.

reb.

Impe-

Monachus

Religiosus

Sententia

TERMI-

FINIS.

AVREAE ANNOTATIONES
ET ADDITIONES IN NOVAS ROTAE DECISIONES.

PER EXCELLENTISSIMVM IVR. VT. D.
Antonium Mariam Papazzonum in Rom. Cur. causarum
Patronum nunc, primum in lucem editæ: summariis
& indice locupletissimo decoratæ.

Ne turbata uolent rapidis oracula uentis



Nunc folio uates commodiore sonat.

Cum Priuilegio summi Pont. Iulii III. Cæsareæ atque Catholicæ
Maiestatis, Caroli V. Imperat. Illustrissimiq;
Senatus Veneti ad decennium.

MOTU Proprio &c. Cum, sicut accepimus, dilectus filius Michael Tramezinus bibliopola Venetus nobis nuper exponi fecerit, ad communem omnium studiosorum utilitatem, sua propria impensa diuersa opera Latina, & Italica: Ipsa Italica tam ex Latino, & Hispanico idiomate translata, quàm Italica, facere, minimeq; translata, hactenus non impressa imprimi facere intendat, dubitetq; ne huiusmodi opera, postmodum ab alijs, sine eius licentia imprimantur, quod in maximum suum præiudicium tenderet. Nos propterea eius indemnitati consulere uolentes: Motu simili & certa scientia, eidem Michaeli, ne prædicta opera, hactenus non impressa, & per ipsum imprimenda, per decem annos post eorundem operum, uel cuiuslibet ipsorum impresionem, à quocunque sine ipsius licentia imprimi, aut ab ipsis, uel ab alijs uendi, seu in eorum apothecis, uel aliàs uenalia, præterquam à dicto Michaele impreßa, uel imprimenda, teneri posint, concedimus, & indulgemus: Inhibentes omnibus & singulis Christi fidelibus, tã in Italia, quàm extra Italiam existentibus, præsertim bibliopolis, & librorum impressoribus, sub excommunicatione latæ sententiæ: In terris uero Sanctæ Roma. Eccle. mediate, uel immediate subiectis, etiam ducentorum ducatorum auri, Cameræ Apostolicæ applicandorum, & insuper amisionis, librorum pœnis, totiens ipso facto, & absque alia declaratione, incurrenda, quotiens contrauentum fuerit, ne intra decennium ab impresione dictorum operum, uel cuiuslibet ipsorum respectiue computandum, dicta opera, tam Latina, quàm Italica, hactenus non impreßa, & per ipsum Michaelem imprimenda, sine eiusdem Michaelis expreßa licentia, dicto decennio durante, imprimere, seu ab ipsis, uel alijs, præterquàm à dicto Michaele impressa, & imprimenda, uendere, seu uenalia habere, uel proponere, uel eas, ut supra, habere audeant. Mandantes uniuersis Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis eorumq; Vicarij: in spiritualibus generalibus, & in statu temporali Sanctæ Rom. Eccl. etiam Legatis, & Vicelegatis, sedis Apostolicæ, ac ipsius status gubernatoribus, ut quotiens pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiti, uel eorum aliquis fuerit requisitus eidem Michaeli efficacis defensionis præsidio aßistentes, præmissa, ad omnem dicti Michaelis requisitionem contra inobedientes, & rebelles per Censuras Ecclesiasticas, etiam sæpius aggrauando, & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: Inuocato etiã ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Et insuper, quia difficile admodum eßet præsentem Motum proprium, ad quælibet loca deferri: Volumus & Apostolica auctoritate Decernimus, ipsius transumptis, uel exemplis etiam in ipsius operibus impreßis, plenam, & eandem prorsus fidem, ubique tam in iudicio, quàm extra haberi, quæ præsenti originali haberetur. Et cum absolutione à Censuris ad effectum præsentium, & quod sola signatura sufficiat. Et ne de præmißis, aliquis ignorantiam prætẽdere poßit. Quod præsens Motus proprius in Acie Campi Floris, & in Valuis Cancellariæ Apostolicæ huius Almæ Vrbis affigatur, & ibidem per affixionem publicetur, & quod sic affixus, & in ipsis operibus per tempora impressus, per eundem omnes quos Tanget, ac si eisdẽ personaliter intimatum foret, expresse uolumus, & mandamus irritum & inane quicquid secus attentare contigerit. Præmißis omnibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Cæterisq; in contrarium faciente non obstantibus quibuscunque.

PLACET I.

A tergo.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, Indictione octaua, Die uero uigesimatertia mensis Octob. Pontificatus Sanctißimi in Christo Patris & domini nostri, domini Iulij diuina prouidentia Papæ tertii, Anno primo, Retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis per me Iacobum Carratum Cursorem.

Mathurinus magister Cursorum.

CAROLVS Quintus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germaniæ &c. Ioan. mater & Idem Carolus eius filius reges Castellæ Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæq; &c.

DON PETRVS, De Toledo Marchio Villæ Franchæ Cæs. & Cath. Mandato in hoc Regno Vicerex, Locumtenens & Capitaneus generalis &c. Nobili uiro Michaeli Tramezino fideli R. dilecto gratiam R. & bonam uoluntatē: Nuper pro uestri parte fuit nobis supplicatum quatenus Cæs. & Cath. Mandatum nomine uobis concederemus per aliquod temporis spatium uidelicet per sex annos Decisiones Rotæ cum nonnullis nouis additionibus Camilli Mele Veneti, & Antonij Mariæ Papazoni in presenti Regno imprimi non poße, nec extra Regnū impressa in Regnū immitti, nec alio modo excplari, & quouis modo imprimi facere, & in Regno prefato uendi, uel quouismodo contractari in totum, uel in partem, directe, uel indirecte, coniunctim cum alijs operibus, uel diuisim, nisi tantummodo per uos, uel uestros heredes, & successores, aliosq; uestri, uel uestrorum heredum prædictorū parte dicto tempore annorum sex perdurante uestra impensa imprimi, ac uendi, & contractari posse: eapropter uestris supplicationibus in hac parte inclinati tenore presentium de certa nostra scientia deliberate, et consulto, ac ex gratia spetiali præfatorū mādantium, nomine cum deliberatione, & eßistentia Regij collateralis consilij statuimus, & decernimus q per annos sex, à die datæ præsentium in antea numerandos nemini liceat in hoc Regno opera iam dicta imprimere, aut exemplari, & imprimi facere, nec alibi impressa in hoc Regno uendere, aut aliquo pacto contractare in totum, uel in partem directe, uel indirecte, coniunctim cum alijs operibus, uel diuisim ut supra, absque spetiali permißione uestri præfati Michaelis, uel dictorum uestrorum heredum & successorum dicto tempore annorum sex perdurante, uolentes, & decernentes expresse quòd si quis contra prædictam nostram ordinationem facere attentaret ipso facto libri operum prædictorum in hoc Regno, aut per exemplum in quouis alio loco impreßi, & in Regnum immißi deuoluantur, & sint uestri prædicti Michaelis, uel dictorum heredum, & successorum, qui multos libros imprimere curetis taliter quòd Regnum prædictum libris ipsis multū affluat: Mandantes propterea per has easdem omnibus, & singulis officialibus et subditis Regijs maioribus, et minoribus quocunq; nomine nuncupatis, titulo, officio, auctoritate, potestate, & iurisditione fungentibus, præsentibus, & futuris, ad quos, seu quem spectabit, & præsentes peruenerint, ac fuerint quomodolibet præsentatæ unicuique in sua iurisdictione quatenus uobis, seu alteri legitimæ personæ pro uestri parte præstent, & præstari faciant omne auxilium, consilium, & fauorem opportunum, & necessarium super consequutione dictorum librorum in casibus præmißis uobis deuolutorum, ac pœnam ducatorum Mille, adeo quod pro prædictis ad nos recursum habere uobis neceße non sit, & contrarium non faciant pro quanto gratiam præfatorum Mandantium charam habent, ac pœnam ducatorum Mille cupiunt euitare, præsentibus Regio sigillo à tergo impreßis præsentanti singulis uicibus remansuris. Dat. in Castello nouo Neap. Die ultimo mensis Iunij Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Dominus Vicerex locumtenen. generalis
mand. mihi Coriolano Martirano.

1551 die. 2. Iunij in Rogatis.

Che per auttorità di questo Consilio sia conceßo à Michele Tramezzino libraro alla Sibilla, che niun altro che lui, senza sua permißione non poßi stampar, ne far stampar in questa città & in tutto'l Dominio nostro, ne stampate altroue uender' in quello l'annotationi, & additioni, di M. Antonio Maria Papazzone in le noue decisioni di Rota per anni dieci sotto pena à chi facesse il contrario di perder l'opere stampate, & duc. dieci per cadauna opera, un terzo della qual pena sia di quello, che darà la denuntia, l'altro terzo dell'Arsenale, & l'altro della Pietà, Eßendo obligato d'oßeruar quello, che per le nostre leggi è disposto in materia di stampe.

Hieronymus Falcono Duc. Not.

MARCELLO CRESCENTIO SANCTAE RO. Eccle. Cardinali ac Sacrosan. Tridentini Concilii Bononiensisq; ciuitatis Legato, Antonius Maria Papazonus. S. P. D.

CVM te sacri Palatii causas audiente, post auditas clientum meorum causas, pro tua erga me humanitate, saepe colloqueremur, et in uarios sermones, ut fieri solet, incideremus, ualde tibi graue, ac molestum esse cognouerim, quòd nonnulli tam temere, sanctissimas antiquorum patrum decisiones reprehendere, & ad prauum eorum sensum tam leuiter trahere conarentur, easq; inuicem discrepare asseuerarēt, teq; easdem etiam, qui decisiones ipsas, in casibus occurrentibus facientes, allegare omitterent, quasi quòd in causis sacri palatii uersantibus, Decisiones ipsas ignorare nephas foret, ualde dānare cognouerim. Idcirco eius temporis, quod mihi ab agēdis causis uacuum daretur, partem aliquam in decisionibus ipsis perlegendis ponendam decreui: cuius instituti mei, ea ratio fuit, ut decisiones ipsas, quae conueniunt ac idem respiciunt unà copularem, & coniungerem, quae uero legum ignaris non conuenire, sed discrepantes esse uidētur, ad proprios casus, atque terminos suos applicarem: Hoc enim bono causarum patrono, cuius praecipue officio, mortuorum & indefensorum causas suscipere, atque defendere incumbit, conuenire quàm maxime putaui: Sic enim decisiones ipsae, ab improborum ac leuiorum hominum iniuria uindicantur: ac sapientissimorum illorum patrum nomen, ac decus conseruatur: suscepi etiam hoc ipse oneris, eo libentius quòd gratissimum tibi fore, ob tuam erga me humanitatem mihi persuaserim: Quamobrem primam hanc partem, si non plene absolutam, incohatam tamen tibi dedicandam putaui, ut ui atque praestantia tanti tui nominis munita, splendoreq; illustrata, inuidorum detractiones negligat, penitusq; contemnat, praesertim cum nec auaritiae causa, nec inanis gloriae cupiditate adductus, hoc fecerim. Et si utile, & non inane arbitratus fueris, quod reliquum est etiam muneris, atque laboris mei, quamprimum fieri poterit, absoluam. Vale igitur, idq; non ab ipsius, sed ab animi amicissimi tui, erga te magnitudine, ac uoluntate, metiare, atque benigne suscipias: nosq; & sanctam sedem apostolicam, ab eorum qui male sentientes eam lacerare conantur insania, fortissime, ut facis, prudentissimeq; defende.

Romae die. xx. Iulii. M D L I.

AD LECTORES.

MIraturos plerosq;, uel me potius forsan etiam accusaturos arbitror: ꝙ inter tot magnos præclarissimosq; uiros, tenuis homo, ad sanctissima antiquorum illorum patrum dogmata, tam admirabili studio elaborata, manus imponere ausus fuerim: Enimuero, quia detractoribus os claudere linguamq; compescere, inter impossibilia reputatur: non totum opus & uolumen emittere, sed hanc primam tantummodo partem, lucubrationum mearum, quas pro mea tantum comoditate contexeram, studiosis & eruditis uiris comunicare & conferre decreui: ut cum eam uiderint, si illam comprobandam duxerint, & me ad reliquum opus impulerint, me etiam ab eiuscemodi hominibus tueri, & defendere propemodum compellantur: Nam sola primum intentio mea fuit, ac institutum, ad meam tantummodo utilitatē, has in quibus continua exercitatione uersamur materias, mihi præparare: ut cum casus incideret, quid pro amicis dici, quid per aduersarios opponi posset, facilius discurere, atq; inuenire, & eis absque tot uoluminum reuolutione, temporibus præsertim, quibus ob audientiarum frequentiam, ac causarum cumulum, studiis intendere non ualerem, consultius bonum, an malum ius haberent, indemnitati eorum, & conscientiæ meæ consulendo, respondere possem: Cum autem plurimis intimis amicis meis horum exemplum, & copiam nondum correctam, nec in ordinem quemadmodum uellem digestam, traddere coactus fuerim, timeremq;, ne me inscio, ut sæpe fit, & inuito, illa sic rudis, & indigesta ab alio laborum meorum forsan usurpatore, imprimeretur, & impulsus etiam ab aliis quamplurimis, qui ad hoc perficiendum ita me hortarentur, primam hanc laborum meorum partem, plurimum etiam instante Francisco Tramegino, sibi edendam traddidi. Sed quoniam plerique uoluissent, ꝙ dum modernas decisiones, & casus meo tempore decisos retuli, omnes etiam rationes, ac omnia iura, ex quibus, illi doctissimi patres, ut ita deciderent moti fuerint latius explicassem: scitote id me ea de causa omisisse, quod decisiones eiusmodi in lucem emittere tantummodo patribus sacri palatii conuenire arbitratus sim: Cum præsertim clarissimus uir Marcellus Cardinalis Crescentius meus obseruandissimus illius olim ordinis, pluresq; alii auditores celeberimi infinitas ac præclarissimas eorum tempore factas decisiones collegerint, sperandumq; sit, eos ad publicam utilitatem illas edituros fore: polliceor tamen si cui priuatim necesse fuerit, omnium a me relatarum decisionum rationes & fundamenta libentissime daturum. Valete.

ANTONII MARIAE PAPAZZONI IVRISCONSVLTI AC IN RO. CV. CAVSARVM PATRONI, IN NOVAS ROTÆ DECISIONES NVNCVPATAS, ANNOTATIONES ET ADDITIONES.

DE CONSTITVTIONIBVS.

I.

Summarium.

Statutum capituli probatur per teſtes, quia ſcriptura non eſt de eſſe legis, h.d.246.

Epitome.

1 Statutum probatur per teſtes.
2 Inſtrumenta etiam informiter & male extracta probant quando originalia ſunt pœnes aduerſarium.

1 ADditio.† Cum iſta deciſione concordat deciſ.5.& 6.de proba.in antiq. Et ad materiam faciunt quæ notaui infra ſuper deciſ.27.de reſcriptis ubi quod gratia apoſtolica non poteſt probari per teſtes,& ibi habes multa ad hoc: Fel.in Rub.huius tituli latæ examinat hanc difficultatem,& nu.7.dicit eſſe cõmunem opi quod non requiratur ſcriptura,& deinde refert Sal.dicentem cõmunem eſſe in contrarium: Decius autem ibidem facit duodecim fundamenta pro iſta deciſione, & undecim pro parte contraria,& finaliter concludit ſecundum Fel.& clarius etiam exponit dicens quod ſcriptura non eſt de ſubſtantia legis,uel ſtatuti.& ſine ſcriptura uel publicatione probat, ſi conditor uult. Sed quando non conſtat de mente conditoris non poteſt dici lex, uel ſtatutum, donec fiat ſcriptura & publicetur. Et poteſt applicari hic id quod fuit deciſum * in cauſa Valentina non
D.1. admiſſionis in militem coram R.P.D.Peregrino Fabio Bononien.Epiſcopo Veſtan.& Domino meo præcipuo, ubi non
2 ſolũ ſenſerũt Domini,† ſtabilimenta religionis Hieroſolimitan. poſſe probari per teſtes. Sed ex quo originalia erant pœnes religionem,contra quam agebatur,dixerunt adhibendam eſſe fidẽ copiæ ipſorum ſtabilimentorum extractæ per publicum Notarium,facta tamen fide quod fuit facta diligentia pro illis formiter leuandis,iuxta doct.Bar.in.l.publicati.C.de teſta.& Deciũ conſil.36.colum.2.Et de hac materia habes aliquid per Staphi. in.5.parte.fol.109.& in alia impreſſ.c.84.& facit deciſ.Egid. 446.ubi quod ſufficit tranſumptum quando originale haberi non poteſt.

DE RESCRIPTIS.

I.

Summarium.

Clauſula quouis modo reſpicit perſonam duntaxat expreſſam. 28.

Epitome.

1 Clauſulæ quouis modo materia.
2 Clauſulæ quouis modo diſtinctio.
3 Clauſulæ ex cuiuſcunque perſona effectus.
4 Gratia dicitur ſubreptitia quando quis falſum expreſſit etiam ſi papa id conceſſiſſet ſine tali expreſſione ſi tamen facilius conceſſit.
5 Gratia non dicitur ſubreptitia propter omiſſionem uel falſam expreſſionem quando conſtat papam uoluiſſe facere gratiam in potiori caſu.
6 Regreſſum habens debet docere quod tempore ſibi reſeruati regreſſus habebat aliquod ius,cum diſtinctione.
7 Regreſſum habens de conſenſu non tenetur aliter iuſtificare.
8 Poſſeſſio pacifica impeditur per ſolam moleſtiam facti & prætenſionem.
9 Clauſula ex cuiuſcunque perſona in noua prouiſione capit quamcunque uacationem etiam ſi beneficium non uacaſſet tempore primæ prouiſionis.
10 Clauſula quouis modo poteſt apponi in prouiſione ordinarii.
11 Clauſula quouis modo non operatur in reſignatione facta in manibus nuntii non habentis facultatem ſi illud met beneficium impetretur a Papa.

1 ADditio.† Quatuor modis ſumatur hæc deciſ. ſed omnes ſumarii idem dicunt, & ideo unum tantum ſumarium hic poſui: Cum iſta deci.habes concordantes.dec. 14.43.&.53.hoc titulo in anti. Contra eam tamẽ facere uidetur dec.53.de con.præb.in eiſdẽ,ubi dicitur quod iſta clauſula quouis modo capit beneficiũ etiã ſi uacaret ex perſona alterius: ſed iudicio meo,dec.illa procedit quando fuerant appoſita uerba,& ex cuiuſcunque perſona uel alias quando cõſtaret de intentione cõcedentis,ut dicit tex.in.c.ſuſceptum de reſcrip.lib.6.quem ad hoc allegat Fel.in.c.in noſtra correla.37.in.2. Falen.licet litera Fel.ſit corrupta,dum dicit.de intentione impetrantis, prout eſt corrupta litera Io.Silue.in tract.de beneficio in.12.q.3.partis, qui ſequitur Fel.& eum recitat de uerbo ad uerbum. Intentio enim impetrantis nihil poteſt operari. In hoc propoſito, & tex.in d.c.ſuſceptum quem allegat Fel.non loquitur de intentione impetrantis,ſed mandantis, uidelicet Papæ, qui ibi mandauerat prouideri de uacaturo. Circa materiam iſtius clauſulæ habemus plures dec.applicabiles, uidelicet deciſionẽ.17.infra eo,cũ qua concordat Egi.dec.687.& infra de conceſſ.præb.7.& dec. 20.21.&.22.infra de præb.&.2.ac.19.de conceſſ.præb.in antiq. ac.29.de reſcrip.in eiſdem,& dec.Biſeg.12.de præb.&.12.infra de re iud. Et faciunt etiam deciſ.Egi.251.616.&.430.& notata per Staphi.5.parte principali fol.107.& in alia impreſſ.c.82.& per Caſſad.dec.5.de præbend. & deci.29. ſuper regulis,& per eundem Fel.in.d.c.in noſtra correla.15.&.bo.me. Ludouicum Gome. Epiſcopũ Sarn. in lib. ſuo regularũ ſuper.q.3. Regule de ueri.noti.&.q.34.regulæ de infir.ubi dicit quod iſta clauſula non capit beneficium decedentis infra.20.dies quod etiam repetit in.q.16.regulæ de publican. Sed quia deciſiones de quibus
2 ſupra loquentes de iſta Clauſula † uidentur adeo inter ſe contraria,quod animus legentium de facili confunditur, ideo ſunt conſideran. tres caſus. Primus,uidelicet,quando iſta clauſula apponitur in uacantibus de præſenti,ut in iſta deci. & aliis concordantibus de quibus ſupra. Secundus caſus,eſt in gratia ad uacatura, puta cum quis impetrat uel obtinet ſibi prouideri de beneficio uacaturo,cum primum titius contraxerit matrimonium,uel aſſecutus fuerit aliud beneficium incompatibile, aut munus conſecrationis ſuſceperit,cum iſta clauſula, ſeu clauſula quouis modo uacauerit,& tunc procedunt deciſ.17.infra eo. & dec.21.infra de præb.ſuper qua dec.21.decreui ponere omnes concordantes & diſcordantes loquentes in hoc ſecundo caſu. Tertius caſus procedit in acceptationibus, puta ſi ego habens gratiam expectatiuam acceptaui beneficium tanquam uacans in genere,non exprimendo modum uacationis ſed generaliter,quouis modo uacet,aut acceptaui beneficium tanquam uacans per obitum Titii,cum clauſula quouis modo, & tunc iſta clauſula comprehendit uacationem ex perſona alterius ut late de hoc tertio caſu,& quando nullus modus exprimitur dixi ſuper.d.dec.22.infra de præben.& ſic ſuis locis habebis materias ſuas. Sat eſt,hic poſuiſſe hanc diſtinctionem, ne confundaris ex uiſione tot dec.in hac materia diuerſimode loquentiũ. Aduertе tamen dum ſupra allegaui dec.Caſſa.5.de præbe. quia dicta per eum ſic de plano non procedunt per rationes prædicti Sarnen.in.d.3.q.& per ea quæ dixi ſuper.d.dec.22.de præbend.& 7.de con.præb.ubi uidebis. Et quia in additione ad hanc dec.
3 datur cautela quod opponatur clauſula † ſiue ex cuiuſcunque perſona uacet,per quam clauſulam,uenit etiam uacans ex alia perſona non expreſſa, Iſta enim uerba ſunt adeo lata & compre

hensiua quod si quis impetraret beneficium per obitum Titii, obtineret illud, etiam si uacaret per obitum Sempronii, & non Titii, ut sentit hæc dec. & Staphi. ubi supra & Pau. Hiero. in practica Cancellariæ fol. 73, dum tractat de notabilibus super non reser-
4 uatis. Dubitant tamen aliqui an † dici posit talem impetrationem narrantem beneficium uacare per obitum Titii esse surreptitiam, cum aliter uacet, uidelicet per obitum Sempronii, nihilominus ex quo constat, Papam signasse supplicationem, cum ista clausula ex cuiuscunque persona uacet, constare uidetur eius intentionem fuisse quod talis impetrans omnino haberet illud beneficium, & sic talis subreptio uel falsitas expressa non uidetur considerabilis, prout dicetur infra super dec. 7. Sed una ratio facit me dubitare. Nam si Papa sciuisset quod beneficium uacabat per obitum Sempronii qui habebat nepotes pauperes aut qualificatos & ab ipso Papa cognitos & dilectos eis potius prouidere uoluisset quàm illi impetranti falsitas enim commissa in exprimendo adeo inficit quod etiam si sine tali expressione Papa concessisset gratiam ipsa gratia dicitur subreptitia & nulla si propter talem expressionem Papa facilius concessit quàm sine illa expressione concessisset, ut sæpius tenuerunt Domini mei per doct. Inno. in. c. super literis de rescript. & collecta, in. c.
1 ex tuarum de sorti. & Egi. dec. 4. licet * in quadam causa Hispalen. portionis Domini uoluerint hoc locum non habere ex quo
5 constabat expresse papam † ex certa scientia uoluisse facere gra-
2 tiã & in potiori casu & ꝙ * Papa nõ potuisset clarius derogasse statutis illius ecclesiæ, hic autem nedum peccauit in exprimendo uacationem per obitum Titii, sed etiam in tacendo & obmitten. uacationẽ per obitum Sempronii. Ergo &c. Ideo crederem dicendum de hac clausula prout dicitur de noua prouisione qđ procedat & habeat locum dummodo Titius haberet aliquod ius, siue bonũ siue malum in illo beneficio licet Sempronius illud possideret, ut de noua prouisione habetur in deci. 24. de præb. in anti. & per dec. Egi. 116. & Biseg. 4. de præben. & late Sarnen. in regula de annali. q. 27. num. 4. & 5. & notat Fel. in. c. inter dilectos de fide instru. ubi loquitur de confirmatione nu. 16. cum pluribus sequenti. & in. c. ex parte el. 1. de rescript. nu. 51. & facit qđ
3 nuper decisum fuit in una * Lucen. decanatus ubi determinatũ
6 fuit quod habẽs † regressum deberet docere quod tempore sibi reseruati regressus habebat aliquod ius in illo beneficio. Quod tamen ita de plano non procedit, sed quando quis cessit reseruato sibi regressu per obitum ultimi possessoris tantum sine consensu cessionarii quo casu non solet requiri consensus, sed quando
7 † datur regressus de consensu cessionarii, quia cessionarius ita uoluit, tunc absque alia probatione prioris tituli datur canonizatio
4 regressus ut fuit decisum in una * Cæsaraugustana Archipresbiteratus de darocha coram Reue. & Illust. Domino meo Col. D. Marcello Cardinali Crescentio tunc Rotæ auditore & episcopo Marsicã. hodie uero Cõcilii Tridẽtini & Bononiæ legato meritissimo erat tamen in illo casu & reseruata pensio 80. duc. ultra regressum, & sic constabat ꝙ cessionarius magnifecerat illud ius, ideo etiam non habeo pro absoluto ꝙ sufficiat solus consensus quoad regressum, adeo ut quis exonereť a probando priori titulo. licet inueniam annotatũ ꝙ in dicta causa plures ex Dominis hoc senserunt. Nam possem ego hodie cedere amico uel consanguineo meo prætensum ius ad suum beneficium, ut ipse consentiret regressui, & tamen nullum ius habebam: tamen huic
8 fundamento posset responderi, quod sicut † per molestationem facti, & prætensionem impeditur pacifica possessio, ut anno.
5 1546. dicebatur in causa * Salamãtin. portionis corã Reu. Domino meo Fabio Accorambono hodie decano meritissimo ita ꝑ istam prætensionem iuris, posit concedi regressus, prout in alio casu daretur subrogatio, uel saltem debita esset iuxta cle. 2. ut lite pend. Sed quicquid sit fuit in terminis huius clausulæ resolutum, coram Bo. me. Io. Paulo Ptolomeo tunc Rotæ decano,
6 meo obseruãdissimo Domino. in una * Abulen. beneficii de Vil-
9 ladiego. quod ista clausula † ex cuiuscũque persona, posita in noua prouisione, capit beneficium, etiam si uacet ex persona alterius, ex cuius persona narratur uacatio, & etiam capit beneficiũ, si non uacasset tempore primæ prouisionis, super qua petitur noua prouisio, quia iam erat facta collatio ualida alteri: Nam in casu illo quis Impetrauerat a Papa per obitum Accoliti, per cuius obitum fuerat prouisum alteri, ab episcopo habente indultum, quo indulto stante prouisio apostolica non ualebat. Et prouisus a Papa impetrauerat nouam prouisionem, tẽpore quo prouisus ab ordinario qui non expedierat literas super noua prouisione infra sex menses, ut tenebatur propter clausulam indulti, amiserat ius suum, & sic tunc temporis uacabat ex persona illius prouisi ab ordinario, non ex persona Accoliti ut narrabatur in supplicatione propterea cogita quia tantum intendo cumulare materias, & eas distinguere quantum uires ingenii mei patiuntur, ut uiri magis subtiles practici & eruditi possint facilius discurrere &
10 deligere ueritatem. Aliqui etiam dubitant an ista clausula † aliquid operetur in collatione ordinariorum qui debẽt esse certi de modo uacationis & quia collatio est actus legitimus, tamen idẽ crederem esse in ordinario ut in spetie tenet glosator prag. in titulo de causis super glo. incip. alias quouis modo. fol. 122. secundũ paruã impres. & cõsuluit Gemi. per uarias rationes con. 119. & Car. cõsi. 30. nu. 12. Habes multa de ista clausula in tract. de ben. q. 12. tertiæ partis. 5. limit. ubi uidere poteris per te ipsum. Si tamẽ fieret resignatio in manibus nuntii nõ habentis facultatem illam admittendi, uel in manibus Notarii publici clausu-
11 la † ista in impetratione postea facta a papa nihil operaretur ut
7 cõclusum fuit in causa * Astoricen. integre portionis post plures informationes de anno. 1540. secus si habuisset facultatem admittendi non tamen conferrendi ut in decis. 10. & 14. de renun. in anti.

II.

Summarium.

Vbi causa committitur quod terminis non seruatis sed sola facti ueritate inspecta procedatur seruandi sunt termini cle. sæpe. de uerb. sign. 33.

Epitome.

1 Clausula sumariæ & terminis non seruatis quid operetur.
2 Termini quando in causis non sunt seruandi.
3 Clausula absque tela iudiciaria & aliæ quæ important quod termini non seruentur.
4 Terminorum breue compendium.
5 Termini oẽs seruantur sæpe in duabus audientiis & non in una.
6 Termini quatuor substantiales & principales.
7 Terminorum ultra quatuor prædictos omissio non uiciat.
8 Termini qui seruantur in omnibus causis communiter sunt septem.
9 Termini alii qui recesserunt ab aula.
10 Sumariæ procedi potest in Rota. in causis infra. 500. duc.
11 Sumariæ procedi potest etiam quod non prima sed secunda comisio dicat sumariæ.
12 Comisio prima habens quod sumariæ etiam procedatur seruit in qualibet instantia.
13 Pronuntiatio super deuolutione non est necessaria.
14 Terminus reassumptionis causæ non est necessarius.
15 Citatio non circunducitur actore in termino non comparente.
16 Acta pendente termino ad ueniendum quando ualeant.
18 Testes affuturi examinati pendente termino ad ueniendum probant.
19 Termini seruari possunt infra mensem datum pensionariis.
20 Sententia lata contra pensionarium infra. 30. dies datos ad soluen. est nulla.
21 Termini post executoriales intimatas infra. 30. dies possunt seruari, & declaratoria promulgari respectu possessionis tantum secus respectu fructuum.
22 Notitia per executionem compulsorialium non sufficit ut procedi posit per audientiam contradictarum.
23 Acta ualent etiã non decreto processu nec probata absentia dum modo postea uere constet illum fuisse absentem.
24 Termini ad dicen. contra comisionem obseruatio.
25 Protestatio quod nihil fiat pendente termino ad dicendum contra comisionem paruipenditur in Rota.
26 Inhibitioni parendum est in curia etiam si male sit decreta.
27 Supersedendum non est in causa ciuili etiam si causa criminalis præiudicaret ciuili nisi pars adhereat fischo.
28 Terminus ad libellandum quomodo seruetur.
29 Termini ad articulandum materia.
30 Dies termini computatur in termino in hoc casu.
31 Terminus iste reiterari debet die duodecima quando a principio fuit male seruatus.
32 Terminus ad dicendum contra articulos quomodo seruetur.
33 Termini ad producendum omnia materia.
34 Sententia potest confirmari quando in ea est defectus & non in processu.
35 Termini ad dicendum contra producta materia.
36 Terminorum ad declarandũ & iurandũ de calumnia materia.

37 Terminorum

37 Terminorum reiterationis materia.
38 Terminorum obſeruatio prodeſt etiam ſingulari ſucceſſori & ue nienti pro intereſſe.
39 Succeſſorſingularis poteſt agere ſpolio.
40 Succeſſor ſeu ſubrogatus in locum obtinentis executoriales po teſt procedere ſine noua intimatione.
41 Termini quando quis uenit pro intereſſe.
42 Acta facta inter duos collitigantes præiudicant tertio uenienti ad cauſam.
43 Tertius ueniens non impedit executionem quãdo poſſeſſio tem pore petite executionis non erat uacua.
44 Tertius ueniens ad cauſam an poſſit procedere contra actorem abſentem.
45 Terminorum quattuor qui ſeruantur poſt intimationem execu torialium, & ſimilium materia.
46 Termini iſti etiam reiterantur in uim bulle.
47 Termini iſti non ſeruantur pro obtinenda abſolutoria.
48 Excommunicari quis non poteſt niſi perſonaliter citetur.
49 Proceſſus quomodo fiẽdus poſt intimationem executorialium.
50 Sequeſtrum debet relaxari antequam procedatur ad executio nem.
51 Executoriales ſi reproducãtur coram. A.C. non poteſt procedi ſine monitorio uel citatione procuratoris.
52 Proceſſus in Rota contra eum qui etiam monitus dederat man datum coram A.C. tenet illo non citato.
53 Proceſſus poſt brachium ſeculare quomodo fiat.
54 Repreſaglie quando conceduntur.
55 Executoriales quomodo intimentur quando tutus non patet ac ceſſus.
56 Termini ſeruandi in cauſa nullitatis.
57 Termini ſeruandi in cauſis attentatorum.
58 Termini quando appellatur ab auditore cameræ uel extra pa latium.
59 Termini in cauſis quæ committantur ad refferendum.
60 Citatio non requiritur quando fit relatio de aliquo articulo cõ miſſo ad refferendum.
61 Termini ſeruandi in cauſis commiſſis Cardinalibus.
62 Termini in cauſa priuationis & quando agitur ad regreſſum ob non ſolutionem.
63 Beneficium conferri non poteſt poſt priuationem niſi lapſis decem diebus.
64 Termini ſeruati ante obtentam ſecundam gratiam quæ uenit canonizanda non ſunt repetendi.
65 Sequeſtrum uiolans uel offendẽs aduerſarium licet amittat ius, illud ius tamen non quæritur aduerſario.

ADditio, cum iſta dec. concordant deci. 15. & 23. hoc ti tulo in anti. & Eg. dec. 481. in principio. In contrarium tamen uidentur facere. dec. 9. infra eod. & Egid. 338. &
1 394. ac dec. 1. co. titu. in anti. ubi † ſi petatur committi ꝙ ſumma rie & terminis non ſeruatis, & nihil fuerit deletum omnia cenſen tur conceſſa: ſentientes ꝙ nulli termini ſint ſeruandi: Sed iſtud contrarium tolli poteſt modificando, pro ut per. d. dec. 23. quæ ſentit, ꝙ licet dicta uerba terminis non ſeruatis, uideatur impor tare totalem omiſſionem omnium terminorum tamen dicit ꝙ Auditor debet ex urbanitate ſaltem ſeruare aliquos terminos. Et hæc deci. noſtra idem ſentit, ſed dicit fuiſſe ordinatum per Vrbanum. Et deinde per Dominos, ꝙ aliqui termini ſeruentur.
☞ 8 Contra hanc dec. tamen fuit * iudicatam Coram Bo. me. Car dinali Simoneta dum eſſet Rotæ Auditor, in una Vicentina
2 plebis uidelicet quod nulli † termini erant ſeueruãdi: ſed ibi erat oratio uniuerſalis, omnibus & quibuſcunq; terminis tam ſubſtã tialibus quam non ſubſtantialibus de iure, & ſtilo ſeruari ſolitis penitus omiſſis & minime ſeruatis. Et agebatur etiam de infirmã da ſententia Rotali, & conſtabat de bono iure, nimirum ſi ita fuit obtentum ſtantibus illis uerbis aptis comprehendere caſus etiam ſpetialiſſimos, ut late circa orationem uniuerſalem dedu cit Sar. in prohe. Regu. q. 4. Termini etiam non ſeruantur,
3 quando † in commiſſione dicitur abſq; aliqua tela iudiciaria, uel ꝙ procedatur uia executiua, aut quod præfixo termino loco ter minorum, & aliquando etiam dicitur ꝙ terminis unica citatio ne ſeruatis. Et quod quando fuit dictum procedas prout uo lueris uide infra ſuper dec. 28. & Fely. in. c. dilecti de iudi. ubi. in ſimilibus ponit plura exempla. Et quia hic etiam dicitur, ꝙ cau ſa erat ſumarie commiſſa, quo ad hoc concordant cum iſta, dec. 28. infra eo. & . 10. ac. 25. co. titu. in antiq. & Egi. 276. quæ tamen loquuntur, quando fuit dictum ſumarie ſimpliciter & de plano. Et non fuit dictum ꝙ terminis non ſeruatis: ut hic. Et nihil ominus uolunt ꝙ termini poſſint abbreuiari, ut etiam dicit dec. unica infra de uerb. ſign. & ſic deciſio noſtra procedit in potiori bus, terminis, & illa uerba, etiam terminis non ſeruatis, ſunt nul
☞ 9 lius effectus. Et ſecundam iſtam dec. noſtram fuit * deciſum coram domino meo Veſtan. in una Cæſaraugnſtan. Parrochia lis de conſuenda die. 16. Nouembris. 1545. De iſta clauſula ſu mariæ &c. uide etiam infra eo. ſuper. d. dec. 28. Et cum uario mo do a diuerſis ſtilus iſte, tradatur, & continue mentes iuniorũ ma gis inuoluantur & alios reprehendere non intendam: cogor hic
4 † breuem tractatum terminorum deſcribere, ordinem meum ali qualiter prætermittendo licet certus ordo in hac materia dari non poſſit cum omnis ordo ſeruari ſolitos fuerit deſtructus, tũ in Rota, propter bullam Inno. tum extra Rotam, propter commiſ ſiones reiteratorias, quæ faciliime conceduntur, cum clauſula ẽt ſi termini male & nulliter, ac inculcate tenti & ſeruati fuerint:
5 adeo ut ſepe termini † omnes obſeruantur in duabus audientiis & etiam in una tantum ut permittit. d. Bulla, & atteſtatur Caſ ſad. dec. 8. de Reſcrip. in fine, licet iſtud ultimum diſpliceat Do minis. Solum igitur ſuccurrendum eſt ignauie miſerorum qui aliquos terminos obſeruare prætermiſerunt, quia ſi ſeruati non ſunt, merito nec reiterari poſſunt &c. Et ideo ſententia poſtea abſque talium terminorum obſeruatione lata remanet nulla. In
6 telligendo tamen de quatuor † terminis tantum. Videlicet ad ar ticulandum, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta, & qui ſunt adeo ſubſtantiales. ꝙ illorum omiſſio uiciat ſententiam ut dicit Caſſad. d. dec. Et li cet Egi. dec. 27. uelit, ꝙ tantum omiſſio terminorum, ad articulã dum, producendum omnia, & ad ſententiam, uiciet ipſo iure ſententiam, uult tamen ꝙ licet alii non ſint ſubſtantiales & non uicient ipſo iure, ꝙ reddant proceſſum nullum parte opponen te, & appellante, ac cauſam committente, & ſententia tanquam iniuſta ueniat infringenda. Sed hodie hoc ultimum de appella tione parum obſeruatur.
7 Vltra iſtos quatuor † terminos, ſeruantur tres alii termini, in om nibus cauſis, uidelicet ad dicendum contra commiſſionem. Et ad libellandum, ac declarandum & iurandum de calumnia, & iſti duo ultimi reputantur pro uno & omnes ſeruantur ad primã diem, & ſecundum Caſſad. d. dec. 8. omiſſio iſtorum trium ter minorum non uiciat proceſſum, intelligendo tamen ſecundum
8 Egi. d. dec. 27. Et etiam ultra iſtos ſeptem † terminos, qui ſunt illi quos in ſingulis cauſis continue ſeruamus, Reperies in libri culo, ſtilus curiæ nũcupato & in alio nuper edito ꝑ eruditiſſimũ
9 collegam meum. D. Octauianum ueſtrium ponentem † etiam multos, alios terminos, qui receſſerunt ab aula, & nũquam ſeruã tur, prout eſt terminus ad reſpondendum libello, & litem conte ſtandum, ad dicendum contra declarationes, & ad dicendum contra appellationem, & alios plures.
Sed ut magis ꝗ̃ ſit poſſibile in hac materia ordinate procedam primo præmittam aliqua euidentialia, antequam deueniam ad
10 examinationem ſingulorum terminorum: Igitur ſcias † ꝙ Audi tores Palatii in cauſis prophanis a 500. ducatorum infra, poſ ſunt ſummarie & prout in beneficialibus procedere, etiam quod commiſſio, hoc non dicat, ut cautum eſt, in. d. Bulla Inno. 8.
11 Item ſcias ꝙ quando prima commiſſio † non dat ꝙ ſumarie pro cedatur, dubitatur an in uim ſecundæ uel alterius commiſſionis poſtmodum impetrate, poſſit ſummarie procedi contra reum contumacem, ipſo aliter in partibus non citato, cum uideatur ne ceſſarium hanc nouam commiſſionem dantem nouam formã procedendi, intimari ipſi reo, ut ſentit Egi. dec. 492. tamen in cõ
☞ 10 trarium eſt dec. 15. infra eo. & Egi. 525. & . 662. & reperio * in notis Ptolemei. nu. 29. Annotatum ꝙ plures ex dominis dixe
12 runt † quod ſi in prima commiſſione datur ꝙ ſummarie, talis cõ miſſio ſeruit cuilibet Inſtantie. Secus ſi talis clauſula non ſit in prima, ſed in ſequentibus commiſſionibus. Caſſ. tamẽ in. d. dec. 8. in princ. & num. 5. tenet contrarium, & Egi. dec. 41. quos ſe quendos eſſe puto quia Ptolemæus etiam non firmat pro deci
13 ſione. Eſt etiam ſciendum † quod licet in dec. 21. de re iud. in an tiq. dicatur ꝙ in cauſis prophanis ſemper ante omnia eſt pronũ ciandum ſuper deuolutione, tamen dec. 27. de Reſcrip. in eiſ dem dicit ꝙ poteſt pronunciari in quacunque parte litis tamen nunquam in uiginti annis quibus curiam praticaui uidi ſuper deuolutionem huiuſmodi pronunciari, & credo hoc introductũ tum quia in palatio apoſtolico regulariter proceditur ſummarie, tum quia in commiſſionibus ſemper apponitur in eis clauſula, etiam quod cauſa huiuſmodi nõ eſſet legitime deuoluta. Tum quia per proceſſum ad ulteriora ſicut iudex uidetur ſe compe tentem declarare ita declarare uidetur cauſam eſſe deuolutam.
14 Prout dicitur † ꝙ terminus reaſſumptionis cauſæ non eſt ne

ceſſarius quia iudex procedendo ad ulteriora uidetur reaſſume
re ut per Egi.dec.139.Immo quod eſt plus,idem Egi.dec,576.
dicit ꝙ per ſolam præſentationem commiſſionis cauſa cenſetur
deuoluta,abſq; aliqua citatione,ex quo Papa appoſuit manũ,
15 quando uero†cauſa eſt commiſſa,& pars eſt citata in partibus
ad comparendum infra certum terminum, licet ſi actor in termi
no non compareat,ſecundum dec.6.de iud.in anti.terminus cir
cumducatur:adeo quod actor non poteſt accuſare amplius con
tumaciam rei,prout etiam not. Sal.in.l.ij.ff.de in diem adiect.
Et ideo aliquando fuerit dubitatum,an ſi monitorium . A.Ca-
meræ non reproducatur in termino,poſſit reus excommunicari,
tamen ſemper uidi ſeruari ꝙ circunductio non habetur in conſi
deratione,& tanto magis quando proceditur in uim commiſſio
nis,in quibus commiſſionibus ſolet ſemper dici, quod Auditor
ſeruatis quatuor terminis declaret,ut uidebis infra dec.17.de do
lo.& contu.

16 Dubitatur tamen ſæpe†an pẽdente termino ad ueniendum,
ualeant interim geſta,& ſi quidem loquamur de terminis qui
poſſunt reiterati quæſtio eſſet leuis, Regulariter enim geſta iſto
tempore non ualent,ut in dec.30.de iud.in anti.licet.pendente
iſto termino ante reproductam citationem ſi reperiatur procura
tor ſpetialis in curia poſſet procedi eo citato,ut dicit Felyn.in
c.gratum de offic. del.col.ij.num.5.in fine uerſ.ij.præſens in iu
18 dicio. Alias tamen obtinui† examinari teſtes affuturos infra
tempus ad ueniendum.Et fuit poſtea ſatis reclamatum.Coram
11 Bo.me.d.Tho.de Tanis * in una Lucana parrochialis de be
nellio.Et Domini.uoluerunt eſſe adhibendã fidẽ ipſis teſtibus.
Eramus tamen in probando ſpolio attentato. Ideo crederem
hoc caſu dicendum prout de teſtibus examinatis ad perpetuam
rei memoriam.Ad iſta etiam incidenter applicari poteſt, quod
12 fuit deciſum in una*Mediolanen. clarauallis penſionis in-
ter Reuerendiſſimum Cardinalem de Cæſis, & Epiſcopum
19 Tornabenum,in qua†fuerat proceſſum, ad obſeruationem qua
tuor terminorum,pendente termino de quo in literis penſionum
(quod ex nunc lapſis.30.diebus ſententiam excommunicatio-
nis incurrat)fuit enim dictum ꝙ infra menſem illi termini potue
20 runt ſeruari licet†ſententia declaratoria non fuiſſet bona,niſi la-
pſo menſe.Et ratio quæ mouit dominos fuit quia ſtatim lapſo
termino,penſio poterat peti,& erat debita,& potuiſſet conueni-
ri,omnia alia uia,q̃ cenſurarum,ſatis eſt,enim ꝙ non cenſuretur
niſi poſt.30.dies.Et præſertim quia illi quatuor termini,ſeruan-
21 tur de urbanitate.Aduerte tamen,ꝙ†licet poſt intimationẽ exe-
cutorialium reus debeat expectari per.30.dies, ꝙ nihilominus
quattuor termini ſeruari,& etiam declaratoria promulgari,po-
nino decis. Egi. 635. quæ satis declarat hanc contrarietatem, distinguendo, quod aliquando in secunda gratia nil de nouo conceditur, sed uerba dubia declarantur prout in reformatione, que fit propter omissionem aliquam, comprehensam tamen sub uerbis generalibus, & tunc non est fienda mentio de qualitate beneficii, nec de aliis de quibus hic, aut prima gratia erat nulla, & per nouam prouisionem infunditur ei spiritus, & tunc debent exprimi, ea de quibus in hac dec. & ita etiam habetur, per eundem Egid. in decis. 746. ubi late de materia declarationis, ratio primi dicti secundum eum est, quia sufficit constare de mente papæ ꝙ uoluit conferre, & quando de eius mente constat ne cõtingat dubitari super aliquibus non expressis fiunt tales reformationes quæ non concernũt substantiam gratiæ merito non requiritur talis expressio. Et istis adde Felyn. in. c. in nostra correla. 15. & 16. ubi facit tres casus respondendo ad glos. in. c. si apostolice de præbend. lib. vj. quæ est satis dura ubi concludit, ipse Felyn. quod si fiat noua gratia, quæ subintret in locum primæ, in totum, & operetur eosdem effectus quos operasset prima si fuisset ualida, ꝙ tunc de omnibus est fienda mentio ut hic, concludens in summa, ꝙ quando aliquid additur primæ gratiæ, est fiẽda mentio de omnibus prædictis in secundo uero casu ibi. uult limitare dictam glos. sed credo eius limitationem non procedere propter dictam. dec. Egi. quæ optime declarat dictam glos. sedere distinctionis: & istis adde Gomes. in regula de Annali. q. 28. & melius. q. 7. regule de non iudi. iuxta for. supp. & super. q. 16. de publicandis resigna. In gratia uero si neutri non debet fieri mentio de modo uacandi ut sentit Fel. in. d. corre. 15. in fine. licet se remittat ad dicta per eum in corre. 37. ubi postea transit cum hac decis. simpliciter. In gratia. n. si neutri narratur ꝙ lite & causa uertente inter. A. & B. & ꝙ papa uolens B. facere gratiam mandat Auditori ut si per euentum litis constite neutri ipsorum litigantium ius competere cõferat beneficium ipsi. b.

Est uerum ꝙ fit mentio si est parrochialis uel dignitas & de habilitate. b. ac ualore cum clausula quouis modo † oportet tamen ꝙ beneficium uacet tempore impetrationis talis gratiæ licet gratia uideatur tempus futurũ respicere ut fuit tẽtum in una

3

☞ 56 * Aretina parrochialis de Pantano corã Tolomeo & in una Conchen. sancti Michaelis coram. d. de Puteo: & etiam oportet ꝙ lis pendeat tempore impetrationis uel ꝙ dicatur si per euentũ futuræ litis. & scias quod etiam † si beneficium uacasset per obitũ familiaris Cardinalis non requiritur consensus illius Cardinalis in ista impetratione ut refert Gom. fuisse decisum per Rotam in. q. 8. regul. de impetran. bene. per: Et ꝙ sit fienda mentio de lite uide in dec. sequen.

4

XXV.

Summarium.

Gratia impetrata per appellantem. post insinuationem appellationis factam aduersario, cuius gratia erat inualida, de qua mentionem non fecit, ualet: nec potest propter taciturnitatẽ, eius de surreptione impugnari. 310.

Epitome.

1 Lis non dicitur pendere per extraiudicialem appellationem antequam causa committatur.
2 Intellectus dec. 69. de appel. in anti.
3 Mentio quare non fit fienda in casu huius dec.
4 Lis dicitur pẽdere post deuolutam causam ad metropolitanũ.
5 Mentio de quibus non est facienda habes quinq; casus.
6 Appellatio extraiudicialis intimata non inducit litem ad effectum regulæ de surrogandis.

ADditio, aduertendum est, pro intelligentia decis. ꝙ licet appellatio extraiudicialis esset intimata aduersario, tamen causa ad huc non erat cõmissa ut denotãt illa uerba, in corpore dec. ante impetrationem commissionis, gratiã impetrauit, quæ uerba sunt magne considerationis, licet in. d. summario non fiat mentio de istis uerbis, nam † ante impetrationem commissionis, lis non dicitur saltem uere pendere, nec tunc est locus Regu. de surro. ut dicit Gomes. in. d. regula. q. 12. uers. Itẽ quo ad effectum: lis. n. constat ex iudice, actore, & reo, uulgato c. forus de uerb. sig. at hic deficiebat, principali uidelicet iudex, merito non uidetur fuisse dubitandum, secus esset si fuisset iudicialiter appellatũ, quia in prima instantia, coram primo iudice erat lis, uera, de qua debuisset fieri mentio. Et ad ista facit in ter-

1

2 minis † dec. 69. de appel. in anti. & dec. Cassa. prima eo. tit. in fine. ubi dicitur ꝙ lis non dicitur pendere per extraiudicialem appellationem, contra quam tamen dec. 69. Gomes. ponderat dec. Egi. 749. in regula de trie. q. 54. respondendo tripliciter ad dictã dec. 69. Quibus tamen rationibus non obstantibus, prout non obstant. cum sint diuinatiue, credo omnino dictã dec. 69. procedere quando quis post appellationem extraiudicialem causam nõ commisit. nec partem uirtute talis commissionis citauit per superius dicta: Et ꝙ hoc uerum sit probatur per text. apertum in cle. 2. ut lite penden. dum ibi requirit citationem a iudice competenti emanatam, & reum illius uigore citatum fuisse, & hoc clarissime probatur per dec. 38. de app. ubi dicitur ꝙ attentata post appellationẽ, extraiudicialẽ, per iudicem, uel per partẽ, non sunt reuocanda per uiã attentati, antequã intimetur eisdẽ, & dec. 44. ibidem in fin. uerbis dicit intellige, sane dictã dec. 309. de attentatis ante impetrationẽ cõmissionis super dicta appellatione qa si causa appellationis esset cõmissa alicui Auditori palatii uel alibi, manus executoris essent ligate, per. c. ut nostrum de appell. & c. quãuis de elect. & sic apparet ex istis duabus dec. ꝙ ante cõmissionẽ causæ huiusmodi appellationis, non est uera lis, & propterea non est mirũ. si in præsenti dec. dicitur ualere priuilegium impetratum ante præsentationẽ cõmissionis, & in effectu. d. dec. 69. si bene consideretur est clarissima, & habet terminos suos claros, nec opus est doc. declarationibus. sed uolui ista dixisse propter oppugnationes Sarnen. Dec. n. illa nil aliud dicit nisi ꝙ per extraiudicialẽ appellationẽ lis non dicitur pendere quo ad effectus cle. primæ & secundæ ut lite pendẽ. quia in cle. 1. præsupponitur litẽ iã introductã, in curia, & inter duos pendere, & sic ꝙ pars sit citata, & cle. 2. expresse loquitur quando pars fuit citata de mandato iudicis, ut supra. Et si dicatur ꝙ Egi. in. d. dec. 749. dicit contrariũ ibi in princ. aduertatur ꝙ Egi. non intendit decidere in illa decis. an sit introducta uera lis, sed an impetratio iuris noui post intimationẽ appellationis & illius deuolutionẽ ad curiã, sit subreptitia, & concludit talẽ impetrationẽ ualere & cõformat se, cũ hac dec. nostra, latissime materiã examinando ex cuius dictis cõstat hanc dec. nullã habere difficultatẽ cũ iste

3 esset reus & possessor, quia † si aduersarius bonum ius habuisset ista sua impetratio eius aduersario nõ nocuisset, nisi iuri suo expresse derogasset, si uero aduersario ius nõ cõpetiisset preiudiciũ eius nõ est cõsiderabile, cũ nõ posfideret, & nullũ ius habeat pro quo faciunt dec. Eg. 102. & 219. & Gemi. cõsi. 79. aduerte etiã ꝙ

4 † hæc dec. loquitur tantum & procedit quando esset appellatũ, ad papã, quia forte secus esset quãdo ad metropolitanũ, qui causam haberet cognoscere quia tũc cũ iudex datus reperiretur statim intimata appellatione, dicitur lis ueræ introducta, & tũc illa uerba, ante impetrationẽ cõmissionis, essent superflua. Et sic habes, ꝙ cã appellationis non deuoluitur, nisi post intimationẽ eiusdem, ut dicit. d. dec. 38. & habes tex. clarũ in cle. cãm de elect. quæ tamen intelligi debet quo ad præiuditium appellati ut habes infra de appel. 6. & 18. & p Egi. 273. & quo ad effectũ surrogationis non dicitur uera lis. per supradicta. Et an ante intimationem appellationis appellatus procedens dicatur attentare, & an sufficiat appellationẽ ex cã probabili esse interpositã. Et an ueniant tantũ reuocãda attentata cõtra appellationẽ. Et qd in cathedralibus ecclesiis de quibus loquitur. dec. 44. de appell. infra omnia examinantur late per Deciũ in. c. bone. de appell. qui reprobat Frãch. in duabus quæstionibus, & quia hæc dec. multa dicit q̃ nõ sunt in summario. Igitur primo noto ex hac

5 dec. ꝙ † de gratia nulla aduersarii, non est fienda mentio in impetratione, puta si aduersarius habebat prouisionem ab ordinario de beneficio generaliter reseruato pro quo faciunt nota per Sar. q. 11. de sur. & infra de ap. 58. Secundo nota ꝙ nec etiã est fiẽda mentio de lite mota per possessorẽ cõtra illũ cui nullũ ius cõpetit, ut ita etiã declarat Franch. in. c. oblate de appel. col. vj. Tertio nota ꝙ appellatio extraiudicialis nõ est nisi quædã puocatio ad cãm. Quarto not. ꝙ edictũ ut lite pen. nõ habet locũ nisi quando aliquid innouatur uel aliquid in præiudiciũ partis petitur. Quinto nota ꝙ talia futura quæ se habent ad esse & non esse mere contingentis, non sunt põderanda, quia nõ habent spem in aliquo actu fundato de præsenti, pro quo uide Fel. in. c. in nostra corre. 7. & Sar. q. 4. de iure q̃si. nõ tol. & q. 3. de bene. uacant. Et postq̃ elaboraui ut supra pro intellectu p̃sentis deci.

☞ 57 fuit magna contentio in Rota sup hoc, in una * Palentina canonicatus & præben. coram Reuerẽdo domino Io. Romano, Galice nationis Auditore de anno. 1548. & finaliter fuit deci-

6 sum ꝙ † appellatio extraiudicialis intimata non inducit litem ad effectũ regulæ de surrogandis nisi cã fiunt cõmissa iuxta dictam dec. 69. & ad præmissa quando sit fienda mentio de lite uide p

Fely.

Fel.in.c.super literis de Rescrip.nu.28.& in.c.1.& eo.titu. nu. 33.& Fasto.dub.64.

XXVI.

Summarium.

Idoneus ad canonicatū ecclesiæ cathedralis reputatur qui quartū decimū annum compleuit hoc dicit,uel sic,præbendæ ecclesiæ cathedralis non nisi existentibus in.14.anno cōferuntur, & quartodecimus annus inceptus non habetur pro completo. 324.

Epitome.

1 Etas quæ requiratur ad canonicatum.

ADditio,cum ista dec.concordat dec.1.&.2.de etate & quali.in anti.& Egi.727.& faciunt not.per Staph.in noua forma expecta.uers.est notandum circa præmissa in fine fol.24.&.48.& in alia impress.22.&.43.ubi etiam dicit de etate promouendi ad beneficium simplex super hoc tamen habes regulam cancellariæ.17.ubi etiam determinatur de canonicatibus in collegiatis ꝙ non dentur nisi maioribus decē annorū.

XXVII.

Summarium.

Gratia apostolica nō probaꝰ nisi ꝑ literas sed eius circūstātiæ bene possunt per testes probari.h.d.uel sic,gratia apostolica licet non possit nisi ꝑ literas bullatas probari tamen eius qualitas & accidentia bene possunt ꝑ testes probari,& ideo certa scientia Papæ probari pōt per testes quamuis proprius motus non hoc.d. 332.

Epitome.

1 Gratia apostolica non probatur nisi per literas sed certa scientia bene potest probari per testes.
2 Gratia apostolica probatur per testes in certis casibus.
3 Gratiæ qualitates & circunstantiæ probantur per testes.
4 Gratia inferiorum potest probari per testes.

1 ADditio sup† ista dec.fuit aliqd dictū sup dec.unica de cōst.cū ultima parte huius dec.cōcor.dec.6.de prob.in anti.reperio tamē duas dec.q̄ cōtraire uidenē huic dec. uidelicet dec.5.&.39.de prob.in anti.Nam in deci.5.dicit qd cōstitutio seu reseruatio Papæ pōt ꝑbari ꝑ testes.& in decis.39. dicit ꝙ collatio beneficii probari pōt ꝑ instrumēta.uel testes.cū parē uim obtineant prout ēt cōtra dec.facere uidet dec.infra de cōcessio.præb.ubi ad probandū collationē sufficit probare inductionē in possessionē & sic nedū probat possessio ꝑ testes sed ꝑ argumēta. Pro decisione tamē facit dec.6.de prob.in anti. & dec.Eg.746.q̄ latissime examinat,& facit longā distinctionē. Et cū hac nostra dec.transit Cass.dec.20.de præb.& in dec.33. & melius dec.35.sup regulis & sup secunda de reseruationibus licet in dec.ultima de resti.spo.discurrendo dicat cōtrariū nu.4. & ēt faciunt not.ꝑ Fel.in Rubr.de cōst.q tenet cū ista decisione excipiendo tres casus qui ēt uirtualiter hic cōprehendūtur & ex
2 cipiunt,uidelicet †quādo agitur de ꝑbanda qualitate.2.in casu cōscientie.3.quādo literæ sunt deperdite,pōt ēt excipi seu cōsiderari.4.casus de quo in dec.5.infra de off.uica.in.§.de.2.dub.ubi cōmisio data uerbo ꝑ epūm suo uicario de cōferēdo pōt ꝑbari ꝑ testes,sed Decius sup eadē Rub.de const.col.vj.uers.ex prædictis & uers.sed tamen.tenet ꝙ gratia possit probari ꝑ testes,& respōdet ad cōtraria,tamē Vitalinus in prohemio cle.in.§.nūc igit.col.iij.nu.17.uers.dicta tamē supp.melius iudicio meo concludit.dū dicit ꝙ si reperiatur,testes bone fame &c.qui fuerint præsentes tēpore quo Papa cōtulit & acciderit ꝙ Papa decesserit,tā cito,ꝙ literæ uel supplicatio nō potuerit expediri ante mortē sufficit probatio ꝑ testes,secus si per impetrantē,stetit quin ex
3 pedirentur bene tamē uideas dictā dec.Egi.quia aliud est†quando agitur de probanda ipsa gratia,aliud quādo de probanda aliqua qualitate,puta ꝙ Papa erat informatus& fecit gratiā ex certa scientia,ut puta ꝙ sciebat illū cui cōcessit gratiā esse minorē ut dicunt doc.in.c.si eo tēpore de Rescrip.lib.vj.Prout accidit ☞ in una Imolen.castri Ducie corā Bo.Me.Io.clerici episcopo Macerat.Britono ubi domini admiserūnt Reuerēdiss.& Illust. Cardinalē cāpegiū ad probandū ꝙ Clemens tempore sibi factæ gratiæ de dicto Castro recordabatur ꝙ prius fecerat gratiā dominis Maluetiis de dicto Castro,& sic ꝙ intentio Papæ fuit tali gratiæ derogare.Et ad superius dicta facit dec. Cass.7.de dolo & cōtu.in fine ubi rōne difficilis probationis admittitur præsumpta ꝑbatio & facit.d.dec.5.ubi in fine dicit ꝙ staretur dicto alicuius Cardinalis & licet Egi.dec.595.uideatur innuere,ꝙ gratia possit probari ꝑ testes nihilominus in dec.611.cōcludit,quē nō admitti ad probandū gratiā ꝑ testes,nisi probata amissione literarū,& idem sequitur in duabus dec.sequētibus,quas uide quæ faciūt ad distinctionem de qua supra,pro quibus faciūt optime not.per Gomes.in.q.7.de idiomat.&.q.1.&.13.de nō iud.iux. for.supp.&.q.9.de impe.ben.uacan.per obi.famil. Car.faciunt ēt not.ꝑ Staph.in.5.parte principali sui tract.dū tractat de.ui.& effectu.clau.uer.nō obstar ꝑdictis fo.109.& in alia impre.fo.84. & uide aliquid ꝑ Fel.in.c.ij.de prob.nu.25. Et aduerte dū ista dec.allegat tex.in.l.cū proponebatur,cū sua glos.uult dicere.ff. de leg.2.præmissa tamen de plano procedūt quo ad gratias apo
4 stolicas,ꝙ non possint probari per testes sed†gratiæ inferiorū deberent posse probari per testes,per rōnes & iura q̄ adducūtur in hac dec.&.d.dec.5.de off.uica.& in hoc casu credo procedere d.dec.39.de prob.&.15.de cō.præb.dec.uero.5.de prob.loquit in reseruatione q̄ fit per regulā seu cōstitutionem & dec.5.de off. uic.nō loqtur in gratia sed in facultate concessa uicario & dicit ibi ꝙ facta fuit uerbo tātū& ideo nō est mirū si ꝑbari pōt ꝑ testes put ēt ꝑ testes ꝑbari pōt gratia antecessoris ut ꝑ Egi.645.Pro quibus facit optime.dec.10.īfra de off.del.ubi uidebis q̄ ibi notaui.

XXVIII.

Summarium.

Si in cā prophana petatur procedi sumariæ & prædicta uerba non sunt cancellata signetur q; cōmisio Audiat talis Auditor & iustitiā faciat uirtute talis cōmisionis nō poterit procedi summarie ut est petitū.h.d.uel sic,ꝑ simplicem signaturā audiat & procedat summariæ &c.Auditor pōt omnia q̄ in cōmisione cōtinētur,dummodo non sint cancellata in ea,secus si solum dicat Audiat talis Auditor & iustitiam faciat. 357.

Epitome.

1 Summariæ procedi non potest nisi in signatura spetialiter dicatur summariæ &c.procedat.
2 Signatura sufficit si dicat summarie procedat ut possit etiā procedi simpliciter & de plano.
3 Cancellatura facit uideri omnia alia concessa.
4 Commissio debet remitti ad regentem quando aliquid fuit per eum omissum.
5 Signatura ꝑfiat in genere præferē signaturæ ꝑ cōcessū,in spetie.

ADditio,aduertendum est ꝙ dictio &c.de qua in summario in corpore dec.est extensa,uidelicet sumarie de plano sine strep.tu & figura iudicii:intentio.n.dec.nō bene
1 summatur cū aliud non intendat dec.n:si ꝙ † nō sufficit petere in cōmisione ꝙ cā cognoscatur summarie,nisi in signatura commisionis dicatur summarie &c.procedat si.n.peteret ꝙ summarie simpliciter & de plano procederet,& signatura dicat audiat N.Auditor & iustitiā faciat,dicit ꝙ tunc nō pōt summarie procedere quia ex quo deuiatur a regulis iuris cōmunis ; requiritur specialis mentio,Et quia de istis dictum fuit supra,dec.1.&.9. & habes dec.Egi.276.338.&.394. Adde solū dec.Cass.ulti
2 mā hoc tit.ubi† si in signatura dicatur procedat summarie,etiā sine dictione &c.Auditor pōt,procedere simpliciter, & de plano
3 ut supra ad id tamē ꝙ dicit dec.ista ꝙ† si signatura dicat audiat & procedat sumarie &c.& illa uerba simpliciter & de plano,nō sunt cancellata,tūc pōt iudex de plano procedere. Adde ꝙ quādo,aliqua uerba sunt cancellata,alia q̄ etiā de stilo concedi nō cōsueuerūt,censentur cōcessa,ut dicit dec.50.de Rescrip.in anti.&.5.Bise.eo.tit.& habes late,per Fel.in.c.super literis nu.23. eo.tit.& per Staph.fo.142.& in alia impress.105.& per Gomes. in regula de iure quæsi.q.1.nu.25.fol.16. Aduerte tamen ad
4 unū ꝙ dicit Cass.dec.7.eo.tit.ꝙ† si petatur ꝙ summarie,& regēs ommiserit ponere in signatura uerbū summarie , ualet processus summarius,& auditores remittūt cōmisionem ad regentem reaptandandā,etiā in tertia instantia,puto tamen ꝙ si signatura diceret procedat,ut petitur,cū in corpore cōmisionis fuerit petitū ꝙ summarie procederetur,procedendū erit summarie. Et ad
☞ 58 hanc materiā facit ꝙ fuit resolutū in causā Tolletan.de Xe
5 taffe,uidelicet ꝙ† signatura per fiat in genere nō præfertur signature,per concessum in specie,ad certū corpus,non obstante regula. Quid autem operetur clausula omni iuris solemnitate remissa uel iuris solemnitate omissa examinat Fely.late in.c.dilecti de iudi,de quo uide supra dec.2.

XXIX.

Summarium.

Simplex clericus, in uim clausulæ cæterum, potest pauperi clerico de beneficio, per eum acceptato prouidere, h.d. uel sic, executores gratiarum, possunt nudum suum ministerium committere, clericis & Notariis prout stilus curie seruat, & non tenentur seruare. c. statutum de Rescrip. lib. vj. nisi assumerent partes iudicis, quia tunc tenentur h.d. uel sic. Executores literarum apostolicarum possunt subdelegare nudum ministeriũ personis non in dignitate constitutis, de stilo Palatii, nisi assumerent partes iudiciales. h.d. usq; ad. §. ex hoc. 369.

Epitome.

1 Executores possunt subdelegare nudum ministerium.

1 ADditio, ultima pars istius summarii magis congruit literæ, cum hac† dec. concordat, de uerbo ad uerbum dec. 31. de Rescrip. in anti. Et ad idem tendunt dec. 32. ibidem, & prima de off. dele. & 56. de concess. præben. in eisdem. & dec. 7. Biseg. de Rescrip. Et ad hãc materiam uide late dec. 17. 18. & 19. infra de concess. præben. cum his quæ ibi notaui: faciunt not. per Fel. in. c. fi. de præsump. & in. c. de cetero de re iudi. & c. eam te. & c. quoniam de Rescrip. & not. per Staph. in octaua forma mandati fo. 41. & 42. & in alia impress. 37. & Sar. in suo tracta. expec. in octaua forma mandati.

XXX.

Summarium.

Executores dati cum clausula uocatis & c. seruare debẽt. c. statutũ uidelicet ꝙ non citent partes extra locum eis deputatum nec ultra unam dietam, quia non sunt meri executores, sed ueri iudices. 388.

Epitome.

1 Executores cum clausula uocatis debent seruare. c. statutum.

1 ADditio: ista dec. est. §. ad dec. 13. infra de iudi. ut est uidere in decisionibus per numerum. De†hac materia habes late infra in titulo de off. dele. & de concess. præbẽ. ubi multa accumulaui, & facit in terminis dec. 32. hoc titulo in anti. Et uide omnino Egi. dec. 126. ubi optime declarat hãc materiam distinguendo, & inter alia dicit, ꝙ si agatur contra interesse putantes, tunc non est seruandum. c. statutum, quo ad dietas, de qua dietarum materia uide per Felyn. late in. c. nonnulli de Rescri. Et de isto executore dato cum clausula uocatis & c. uide per eundem Fely. in. c. exhibita, de Iudi. & in. c. fin. de præsumpt.

XXXI.

Summarium.

Subexecutor sententiæ, non in dignitate cõstitutus fructus, in quibus quis condemnatus fuit, taxare non potest, uel sic, executor, ad taxationem fructuum, in uim diffinitiuæ, deputari non potest ille qui non est in dignitate constitutus. 403.

Epitome.

1 Subexecutor ad taxandum fructus debet esse in dignitate constitutus.

2 Fructus etiam a solo separati comprehenduntur sub mandato executiuo.

1 ADditio, †posset addi, ad hoc summarium, ꝙ licet executor merus sentẽtiæ, posit aliquas probationes admittere, ad sui instructionem, tamen debet negotium remittere, ad superiorem, & in istis executoribus non requiritur dignitas. Et faciunt ad hanc dec. not. per Staphi. dum tractat de literis iustitie fol. 175. uers. latis tribus sententiis, ubi etiam allegat dec. 14. infra de re iud. ubi quando committitur taxatio fructuũ. Auditor tamen potest taxare fructus etiam post tres sententias perceptos, cum distinctione tamen, de qua ibi pro quo facit il-
☞ 59 lud ꝙ fuit decisum in cã * Placẽtina castri Sarmatis ꝙ† fru-
2 ctus etiam a solo separati qui tamen pendebant quando fuit decretum mandatum comprehendebanẽ sub mandato executiuo quia sunt pars fundi per tex. in. l. fructus. ff. de rei uen. quod tibi seruiet sæpe præsertim in materia sequestrationis. Et ad materiã præsentis dec. facit alle. Lapi secunda ubi late de executore sententiæ, de qua materia habetur, etiam late per Fely. in. c. de cætero, de re iudi. & in. c. pastoralis. §. quia uero, & in. c. cum ordinem de Rescrip. qui ad hoc allegat dec. 15. infra de dolo & contu. ubi uidebis.

XXXII.

Summarium.

Gratia noue prouisionis, in qua est tacitus defectus, de quo papa potuit habere scientiam, ex dispositione iuris, uel ex regulis cancellariæ, non est subreptitia, uel sic omnis taciturnitas nõ uitiat, sed illa tantum quam si papa sciuisset, gratiã denegasset, uel sic maius est uitium, subreptionis in exprimendo, quam in omittendo, hoc. d. 466. alias. 468.

Epitome.

1 Mentio eorum quæ sunt publice nota non est necessaria.
2 Mentio an sit fienda de reseruatione generali & quid de speciali.
3 Mentio semper fieri debet de qualitate personæ per cuius obitũ uacat beneficium.

ADditio, habes aliam similem quasi de uerbo ad uerbum per Egi. 698. Cum autem supra dec. 7. & 21. dictum sit de surreptionis materia hic tantum dicam super difficultate quæ habetur hic in. ij. col. huius dec. in uersi. Item facit
1 ꝙ no. Fede. ubi dicit ꝙ† impetratio beneficii ex causa permutationis obtenta, non ualet si beneficium erat reseruatum, si non fuit facta mentio de ipsa reseruatione nisi reseruatio sit generalis, & pluribus nota, & sic præsupponit etiam de generali reseruatione non esse fiendã mentionem, quando est nota, & uidetur inferre ꝙ secus sit in speciali reseruatione, similiter nota, & ꝙ minor ratio sit in generali q̃ in speciali, quod uidetur contra dec. 21. infra de
2 præben. ubi licet† de speciali mentio non requiratur, de generali tamen mentio, semper est facienda, prout etiam de qualibet reseruatione mentio fieri debet aliãs collatio est nulla ut in decis. 33. de præben. in anti. Et quia Felyn. multum laborat super hac contrarietate, in. c. in nostra de Rescrip. corella. 5. qui contra solitum confuse loquitur sed in effectu sentit ꝙ de speciali non contenta, in regulis est fienda mentio, de generali uero semper debet fieri mentio, nisi sit in corpore iuris, uel publice nota, & ratio est quia existentia, in regulis præsumuntur nota, & de hiis quæ sunt nota papæ mentio non requiritur, dicit tamen ipse, ibi
3 in fine. ꝙ† semper debet exprimi qualitas personæ, propter quã uacat beneficium, puta an sit cappellanus, uel collector & c. uel an beneficium uacat in curia, hoc. n. expresso, satis papa potest scire an beneficium sit reseruatum & uide eundẽ ibi corela. 6. & dec. Egi. 425. & 728. Ego autem crederem, quòd in hoc casu nulla esset differentia inter spetialem, & generalem, dummodo constare posit ꝙ esset nota papæ, prout sentit hæc decis. in. d. ij. col. uers. ij. quia non sit subreptitia: facit dec. 14. de rerum permutat. in anti. ubi si fiat permutatio coram ordinario tacito de aliis beneficiis, ualet quia præsumitur habere notitiam de eis, secus si fit coram papa. Pro quibus faciunt not. per Felyn. d. c. in nostra corell. 29. & in. c. ueniens col. ij. de præscri. Et satis cõferunt ad hoc dec. Cassa. 1. 2. 5. & 7. de reserua. ubi etiam habes an reseruationes inductæ per regulas sint generales, & uide eũd. in dec. 23. de præben. & melius in dec. 12. Ibidem inueni tamen post congestionem de qua supra, Eneam de Falco. in tract. reseruat. super. 4. effectu reseruat. fol. 24. clarissime declarantem hanc difficultatem, uide eum qui melius dicere non potuisset. Et quo ad ultimam partem summarii quòd maior sit defectus falsitatis expresse quam taciturnitas facit id quod dixi supra dec. 7.

XXXIII.

Summarium.

Canonicus præbendatus in secunda gratia tenetur facere mentionem de canonicatu ac præbenda huiusmodi, si præbendæ sunt distinctæ, aliàs sufficit ꝙ faciat mentionem de canonicatu, uel sic, canonicatus non debet esse sine præbenda sed sine canonia bene potest esse præben. h. d. 447. alias, 449.

Epitome.

1 Mentio debet fieri de præben. quando sunt distincte.
2 Præbende distincte quæ dicantur remissiue.

ADditio, cum ista dec. concordat dec. 2. Biseg. in titu. de præben. & dec. 72. de Rescriptis in anti. sed istud summarium non est super difficultate resoluta per dec. que
1 aliud non intendit nisi decidere, an† gratia secūda in qua fit mētio ꝙ quis erat canonicus, sit subreptitia, ex quo nihil fuit dictum ꝙ obtinebat præbendam, & distinguit, ꝙ aut præbende, sunt distincte, & debet fieri mentio, de canonicatu & præbenda si uero non sunt distincte, tunc sufficit fieri mentionem de canonicatu,
2 quia præbenda tūc in consequentiā uenit,† quando autem præben. dicantur distincte, habes satis clare, per Fely. in. c. cum. M. de consti. nu. 28. Et de hac materia, per eundem in. c. postulasti nu. 29. & 33. cum pluribus sequentibus de Rescrip. Et in terminis huius dec. satis clare loquitur in. c. cū adeo de Resc. & ui de etiam aliquid per eūdē in. c. eūdē te, & in. c. in nostra corel. 3. eo. tit. & aliquid habes in dec. Cassa. 17. de præben. Et de materia canonicatus uide infra de præb. super dec. 25. & per Staphi. fol. 45. & 106. & in alia impress. 41. & 81.

XXXIIII.

Summarium.

Si cōmitatur causa, & causæ, cum potestate citandi potest Impetrans uigore dicte commissionis prosequi appellationem aduersarii. 491.

Epitome.

1 Commissio causæ quam habet quis contra. B. capit causam appellationis interposite in partibus per B.
2 Processus contra actorē q impetrauit solum commissionem nō tenet nisi citetur in partibus.
3 Impetrans commissionem pro alio sine mandato condemnatur in expensis & interesse.
4 Pena conuectionalis exigitur in materia euictionis.

1 ADditio, istud summarium non concludit, & in effectu dec. hoc dicit ꝙ† si. A. cōmitat causam quam habet seu habere intendit, super tali re, absq; eo ꝙ citet. B. eius aduersarium, qui in partibus appellauerat: uirtute talis commissionis, potest repetita appellatione pro parte. B. interposita, in causa procedere: licet in commissione nihil dictum fuerit de huiusmodi appellatione: ratio est quia uerbum causam: potest optime comprehendere, causam appellationis. Et cum ista dec. concordat alia infra, de officio dele. 11. & infra de appel. 60. & 61. ubi ꝙ ualet appellatio. Interposita per falsum procuratorem, & ꝙ appellatus potest uti commissione nomine appellantis, etiam sine mandato impetrata, nec per ipsum ratificata, & procedere in causa, ut ibi uidebis, & facit dec. 6. infra de appel. & prima infra de elect. ubi ꝙ appellatus potest procedere contra appellantem uirtute appellationis, per ipsum interposite, & etiam sibi nō intimate, & ibi uide quæ notaui. Contra dec. prædictā tamē uidentur facere, due dec. Egi. uidelicet. 456. & 462. ubi dicitur, ꝙ si. P. contra Io. commissionem, & citationem obtinuit, & illa non executa. Io. uelit procedere. opus est ꝙ ipse obtineat nouam citationē, in uim illius prime commissionis, uel secūdū dictam dec. 456. tam in uim illius prime q̄ alterius commissionis quā tenetur facere. Io. pro absolutoria obtinenda: Ecce ergo ꝙ nō potest procedi nisi citato. P. Pro solutione tamen huius contrarii dicendum arbitror ꝙ licet iste dec. uideantur contrarie tamen omnes tendum ad unum finem, & si recte percipiatur sensus huius dec. nostre, & aliarum dec. de quibus supra non dicūt ꝙ uirtute talis commissionis, posit procedi, sed uirtute appellationis, quæ deuoluerat negotium ad curiam, & habuerat uim citationis, in casu autem Egi. pars non erat citata, nec causa deuoluta ideo non est mirum, si non poterat procedi. in causa nisi cita
1 to. P. contra quem puto procedi potuisse, etiam sine noua commissione, cum commissiones in Rota sint distributiones, & excitent tantum iurisdictionem, ut dicit. d. dec. 61. & sunt communes, utriq; parti, ut dicitur in hac dec. & dicam latius super dec. 6. de appel. & ad hoc facit dec. 17. infra de dolo & contu. ubi dicitur expresse quòd actor impetrauerat commissionem, & recesserat de curia & Domini noluerunt quòd reus ueniens posset procedere contra actorem, eo non citato prout etiam idem dicit dec. 7. de uerb. sig. in antiq. cum distinctione tamen, de qua ibi. Ideo cogita, & uideas quæ scripsi super. d. dec. 6. & aliis infra de appel. &. d. dec. 17. Rota enim approbauit. d. dec. 17.
☞ 60 in una * Leodien. & in una Valent n. coram Domino Puteo 24. Ianuarii. 1543. ut reperio Annotatum per Bo. Me. Tho. de
2 Thanis. Nos enim hodie seruamus quòd† si reperitur præsentata commissio, contra me ad instantia principalis, uel legitimi procuratoris, procedimus ipso citato, uel eo absente, per Audientiā
3 contradictarum† si uero impetrata sit per assertum procuratorē obtinemus commissionem in qua mandatur Auditori ut prefixo termino tali asserto procuratori ad docendum de mandato condemnet eū in expensis ac damnis & interesse ac declaret beneficium propter talem commissionem non esse litigiosum, & ēt ꝙ talis assertus procurator promiserit de rato sub pena ducentorum ducatorum Domini nollunt quòd talis pena exigatur in hoc mundo, cum semper habeant equitatem preoculis, omni ri
4 gore prætermisso,† consueuit tamen Rota condemnare in penis
☞ 61 conuentionalibus, in materia euictionis, ut in * una Bononiē. bonorum de platesiis, in qua eram procurator coram bone me. Paulo de Capizuchis, olim Rotæ Decano, & postea Episcopo Neocastren. patruo R. P. D. Io. Antonii nuper etiam in eodem sacro Auditorio recepti ob cuius bonam indolem non minus de eo q̄ de patruo sperandum est.

DE CONSVETVDINE.

I.

Summarium.

Valet consuetudo, quòd uxor succedat uiro in bonis mobilibus liberis extantibus, uel sic consuetudo ualet quòd uxor succedat uiro in mobilibus iuribus. & actionibus. liberis extātibus. h. d. 18.

Epitome.

1 Consuetudo quòd uxor succedat uiro in mobilibus ualet.
2 Legitima debita iure naturæ minui sed non in totum tolli potest.

1 ADditio, cum hac† dec. concordat dec. 7. eo. titulo. in anti. non reperio tamen alias dec. concordātes, neq; discordantes, & satis examinatur materia hic, de materia autem consuetudinis, & quomodo & per quantum tempus inducatur, uide per Fely. in. c. statuimus de maio. & obie. & in. c. cum contingat de foro. comp. & late de materia consuetudinis, uide per eundem in. c. cum causa de re iudi. & in. c. 2. de proba. & in. c. cum. m. de consti. & aliquid in. c. ad nostram de proba. & in. c. cum dilectus de fide instru. & in. c. Iacobus & in. c. ne dei de Simo. & in. c. Ecclesia sanctæ Mariæ & in. c. cum accessissent de consti. & uide dec. Cassa. unicam hoc titulo, & quando requiratur obseruantia quadragenaria, uide Egi. dec. 1. & 63. & 64. & facit dec. 6. infra. Et quomodo sint formandi articuli, in hac materia, uide eundem Egi. dec. 63. & 461. Et de extensione consuetudinis Eg. 626. & 627. & 589. Et nota ex dictis
2 in hac dec. ꝙ† legitima debita iure naturæ, & ipsum ius naturale minui potest, sed nō in totum tolli. Item ꝙ futuræ successioni renuntiari potest per pactum iuramento ualatum & ꝙ legitima tolli non potest per statutum, in totum licet possit commutari, sicut ꝙ mulier dotata non succedit. Et istis adde. Cassad. decis. 8. hoc titul. ubi quòd ualet consuetudo quòd sacerdos habeat lectum cuiuslibet capitis familiæ. Et quòd clerici possunt exigere a laicis aliquod temporale, etiam pro repletione uentris, & in britania tertiam partem mobilium. Et præsumitur, quòd laici ad id se obligauerint soluendo longo tempore, & si detur,

pro sacramentis sufficiunt decem anni. Et ad ista facit dec. Egi. 465. ubi quod consuetudo, quod fructus beneficiorum debeantur, ad usum mortui, non intelligere de curatis, dicit tamen in dec. 229. quod ualet consuetudo, ꝙ quis plures optet præbendas & 587. quod ualet consuetudo quod capitulum eligat aliquos canonicos qui secundum ordinem sue receptionis acceptare possint præbendas uacantes.

II.

Summarium.

Valet consuetudo ꝙ receptus ultra numerum præbendarum minorem ualeat aptare h. d. 226.

Epitome.

1 Consuetudo ꝙ receptus ultra numerum acceptet minores præben. ualet.

ADditio, ad hanc dec. facit. dec. 9. eo. titu. in antiq. ubi ꝙ impetrans apostolicus, uel expectatiuus, primo debet esse in inferiori gradus, & postea secũdum ordinem suum ascendere, ad alios gradus, suis loco & tempore, iuxta statuta & consuetudines ecclesiæ, & idem dicitur in dec. 4. Bifeg. eo. titulo
1 & ad hoc facit dec. Egi. 587. ubi etiam ꝙ ualet consuetudo, ꝙ capitulum eligat canonicos & quod ipsi secundum ordinẽ sue receptionis acceptent minores præbendas & uide dec. sequentẽ. De materia autem canonici creati ultra numerum uidebis late infra super dec. 25. de præben. ubi scripsi.

III.

Summarium.

Consuetudo ualet ꝙ habens minorem præbendam possit optare maiorem sed non e conuerso. 227.

Epitome.

1 Consuetudo ualet quod habens minorem acceptet maiorem præbendam non e conuerso.

1 HÆc decis. † non habet concordantes, neq; discordantes, præsertim quo ad secundam partem, quia iste est de casibus qui raro contingunt, nec est quæstio de pane lucrando, quia ille qui habet minorem, nunquam contradicet: pro quibus uide etiam dec. præcedentem, & sequentem in fine, & ad de Staph. de ui & effectu clausu. fo. 91. & in alia impress. 72. ubi refert quod iuniores canonici possunt optare infra tempora primi, & ualet optio sequentium, in euentum quod antiquior non optet & allegat dec. Egi. 468. facit etiam ad propositum illud quod dicit. Eneas de Falco. effect. 49. ubi dicit quod ille qui ꝓpter reseruationem intrauit locum antiquioris canonici & habuit minorem præbendam sedere debet in inferiori loco, & ꝙ ius optandi sibi non competet nisi postquam fuerit antiquior, in receptione & sic si interim uacarent, præben. maiores, ipse nõ posset illas acceptare, & licet nihil alleget uidetur ad hæc facere dec. 4. hoc titulo in anti. circa finem. Et ad propositum uide aliã q. eiusdem super effectu. 37. uidelicet quando reseruatur præben. alicuius, & ille optet aliam quæ censebitur, reseruata, & uide eũdem. Eneam in 47. effectu. nu. 4. & 9. ubi quod canonicus creatus auctoritate apostolica habet ius ad primã præbendã & quod consuetudo optandi, dat ius ad rem & dicit super effectu 50. quod optans uirtute consuetudinis scienter beneficium reseruatum, ipso iure priuatur, nec potest redire ad primum, & super quinto effectu dicit quod excommunicatus non potest optare, de quo uide infra de concess. præben. super dec. 5. & 14. Et ad materiam, optionis uide late etiam per eundem Staph. dum tractat de ui & effectu clausu. fol. 100. & in alia impress. fol. 79.

IIII.

Summarium.

Præbenda uacans in curia non potest optari nec etiam grossi fructus canonici in curia defuncti, etiam si dicti fructus redeant ad capitulum, h. d. uel sic, præbenda uacans in curia prætextu consuetudinis optari, non potest, h. d. 296.

Epitome.

1 Optari non potest præbenda uacans in curia.

ADditio, ad hanc dec. uide lapum alle. 48. uers. quid ergo si papa, & uers. sed nunquid habeat, & uide Cassad. dec. 4. de conce. præben. & quæ dicam super dec. sequẽti, & Staph. ac Eneam de Falco. & Gasparem de Perusio in locis ibi describen. quia examinant late hanc materiam, & uide an ualeat consuetudo, quod possint optari præben. reseruata, ꝑ calde. cons. iij. in titulo de consue. & ad hanc deci. uide Gigant. in tract. pension. q. 63. Item uide an præbẽ. deuoluta possit optari & infra quantum tempus possit & debeat; fieri optio uide super. 1. addi. ad dec. 1. infra de rerum permut. ubi dicitur ꝙ habes tempus. 20. dierum tantum.

V.

Summarium.

Derogatur consuetudini optandi maiorem præbendã si mandatur prouideri de tali præbenda. Non obstantibus statutis & consuetudinibus h. d. uel sic, per clausulas derogatorias positas in literis apostolicis tollitur cõsuetudo optandi, in ecclesia in qua sunt maiores, & minores præben. h d. 122.

Epitome.

1 Consuetudo optandi tollitur per clausulam non obstantibus.
2 Clausula non obstantibus hiis per quæ effectus gratiæ posset impediri quid operetur.
3 Optari quando possint præbende reseruate remissiue.
4 Clausula non obstantibus tollit statuta requirentia sacerdotium dummodo &c.

1 ADditio. † Ad istam dec. facit dec. 2. & decis. 9. col. ij. eo. titulo in anti. & dec. 6. de consti. in eisdem, & facit dec. 1. infra de præben. fuit super hac dec. late disputatum
☞ 62 in una* Placentina portionis, coram Domino Vestano. in qua fuit approbata hæc deci. cum distinctione. franchi. in. c. cũ in tua hoc titu. lib. vj. & Falco. 5. effectu fol. 26. Et circa clausulam non obstante. uide semper Fely. qui latissime examinat
2 in. c. nonnulli de Rescrip. quo uero † ad clausulam, de qua in hac dec. uidelicet Non obstantibus hiis, per quæ effectus, gratiæ posset impediri, uel differri, uide per eundem Fel. ibi col. 13. nu. 37. uers. not. tertio, & uide ad materiam, huius decis. Gas. de Perusio in tractat. reseruat fol. 14. & 15. dum tractat de effectu reseruationum, & Eneam de Falco. fol. 21. & fol. 25. super. 5. effectu reseruat. ubi late examinant istam decis. & .c. final. de consue. lib. vj. ubi per Rochum curtium habetur tota materia,
3 & † ponuntur quinque casus in quibus potest optari præben. reseruatam. & Staph. etiam late examinat materiam istam, dum tractat de ui & effectu clausula. fol. 100. & sequenti & in alia impress. 77. uide eos, & facit ad hoc dec. 42. de conces. præbend.
4 in anti. ubi per † clausulam, non obstantibus derogatur statutis ecclesiarum requirentibus sacerdotium, dummodo tamen sint in etate ꝙ possint proximis quatuor temporibus ad sacerdotium promoueri: dicit tamen ꝙ per tales clausulas non derogatur uoluntati testatoris, ꝙ huiusmodi beneficium non conferatur nisi actu sacerdoti, & cum ista dec. etiam concordat dec. 4. eo. titulo in anti. quam uide ad longum.

VI.

Summarium.

Quanti temporis spatio possit introduci in ecclesia consuetudo, de optando. 460.

Epitome.

1 Consuetudo de optando quanto tempore præscribatur.
2 Præbenda potest renuntiari sine auctoritate superioris.
3 Consuetudo optandi est contra ius.
4 Consuetudo secundum uel præter ius præscribitur. x. annis.

5 Consuetudo

5 Consuetudo optandi inducitur per.x.annos ubi præbenda sunt distinctæ.
6 Consuetudine unius loci non concluditur de alio loco.
7 Cõsuetudo interpretatiua inducitur minori spatio.x.annorum.

1 Additio,† hæc dec.facit plures distinctiones & examinat late materiam,uideas eam diligenter habes notare
2 in hac dec.quod † licet quis non possit renuntiare beneficio nisi in manibus habentis facultatem destituendi, tamen nõ est sic in præbenda,quæ potest mutari quia iudicatur tanquam
3 de re temporali: Item quod†consuetudo optandi est contra ius & contra consilium Turonen.Et ideo requiruntur.xl.Anni, & idem esset etiam si haberet iuris approbationem item quod quan
4 do†consuetudo est secundum uel præter ius commune & non præiudicatur iuri particulari alicuius, quod sufficiunt.x.annũ alias si derogatur alicui requiruntur.xl.& uide hic differentiam inter consuetudinem & præscriptionem,habes similes dec.Egi. 1.&.6.quæ clarius loquitur,& Cassa.dec.17.de præbendis late examinat materiam huius decis.& Gigan.in suo tractat.pensionum.q.63.Et quia hic describuntur plures species canonicatuũ & præbendarum adde.Fely.in.c.postulasti de Rescrip.& in.c. cum.M.de consti.nu.28.& late in.c.statuimus.de maio.& obe. Et uide quæ dixi infra super dec.25.de præbendis & supra de Rescrip.dec.33.Ad præmissa facit quod decisum fuit coram
63 domino Rauellen.in*una Mediolanen. optionis, ubi quod
5 †consuetudo optandi inducitur spatio.x. annorum in ecclesiis ubi præbende sunt distinctæ & non annexe canonicatibus,, & in
64 una*Cauarien.decimarum coram Tollomeo fuit tentum ꝙ
6 †ex consuetudine unius loci non potest induci uel argui consue
65 tudo in alio loco:fuit tamen dictum in una* Bononien.san
7 cti Andreæ coram domino de sancta cruce quod† per duos uel tres actus inducitur consuetudo interpretatiua etiam minori spatio decem annorum,& ideo quod legatus modernus Bononien. qui uiderat facultates Cardinalis cibo per alios legatos, eidem Cardinali cibo successores,late interpretatus fuisse & eos,regulæ de.xx.diebus bis uel ter,derogasse,potuerat derogare, eidem regulæ:non obstante regula redactiua facultatum legatorum,facta per Clementem & per Paulum Tertium innouata,& ad ista etiam facit dec.Cass.unica hoc titulo,quam uide per te,& uide Belenci.in suo tract.de chari sub.q.62.&.82.

DE ELECTIONE.

I.

Summarium.

Appellatus,ueniens ad curiam quandocunque prosequi potest appellationem,sibi nullatenus intimatam.h.d.secundum opi.Io. Andr. positam in cle.causam.de elect. 38.

Epitome.

1 Appellatus potest persequi appellationem sibi non intimatam.
2 Causæ omnes non deuoluuntur ad curiam per appellationem.
3 Causa non deuoluitur nisi in præiuditium appellantis appellatione nulliter intimata.

1 Additio,aduertendũ est ꝙ†hæc dec.nõ procedit in omnibus causis sed,tantũ in beneficialibus.nã tex. in.c.statuimus solũ loquitur in causis.in quibus proceditur,per electionẽ,postulationem & prouisionẽ.In prima tamen additione hic dicitur ꝙ procedit tantũ in tribus casibus de quibus in ea:
2 sentit tamẽ ꝙ etiã†aliæ causæ possunt deuolui ad curiã p appellationem,concurrente altero de duobus,uidelicet ꝙ fuerit delatũ appellationi p iudicem,uel p partem, pro quo ultimo habes in terminis,dec.Egi.729.ꝙ tamen uidetur omnino requirere admissionẽ appellati,& facit ad idem dec.51.de appel.in anti.& Bisseg.dec. 18.&.21.eo.tit.ubi late,& plene articulus discutitur.cũ ista dec.concordant plures dec.uidelicet infra de appe.6.ubi uidebis & dixi.s.de Rescrip.dec.ultima & facit dec.81.de appe. in anti.& Fallo.dub.12.& in materia.facit dec. Egi.718.col.penul.&.723.&.236.&.273.&.560.ubi late examinat. Et etiam ad materiam istam uidere poteris aliquid per Fely.in.c.ex parte el.2.& in.c.cum contingat de Resc.nu.18.& ad propositũ hu
66 ius dec.facit*resolutio anno.1545. facta corã.D.Accorãbo
3 no in una Salamantina portionis ubi quod† appellatio nulliter intimata non deuoluit causam quo ad appellantem licet deuoluatur in eius præiudicium ita Egi.d.dec.273.& infra de appel. 54.Et aduerte quod tex.in istis decisionibus per titulos est corruptus,dum dicit(ad curiam deuoluit,nec eam ibidem)& omnia ista.uerba sunt cassanda.& addenda.alia prout in aliis impressionibus uidelicet(suam ad curiam nec deuolui nec ibidem cã) uide infra super.d.6.dec.omnino.

II.

Summarium.

Auditor causæ appellationis interposite a cassatione electionis,uel denegatione confirmationis,confirmat electionem, & confert beneficium tanquam debitum.h.d. 159.

Epitome.

1 Auditor appellationis in causa electionis confirmare potest electionem.
2 Appellatio ab electione debet continere causas & iurandum est ut hic.
3 Sententia lata contra electores præiudicat electo.

1 Additio,ad istam†dec.non reperio concordantes neq; discordantes,nisi deci.4.infra de iure pat.in fine,ubi dicit quod licet post acceptationem non sequatur collatio,ꝙ Auditor potest conferre uirtute cle. Auditor de Rescrip. uide
2 doc.in.d.cle.Auditor:hic allegata. Et scias quod† quãdo appellatur in materia electionis.debent exprimi causæ cur impugnatur electio,& debet iurari quod creditur illas esse ueras, ita
3 Fely.in.c.in causis de testib.Et aduerte quod† electus sentit incommodum ex sententia lata contra electores,si habuerit notitiã de ea Felyn.in.c.ueniens el.2.de testi.col.3. Ad præmissa facit quod si Papa mandat conferri beneficium prout quotidie fit quando literæ expediuntur per cancellariam,quia si non est expeditus processus per quem executores solent prouidere Auditor prouidet,iu uim dicte clem.

III.

Summarium.

Capitulum ꝙ sit de electione libro.vj. locum habet dumtaxat in electionibus ad ecclesias cathedrales & regulares. 288.

Epitome.

1 Electio debet notificari electo.
2 Beneficium electiuum quod dicatur.
3 Electio ut sit canonica quando seruanda sit forma.c. quia propter & de aliis pluribus in materia electionis.

1 Additio,hoc.c.ꝙ sit disponit quod † electores notificent electo suam electionem,quãto citius commode possunt & quod electus postea infra tres menses petat confirmationem. Hoc præmisso,dicitur in dec.quod hoc.c. habet locum tantum in ecclesiis cathedralibus, & regularibus. Ad
2 hanc materiam adde.dec.hoc titu.primam in anti.ubi† quod tãtum electiuum dicitur illud beneficium in cuius collatione requiritur confirmatio superioris seu seruatur forma.c. quia propter de elec.seu per cuius uacationẽ ecclesia reditur riduata prelato,& idem dicit Io.de Silua.in tract.de beneficio tertia parte q.1.& Staph.in secunda parte titu.de modo & forma.fol.59.& in alia impress.fol.50.ubi etiam dicit quod appellatione beneficii electiui non uenit cautoria secundum Egi.dec.69.pro quo fa
3 cit dec.3.hoc titulo in antiq.ubi tenet † ꝙ debeat seruari forma.c.quia propter in electione præpositi ecclesiæ collegiate, & an sufficiat facere mentionem de elect.per equipollens,habes deci. 68.de concess.præbend.in anti.& Staph.ubi supra fol.61.& in alia.52.Et scias ꝙ electus non consecratus debet legere suã sententiam.Fely.in.d.c.cam te de Rescrip. ubi late de Episcopo, non consecrato,& uide eundem in Rubric.de re iudi.ubi ꝙ cõfirmatio electionis dicitur diffinitiua sententia. Et an electio possit fieri per procuratorem.Fely.in.c.cum omnes de consti.& idem Fely.in.c.1.de consti.uers.fallit.B.dicit ꝙ licet in electione non sit seruata forma canonis, ualet dummodo alias consensus sit purus. Et quæ differentia sit inter eligere,& præsentare,

uide per Fely.in.d.c.in nostra nu.78. Et de electione facta de nocte per eundem in.c.consuluit de offi.dele.& an ualeat facta de criminoso.uidebis infra de præbendis & habes per eundem in.c.ex parte de Rescrip.& de criminibus oppositis contra electum habes per eundem in.c.super hiis de accu.& in.c.licet de proba.

IIII.

Summarium.

Præpositura est dignitas principalior in ecclesia collegiata dummodo tria concurrant primo quod sit electiua,secundo quod habeat administrationem bonorum temporalium dictæ ecclesiæ, tertio quod habeat prerogatiuam in choro & loco capitulari, quæ quidem tria sunt signa maioritatis nisi consuetudo aliter disponat hoc dicit. 449.alias.451.

Epitome.

1 Præpositura est dignitas principalior in collegiata.

1 ADditio,ad hanc † dec.adde quæ notaui infra de præb. dec.8.& de concess.præb.dec.16.& quæ late dicit Fel. in Rub.de maio.& obe.Et quo ad.§.hic uide dec.præcedentem.

V.

Summarium.

Electo non competit ius in re ante confirmationem,sed ad rem ius reuocabile. 489.alias.492.

Epitome.

1 Electo non competit ius in re.
2 Episcopi creati per Papam statim possunt administrare.
3 Electus administrans in uim confirmationis nulle deffectu iurisditionis,uel noue prouisionis non gratiose aut surreptitie efficitur inhabilis.
4 Possessio capta sine literis in consistorialibus non est bona.
5 Eligens an sufficiat ꝙ sit in quasi possessione, & ꝙ eligat alternatiue & sine specificatione certi modi uacationis.

1 ADditio,ad istam † dec.non reperio alias dec. concordãtes neque discordantes,examinatur plene hæc materia per Sar.in.1.&.4.q.Regu.de non tollen.iur.quæs.& in q.24.regulæ de benefi.uacan.per obitum fami.Card.& aliquid dicit Cassa.dec.18.de præben.& late per Æneam de Falco.in tract.reseruationum,super effectu.46.&.47.ubi deducit decem modos per quos acquiritur ius ad beneficium, quos tacito auctore repetit idem Sar.in.d.1.q. Et Io.de Silua.in tract.de bene. in.3.parte.q.1.late etiam examinat hanc materiam, dicens esse communem opinionem ꝙ quando electus acceptauit habet ius in re,& ꝙ confirmatio dat solum exercitium,uide tamen Felyn. in.c.eam te de Rescrip.col.2.&.3.ubi facit regulam, cum quatuor extensionibus,& quinque restrictionibus,nec decipias prout multi decipiuntur,ex quo episcopi nostri temporis ante consecrationem dicuntur electi licet non fuerint electi a capitulo sed a Papa quia istis habent maiorem auctoritatẽ ut per Felyn.ibi in
2 3.extensione,ubi dicit† ꝙ isti non confirmantur,aliter,& possunt statim administrare,& ꝙ illa prouisio apostolica habet uim confirmationis,uide ibi late,& etiam uide eundem in.c.super hiis de accu.& in.c.cum Bertoldus de re iudi.& aliquid dicit in.c. in nostra de Rescrip.correl.37.nu.104.& uide in pragmatica Sanct.in titulo de elect.in princ.ubi habes multa in materia electionis & uide alleg.Lapi.8.&.78,& late per Petrum de sancto Blasio in tract.de elect.ubi ponit omnia,& per Mil.in uerbo electus,& quo ad illud ꝙ dicit Io.de Silua dum sentit ꝙ electus a capitulo dicatur habere ius in re,nescio quod ius habere posset, cum ante confirmationem,non possit exercere,& si exercet priuatur iure suo,ut dicunt doc.in.c.auaritiæ de elect.libro.vj.pro 67 quo facit * dec.facta in causa Calaguritana Abbatissatus,
3 coram D. Peregrino ubi tentum fuit quod † electus administrans,in uim confirmationis nulle,deffectu iurisdictionis, uel noue prouisionis,non gratiose aut surreptitie efficitur inhabilis, nõ obstante dicto Millis in uerbo pena decretalis. Et an electus & etiam confirmatus ante instalationem possit administrare. Fel.
4 in.c.ne dei timorem de Simo.late examinat. Et † quando literæ non sunt expedite ꝙ non potest capi possessio,in consistorialibus habetur in extrauagant.iniuncte,& per Sar.in regula de nõ iud. iuxta for.q.1.nu.3.& ad materiam uide Staphi.super.3.forma fol.37.ubi loquitur de nominatis a Rege.quale ius eis compe-
5 tat. Et † an sufficiat ꝙ eligens sit in quasi possessione eligendi tempore electionis Lapus alle.79.ubi etiam ꝙ electio non potest esse alternatiua,& in allega.6.dicit ꝙ exprimi debet certus modus uacationis,licet alias sufficiat in genere ut per Fely.late in c.in nostra de Rescrip.d.correl.37.

DE RENVNCIATIONIB.

I.

Summarium.

Reus qui renuntiat liti & causæ & beneficio,nisi de facto possessionem dimittat,tenetur ad fructus perceptos,uel sic, Non sufficit ꝙ quis renuntiat liti & causæ ac beneficio quo ad euitandum, fructuum perceptorum condemnationem,nisi se de facto possessionem dimisisse probet.h.d. 158.

Epitome.

1 Renuntians liti & causæ tenetur dimittere possessionem.
2 Spoliatus est, restituendus etiam post renuntiationem si probet quod post illam remansit in possessione & infra nu.8.
3 Cessionarius non potest ingredi possessionem nisi cum executore,uel cum literis gratiosis.
4 Fructus non habuisse excipere potest ille qui condemnatus fuit coram executore,cum distinctione.
5 Tertius cui sunt fructus reseruati debet citari si actor uult condẽnationem fructuum.
6 Protestandum est aduersario ꝙ deseruiat quando sumus in canonicatibus.
7 Fructus debentur a die intrusionis spoliatores & intrusos in beneficiis uacantibus in curia qui semper condemnantur in fructibus a die occupationis nisi habeant titulum a Papa.
8 Spoliatus post resignationem tenetur probare ꝙ post illam possidebat & supra nu.1.& infra num.11.
9 Resignans qui possedit per triennium post resignationem si spolietur,a resignatario non iuuatur allegati Lapi.89.
10 Resignans spoliatus restituitur ratione hic posita.
11 Resignans cum clausula & non aliter nec alio modo uel in manibus non ualentis eam admittere retinet ius penes se.
12 Resignatario quæritur ius ante acceptationem.
13 Resignatio facta reseruata pensione & non aliter si pensio a principio fuit nulla , non conualidatur etiam si resignatarius postea pensionẽ soluat & extinguat.
14 Resignatarii capacitas requiritur a principio.
15 Resignanti reseruatis fructibus datur mandatum de manutenendo.
16 Resignans cum reseruatione loci & stali mortuo resignatario sedebit in priori loco.

1 ADditio,ultra contenta in summario, † hæc decis.dicit unum ad ꝙ sæpe allegatur,& ista est materia spetialis
2 huius dec.uidelicet:ꝙ † licet renuntians beneficio,amittat possessionem iuris,si tamen incumbat possessioni regulariter & de facto:& spolietur a tertio non a ressignatario restituendus
3 est: Item secundo † dicit aliud ꝙ licet possessor renunciet liti & causæ ac possessioni,tamen actor non potest ingredi possessionẽ sine auctoritate executoris,quod intellige nisi literæ expediantur in forma gratiosa,per cameram,in quibus Papa ex nunc surroget etiam quo ad possessionem,non autem mandet surrogari
4 ut per Cassa.dec.1.ut lite pend. Item & tertio aliud etiam † dicit,hæc dec.uidelicet ꝙ expedit actori habere sententiam pro se,cum condemnatione fructuum quos si prædictus renuncians non perciperit,non tenetur restituere sed de hoc potest & debet
5 excipere,coram executore , & percipientem nominare contra quem aget de nouo obtinẽs in causa prædicta : Quod ultimum intellige post cessionem alius habuerit fructus quia,si ante cessionem:possessor permisisset alium fructus percipere non esset opus de nouo agere contra illum,prout dicit hæc dec.sed posset

set procedi ad executionem sententiæ, contra talem ut etiam habes infra de re iud. super dec. 4. 24. & 25. & infra ut lite pendente
5 dec. 8. nisi dicamus † q̄ hic reus possidebat ecclesiam sed alius pcepit fructus ipsius ecclesiæ forte sibi reseruatos quo casu sententia nō p̄iudicat illi tertio, nisi fuerit citatus, ut in dictis locis la te dixi: & ad hanc materiam fructuum, adaptari potest quod dicit Fel. in c. de quarta de præscri. ubi q̄ bone fidei possessor fructus industriales facit suos, nec tenetur ad restitutionē: licet hoc in Rota parū operetur quia semper Domini cōdēnant in fructibus constito etiam semiplene tantum: arbitrio suo de intrusione
6 Et † istud de fructibus industrialibus facit ad lites sup canonicatibus in quibus ut aduersarii possint in distributionibus quotidianis condemnari cauti solicitatores faciunt protestationem q̄ debeat deseruire, alias de damnis &c. & q̄ intendunt se reualere &c. Et scias in proposito † q̄ spoliator, & intrusus in benefi
7 cio reseruato, per obitum in curia, nisi habeat titulum, a papa cōdemnatur in fructibus, a die intrusionis, & spoliationis, ut fuit tē
68 tum in una * Neapolitan. beneficiorum coram Tollomeo.

Et circa materiam principalem dec. uidelicet quo ad restituendum spoliatum, post resignationem: Primo ponam decis. quæ uidentur facere contra dec. nam habes dec. 4. infra eo, ubi q̄ renunciatio spontanea licet non admissa obstat beneficium repetē ti: Et infra de rerum permu. dec. 2. & eo. tit. in anti. dec. 8. ubi q̄ resignanti ex causa permutationis non competit interdictum unde ui, nec conditio canonis reitegranda. Et ad propositum facit dec. 3. infra de resti. spo. in fina. uerbis, ubi q̄ qui renunciat uidetur habere rem pro derelicta, & sic possessionem amittit. Et faciunt ad hanc materiam dec. 2. & 6. de renun. hoc tit. in antiq. Nam in dec. 2. dicitur quod resignans ex causa permutationis perdit possessionem, omnimodam beneficii, si permutatio habet effectum, subiungens q̄ non potest dici eum possidere naturaliter, quia non tanquam usuarius uel tanquam habens ius in re, & quia resignans uidetur perdere naturalem quæ erat coniuncta cum ciuili, quia in dubio uidetur totum ius deduxisse, quare si spolietur, non datur sibi interdictum restitutorium: Et in deci. 6. dicitur q̄ renunciatio spontanea beneficii nocet spoliato ut non possit agere spolio, subiungens tamen, q̄ si renunciatio fuisset facta postquam spoliatus fuerat, talis renunciatio, non obstaret quin, quis possit petere se restitui, licet istud ultimum limitetur per dec. 3 & 11. eo. tit. nam in dec. 3. dicitur q̄ simplex renūciatio facta post spoliationē, non obstat quin agi possit spolio nisi sit facta per pactum, & in decis. 11. dicitur q̄ non obstat nisi sit iuramento ualata, de quibus plene uidebis infra de resti. spol. dec. 18. quæ concordat cum prædictis & sic prædicta omnia uidē tur contra hanc dec. Sed realiter ea intelligendo, non con
8 tradicunt in aliquo, quia † dec. nostra non negat quin resignans, amittat omne ius, & non dubitat quod si resignans dimitteret possessionem uacuam post resignationem factā, q̄ ipse resignās, postmodum non posset agere ad restitutionem, & ideo subiungit, illa uerba, & post resignationem potuerit incumbere possessioni realiter & de facto, per quæ uerba, semper Rota uoluit q̄ talis resignas spoliatus post resignationem non solum probet de sua possessione ante, sed etiam post resignationem, continuatā alias non restituit spoliatos: sequendo consilium Calde. 4. hoc ti tu. non tamen dat restitutionem contra resignatarium, sed con
9 tra tertium spoliantem & etiam † si resignans stetisset in possessione per triennium, post resignationem, & postea spoliaretur a resignatario licet alias secundum allega. Lapi. 89. præsumatur retrocessio non daretur restitutio, quia quo ad ipsum non habet locum. d. alleg. Lapi. ut late dicit Sar. q. 24. de trien. Et ad præmissa uide omnino Sar. in. d. quæs. 24 &. quæst. 57. de annali. & Cass. dec. 4. de resti. spo. ubi late examinant. & dec. 2. hoc titulo ubi aliquid etiam dicit in hac materia. Et ut ex eis colligitur hæc obseruantia Rotæ potius est fundata in odio spoliantium quam in iure. Ad istam materiam uide aliqualiter lapum al
10 le. 52. † considera unam rationem in qua posset fundari iste sti
11 lus. Nam cum † resignationes ut plurimum fiant in fauorem certæ personæ, cum clausula, & non alias, nec alio modo, resignatio non sortitur effectum donec acquiratur beneficium resignatario. Et sic interim titulus remanet penes resignantem, ad not. in c. cum pridem de pactis, & facit. d. dec. 2. de renun. in anti. ubi si modus non sequatur nihil dicitur factum, prout etiam dicitur in dec. 9. ibi. Ideo nimirum si iste interim spolietur, habens titulum etiam colloratum admittitur ad petendum restitutionem, pro quo facit etiam dec. 14. hoc titulo in anti. in. ij. col. ubi quando est facta resignatio in manibus non ualentis illam admittere ius remanet penes resignantem, donec recipiatur & admittatur, per Papā uel priuetur beneficio: & iste erit restituendus prout et homicide & alii priuandi, ut per Biseg. dec. 2. & 4. hoc titulo, & pōt agere contra intrusum, ut dicit. d. dec. 3. Sed non est mirum in hoc casu, quia resignatio non est perfecta, ut etiam per
69 Cass. dec. 8. de præb. & d. dec. 4. alias tamē in una * Theatin. abbatie coram Bo. me. domino Petro Vorsio Episcopo Aquē. in prima & per duas alias conformes, fuit data restitutio resignāti, non probato q̄ remanserat in possessione post resignationē, licet causa non fuerit multum disputata, sed postmodum audiui q̄ Domini in aliis causis noluerūt dare resolutionem, nisi expresse probetur, q̄ post resignationem resignans remansit in possessio
70 ne, ut mihi euenit etiam in una * Perusiua plebis de consinio, cogita tamen ad rationem proxime dictam, quia forsan seruiet, ad hoc sed in una Salamantina portionis coram. d. Accorambo
12 no, fuit tentum q̄ † statim ualet resignatio & ius abdicatur, a resignante, antequam resignatarius acceptet, quia non est credendū q̄ resignatarius nolit acceptare benefitium præsertim pingue, cū potest illud resignare ad libitum suum tamen ibi concurrebant
71 nonnullę coniecture, fuit tamen dictum in una * Tullen. par
13 rochialis sancti Pauli coram domino uestano q̄ † resignatio facta, reseruata sibi pensione & non alias, non ualidatur si pensio reperiatur nulla, a principio licet postea resignatarius illam ac
72 ceptet & admittat & extinguat & in una * Glasquen. pcepto
14 rie coram domino de sancta cruce, dictum fuit q̄ † capacitas, resignatarii attenditur, a principio, & licet ex post facto efficeretur, capax non reualidatur. Et ad istam dec. nostrā adde Staphil. in tertia parte de uariis mo. uaca. fol. 65. & in alia impress. 55. Ad præmisa etiam applicari potest q̄ fuit resolutum in una
73 * Paduana congregationis coram Domino Rauellen. ubi
14 † Daniel Bonfilius resignauerat reseruatis sibi fructibus, & semper continuauerat possessionem ac dubitans spoliari petebat mādatum de manutenendo, prout obtinuit quia stāte dicta reseruatione fructuum potuit continuare tum propter uerba reseruationis tum propter clausulam etiam propria auctoritate percipienda, ut ponderat Paris. consi. 39. & 93. iii j. uol. nec requiritur alia noua aprehensio uel animi sui declaratio, & ad hoc propositum
74 facit alia deci. * facta in causa Legionen. canonicatus coram
15 D. Maceraten. ubi † ille qui resignauit canonicatum reseruatis sibi loco in choro & capitulo mortuo resignatario debet sedere in priori loco licet multa colorata allegarentur in contrarium.

II.

Summarium.

Iuri futuro seu appellationi interponende simpliciter renunciari non potest, sed per pactum expressum sic. h. d. uel sic facilius renuntiatur iuri quærendo, quam quæsito, uel sic, per pactum, appellationi futuræ renunciatur, tacite & expresse, interposite uero per actum contrarium. hoc. d. 287.

Epitome.

1 Appellationi futuræ renuntiari potest per pactum, sine pacto tamen simpliciter non ualeret.
2 Appellationi renuntiatur etiam per procuratorem.
3 Renuntiari an posit substantialibus iuditii & pluribus aliis.

ADditio, ultima pars summarii est melior, ad istam deci.
1 † facit dec. 63. infra de appel. ubi uidebis materiam renunciationis appellationis de qua p Fran. in c. interposite. §. ille deniq; de apell. & faciunt dec. 4. & 11. hoc titulo in ant.
2 & Egi. 137. dicit q̄ etiam † procurator per actum contrarium uidetur renuntiare appellationi non tamen etiam principalis uidetur renūtiare petendo copiam actorum ut per eundem dec. 291. & 707. facit ad materiam dec. 2. infra de litis contest. ubi quod
3 † litis cōtestationi & substantialibus iudicii renuntiari non potest & an possit renuntiari cessioni bonorum, facit dec. 4. hoc titulo in anti. & dec. 2. de arbi. & 32. de re iudi. in ant. pro quo uide Fely. in. c. si diligenti de foro compe. Et an renuntiari posit futuræ successioni cum iuramento habes supra de consuetudine in. 4. additione ad primam dec.

III.

Summarium.

Renunciatio litis fieri debet coram proprio Auditore causæ, alias non ualet, per rationes quas ponit glo. in. c. quanuis de elect. lib.

vj. super uerbo uidetur. Renuntiatio etiam tituli non ualet nisi fiat in manibus ordinarii collatoris, aut Vicecancellarii, uel alterius: de speciali mandato papæ, quamuis Inno. in. c. ueniens de Rescrip. dicat ꝙ renuntiatio facta absente parte teneat. h. d. uel sic, renuncians liti & causæ, iuri sibi competenti renunciare non censetur. h. d. & uide hic differentiam, inter renunciationẽ liti, & causæ, & renunciare liti & iuri. 306.

Epitome.

1 Renuntians liti & causæ in causa beneficiali non intelligitur renunciare iuri.
2 Auditores Rotæ possunt recipere cessionem litis sed non iuris.
3 Iudices delegati absoluat ad cautelam licet hoc non faciant Rotæ auditores.
4 Resignationem beneficiorum admittunt Vicecancellarius, & referendarii.
5 Procurator ad causam non renuntiat iuri.
6 Cessio liti & causæ obstat agere uolenti ad beneficium non tamen quo ad fructus.
7 Renũtiare uidetur iuri suo habens regressum & permittens aliũ possidere.
8 Renuntians in partibus liti & causæ non est condemnandus in expensis factis post intimationem renuntiationis in curia.
9 Resignatio iuris ad rem ualet facta in manibus notarii & aliquando etiam ualet de iure in re.

ADditio, istud summarium multa dicit & parum cõcludit, dic igitur ꝙ † Renuntiãs, liti & causæ, in causa bene- 1 ficiali, non intelligitur renunciare iuri sibi competenti, & insuper etiam summari potest secunda pars, hoc modo uide- 2 licet, ꝙ de stilo † Auditores possunt recipere cessionem litis, sed non iuris, quia Auditores habent strictiorem facultatem quam 3 alii delegati, † qui possunt absoluere ad cautelam, ꝙ tamen Auditores non faciunt, propter facilem aditum ad superiorem. Et 4 notari potest ex ista dec. uers. tum etiam, quia facilime, ꝙ † referẽdarii & Vicecancellarius admittere possunt resignationes beneficiorum de quo etiam per Sar. in compen. signaturæ num. 38. 5 licet recesserit ab aula. Item notari potest secundo ꝙ † procuratores causarũ non possunt renunciare iuri. Tertio ꝙ per cessionem liti & causæ non inducitur uacatio aliqua iuris seu tituli. 6 Quarto ꝙ † ista cessio obstat postea agere uolenti super tali beneficio, prout pactum de non petendo. Nõ obstat tamen quo ad fructus ut per Millis in uerbo renuncians iuri liti & causæ. Cum ista dec. ꝙ Auditor non possit recipere cessionem iuris cõpetentis in beneficio, sed tantum litis & causæ, concordat decis. 15. hoc titulo in anti. uide aliquid per Cassad. dec. 2. de appe. & Staph. de uariis modis uacationum tertia parte fol. 68. & in alia impress. fol. 57. Et in hac materia renunciationis scias ꝙ procurator qui litigau t pro aliquo, sibi non præiudicat respectu iuris proprii sibi competentis in re litigata cui non censetur renunciare ut in dec. 34. infra de procu. Dicit tamen Fede. in tract. pmur. q. 29. ꝙ qui consentit ꝙ suum beneficium alteri conferatur, uide- 74 tur illi renunciare, prout dictum fuit in una † Palentina dimi- 7 diæ portionis. Coram. D. Accorambono. de anno. 1546. ꝙ † quis patiendo alium etiam per biennium tantum possidere beneficiũ ad qd̃ habebat regressum postquam, regressui locus fuit uidetur iuri suo renunciare per doctri. Imole. in. c. ex ore. de his quæ fiũt a prælato & allegabatur in proposito dec. 6. infra de rerum per mu. & conf. Gemi. 39. pro quo faciunt not. per Sar. q. 49. de trienna. in fine. intelligo tamen ista. ut in casu dictæ causæ relatæ per Sar. quæ fuit coram Tolo. qui refert in suis notis. 58. ꝙ ibi habens regressum passus fuerat beneficium possideri per trienniũ & ille possessor obierat & nouus possessor dabat de alleg. Lapi. quod facere non potuisset defunctus ut dixi supra eo. dec. prima col. pen. num. 9. Et ad materiam istius dec. uide Egi. dec. 14. ubi 8 ꝙ † renuncians in partibus liti & causæ pendenti in curia non est condemnandus in expensis factis, post intimationẽ talis renũciationis. Et scias ꝙ post cessionem non pronunciatur nisi alter uelit habere sententiam expensis suis, quæ sentẽtia prodest, quo 9 ad collitigantes. Et ad hanc dec. facit ꝙ † habens ius ad rem potest resignare in manibus Notarii ut dicit. d. dec. 14. in antiq. in. ij. col. uers. secus tamen fuisset & dec. 8. ibi immo etiam si haberet ius in re, in casu huius dec. ualet cessio facta, corã Notario & testibus ad hoc ut lis dicatur extincta ut fuit tentum in una 75 * Palentina coram Domino Tho. de Thanis dicit tamen Sar. q. 56. regulæ de triennali, nu. 6. ꝙ lis non extinguitur per cessionem coram notario & ideo hic requiritur quod fiat coram auditore.

IIII.

Summarium.

Renunciatio spontanea licet non admissa, obstat beneficium repetenti. h. d. uel sic, renunciatio beneficii reseruati facta in manibus ordinarii. obstat agenti petitorio uel possessorio, quamuis Papa eandem renunciationem non admittendo posset renunciantem in petitorio annullare. h. d. 352.

Epitome.

1 Resignatio etiam non admissa obstat beneficium repetenti.
2 Resignans in manibus habentis facultatem admissa uel non admissa resignatione an amittat titulum & possessionem & de huiusmodi resignatione opponi posset per tertium.
3 Resignationis admissio non confert ius licet admissio permutationis habeat uim collationis.
4 Resignatio de beneficio reseruato in manibus ordinarii tenet licet ipse non possit conferre & ideo resignans non repellitur ab agendo.
5 Resignatio in manibus habentis facultatem admittendi sed nõ conferendi an amittat ius.
6 Resignatio in manibus habentis facultatem cõferrendi sed non admittendi resignationes an ualeat.
7 Resignatio beneficii reseruati non potest admitti per ordinariũ quando resignans est ab eo exemptus.
8 Permutantes quando possint redire propria auctoritate.
9 Regula de publicandis non habet locum in permutatione.
10 Renuntians liti & causæ potest cogi ad respondendum positionibus.
11 Mandatum ad resignandum requirit illa uerba sponte & libere.
12 Cedens liti non fatetur aduersarium ius habere.
13 Regula de publicandis olim locum non habebat si consensus præstabatur post mortem.
14 Consensus non potest præstari post mortem quando procurator ante mortem nihil facit etiam si principalis porrexisset supplicationem.
15 Consensus qui præstatur post mortem dicitur formalis non obstante regula de extendendo consensu.
16 Consensus an possit præstari ante datam supplicationis.
17 Simoniam opponere non potest notarius de instrumento Simoniaco rogatus.

1 ADditio istud summarium est corruptum: dicitur enim hic, ꝙ † si quis resignauit beneficium in manibus habentis facultatem admittendi resignationem, & resignatio huiusmodi non reperiatur admissa, & agat super spolio, ꝙ non potest obtinere: obstante sibi exceptione, istius resignationis: sicut nec etiam posset obtinere in petitorio, quia resignans quantum in eo fuit amisit possessionem: & proprietatem, & ideo sibi obstat sua renunciatio, quæ tamen non præiudicat suo superiori, quo- minus possit illum resignãtem retinere obnoxium, illi beneficio, 2 & sic nota. Primo ex hac dec. ꝙ † resignans admissa uel non admissa resignatione statim facta resignatio in manibus, habẽtis facultatem, amittit titulũ & possessionẽ beneficii uide tamẽ dec. 3. Biseg. & 14. hoc tit. in anti. & p Sar. q. 29. de infir. & Cass. dec. 2. hoc tit. Secũdo nota ꝙ de resignatione huiusmodi põt ẽt opponi ꝑ tertium spoliatorem qui non sit resignatarius ut multi dicunt, quia constat quod in casu isto ille qui opponebat non erat resignatarius sed impetrauerat beneficium tanquam spetialiter reseruatum, & resignatio erat facta in manibus ordinarii ut dicit hæc dec. & erat facta sponte & libere, & sic fine conditione. 3 Tertio nota hic ꝙ † admissio prælati, non confert ius sed est quædam absolutio & dimissio, a sua iurisdictione. Quarto nota ꝙ per resignationem ex causa permutationis & admissionem superioris censetur facta collatio compermutatibus ut hic, & in deci. 1. infra de rerum permu. ideo quod si ex aliqua causa permutantes uellent redire opus est noua collatione & ratio uidetur in promptu quia in casu permutationis narratur coram ordinario quod illi intendunt permutare & admissio isto casu non est aliud quam cuilibet eorum conferre. Concordãtes habes supra decis. 1. & decis. 6. hoc titulo in anti. sentit idem, licet non tam clare, quia nihil dicitur ibi an resignatio fuerit admissa uel collatio,

latio alteri facta,si enim non esset admissa resignatio hic, multũ
dubitarem de ueritate primæ partis,huius dec.quia ut sentit.d.
dec.Biseg.3.hoc titulo,qui resignat in manibus non habentis fa
cultatem non repellitur postea ab agendo, ut late per Cassa.d.
dec.2.hoc titu.& facit.d.dec.14.hoc tit.in anti.col.2.pro quo ẽt
4 uide Fely.in.c.in nostra correl.34.de Rescrip.Et ꝙ† resignatio
de reseruato,in manibus ordinarii teneat licet ipse non possit cõ
ferre,facit dec.Biseg.4.hoc tit.& Cassa.8.de præb.Et hoc casu
si resignans agat non obstat sibi exceptio,ut dicit.d.dec.3.Bise.
quia esset dare de iure tertii & cum istis concordat deci.6.infra
5 de rerum permu.ubi latius dicam. Quando † autem resignatio
fuit facta in manibus habentis tantum facultatem admittendi
resignationẽ non autem conferendi.An ualeat collatio,& an qs
amittat ius suum facit dec.1.hoc titulo in anti.& dec.1.Biseg.
eo.titulo quæ in summario uidetur contraria sed non resoluit.
6 Quando † uero resignatio facta fuit in manibus habentis fa
cultatem conferrendi tantum non tamen habentis facultatem
admittendi resignationes an ualeat,uide dec.5.&.13.eod.titulo
in anti.&.2.Biseg.& facit dec.6.infra eo.in ratione decidendi,
ubi dicit ꝙ iste resignas non amittit titulum licet amittat posses
sionem,pro quibus uide Felyn.in.c.cum Dilecta de Rescript.
nu.65. In priori uero casu quando quis habebat facultatem
admittendi resignationem forte resignans amitteret titulum &
possessionem ex quo ille habebat facultatem destituendi,quam
facultem non habebat ille qui habebat facultatem conferendi
tantum,& sic cessaret contrarium propter.d.decis.3.Biseg.Et
7 † quia aliquæ dec.loquentes de resignatione facta de beneficio
reseruato,in manibus ordinarii dicunt ꝙ talis resignans amittit
etiam titulum,aduerte ꝙ dec.4.Biseg.dicit ꝙ ordinarius potest
admittere resignationem beneficii reseruati nisi resignans esset
exemptus,& eam sequitur Cassa.dec.8.de præbend.Et ideo in
illo casu ex quo quando est exemptus si ille non potuit admitte
re resignationẽ dicitur ꝙ resignans non amisit titulum:Sar.tamẽ
q.29.de infir.res.in fine.facit differentiam circa istam difficulta
tem,an resignatio sit facta in manibus non habentis facultatem
admittendi,uel quando resignatio fuit facta in manibus supe-
rioris,& non fuit admissa uide ibi & hoc sufficiunt quo ad ter-
8 tium notabile de quo supra. Quo † autem ad Quartum no-
tabile uidebis infra de rerum permu. super.d.deci.1.quia ibi est
materia sua,Reperio enim plures dec.contrariantes, licet credã
permutantes posset redire propria auctoritate ad eorum benefi-
cia præsertim si sint uacua,si autem plena sunt, aut alter permu
tantium possidet,& poterit spoliari cum non possit dari de spo-
lio,sine titulo colorato,aut possessio est occupata,a tertio & nul-
li dubium ꝙ tunc tu non poteris ingredi propria auctoritate,illũ
tertium spoliando,ut in terminis sentit d. dec.1.uide tamen ad
hoc Sar.q.24.de trienn.Et ad materiam uide eundem.q.3.de
publicandis ubi late examinat.q.an illa regula loquens de resi-
gnatione habeat locum in illa quæ fit ex cã permutationis, licet
9 non soluat illã difficultatem prout ẽt non resoluit an † regula il
la procedat in permutatione,licet postea resolutum fuerit eã non
☞ 76 procedere in una † Florẽtina parrochialis de Pidriolo coram
domino de Thanis & prius corã domino Marsicano in una Se
gobien.prædicta. Tamen aduerte ꝙ hodie raro eueniet casus
de quo supra quia semper resignationes fiunt cũ illa clausula,
& non aliter nec alio modo,& sic non abdicatur ius a resignante
nisi perfecta resignatione ut fuit dictum super dec.1.supra eo.ꝑ
quo facit dec.3.Cass.hoc tit.ut ultima eiusdem de cõces.præb.
10 Et adde ꝙ† renuncians liti & causæ tenetur ad instantiam partis
positionibus & articulis respondere,ut in deci.40.de testibus in
11 anti.Et aduerte ꝙ† in mandato ad resignandum satis operantur
illa uerba sponte & libere,propter istam dec. quam quo ad hoc
sequitur Staph.fol.66.& in alia impress.55.Et ad hanc mate-
riam uide Fel.in.c.ecclesia sanctæ Mariæ de const.q.13.& in
c.si uero de iureiu.& dicit Fely.in.c.olim de Rescrip.num.15.
12 ꝙ cedens liti licet non possit amplius agere tamen ꝑꝑ hoc nõ ui
detur fateri aduersariũ ius habere,& in.c.Capitulũ de Rescri.
nu.39.dicit ꝙ renuntians instrumento debiti non uidetur renun
tiare debito.Et an renuntians cũ pacto ꝙ sibi reseruetur pensio,
cõmittat simoniã uide Fely.in.c.ad audientiã el.2.de Res.& ha
bes infra de simonia ubi de resignatione facta in fauorem certæ
ꝑsonæ,& an possit renunciari cessioni bonorũ habes deci.4.hoc
titulo in anti.& Fel.in.c.si diligenti de fo.cõp.& infra de re iu-
di.dec.32.& per Fel.in.c.ex parte de iure iur. Cassa.in hoc tit.
ponit satis notabiles dec.quas,per te uidere poteris,& præsertim
dum loquitur de bulla Alexandrina,cuius occasione per Pau-
lum.III.edita fuit noua regula,ad tollendas excogitatas frau
des:quia multi porrigebant supplicationes ad signandum & ex
pectabant mortem resignantium & tunc præstabant consensum
eo mortuo,etiam post longissimum tempus,& quia fuit alias in
13 Rota resolutum ꝙ† regula de publicandis non habebat locum
☞ 77 quando consensus præstabatur post mortem,in una * Sego-
biẽ.beneficii de Villa Castri corã Domino Reomano,& multi
etiam ad eludendum dictã regulam de publicandis resignabãt
ex cã permutationis,ideo per.d.regulã Papa uoluit ꝙ tẽpus pu
blicãdi inciperet a die porrecte & signate supplicationis ꝑut ho
die uult regula.S.D.N.Iulii.iij.bullæ & in materia dictæ bul-
☞ 78 læ Alexãdrine fuit resolutũ in una * Palentina scolastrie,pri
14 mo corã D.de Puteo, & demũ corã Domino Vestano ꝙ† licet
sufficiat ante mortẽ fuisse factũ aliquem actũ per procuratorẽ,
ut res non sit integra & possit prosequi post mortem,tamen non
sufficit supplicationem fuisse porrectam per principalem,& po-
stea præstitum fuisse consensum per procuratore:quia quo ad
☞ 79 eum et res dicitur integra.Et alias in * causa Tolletan.parro-
15 chialis de Xetaffe coram domino Rauellen.tentum fuit ꝙ† cõ
sensus qui præstatur per porrectionẽ,dicitur formalis non obstã-
te,regula de extendẽdo consensu infra.15.dies quæ nõ intelligi
tur de isto cõsensu.Et aduerte dum Cassa.super.d.dec.2.loqui
tur de duobus consensibus:ꝙ Sar.q.29.de infir.dicit ꝙ tempus
incipit a primo consensu,licet forte hodie esset secus propter re-
gulam ꝙ illud uerbũ hodie operetur.Et dum Cassa.dec.3.hoc
16 titulo dicit ꝙ † consensus præstatur etiam ante datam supplica
tionis aduerte quia notarii nolunt extendere consensum nisi sit
præstitus post datam,uel eodem tempore,& interrogaui aliquos
in quo sit fundatus eorũ stilus,& nesciuerunt aliter respondere,
nisi ꝙ uidemus regulam de infirmis & primã regulam de publi
candis ubi tempus incipit a die præstiti consensus, qui si posset
ante præstari homines solicitarent nimis consentire, & tandem
firmant se in stilo prout etiam nesciunt de aliis multis:in casu ta
men Cassad.erat ut opinor facta resignatio penes aliquem No
tarium coram testibus ante supplicationem:sed litere in uim ta-
lis instrumenti non potuissent expediri:quia Abbreuiatores nec
Sumista illas relaxarent nisi uiso tali consensu a tergo manu
Notarii cameræ uel Cancellariæ,ratio tamen quia consensus
non capiuntur per Notarios ante data est iuditio meo quia nun
quam fiunt resignationes libere,sed in fauorem certæ ꝑsonæ,&
essent simoniace ante datã,& ideo Notarii ẽt puniri possent iu-
xta constitutionẽ extrauagantem cum detestande, præsertim si
17 non reuelarent,prout etiam † Notarius de tali instrumento roga
tus non posset opponere de simonia ut resolutum fuit in una
☞ 80 * Tolletan.parrochialis del pedreto coram Domino Vesta
no & ad superius dicta uide omnino Silua.in tract.de beneficio
q.32.tertiæ partis qui late examinat materiam istam.

V.

Summarium.

Resignatio metu facta,uenit rescindenda,quæ tunc est nulla quã-
do per præsidentem iurisdictioni est extorta,h.d.uel sic, quæ me
tu fiunt ualent & tenent,donec per prætorem rescindantur,præ-
terquam matrimonium carnale,& spirituale, ac renunciatio per
habentem iurisdictionem secularem extorta,quæ sunt nulla ip-
so facto,uel sic,renunciatio per metum facta de beneficio non
est ipso iure nulla,sed officio iudicis uenit rescidenda,h.d.374.

Epitome.

1 Resignatio metu facta tenet licet ueniat rescindenda.
2 Resignatio in articulo mortis uel si domino meo placuerit facta an ualeat.
3 Resignatio facta metu Regis est nulla.

1 ADditio,teneas ultimum summarium † quia regulariter
facta metu tenent,licet dentur plures Falen.de quibus
per doc.hic allegati.Ad istam dec.facit dec.7.infra eo.
& dec.2.de hiis quæ ui & metu.in anti.& late per Sar.q.10.de
infir.ubi etiam de resignatione facta per iram,& per Felyn.in.c.
ecclesia sanctæ Mariæ de consti.nu.127.& in.c.si uero de iure
iuran.facit ad hoc dec.1.Biseg.hoc titulo circa finem.Et an ua
2 leat † resignatio facta in articulo mortis habes per Fely.in.c.pa-
storalis.§.præterea.de officio ordi.in secunda declaratione.Et
an ualeat resignatio si domino meo placuerit,habes dec.ultimã
Biseg.hoc titulo & per Felyn.in.c.cum contingat de iureiur.
☞ 81 Et ista dec.nostra fuit canonizata in una * Cracouien,cano

nicatus & præbend. coram Domino Rauellen. ubi domini uo-
3 luerunt † cessionem factã metu Regis esse nullam per iura in fine huius dec. allegata & probato metu admiserunt partem, ad prosecutionem executorialium. Quibus adde Staphi. in. 3. parte dum tractat de uariis modis uacan. fol. 66. & alia impress. 5

VI.

Summarium.

Episcopus conferens beneficium in aliena diocesi non potest illius permutationi auctorizare, nec alia facere nisi competat ex priuilegio uel consuetudine, h. d. uel sic, permutatio beneficii, expediẽda est per episcopum, in cuius diocesi situm est beneficium non illius ad cuius collationem pertinet. 498.

Epitome.

1 Resignatio admitti non potest ab eo, qui habet tantum facultatem conferrendi.
2 Collatio beneficii alterius diocesis uniti beneficio mee diocesi ad me dicitur spectare.

1 ADditio, istud summarium nihil ualet: † dicitur enim hic quod habens collationem seu ius conferrendi iure spetiali, puta quia acquisiuit ius conferrendi, ex præscriptione, uel consuetudine aut priuilegio in aliena diocesi, non potest admittere resignationem, etiam ex causa pmutationis, quia aliud est destituere aliud conferre: Imo sunt penitus diuersa, & tantum dicitur possessum quantum præscriptum, pro ista deci. facit deci. 13. &. 15. hoc titulo in antiq. ubi dicitur quod qui potest conferre nõ potest etiam resignationem admittere: & plus dicit deci. Biseg. eod. titulo secunda quod etiam habens facultatem conferrendi beneficia uacantia per resignationem non potest ipsam resignationem admittere, & omnes fere decis. Biseg. hoc titulo tendunt ad hoc & de illis fuit dictum supra decis. 1. uide ad hoc Felyn. in. c. cum auditis de præscrip. nume. 18. & in. c. cum dilecta de Rescrip. num. 65. ubi ponit plura exempta, & uide Staph. dum tractat de uar. mod. uac. tertia parte fol. 69. secunda facie in fine. & in alia impr. fol. 57. Et hic applicari po-
82 test ꝙ fuit decisum in una † Vrbinatẽ. Forosemproniẽsis unio-
2 nis, ubi quod † collatio beneficii alterius diocesi uniti ad beneficium meæ diocesi ad me spectare debet, nec teneor requirere cõsensum alterius Episcopi quando unum est unitum alteri tanquam capiti secus forte si essent inuicem unita, uel eque principaliter iuxta doctrina Zabarelle & Egi. in. c. ij. de relli. do. & nota. per Caccialup. in trac. pensionum. 8. arti. principali. uer. xvj. quæro quid dicat Petrus de Perusio in tract. unionum cap. 10. in fine, qui potest saluari in unione non transfusiua.

VII.

Summarium.

Non ualet resignatio beneficii propter liberationem fratrs de carceribus. 460. alias. 463.

Epitome.

1 Resignatio facta propter liberationem fratris de carceribus uenit cassanda.

1 ADditio hæc † deci. fundatur in iusto metu. & dicit quod ideo est quia contumelia illata fratri meo dicitur mihi illata, & ideo resignatio ista etiam iurata, uel propter timorem dimisionis patrimonii erit meticulosa & sic nulla nõ tamen ipso iure sed uenit cassanda ut dicitur in decisione ideo dũ in summario dicitur non ualet dicas, cassanda uenit, pro clariori intelligentia pro quibus faciunt dicta super decis. 5. supra eo. & not. per Felyn. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. nume. 126. & sequenti & in. c. causam matrimonii de officio dele.

VIII.

Summarium.

Si monasterium ad quod parrochialis ecclesia pertinet in spiritualibus, & temporalibus, & etiam Monachi curam Animarum habentes, præsentant Episcopo clericum secularem, per ipsius mortem, potest dicta ecclesia tanquam uacans impetrari. 421. alias. 474.

Epitome.

1 Beneficium dicitur uacare per obitum Vicarii dẽputati ad seruiendum beneficio unito monasterio.

1 ADditio hæc † dec. est repetita infra de iure pa. dec. 12. uide ibi quia per errorem fuit hic posita, & ideo non habet summarium licet ibi sumetur, ut supra, & satis intricate, ut uides, & uide similem per Egi. dec. 706. & de materia ui de infra de præben. super dec. 23. quæ allegatur per istam deci. dum dicit, ut supra conclusione. 4. præcedenti.

DE SVP. NEGL. PRÆL.

I.

Summarium.

Si Archiepiscopus legatus natus, fuerit negligens infra semestre tẽpus, conferre beneficia uacantia, non habebit aliud semestre tempus tanquam legatus, cum utraq; potestas in collatione concurrere possit, & inferior non supplet defectum superioris, licet capitulum negligentiam sui episcopi suppleat, uel sic, legatus natus non habet duo semestria quia tunc legatus concurrit cum ordinario. 313.

Epitome.

1 Deuolutio si fiat ad Archiepiscopum, etiam legatum habet tantum sex menses ad conferendum.
2 Deuolutio uariis modis fit ob negligentiam ut hic.
3 Deuolutio fit post famam uacationis si non sit uaga.
4 Deuolutio fit ad Episcopum negligente capitulo deinde ad Archiepiscopum & Papam.
5 Legati nati non habent nisi sex menses ad conferendum deuoluta.
6 Deuolutione facta de capitulo ad Episcopum Legatus non concurrit cum episcopo quia potuit conferre in sex mensibus capituli.
7 Deuolutione facta de capitulo ad episcopum, & postea ad Papam Legatus concurrit cum Papa.
8 Legatus concurrit cum Papa etiam in deuolutis.
9 Legatus natus potest adiri per quærellam.
10 Iudex qui cum pluribus aliis iudicauit potest cognoscere in secunda instantia.

1 ADditio summarium istud parum ualet † dubitatur enim hic ex quo capitulum neglexit, per sex menses, conferre beneficium spectans ad eius collationem duntaxat adeo ꝙ collatio deuoluebatur ad Archiepiscopum eiusdem diocesis eorum imediatum superiorem qui ẽt erat legatus natus, an iste debeat habere sex menses tanquam Archiepiscopus, & sex tanquã legatus, & deciditur ꝙ sibi sufficiunt sex menses ad istã dec. uide omnino Ioan. de Silua. in tract. de bene. secunda parte q. 3. ubi late de auctoritate legatorũ & in. q. 63. &. 64. tertia parte, & pragmaticam Sanc. in titulo de collatione. in uerbo respectiue & in uerbo legatorũ fol. 86. facit ad hanc materiã dec. unica eo. tit. in ant. &. 1. Bise. ubi dicit ꝙ † negligente Abbate, uel inferiore prælato conferre, non deuoluit facultas conferendi, capitulo, uel aliis inferioribus, sed episcopo ut dicit Eg. dec. 426. ꝙ p negligẽtiã epi in prouidendo, iure deuoluto, nõ succedit capitulũ sed suus superior immediatus & idẽ in cõfirmatione & institutione, de quo uide late p Fel. in. c. irrefragabili de officio ordi. & uide dec. Cass. 8. de præb. ubi late tractat hanc materiã & aliquid p Fel. in. c. edoceri de Res. & in. c. uerũ de foro. cõpe. & facit. dec. 1. de elect. in ant. ubi dicit, ꝙ tẽpus cõferẽdi currit Epo a tpe renũciationis, & ratihabitionis, & idẽ dicit Cass. dec. 2. de re-
3 nũ. in fin. p quo facit dec. Eg. 660. ubi ꝙ † pbat satis deuolutio si erat

erat publica fama, ꝙ impetrans contraxit matrimonium fama tamen quælibet non sufficit, ut dictum fuit in una eugubina coram domino de sancta cruce ubi propter certam famam consanguinei assumpserunt uestes lugubres postea audito quod ille non obierat ceperant dubitare & miserant ad partes germaniæ pro habẽda ueritate & ꝓpterea dictum fuit quod ordinarius nõ poterat de negligenda notari & de materia negligentiæ, uide per Sar.q.28. de triennali ubi ponit infinitos casus negligentiæ.

Esset hic latius tractanda materia deuolutionis collationis uidelicet quando deuoluatur ad inferiores ob negligentiam episcopi, & quando de capitulo ad episcopum, & de episcopo ad Archiepiscopum, sed non intendo amplius examinare materias ut feci supra: sed breuiter ponere concordantes & discordantes ac applicare aliquas nouas decisiones & colligere notabilia aliqua pro clariori intelligentia quia tempus audientiarum appropinquatur & istis tunc uacare non potero, uideas per te in lo
4 cis ordinariis. Nota primo ex ista dec. ꝙ † in spectantibus ad collationem solius capituli uel alicuius inferioris episcopo, si isti negligant per sex menses collatio deuoluitur ad episcopum, qui habet alios sex menses infra quos si episcopus non confert deuoluitur collatio ad Archiepiscopum: & Archiepiscopo infra sex menses non conferente, deuoluitur ad Papam: in spectantibus uero ad collationem Episcopi tantum collatio deuoluitur ad Archiepiscopum deinde ad Papam, ut etiam habetur & notatur in.c.2. de concess. præb. & ad hoc facit deci. Biseg.1. hoc titulo ubi, ꝙ negligente Abbate, nõ deuoluitur. Ad Monachos,
5 uel canonicos regulares. Secundo nota ꝙ licet † legati nati ut iste Eboracen. Cantuarien. Ramen. & Pisanus sint legati nati & possint suam iurisdictionem exercere, in diocesibus suffraganeorum suorum, & tota prouincia ut habetur in.c.1. de off. legati.lib.vj. & in.c.j. extra de appell. tamen ipsi non possunt, conferre beneficia, ad collationem inferiorum spectantia, nisi postquã propter eorum negligentiã, ad eos deuoluatur collatio. Quo casu, etiam, ꝙ fungantur duplici officio uidelicet Archiepiscopi & legati, non tamen habent nisi unũ semestre ut supra & in.d.c.j. de officio lega.in.6. Tertio nota & aduerte, ꝙ ista dec. Intrat de una spetie legatorum ad aliam, & sic confundit mentem legentium, postquam enim dixit de legato nato incipit dicere de legato de latere, in uers. nam legatus, ex quo uers. nota ꝙ licet
6 † legatus de latere concurrat cum quolibet ordinario, & possit conferre eodem tempore, prout etiam Papa concurrit: adeo ꝙ collatio illius qui primo contulit est præferenda: tamen dicitur hic ꝙ si legatus stetit in isto concursu cum inferiore, per sex menses, puta cum Capitulo ad cuius collationem spectabat beneficium, ꝙ huic legato pariter imputatur negligentia si non cõtulit infra illos sex menses, adeo ꝙ cum post illos deuoluta sit collatio ad episcopũ, ipse non poterit tunc concurrere cum episcopo, licet sit eius superior, per iura hic allegata, sed dubitari pos
7 set an † lapsis sex mensibus competentibus episcopo, & facta deuolutione, ad papam, legatus qui fuit negligens, possit concurrere cum Papa, & credere ꝙ non, argumento prædictorũ quia si nõ concurrit cum episcopo ꝓp negligentiam suã præteritam, nõ debet concurrere cum Papa, tamen uide gl.in.c.j. de off. legati lib.vj. quæ uidetur dicere contrariũ & doc.in.c. uenerabilis de præbend. & considera si eorum dicta possint intelligi non data aliqua negligentia legati, prout in casu.d.c. uenerabilis ubi inuenit beneficium uacasse per tantum tempus tamen non dicitur ꝙ primis sex mensibus quibus uacauit ipse fuerit præsens, & sic negligens, quia concurrebat cũ episcopo, dicit tamẽ Io. de Silua in
8 d.q.64. tertie partis ꝙ licet † legato currat tempus Lateranen. concilii, sicut ordinariis tamen ꝙ poterit conferre, donec prælatus suæ legationis iure proprio, uel deuoluto, põt cõferre, sed post quã deuoluta esset collatio ad prælatũ, extra suam legationem ex sua & aliorũ inferiorũ negligentia, tunc conferre non poterit nisi ultimate deuolueretur ad Papã, q tũc poterit, cogita de ueritate qa ualde dubito ꝓp rõnem de qua supra, & uide Fel.in.d.c. Irrefragabili & infra de officio legati dec.3. ubi ꝙ legatus cõfert deuoluta sed non reseruata. Nã legato sicut ordinario currunt tẽpora Lateranen. concilii ut not.in.d.c.ij. de concess. præben.

Quarto nota in uers. præterea licet ꝙ dec. reuertitur ad materiã
9 legati nati, & dicit ꝙ licet iste † legatus sit superior quo ad alios ita ꝙ põt adiri per querellã, & appellationẽ tamẽ nõ est superior sui ipsius. Quinto nota hic unum ꝙ facit ad dominos meos
10 ꝙ † licet unus cum pluribus iudicauerit, ad eũ ẽt appellari, & ipse solus cognoscere potest, quod tamen secus est, quando solus processit, nisi de partium consensu ut sæpe accidit in sacro Rotæ Auditorio, ubi partes propter integritatem Dominorum consentiunt ut idem ꝙ pronunciauit cognoscat in prima secunda & tertia instantia sperantes talia de nouo probare ꝙ sentẽtiam suã reuocabit. Qui sint legati nati qui missi, & qui de latere, habes in.d.c.j. de off. lega. lib.vj. & infra titulo suo latius dicam.

DE FILIIS PRÆSBIT.

I.

Summarium.

Dispensatio obtinendi beneficium extenditur ad primum & unicum beneficium, uel sic dispensatus super beneficio obtinendo, non potest illud permutare, cum alio nisi hoc sibi spetialiter concedatur.h.d. 339.

Epitome.

1 Dispensatus ut possit obtinere unum beneficium si dimittit illud non potest aliud loco illius obtinere.
2 Permutatione nulla existente an partes possint propria auctoritate redire ad sua beneficia.
3 Dispensationum plures casus.

Additio, in hac dec. dubitatur de duobus, licet in summa
1 rio, non fiat mentio nisi, de primo dubio. primum † enim dubium est an illegitimus qui obtinuit secum dispẽsari ut possit obtinere unum beneficiũ, eo obtento, possit permutãdo cũ alio, aliud obtinere dimissio primo, & deciditur ꝙ non, iuxta tex.in.c.j eo tit.in.6. & in.c. non põt.§.j. de præb. eo lib. Et cum ista concordat Egi.756. Et late materiam examinat Fely.in.c. fi. de tre. & pace. & Ias.in.l. diuortio.§.ꝙ in anno.ff. solu. ma.
2 Secundum † dubiũ est, an si nulla sit prout est permutatio, partes possint redire ad sua beneficia, propria auctoritate, & de hoc, uide infra de rerum per. dec.1. & .3. Et ad materiam dispensationis de qua hic tractatur, principaliter uide an dispensatus ad sacros ordines, intelligatur etiam dispensatus ad beneficia curata. Et de materia extensionis & connexitatis, uide Fely.in.c. at si clerici de iudi.in.§. de adulteriis, & in.c. præterea de off. dele. & in.c.fin. de treg. & pace. & ad materiam uide etiam Staph. fol.44.47. & .70. & in alia impre. fol.34.44.58. & habes in prag. sanc. fol.105. in titulo de colla. super gl. in uerbo consecrati, ubi
3 † ꝙ non uacant beneficia, non promoti si obtinuit prorogationẽ temporis, etiam non facta mentione de aliis beneficiis, & ꝙ dispensatus ad duo intelligitur dispensatus de non residendo. Et ꝙ minor dispensatus ad curata, intelligitur dispensatus ut nõ teneatur promoueri infra annum, & an in dispensatione sit fienda mẽtio de qualitate aggrauante, & an in impetratione beneficiorũ debeat fieri mẽtio, de dispẽsatione obtẽta: uide dec.2. & .3. in ant. hoc titulo, & uide dec.1. de præb. in anti. ubi habens facultatem nominandi non potest nisi semel nominare etiam si nominatus renunciaret.

II.

Summarium.

Dispensatus per episcopum super illegitimitate non potest recipere præbẽdis ecclesiæ cathedrales uel sic dispensatio episcopi cũ illegitimo, non extenditur ad cathedralem, & præben.h.d. 136.

Epitome.

1 Dispensatio episcopi cum illegitimo non extruditur ad cathedralem.
2 Dispensantur illegitimi ad unum curatum per penitentiariam.
3 Dispensatio secunda non debet facere mentionem de prima nisi tendunt ad diuersum finem.
4 Dispensatus sufficienter præsumitur qui fuit tolleratus longo tempore.
5 Clericatus antecessoris probatur ex reputatione per triennium.
6 Dispensatio antecessoris quæ allegatur subreptitia præsumitur bona si per triennium fuit tolleratus.
7 Dispensatio facta per illum qui communiter reputabatur habere facultatem ualet licet facultatem non haberet.
8 Mandatum de dispensando non habet uim dispensationis.
9 Dispensatio cum uerbis exuberantibus & oratione uniuersali comprehendit præbenda cathedralis ecclesiæ.

10 Indultum conferrendis quæcunque ét beneficia obtinentibus operatur ꝙ possit conferri etiam habenti duas parrochiales & etiam episcopatum.

11 Clericatus illegitimi etiam probatur per famam coadiuuatam aliquibus coniecturis.

12 Clericatus illegitimi probatur per literas promotionis ad diaconatum etiam si detur ꝙ illi ordo non fuit collatus a proprio episcopo.

13 Mandatum seu gratia ad beneficium an capiat canonicatum in collegiata.

1 ADditio, ultra summarium de quo supra. Nota etiam ꝙ hic dicitur † ꝙ in dispensationibus, & priuilegiis nõ procedit illa regula, de quo magis ergo de quo minus, nisi minus sub maiori necessario includeretur, ut in dispensatione, ꝙ illegitimus promoueatur in episcopũ: quia necessario censetur si bi concessum ut possit promoueri ad minores seu inferiores ordines: De materia istius dec. fuit dict um in præcedenti, uide tamẽ omnino Siluan. in tract. de benefi. q. 61. in tertia parte ubi concludit episcopum posse dispensare cum illegitimo ad canonicatum in cathedrali: sed Fely. in. c. postulasti de Rescrip. conclusione secunda nu. 24. ponit regulam cum quattuor Fallen. & ibi sentit ꝙ episcopus non possit dispensare cum illegitimo super

2 tali præbenda. sed solum super simplicibus beneficiis. Tamẽ † sacra penitentiaria quotidie passim concedit illegitimis gratiam quæ dicitur in prima forma, ut possint ad primum ordinem a quocunq; catholico antistite promoueri, & unum beneficium ẽt cui cura immineat animarum obtinere, ut super dum essem sacræ pœnitẽtiariæ procurator sepe expediebam, & uide Latius per eundem Fely. in. c. in nostra correl. 39. ubi etiam ponit regulam cum septem falentiis & allegat dec. 35. de conces. præb. in anti. & dec. 8. infra eo. titulo in fine, & Fastoli. dubio. 44. quẽ uideas per te. Et in materia dispensationis facit ꝙ fuit resolutum in

84 una * Leodien. Decanatus coram. d. Rauellen. ubi † ꝙ licet

3 regulariter in secunda dispensatione sit fienda mentio de prima, id procedit quando dispensationes tendunt ad diuersum finem, & fuerunt obtente propter diuersa, secus si ad unum & eundem finem tendant, quia cum una sufficiat, non est necesse facere mẽtionem de alia, pro quo facit tex. in. c. ij. hoc titulo in. 6. & dec. 3. hoc titulo in anti. et facit ad materiam dispensationis alia dec.

85 * facta in causa Gadicen. pensionis, coram domino Vestano.

4 ubi ꝙ † dispensatio præsumitur bona si quis fuit per xxx. annos

86 reputatus pro dispensato, immo ꝙ plus est in una * Placenti

5 na canonicatus & præbenda Domini tenuerunt etiam † in probando clericatu auctoris ꝙ sufficiat probare ꝙ per triennium fuit

87 reputatus pro clerico, & fuit ẽt resolutũ in eadẽ causa * ꝙ post

6 triennium, etiam † si daretur de surreptione dispensationis factæ, cum antecessore illegitimo, non arctatur quis ad probãdum uel uerificandũ dispensationẽ, & omnia fundabãtur in allega. Lapi. 89. Et in materia dispensationis, facit alia resolutio facta in alia

88 cã * ꝙ † dispensatio facta per illum qui communiter reputa-

7 batur habere facultatẽ super matrimonio: Valet licet facultatẽ

89 non haberet, per consi. Ancha. 409. in fine: in qua causa * etiã

8 fuit tentum † mandatum de dispensando non habere uim dispẽsationis contra doc. Io. And. in. c. literas de resti. spo. quæ solet

9 ad hoc allegari & quia etiam dicitur in hac dec. ꝙ † si Papa dispensando dicat ꝙ possit obtinere beneficia quæcunq; tunc, qa huiusmodi dispensatio est exuberans, ueniunt præbendæ in cathedralibus. adde Sar. q. 3. regulæ de Annali. ubi ꝙ stante tali uerbo uniuersali, homicide, & alii possent obtinere. Pro quo fa-

90 cit resolutio facta * in causa Salamantina de Azarem, corã

10 Tollomeo, ubi † ꝙ habens facultatẽ conferendi personis quæcunque quotcunq; & qualiacunq; beneficia obtinentibus, potest conferre etiam habenti duas parrochiales, non facta mentione de eis, quod facit pro indultis Cardinalium & ideo fuit dictũ

91 in una * Paduana beneficiorum coram. D. de Puteo inter Reuerendiss. Cardinalem Pisanũ, & Episcopũ Forosempronienfis ꝙ ualebant collatio facta episcopo, per ipsum Cardinalem. Et ad illud quod dixi supra, circa probationem clericatus facit,

92 alia dec. * facta in eadem cã Leodien. decanatus, ubi † licet se

11 cundum Bise. dec. 2. de proba. præsumptio sit contra illegitimũ, & propterea teneatur regulariter ostendere literas dispensationis tamen concurrentibus aliquibus coniecturis cũ fama, sufficit:

93 Immo fuit tẽtum in una * Astorice. parrochialis sancti Bria

12 ni ꝙ † habilitates illegitimi probantur per diaconatum; etiã ꝙ nõ fuerit promotus a proprio episcopo, sed per alium dicentẽ habe rẽ facultatẽ a proprio episcopo pro quo uide Egi. de. 76. in fine. Et ad materiã huius dec. uide Staph. fol. 60. & in alia impress. fol. 51. ubi inuit præmissa non procedere in canonicatibus collegiatarum ut in dec. 62. de Rescrip. in anti. ubi id dicitur ad literã, licet postea sequatur opi. Arch. cõtrariam. In materiis tum nõ odiosis bene uenirent ut habes in antiq. dec. 9. de off. Vica. & . 2. Biseg. eo. titu. ubi ꝙ data Vicario facultate conferendi beneficia, potest cõferre, dignitates pro quo, uide Fel. in. d. c. postulasti nu. 59. & in. c. cum causam de Rescrip. nu. 52.

DE BIGAMIS.

I.

Summarium.

Bigamus ordinatus, caracterem recipit sed executione caret, cum quo Papa dispensare potest, de absoluta potestate, & iuridica, cum Papa maior sit apostolo. h. d. 445. alias. 447.

Epitome.

1 Bigamus ordinatus caracterem recipit sed non executionem.
2 Bigamia uera quæ dicatur.
3 Bigamia interpretatiua quæ sit.
4 Bigamia similitudinaria quæ sit.
5 Bigamus siue uerus siue interpretatiuus non potest promoueri ad ordines sine dispensatione.
6 Bigamus dispensatur per papam ut hic.
7 Bigamia fuit inducta per apostolum.
8 Bigamus recipit caracterem & cũ eo aliquãdo dispensat Epus.
9 Papa est maior apostolo & potest derogare dicti apostolorum licet non debeat.
10 Episcoporum auctoritas remissiue.
11 Ignorantia excusat ad obtinendum dispensationem.
12 Bigami intrantes religionem dispensantur.

1 ADditio, ista † dec. non habet cõcordantes nec discordantes, sed quia summariũ non cõprehendit omnia: de qui-

2 bus in corpore dec. ideo. Nota primo ꝙ † Bigamia contrahitur triplici mõ & qnq; modis secũdũ aliquos primo quãdo quis cũ uidua, uel corrupta cõtraxit, & cõsumauit matrimoniũ, ualide, uel diuersis tẽporibus habuit duas uxores, ẽt ante nõ cor-

3 ruptas, & ista dicitur uera bigamia. Secundo † dicitur bigamia interpretatiua, ut cũ habens uxorẽ, cõtrahit cũ alia de fa-

4 cto, & sic matrimoniũ scđum nõ tenet. Tertio † dicitẽ similitudinaria, ut quando monachus, uel monialis professa, matrimoniũ cõtrahit de facto, & de hac spetie sentit decis. nostra, dũ allegat glo. aureã in. c. sup eo. de bigamis: licet litera ibi deficiat quia nõ allegat titulũ, q̃ tamen glo. nõ sufficit nisi iuncto tex. & glo. in. c. nup. eodẽ titu. & uide dictã glo. quia ponũtur in ea quinq; modi contrahendi bigamiã. Secundo nota ex ista dec. ꝙ † siue quis sit

5 uerus, siue interpretatiuus bigamus, non põt sine dispensatione ad ordines promoueri. Tertio nota, ꝙ † Papa de ordinaria pote-

6 state, dispensat cũ. bigamo, interpretatiuo ꝙ possit in susceptis ordinibus ministrare. In uero autem bigamo de absoluta, & plenaria potestate tantum dispensat, non tamen dispensat ad suscipiendum ordines secundum opi. aliquorum in uera bigamia,

7 sed in interpretatiua tantum. Quarto nota † bigamiam esse inductam per Apostolũ, nec est de essentialibus ordinis, quẽ non

8 debere esse bigamum, & propterea † bigamus, caracterem recipit sicut & infans, & ideo scđum aliquos, ẽt episcopus dispensat ꝙ possit ordinari: & concedit ꝙ possit ministrare in minoribus.

9 Quinto nota ꝙ † Papa est maior Apostolo, & potest derogare, dictis Apostolorũ, tamẽ debet abstinere, qa licet sit solutus legibus, decet tamẽ cũ legibus uiuere, & pp̄terea nũq̃ uel raro dispẽsat, ꝙ bigamus possit ordinari, cõcedit tamẽ ꝙ possit gaudere priuilegiis clericorũ nõ obstãte bigamia, prout ẽt concedit sacra pœ

10 nitentiaria & crederem etiam id ordinarios facere posse, † de quorũ potestate uide Io. de Silua. in trac. de benefi. ubi ponit 170. casus in qbus ordinarius põt pcedere, & uide Fely. late in. c. fi. de maio. & obe. ubi late ponit multos casus de iure diuino. in qbus

11 Papa dispẽsat. Vltimo nota ꝙ † ignorãtia satis excusat saltẽ ad obtinẽdũ dispẽsationẽ, & tũc daretur ẽt de promouẽdo soluta,

12 tamen cõpositione, prout † datur uolẽtibus, ingredi religionẽ & p sacra penitẽtiariã cõceditur, ꝙ nõ obstãte ꝙ qs fuerit homicida uoluntarius possit (intrãdo religionẽ in altaris ministerio.) celebrare, de quibus ẽt uide aliqualiter, per Fely. in. c. cũ deputati. de iudi. in. j. col. & aliquid per Staph. fol. 75. & . 196. in fi. & in alia impress. fol. 60. & . 144. & de materia bigamia uide pulchre in Summa angelica in uerbo Bigamia.

DE

DE OFF. VICARII.

I.

Summarium.

Probatio facultatis & iurisdictionis officialium ordinariorum ac etiam per eosdem officiales actorum, & gestorum non est necessaria, nisi per partem aduersam negetur potestas quia tunc probatur per communem reputationem, in partibus. 47.

Epitome.

1 Vicarii seu officialis potestas præsumitur in hiis in quibus non requiritur facultas spetialis.
2 Vicarius habet ordinariam.
3 Vicarius substitutus a Vicario habente facultatem substituendi potest exequi commissa Vicario substituenti.
4 Vicarius mortuo episcopo potest ante notitiam conferre.
5 Vicarii facultas ac priuilegia plura uide hic.
6 Vicarii non recusantur sed dantur ei adiuncti.
7 Vicarii facultas præsumitur quando pronuntiauit.

1 Additio, cum ista † dec. concordat deci. 5. de off. ordi. in anti. & Egi. 402. & in proposito facit dec. Egi. 134. ubi ꝙ etiam habilitates impetrantium præsumuntur, si non sint negate, præmissa intellige procedere in gestis, per Vicarium quo ad ea, quæ solent concedi Vicariis, & quæ possunt ipsi sua ordinaria facultate & in hiis in quibus non requiritur spetialis fa-
2 cultas: Nam † Vicarius habet ordinariam, ut per Fely. in Rub. de off. dele. & ad hoc facit quod dicitur de delegato ꝙ ei statur in concernentibus ordinariam iurisdictionem, ut per Gas. de Perusia in trac. reser. fol. 19. q. 10. uers. quæ autem beneficia & facit
94 ad materiam istam, quod fuit * decisum in causa Ceneten. canonicatus & præbende, coram domino Vestano ubi † ꝙ sub-
3 stitutus a Vicario episcopi habente facultatem substituendi potest exequi cōmissa Vicario substituenti. Et ꝙ incepta per substitutū, possunt, pfici p substituētē sed quia dubitabatur an ille qui deputauit Vicariū eēt episcopus, uel haberet tātū reseruatos fructus, sine administratione, & de hoc opponebatur, fuit resolutū, ꝙ hoc debebat probari secus si negatū non fuisset in termino ad di-
95 cendū contra, & in eadē causa & postea ēt in causa * Licien. Canonicatas & præbendi coram domino Antonio Augustino
4 fuit resolutum ꝙ † Vicarius potuerit mortuo episcopo ante notitiam conferre, ut per Cal. in consi. 4. de off. dele. Et quid possit
5 † Vicarius datus a capitulo sede uacante, uide Fely. in. c. eam te de Resc. Et de materia Vicarii perpetui, in aliqua ecclesia uide per Fel. in. c. postulasti de Rescri. & in. c. g. perpetuus de of fi. dele. Et ꝙ Vicarius procedit archidiaconum habes per Fely. in Rub. de maio. & obe. & per Staph. in secunda parte de modo & forma impetrandi uers. ij. dubitatur fol. 58. & in alia impr. 47. Et an si sit constitutus. Vicarius cum iuramento de non reuocando possit reuocari. Idem Felyn. in. c. si diligenti de foro. compe. nu. 44. Et nota ꝙ Vicarius potest esse iudex in causa sui episcopi, ꝙ sæpe accidit, ut per Fely. in. c. cum uenissent de iudi. nu. 11. Et an successor in officio possit cognoscere causas ceptas, per prædecessorem, habes per Fely. in. c. queniam abbas de off. dele. & quando allegatur Vicarius suspectus non debent eligi Arbitri ut per ipsum Fely. in. c. super quæstionem. §. quem uero, & in. c. insinuante, de offi. dele. De stilo autem signatu-
6 ræ, † Vicarii non possunt recusari, sed dantur eis adiuncti, ut per Staph. fol. 185. & in alia impress. 136. Et nota ꝙ dicitur in ul-
7 tima additione, ad hanc dec. ꝙ † si fuerit lata sententia per Vicarium præsente uel absente parte & nō fuerit appellatum, ꝙ præsumitur pro fundamēto iurisdictionis iudicis, pro quo facit dec. Egi. 76. in fine.

II.

Summarium.

Officialis, episcopi de criminibus potest inquirere & cognoscere, sed non punire. 166.

Epitome.

1 Vicarius de criminibus potest inquirere sed non punire.
2 Vicarius & officialis episcopi sunt unum & idem.

1 Additio ista † dec. non habet concordantes nec discordantes quia est fundata in facultate concessa huic Vicario & scias ꝙ licet † hic dicatur officialis idem est ꝙ Vica-
2 rius quia ita appellantur Vicarii in hispania & aliis prouinciis pro quo facit dec. Egi. 444.

III.

Summarium.

A delegato officialis episcopi, ad certam causam, ad ipsum officialem uel ad ipsum episcopum appellatur, uel sic a spetiali delegato episcopi, uel eius Vicarii generalis, ad episcopum uel Vicarium poterit appellari. 350.

Epitome.

1 Appellari potest ad episcopum uel Vicarium a sententia lata p eorum delegatum.
2 Appellari potest a Vicario ad episcopum quando sumus in interlocutoria.

1 Additio, cum † sta concordat dec. 7. infra secūdum unū intellectum & de hac materia uidebis infra de appell.
2 Scias, tamen, ꝙ licet aliqui uelint † ꝙ non possit appellari ab officiali, seu Vicario ad episcopum, quando sumus in diffinitiua, secus tamen est in interlocutoria, ut per Franchum in. c. ii. de consue. lib. vj. Et ratio est, quia etiam ipsemet officialis, posset illam reuocare, & ita tentum fuit in interlocutoria: coram
96 D. Puteo in una * Tolletan. fructuum.

IIII.

Summarium.

Vicarius generalis episcopi Vicarium generalem constituere non potest: nisi ab episcopo habeat ad hoc spetiale mandatum, uel sic. Vicarius episcopi in spiritualibus & temporalibus non pōt, si in sua commissione spetialiter non habeat alium in spiritualibus facere Vicarium generalem. 378.

Epitome.

1 Vicarius episcopi quando alium possit loco sui substituere.
2 Vicarius substituens iurisditionem a se non abdicat.
3 Vicarius potest substituere ad certam causam sed non generaliter.
4 Episcopus non potest dare facultatem sibimet episcopo conferendi.
5 Procuratorem substituere uidetur dominus qui dat facultatem substituendi.

1 Additio, aduerte ꝙ dec. † ista non procedit prout in summario, quia dicitur in fine dec. tenet igitur opi. hostien. in d. c. j. de off. Vica. lib. vj. quo ad. q. nostram, cuius opinio est (ut ibi refert collector) Vicarium posse in totum, & ad tēpus ex causa de consensu episcopi, committere uices suas quas tamen a se nō abdicat, sed penes se retinet, & subiungit, ꝙ ex causa permitti potest, puta quia iminet necessaria profectio, & sic de consuetudine approbata, seruari dicit: uide hostien. quia dec. ista est corrupta, & uidetur sentire quod etiam episcopus non possit expresse concedere, Vicario facultatem deputandi alium, ut p
2 Millis in uerbo Vicarius. Sumatur igitur sic uidelicet † Vicarius episcopi non potest alteri uices suas committere, nisi ex causa, & de consensu episcopi & tunc iurisdictionem a se non abdicat, sed penes se retinet, sed si est Vicarius in spiritualibus & temporalibus, non potest etiam de consensu, uel mandato episcopi alium Vicarium in spiritualibus constituere, nisi aliter se
3 habeat consuetudo, & nota quod sic dec. sentit quod † Vicarius possit substituere ad certam causam, licet non in totum, & quo ad hoc, episcopus potest dare facultatem spetialem, licet de generali uideatur secus, & ad hoc faciunt nota per Fely. in. c. sane de officio dele. ubi quod † episcopus non potest dare Vica-
4 rio facultatem conferendi Episcopo. Et de ista materia uide aliquid per Fely. in. c. G. perpetuus de fide instru. in princ. nu. 2. uers. in quantum hic. Et uide quæ dicit Sar. q. 10. regulæ de

Idiomate,ubi examinat an illa regula procedat in Vicaria perpetua,& facit ad hoc quòd si Auditor subdelegat Vicarium episcopi ad aliquid faciendū,ipse non potest subdelegare,secus
5 †si habens ad id facultatem alium loco sui in omnibus causis quia tunc ille poterit facere omnia quæ poterat primus, ut sentit Felyn.in.d.c.G.perpetuus de fide instru. quia dominus qui dedit facultatem substituendi eum substituisse uidetur ut in
97 fra de procu.dec.33.& ita*fuit tentum in quadam causa Iacen. coram domino Antonio Augustino.

V.

Summarium.

Non ualet.Commissio episcopi facta,suo Vicario ꝙ resignationē certi beneficii recipiat & conferat & si ualeret, posset probari per testes, talis commissio, super uno tantum articulo facta h.d. 397.

Epitome.

1 Vicario committi non potest per episcopum facultas conferendi certum beneficium &c.
2 Vicario generali potest dare facultas conferendi nō autem particulari personæ.
3 Vicario non datur facultas in spetie ut supra.
4 Legatus non potest dare alteri facultatem conferendi.
5 Vicarius cui committitur facultas conferendi debet habere generalem administrationē in spiritualibus & an sufficiat habere administrationem temporalium dubitatur.
6 Instituendi facultas est necessarie iurisditionis & in ea præmissa non procedunt.
7 Facultas conferendi certæ personæ dari potest post admissam resignationem.
8 Facultas data Vicario super collatione fienda probari potest per testes.

1 ADditio,aliter summatur hæc† decis.in impressione per numerū uide ibi. Ad istam dec. applicari potest dec.1.&.4.hoc titulo in anti.ubi ꝙ † Vicario generali potest
2 dari facultas conferendi beneficia.particulari uero personæ nō contra tamen dec.nostram in terminis facit dec.5.Biseg.de concess.præb.quam ad hoc ponderat Staph.illam conferrendo diuersis rationibus in tertia parte dum tractat de uariis modis uaca.fol.68.& in alia impress.57.in qua dec.5.dicitur ꝙ ordinarius potest committere alicui ut conferrat certum beneficium alteri sed reperio adnotatum in quodam libro dec. ꝙ domini tenuerunt cōtra.d.dec.5.& contra Staph.de anno.1544. sed non dicitur in qua causa nec coram quo,tu qui indiges quæras magis diligenter quia rationes Staph.ualde urgent præsertim dum considerat ꝙ in hoc casu cessat ratio captante mortis & in dicta dec.Biseg.ipse fatetur alias iudicatum prout in dec. nostra,sed postea ꝙ Domini uoluerunt contrarium in pluribus aliis causis, pro quo considera ꝙ posset dari occasio inferendi uim uel committendi Simoniam,quia resignatarius qui sit collationem omnino esse fiendam,in eius fauorem, posset concordare cum resignante postquam sciuit Notarium esse rogatum de tali cōmis-
3 sione facta per episcopum. Nota primo ex ista dec.ꝙ†episcopus non potest committere collationem in specie,sed tantum in genere suo Vicario generali per text.in.c.constitutus de concel.præben. & sic quòd multa licet in genere, quæ non licet in specie.
4 Secundo nota ꝙ†legatus non potest in genere nec in specie delegare,uel committere collationem beneficiorum ut in.c.deliberatione de officio dele.in.vj.hic allegato & ideo solent habere
5 facultatem in spetie sup hoc. Tertio nota ꝙ† si episcopus dat potestatem conferrendi beneficia requiritur,commissio spetialis & ꝙ fiat Vicario qui habet generalem administrationem in spiritualibus,uel bonorum temporalium,de quo ultimo tamen du
6 bitandum est. Quarto nota:†ꝙ ista non requiruntur, in facultate instituenda quæ est necessarie iurisdictionis, & non uoluntarie,in qua uoluntaria,non succedit capitulum sede uacante,pro quibus facit dec.Egi.93.& not.per Staphi.in loco supradicto.
7 fol.69.& in alia impress.57. Quinto nota ꝙ†bene potest diuisim cōcedi facultas admittendi resignationem & illa postea admissa potest dari facultas conferrendi certæ personæ. Vlti-
8 mo nota in.§.de secundo dubio ꝙ † licet commissio factam per Papam uel Imperatorem,non possit probari per testes, probari tamen potest per testes commissio conferrendi de qua in hac decis. Facta uerbo per episcopum uel Legatum, & ad hanc materiam uide dec.Egi.443.ubi de facultate data per episcopū de conferendo decem beneficia pro quibus conferunt quæ nota ui supra de Rescrip.dec.27.ubi uideas.

VI.

Summarium.

Episcopus teneatur pro delicto Vicarii & officialis sui, uel sic ex delicto Vicarii,tenetur episcopus nisi postquam sciuerit purgauerit illud.h.d. 378.

Epitome.

1 Delictum Vicarii nocet episcopo qui pro eo tenetur.

1 ADditio,habes duas alias dec. † concordantes cum ista uidelicet dec.6.in anti.& dec.7.Bise.hoc titulo,& aliquid per Fely.in.c.cum ordinem de Rescrip.nu.10.

VII.

Summarium.

A speciali delegato Episcopi,uel eius Vicarii generalis, ad ipsum Episcopum poterit uel debebit,appellari, hinc est ꝙ a Vicario generali,super collatione beneficii uel alio articulo, spetialiter sibi ab episcopo commisso,potest ad eundem appellari, uel sic,a collatione facta p Vicarium episcopi,de speciali mandato,ad ipsum episcopum appellatur.h.d. 371.

Epitome.

1 Appellari potest a collatione facta per uicarium de spetiali mādato ad ipsum episcopum.
2 Episcopus potest committere causam Vicario alterius episcopi concurrentibus tamen pluribus.
3 Conferre est uoluntarie iurisdictionis.
4 Episcopus & Vicarius habent eundem cōsistorium & tribunal.
5 Iudex ordinarius dicitur delegatus si aliquid sibi spetialiter cōmittatur quod non comprehendatur sub eius generali iurisdictione.
6 Collatio beneficiorum an per episcopum possit committere Vicario alicuius episcopi.
7 Ratio decisionis.
8 Appellari potest a Vicario foraneo ad episcopum.

ADditio,de hac materia fuit dictum supra decis.3.licet
1 hæc dec.†sit magis clara & aperta & loquatur in diuersis terminis quid quid dicatur in summario uideas per te & ut uidebis dec.habet duas partes in prima enim dubitat an a collatione facta per Vicarium de speciali mandato potuerit ad ipsum episcopum appellari & finaliter concludit ꝙ sic,rationibus hic aductis quibus adde omnino Franchum qui ponit plura alia exempla in proposito in.c.dilecti el.2.de appel.hic allegato col.vij.q.2.3.& sequentibus.Et uide aliqua p Fel.in Rubric.de officio dele.Quo autem ad secundam partem istius de-
2 ci,dum resoluitur ꝙ†episcopus potest committere causam Vicario alterius episcopi de quo nihil fuit dictum in summario,addi potest dec.ult.Biseg.hoc tit.quæ facit differentiam inter con
3 tentiosam, & uoluntariam iurisdictionem,& uult ꝙ † episcopus possit conferre beneficia in aliena diocesi, quia istud est uoluntarie iurisdictionis,de qua uoluntaria & contentiosa seu necessa
4 ria,dixi ēt supra dec.5.super.4.notabili. Nota hic primo ꝙ†episcopus & Vicarius habent eundem consistorium,& tribunal. Et quid dicatur consistorium in proposito hic etiam habes.
5 Secundo nota quòd†quādo aliquid spetialiter committitur qđ non comprehenditur sub generali iurisdictione quam habet iudex ordinarius,quo ad id,dicitur delegatus,pro quo etiam habes not.per Fely.in.c.licet in corrigendis de off.ordin.col.j.
6 Tertio nota ꝙ†episcopus potest committere Vicario alterius episcopi in alia diocesi residēti collationem beneficiorum ut supra,
7 Aduerte tamen ꝙ istud ideo hic tentum fuit† quia ut dicitur in fine dec.interuenit consensus episcopi committentis ac commissarii,& partium alias partibus reclamantibus esset secus ut clare hic dicitur per iura allegata in ipsa dec. Et dum dicitur hic
8 ꝙ†ab officiali uel Vicario appellatur ad ipsum episcopum li-

cet

cet sit idem tribunal & consistorium applicari potest dec. facta,
98 * in causa Abulē.matrimonii coram Sarnen.de anno.1542.
ubi conclusum fuit appellari posse a Vicario Foraneo,ad episcopum & ista non est in libro suo.

DE OFFIC. DELEGATI.

I.

Summarium.

In causa grauaminis postquam secundus Auditor pronunciauit male appellatum,& remisit causam,quamuis ab hac pronunciatione fuerit appellatum primus Auditor statim potest in principali procedere.h.d. 138.

Epitome.

1 Processus in causa principali factus coram primo postquam secundus pronuntiauit male appellatum & sibi remisit causam est ualidus,etiam si ab huiusmodi sententia fuerit appellatum nisi fuerit inhibitum.
2 Appellationis delatio & remissio causæ ad primū iudicem differunt ut hic.
3 Inhibitio censetur sublata quando pronuntiatur male appellatum.
4 Causa deuoluta ad curiam nunquam reuertitur ad partes.

1 ADditio,aduerte q † in textu,datur limitatio, uidelicet nisi fuerit commissa causa appellationis alteri,& fuerit inhibitum primo iudici,cui causa fuit remissa:quia stante
2 tali inhibitione,non poterit ille iudex procedere: Item nota † q non sine misterio dicitur hic(& causam remisit)quia si non remisisset causam,sed tantum detulisset appellationi , tunc primus iudex non posset cognoscere.pro quo facit dec.54. infra de appel.& Franchus in.c.ut debitus eo.titulo col.10.uers.ultimo po
3 ne.nu.28.Item nota quod quando † causa appellationis ab aliquo grauamine illato per aliquem Auditorem cōmittitur alteri Auditori,& ille secundus inhibet primo,& postea pronunciat in causa statim facta pronuntiatione seu declaratione per Auditorem causæ appellationis q esset male appellatum,inhibitio censetur sublata,& primus procedere posset in negotio principali,ut sentit ista dec.& dec.58.de appel.in fine super quo tamen est cogitandum,ut latius dicam super.d.dec.58. ubi est materia sua: Item nota q ista dec.non procedit quando appellatum fuit in
4 partibus,& † causa commissa in curia,quia nunquam reuertitur ad partes ut per Egi.dec.37.in.fine &.129.cum infinitis aliis q adduxi supra dec.23.de.Rescrip.

II.

Summarium.

Citatus per unum ex tribus, coram collega comparere non tenetur.h.d. 110.

Epitome.

1 Citatus per unum ex tribus insolidum datis coram collega cōparere non tenetur.
2 Processus coram collega non ualet ut hic.

1 ADditio,ista dec. † est clarissima,nec habet discordantes, nec curaui querere concordantes,quia iura in ea allega
2 ta,de plano procedunt † quando tamen sunt dati in solidum & adde ad summarium q non ualet processus factus corā collega huiusmodi , & in parua impressione allegatur etiam tex.in.c.audita de resti.spo.uide tamen Egi.dec.476. qui cōcordare uidetur licet non clare loquatur.

III.

Summarium.

Delegatus ordinarii ad certam causam deputatus,non potest articulum causæ cognitionem requirentem,sed nudum ministerium committere. 164.

Epitome.

1 Delegatus ordinarii quando subdeleget.
2 Subdelegari quando possit nudum ministerium.

1 ADditio,ad primam partē istius dec. † faciunt dec.8.& 14.infra, eo.ubi latius dicā,& faciunt not.per Franch. in.c.cum causam,de appel.col.j.iiij.&.v.& late habes per Fely.in.c.super quæstionum de officio dele.in principio,&
2 in.§.fin.Quo autem ad secundam partem q † nudum ministerium possit subdelegari facit in contrarium dec.17.infra de cōcess.præb.col.iij.uers.hinc est,ubi expresse dicitur, q nudū ministerium examinis testium non potest subdelegari , licet receptio testium in qua interuenit,causæ cognitio delegari possit , sed in illa dec.allegātur certa iura,quæ non loquuntur in examine testium,sed super scientia:Ideo cum sit electa industria personæ, in illo casu non est mirum,pro quibus uide Fely. in.c.cum.Bertoldus de re iudi.nu.2.& in.c.de causis & in.c.super quæstionū col.iij.hoc titulo.

IIII.

Summarium.

DUo de executoribus gratiæ pauperis,dati cum clausula, q si non omnes &c.quousq; constet de impedimento tertii ad eius purificationem procedere non possunt:uel sic,ualet purificatio gratiæ pauperis,per duos executores factam non constito de impedimēto tertii,executoris,dummodo postea constet.h.d. 166.

Epitome.

1 Executor datus cum clausula(quod si non omnes &c.) procedere potest etiam non constito de impedimento aliorum coexecutorum dummodo postea constet.
2 Impedimentum collegæ,sufficit uere fuisse licet, alii executores ignorauerint.
3 Clausulæ,quod si non omnes tenor & substantia.

ADditio,ista duo summaria sunt de directo contraria,ut uides,nec possunt concordari tamē secundū summariū est uerius ut uidebis infra licet cum prima parte summa
1 rii concordet dec.7.infra eo.ubi dicitur † q debet constare de impedimento,tertii,alias non ualet actus,& idem sentit Egi.decis. 336.& faciunt quæ dicam infra super dec.19.de conce.præbē. ubi q executor non potest procedere ante præsentationem literarum,licet sciat se habere facultatem,& de hoc etiam habes infra eo.6.dec.Pro secundo autem summario,facit dec.1.Bise.in
2 titu.de proba.ubi q † sufficit probare tertium iudicem fuisse impeditum tempore quo alii duo processerunt,licet non cōstet eos sciuisse de tali impedimento.Et etiam facit dec.17. infra de iudi.ubi dicitur q ualet processus factus contra intrusum , licet de intrusione non constet, si uere est intrusus,quam decis.ponderat ad hoc Staph.dum tractat de literis iusti.fol.176.uers.utrum autem & in alia impress.fol.130.Et ad ista facit etiam dec.Egid. 359.ubi dicit quod sufficit constare de uoluntate collegæ licet non fuerit intimata,& ratio prædictorum redditur per unam additionem positam in fine huius nostre dec.quæ distinguit,& firmat conclusionem,q in casu deci.ualet processus , quia omnes executores habebāt iurisdictionem , & defectus tantum erat in exercitio,quod accrescebat,& dicit q in iure accrescendi in indiuiduis non requiritur scientia,& q ueritas & iurisdictionis autoritas faciūt ualere actū & ad.d.dec.7.& Eg. responderi pōt q ibi non dicitur q non posit cōstare ex post facto nam etiam hic dicitur q debet constare sed q sufficit si postea constet responderi potest,q & alia deci.contraria , quod quis nihil posit ante receptas literas procedit,quia adhuc non erat acquisita iurisdictio habitu nec actu,ut infra dec.6.Et ad ista uide omnino Fely.in c.sciscitatus,de Rescrip.in uerbo oportet num.33. & in.c.eam te.in fine eo.tit.& in.c.prudentiam de off.dele.in uerbo adiicimus ubi ponit quando sufficiat simpliciter nolle,etiam q posit
3 & uide Fely.in.c.pastoralis.hoc titulo nu.3. ubi q statur dicto subdelegantis de impedimento & uide tex.in.d.c.sciscitatus ubi habes uerba extensa istius clausulæ.Quod si non omnes &c.uidelicet in ipsis exequendis simul interesse nequiuerint un... uel plures exequantur & sic cessat omnis difficultas propter uerba istius clausulæ & neutrum ex summariis est bonum,

V.

Summarium.

Episcopus executor deputatus cum duobus aliis in gratia pauperis, cum clausula, φ si nollet uel non posset &c. committendo alteri uices suas mandatum adimplere uidetur. 192.

Epitome.

1 Clausula quod si nollet uel non posset quid importat.
2 Clausula quod si non omnes differt a præcedenti ut hic.
3 Executor quando dicatur non posse interuenire & quod si expectans fuit in mora.

1 Additio, cum ista dec. †concordat Egi. dec. 133. uide tamen totam dec. ad longum, quia arguit ad partes, & optime declarat omnia & præsertim† illam clausulam
2 si nollet uel non posset, quæ differt ab alia, φ si non omnes &c. de qua in fine præcedentis dec. Et fundamentum principale est, φ licet dicat se impeditum alii procedere non possunt, quia non dicitur uere impeditus qui per alium potest actum expedire, ut
3 hic nam †illa uerba si nolit uel non posit alii faciant, intelliguntur, si per se, uel alium, nollit, & ponitur in decis. ad longum casus in terminis uideas per te, & uide in pposito, Eg. 663. ubi si stāte hac clausula expectans stetit per quatuor annos φ non præsentauit & tunc episcopus erat absens, an tunc dicatur non posse ad hoc ut alii posiint conferre, & sentit φ sic, & uide aliquid per Fely. in c. sciscitatus de Rescrip. in fine.

VI.

Summarium.

Executor non committit executionem ad huc sibi non commissam & idem in delegato. h. d. uel sic, executor est delegatus & non recipit iurisdictionem nisi a tempore præsentate & recepte commissionis, & ideo non potest subdelegare priusquam iurisdictionem habeat. 242.

Epitome.

1 Iudex uel executor non subdelegat causas sibi committendas.
2 Executor non potest aliquid facere ante præsentatas literas.

1 Additio, aliter & clarius summari potest hæc dec. uidelicet si †executor gratiæ in forma pauperum, det potestatem alicui, omnes gratias auctoritate apostolica sibi commissas & committendas purificandi, ac prouidendi, & omnia faciendi quæ sibi incumbunt, licet talis subdelegatus potestatem habeat, quo ad causas seu gratias, tempore subdelegationis ipsi executori commissas, tamen quo ad committendas postea, nullam habet potestatem, quia quod nondum habuit committere non potuit. Cum ista dec. concordat dec. ultima de off. uica. in anti. & facit in simili dec. 3. Bifeg. eo titu. ubi si episcopus commisit Vicario facultatem dispensandi, in omnibus causis, tam ordinaria auctoritate quam etiam apostolica sibi commissis, & committendis, Vicarius nihil poterit in postea committendis, Et ad materiam istam uide Fely. in c. quoniam col. ij. de Rescrip. & in c. fin. §. cæterum de off. dele. Et dum dec. consi-
2 derat φ†executor nihil facere potest, nisi post præsentatam sibi commissionem, uel gratiam, uide infra. 19. de conce. præb. & in proposito infra de procu. 7. ubi φ procurator non potest exercere ante acceptationem mandati.

VII.

Summarium.

Processus duorum executorum ex tribus datis cum clausula, φ si non omnes, &c. non ualet nisi constet de impedimento tertii. h. d. 243.

Epitome.

1 Processus ualet factus ab uno etiam non constito de impedimēto si uere impedimentum probetur.

1 Additio de materia istius fuit dictum supra decis. 4. ideo ad ibi dicta me reffero, & dic† φ sufficit φ ex postea cōstet de impedimento quia hic non requiritur φ constet a principio, & sic cessant contrarietates.

DE OFFIC. DELEGATI.

VIII.

Summarium.

Auditor extra Ro. Cu. non subdelegat, nisi certum articulum, puta receptionem & examinationem testium, & de consensu partium, & talis commissarius nequibit alteri committere uices suas etiam si ad id partium uoluntas accesserit, quia subdelegatus, a principe, & delegatus ordinarii non possunt aliis committere uices suas. h. d. uel sic, delegatus ab Auditore in Curia Romana, etiam de partium uoluntate ad recipiendum & examinandum, testes in partibus non potest alteri committere uices suas. 258.

Epitome.

1 Subdelegare non potest auditor in Ro. Cu. pro testibus examinandis si non esset bulla Inno.
2 Subdelegatus non subdelegat in hoc casu.
3 Subdelegare & committere uices suas differunt.
4 Clausula, per uos uel notarium uestrum.

Additio, hæc dec. est satis clara, & secundum summariū est satis bonum: primum autem summarium est intrica-
1 tum. Nota igitur primo φ† Auditor in curia non potest subdelegare iudices ad recipiendum & examinandum testes in partibus, nisi de consensu partium, rationem habes per Egi. dec. 657. & hodie idem esset quia essent decernende remissorie sub plumbo per Papam, nisi haberemus bullam innocentianam & sic ista dec. hodie parum ualet. Nota secundo hic φ delegatus ordinarii non subdelegat ut supra dec. 4. Nota tertio φ
2 † subdelegatus delegati etiam a principe non subdelegat articulum causæ cognitionem requirentem. Nota quarto φ, ex quo hic nō erat clausula, φ si nō omnes, de qua supra dec. 4. φ unus ex subdelegatis, non potuit alteri committere uices suas, etiam de consensu partium, si autem hic fuisset dicta clausula tūc quilibet procedere potuisset, cum tali casu non requiratur subdelegatio, quia satis est φ unus sit impeditus, uel asserat se impeditū ut in. c. prudentium hoc titulo. Dum autem ista dec. dicit quod
3 subdelegatus ab ordinario, non potest alteri committere uices suas, etiam circa receptionem & examinationem testium, uide supra dec. tertia, scias tamen φ licet delegati ordinarii non subdelegent nec committant alteri uices suas quia ordinarius non potest hoc concedere, tum sicut subdelegatus, a delegato principis potest committere alteri uices suas, non tamen subdelegare, ita iste debet uices suas cōmittere posse, præsertim circa nudum ministerium, uel saltem tacite, dicendo se impeditum, quia tunc non dicitur subdelegare, ut sentit ista dec. si enim hic fuisset clausula, quod si non omnes &c. nullum fuisset dubium, & idem si fuisset apposita clausula in remissoriis apponi solita, uidelicet φ
4 † per uos uel notarium uestrum fidum ad hoc deputandū licet si hoc casu pars protestetur φ uult testes examinari præsente iudice ipse debeat interuenire ut suo loco dicemus.

IX.

Summarium.

Collector est negotiorum gestor cameræ Apostolicæ, & potest de iure plures simul in eadem ciuitate & diocesi substituere subcollectores, sed eius potestas est restricta φ unum dumtaxat subcollectorem constituat, reuocando unum, & dādo alium ita φ semper unus remaneat & non plures.

Epitome.

1 Collectores possunt unum tantum subcollectorem deputare in qualiter ciuitate & diocesi.
2 Procurator uel collector habens facultatem deputandi unum loco sui potest unum deputare & reuocato illo alium deputare & hoc est quod dicit tota hæc dec.
3 Substitutio secunda an operetur reuocationem primæ.

Additio,

1 Additio, istud summarium ponit factum satis clarum, nam † licet de iure negotiorũ gestor, uel procurator datus ad negotia, possit substituere, etiam si non detur facultas in specie, ut in c.1.de procu.li.vj.& sic cum iste deputatus fuisset collector stando in simplicibus terminis deputationis ipse potuisset plures subcollectores eodem tempore substituere, tamen Papa uel camerarius in ipsa deputatione uel per regulã cancellariæ, secundum Fely.in.c.cum dilecta de Rescrip.in.3.col.primæ amplia.nu.56.restrinxit facultatem iuris cõmunis, ꝙ nõ posset nisi unum dũtaxat in singulis ciuitatibus & dioecesibus
2 constituere, stante hac limitatione modo dubitabatur.† an postquam semel unum deputauit, posset eum reuocare, & alium in eadem ciuitate substituere, & determinatum fuit ꝙ sic, ratio dubitandi fuit, quia cum facultas esset tantum deputandi unum in qualibet ciuitate hoc modo uidebatur duos uel plures deputare in eodem loco, rationem uero decidendi uideas hic per te legendo decisionem: sentit etiam dec.ista, ꝙ ex quo limitatio & restrictio prædicta non habebat decretum irritans, ualuisset deputatio plurium, ut etiam sentit Fely.in loco supra allegato. Quo
3 autem ad secundam partem dec.ꝙ † per substitutionem unius alter censeatur reuocatus non uidetur hesitãdum infra de proc. super dec.2.& aduerte ad id quod dicit Fel.ꝙ facultas est restricta per regulam quia bene per regulam reseruantur tantum beneficia unicorum subcollectorum sed non dicitur in ea ꝙ non possint plures deputari.

X.

Summarium.

Licet potestas collectorum principalium debeat probari per literas potestas tamen subcollectorum potest probari per testes. 266.

Epitome.

1 Collectorum facultas debet probari per literas.
2 Subcollectorum deputatio potest per testes.
3 Remissoria non datur quando materia potest probari per scripturas.
4 Priuilegium datur a principe sine scriptura.

1 Additio, dec.† ista cespitat nec bene uidetur firmare pedes, tamen pro dec.facere uidetur dec.5. supra de offic. Vica.ubi commissio admittendi resignationem data p Episcopum suo Vicario potest probari per testes, uide tamẽ Belenci.in tract.de charita.subsi.q.iij.ubi late examinat materiam
2 huius dec.& distinguit, † quando agitur de probanda facultate, ad effectum ut soluere debentes caute soluant, & tunc requiritur scriptura, quando autem agitur ad effectum probandi reser-
3 uationem, tunc sufficiunt testes, aduerte tamen ꝙ † hic petebatur remissoria, ut in uers.(præterea)& dicit eam non esse dandam, quia poterat haberi recursus ad libros cameræ, quo casu in ueritate non datur remissoria, ut in dec.46.de testi.in anti. sed etiam non deberent admitti testes in curia propter not.in.c.cum in iure hoc titulo & supra dec.15.de offic.Vica. De materia autem subcollectorum uidebis super dec.9.infra de præbend. Et nota ex additione posita in fine dec.ꝙ princeps sine scriptura dat priuilegium & delegat causam sed non committit legationem sine scripto, iuxta glos.in.c.institutionis.xxv.q.1.ꝙ tamen non credo ita simpliciter procedere, & uide Fely.qui simpliciter transit cũ ista dec.in.c.in nostra de Rescrip.nu.22.dec.uero.5.de off.Vica.non obstat per rationes quas posui supra de Rescrip.dec.27.in fine.

XI.

Summarium.

Si appellans facit committi causam & causas, quam & quas mouit seu mouere intendit, contra appellantem, super certo beneficio cum potestate citandi in curia, & extra, & ad partes, docto de appellatione, potest per audientiam procedere contra ipsum. 343.

Epitome.

1 Appellatus committit causam quam habet contra appellantẽ, docto de appellatione aduersarii procedere potest.

1 Additio ista dec.† est repetita de uerbo ad uerbum supra de Rescrip.ultima uide ibi licet summaria sint diuersa, & adde Franch.qui aliqua dicit super hoc in.c.oblate col.vj.de appel.& aduerte dum in summario dicitur, si appellãs uult dicere si appellatus facit committi causam.

XII.

Summarium.

Executoris potestas dati ad prouidendum, si ita inuenerit esse, &c. non expirat morte papæ reintegra.h.d. uel sic potestas executoris ad prouidendum, cum causæ cognitione, si est ita, non expirat per obitum mandatoris.h.d. 349.

Epitome.

1 Morte papæ an expiret facultas executorum & quando.
2 Executoris mixti potestas non expirat morte papæ.
3 Clausula, si inueneris si repereris & si tibi constiterit.
4 Gratia quando expiret per mortem Pape remissiue.

1 Additio tex.in istis decisionibus† per titulos est incorrectus in pluribus uerbis. Ideo uide alias dec.per numeros, quæ sunt melius correcte: fundamentum totius dec. nostræ est, ꝙ hic requiritur causæ cognitio, & iuris ordo, propter illa uerba, si est ita uocato possessore, de quibus ultimis uerbis, nõ
2 fit mentio in summario, & sunt maxime importantiæ, quia † clausula uocatis uocandis, semper facit executorem mixtum. Ita ꝙ pars debet iudicialiter audiri, ut per Felyn.in.c.de cætero de re iudi.nu.10.& præsertim quia ultra illa uerba, uocato possessore
3 sequuntur alia uerba, uidelicet, uel † si inueneris, quæ etiam important semper parte citata, quidquid dicatur de uerbo repereris, ꝙ id non importet, ut dicunt dec.14.&.15.de dolo & contu. in anti.ubi ꝙ idem operantur uerba, si constiterit, ꝙ uerbum, inueneris, licet in dec.16.ibidem dicatur quod in causis modicis non importat partis citatio, circa quas clausulas uide decisiones Egi.68.85.&.176.ubi modicam facit differentiam inter inuenire, & reperire, imo ponit unum pro alio in.d. dec.176.& uide de Rescri.in anti.21.& Lapum allega.15.61.103.&.127.& Fely.in.c.ij.de Rescrip.in princ.nu.5.qui dicit non esse differentiam, inter inuenire & reperire & Staph.dum tract.de literis iustitie fol. 179.uers.secus forte & in alia impress.132.& facit decis. 16.infra de iudi.ubi etiam uide aliquid de hoc. De hac materia
4 autem † quando gratia expiret per mortem Papæ uideas infra super dec.18.de præben.

XIII.

Summarium.

Auditores inter se causas sibi ipsis remittunt, ubi est dubium de iurisdictione, & tenet processus per illum cui remissio facta fuit, h.d.uel sic, si unus Auditor causam alteri remittat, ualet remissio, & si post remissionem huiusmodi procedat, ualet processus h.d. 362.

Epitome.

1 Auditores sibi ipsis causas remittunt & antequam alius acceptet a remittente non abdicatur iurisdictio.
2 Causæ quando remittuntur ad cancellariam.
3 Processus factus coram duobus ualet parte non opponente.
4 Iudex q remittit causam ad superiorem non potest postea procedere secus si remittat alteri iudici.

1 Additio, istud summarium non comprehendit omnia, quia dicitur etiam in decis.ꝙ † unus Auditor remiserat causam alteri Auditori qui noluit remissionem ex aliqua causa acceptare, & ideo causam eandem rem.sit ad eundẽ qui sibi remiserat, qui sine alia commissione cepit procedere. Quo stante dubitabatur an ualeret processus, & ratio dubitandi erat, quia uidebatur quod ille primus remittens, abdicauerit a se iurisdictionem, remittendo, ut dicitur in.c.cum appellationibus & aliis concordantibus hic allegatis, tamen resolutum fuit ꝙ p istam remissionem non amittebatur iurisdictio, per rationes de quibus hic, intellige tamen ista procedere, antequam ille cui remisit acceptasset remissionem, & cepisset procedere ut dicit hæc

dec. Et Fely. in Rub. de Rescrip. & in. c. nonnulli. §. sunt & alii nu. 35. eo. ti. & Egi. dec. 730. qa licet commissiones in Rota sint distributiones, tamen illud habet locum a principio uel quando ex post facto contingit dubitari super mala uel in ordinata iurisdictione, ut sentit hæc dec. Tamen † postquam unus Auditor cepit procedere, non potest non orta difficultate super iurisdictione, causam alteri Auditori remittere, sed causam ad cancellariā remittit, ut dicit hæc dec. in fine, cum ista dec. quod Auditores se inuicem causas remittant concordant infra de iudi. dec. 6. & in anti. 1. de consti. &. 6. de Rescrip. sed omnem difficultatem tollit bulla innocentii octaui, quæ clarissime loquitur, super hoc in primo capite. Nota etiam in ista dec. illud. quod Rescriptū subreptitium dat iurisdictionem & adde dec. 65. de Rescrip. in anti. & Fel. in. c. ad audientiam el. 2. nu. 41. & in. c. cæterum de
3 Rescrip. uide tamen Egi. dec. 485. ubi † si causa sit duobus commissa, & secundus processit, ad plures actus parte non opponente, non cogitur remittere sed potest procedere ad ulteriora. Item
4 nota hic quod licet † si Auditor remittit causam alteri, & alter non acceptat sed illam remittit eidem, possit procedere in causa, & quod per remissionem iudex non desinat esse iudex, ut hic, tamen bene desinit si illam remittit ad superiorem, & principis cōsistorium de quo consistorio uide per Sar. in prohe. in titulo de episcoporum dignitate nu. 22. & in. q. 7. regulæ de trie. nu. 2.

XIIII.

Summarium.

Archidiaconus cui commissa est ab episcopo inductio in possessionem beneficii potest eam alteri subdelegare. 368.

Epitome.

1 Subdelegare potest Archidiaconus missionem in possess.
2 Ratio deci.

1 Additio. † de hac materia dixi supra deci. 3. & 8. & sup dec. 4. supra de officio Vicarii, quæ uidetur facere contra istam, sed in ueritate in hoc casu, iste potuit subdele-
2 gare † duplici ratione tum quia erat Archidiaconus, ad quem de iure communi hoc officium inducendi in possessionem spectat, ut in. c. ad hæc & c. ut nostram de officio Archi. & sic excitabatur tantum iurisdictio, tum quia mittere in possessionē est nudum ministerium, non requirens causæ cognitionem, quo casu, semper potest subdelegari, ut in distinctione decis. uide ad materiam Franch. in. c. cum causam de appel. & per Fely. in. c. super quæstionum. §. si uero col. ij. & in. c. si. §. cæterum hoc tit.

XV.

Summarium.

Tacitus consensus partium non operatur ad hoc ut delegatus possit procedere extra locum in quo deputatus est, h. d. uel sic consensus expressus partium requiritur, ut processus factus per delegatum extra locum sibi decretū ualeat nec sufficit tacitus. h. d.

Epitome.

1 Iudex delegatus non procedit extra locum nisi de consensu expresso partium.
2 Consensus expressus ambarum partium requiritur ut delegatus procedere possit extra locum.

1 Additio ista † dec. est clarissima quia non sufficit consensus tacitus immo ut dicit decisio non sufficit consensus unius partis quia tex. in quo fundatur deci. in. c. statutū §. in nullo quoque de Rescrip. lib. vj. dicit nisi ad hoc acccesse-
2 rit expressus consensus partim. Et sic † cum expressus consensus a iure requiratur non sufficit tacitus, prout dicitur quando requiritur expressa mentio ut in iuribus hic allegatis. Quibus adde Fel. in. c. cum olim. el primo de off. dele. in princ. & Sar. q. 11. de Impe. bene. uacan. per obitum fam. car.

XVI.

Summarium.

Si a duobus delegatis quibus tertius committit uices suas, donec eas duxerit ad se reuocandas appelletur ad Papam, ualida est appellatio. h. d. 386. & . 387.

Epitome.

1 Appellatio interposita coram duobus quibus tertius commisit uices suas est bona præsertim si appelletur ad papam.

1 Additio, dubium erat † an esset appellandum ad illum qui commiserat uices suas, propter. c. si delegatus in fine hoc titulo in. 6. sed ille tex. procedit quando erat unus delegatus solus qui subdelegauit, & forte etiam si non appellaretur ad Papam, ut sentit hæc dec, uide ad hoc Fely. in. c. super quæstionum. §. porro. eod. tit. & omnino Franch. in. c. dilecti el 3. de appel. col. iij. nu. 12.

XVII.

Summarium.

Mandatum apostolicum episcopo sub nomine dignitatis directū eo mortuo, etiam reintegra, successor confirmatus exequitur, cū potius respiciat iurisdictionem quam ordinem, h. d. uel sic, electus confirmatus exequitur mandata apostolica, episcopo commissa, sub nomine dignitatis. 432. & 434.

Epitome.

1 Successor in episcopatu exequitur commissa antecessori sub nomine dignitatis.
2 Episcopus ante confirmationem nihil potest.
3 Episcopus ante consecrationem nō potest exercere ea quo sunt ordinis hic enumerata.
4 Episcopus amittit officia per solam electionem non tamen beneficia.

1 Additio, cum † ista dec. concordat decis. 30. de Rescrip. in anti. & Egi. 262. & uide late per Fely. in. c. eam te de Rescrip. & in. c. quoniam Abbas hoc titulo. Et scias quod etiam Episcopus tantum electus & pronunciatus per papam exequitur mandata apostolica prædicta, quia talis non indiget confirmatione & statim potest administrare, ut notat Fel. in. d. c. eam te col. ij. ubi late examinat omnia, uide per te. Et
2 nota ex hac dec. q † Episcopus electus a capitulo uel populo nihil facere potest ante confirmationem Papæ, ut etiam per Fe-
3 ly. in. d. c. eam te. Item quod etiam † post confirmationem & ante consecrationem non potest exercere ea quæ sunt ordinis Episcopalis, ut interuenire consecrationi alterius Episcopi, confice-
4 re oleum sanctum, conferre ordines & similia, & ideo † non amittit priora beneficia nisi post consecrationem, licet per solam electionem etiam uacant officia Auditorum Rotæ, qui statim appellantur locumtenentes immo tempore Pauli secundi statim promoto Auditore ad episcopatum amouebatur a Rota sed ipse primus ob integritatem Didaci de ocha qui contra ipsum pronunciauerat in certa causa, ordinauit quod amplius Auditores promouendi non amouerentur sed locumtenētes appellarentur.

DE OFFICIO LEGATI.

I.

Summarium.

Legatus de latere potest unire beneficium alicui dignitati. Episcopali h. d. 118.

Epitome.

1 Vnire potest legatus in certis casibus.
2 Citandus non est ille qui præsens non posset contradicere.
3 Legatus uocato rectore potest dismembrare &c.

1 Additio istud summarium est defectuosum in duobus, uidelicet quia in tex. dicitur † quod potest unire parrochialem alicui episcopali, uel alteri dignitati, ex causa rationabili, in summario autem defficiunt uerba illa ex causa rationabili, & uerba uel alteri dignitati. Et hoc modo dec. nullam

uidetur

uidetur habere difficultatem,cum ista deci.concordat ad literã dec.3.eo.tit.in anti.& dec.Egi.403.&.513.& uide infra de præ ben.23.quod Episcopus potest unire & ibi habes plures concor dantes,ratio tamen dubitandi fuit in hac dec.propter text.in.c. fin.de confir.utili,ubi dicitur quod legatus non potest unam ec clesiam alteri subiicere uel in perpetuum conferre monasterio, sed in hac dec.respondetur quod procedit ille text.quando ni mium præiudicaretur ordinario,& beneficium totaliter, a iuris dictione,& obedientia ordinarii eximeretur & subtraheretur,qđ hic non cadit,quia sibi remanet subiectio & obedientia seu cor rectio.Item in ista impressione per titulos habes unam additio nem quæ non est in aliis,& in aliis habes unam quæ non est in
2 istis ideo uideas illam per te,additio enim ista dicit quod † Re ctor ecclesiæ quæ unitur non est uocandus,quia si esset præsens non posset contradicere,& idem dicit de capitulo cuius consen sus non est requirendus,secundum eum licet. litera sit corrupta, ponitur enim uerbum, narrandus, pro uocandus. Et ad ista uide dec.sequentem quæ hoc dicit ad literam. Aduerte tamen
3 quod Egi.d.dec.403.dicit † legatum posse unire diuidere & dis membrare rectore tamen uocato & sic uidetur in hoc contrarius sed considera pro concordia,si dici posit,quod dum dicit recto rem uocandum,loquitur quo ad dimembrationem & alienatio nem bonorum,uide etiam ad materiam quid quando beneficiũ esset reseruatum per Petrum de Perusio in tract. unionum.q.3. & p Ene.de Falco.in tract.reser.q.4.principali, effectu.23.fol. 44.& per Staphi.fol.81.& Silua.q.3. secunda partis & alia in materia uide infra de excess.præla.dec.1.

II.

Summarium.

Legatus de latere potest unum beneficium alteri dignitati etiã epi scopali,in sua prouincia unire,cum etiam episcopi hoc possint & in facienda tali unione rector beneficii,uniti necessario uocan dus non est nec in causa necessarius est consensus capituli. 58.

Epitome.

1 Consensus capituli non requiritur quando legatus unit ex causa.

1 ADditio † in præcedẽti fuit satis dictum, ista etiam illam magis declarat,& uide ad materiam unionis etiam per Fel.in.c.postulasti,de Rescrip.nu.22.

III.

Summarium.

Legatus uel nuntius Apostolicus,habẽs potestatem beneficia qua litercunque uacantia,& indebite occupata conferendi, confert deuoluta,sed non reseruata,h.d.uel sic,reseruata beneficia, non comprehendũtur,sub nomine beneficiorum,qualitercunque ua cantium. 119.

Epitome.

1 Legatus confert beneficia deuoluta sed non reseruata.
2 Reseruatio spetialis aliquando est fortior generali ut hic.
3 Beneficium deuolutum non dicitur reseruatum.
4 Papa confert deuoluta ut ordinarius.

1 ADdi.ista † dec.est repetita de uerbo ad uerbum in anti. dec.ultima hoc titulo. Decisio est clara quod uirtute istius facultatis legatus non potest conferre generaliter reseruata,per iura in decisione allegata,& facit ad hoc deci.28. infra de præben.cum qua concordat Egi.dec.720.&.549.& li cet dec.nostra uideatur loqui de generaliter reseruatis tantum, & sic ꝙ uellit posse conferri spetialiter reseruata licet in summa rio defficiat uerbum generaliter,tamen idem magis est dicendũ
2 † in spetialiter reseruatis, per ea quæ notat Æneas de Falco.in tract.reserua.in.4.præludio.q.2.principali.fol.7.nu.4.& in.6.ef fectu.quartæ.q.principalis priuilegiis nu.12.fo.33.ubi in effectu concludit ꝙ reseruata spetialiter,difficilius ueniũt facit ad hoc etiam dec.4.infra de præben.& dec.9.de concess. præb.in anti. ubi ꝙ habens facultatem conferendi reseruata, potest cõferre ẽt generaliter reseruata uacantibus per obitum apud sedem dum taxat exceptis. Dum autem in prima parte, summarii dicitur ꝙ legatus iste poterit conferre deuoluta,isto casu,sed non reser
3 uata,dec.nostra in hoc non dubitauit,quia † beneficia deuoluta ad Papam ob negligentiam ordinariorum non dicũtur nec sunt reseruata,licet ordinarii illa conferre non possint ut in.c.licet de supplen.neg.præla.& habetur late in dicto tractatu, & eodem
4 effectu nu.7.& per Lapũ. alleg.84.nu.5. Nam † Papa,talia be neficia confert.ut ordinarius,ut per eundem Æneam in.d.tract. 2.q.principali nu.12.fol.9.Immo.Egi.dec.106.in terminis, di cit ꝙ legatus confert deuoluta ad Papam per tex.in.c.uenerabi lis de præben.cum ibi not.& ad hoc & alia supradicta uide su pra de sup.neg.præ.dec.uni.nu.1.7.&.8.

IIII.

Summarium.

Legatus de latere super pluralitate beneficiorum incompatibilium dispensare non potest. 286.

Epitome.

1 Legatus non dispensat super pluralitate beneficiorum.

1 ADditio ista † dec.est clara non curaui quærere, concor dantes,uide in tract.de benefi.q.3.secundæ partis prin cipalis,& Fel.in.c.nonnulli.de Rescrip.in princ.& in c.At si clerici de iudi.

DE PROCV.

I.

Summarium.

Quod si post factum commissionem,de spetiali mandato Papæ, cum potestate citandi ad partes,reus cõstituat procuratorem ad causas dumtaxat legitimæ deuolutas,potest in causa,cum dicto procuratore procedi.h.d. 19.

Epitome.

1 Mandatum ad causas deuolutas comprehendit causas de spe tiali mandato Papæ in curia commissas si fiat post talem commissionem.
2 Notitia commissionis præsumitur quando mandatum datur post causæ commissionem.
3 Clausula quatenus causa sit legitime deuoluta quando causa committitur de spetiali man dato papæ parum operatur.
4 Clausula cum potestate citãdi extra Cu.parum operatur quia sufficit constare de mente papæ ꝙ uoluit causam in curia co gnosci.
5 Clausula quatenus causa sit legitimæ deuoluta & clausula etiam si non fuerit legitimæ deuoluta quid importent.
6 Mandatum ad causas deuolutas comprehendit causas etiam post mandatum commissas & deuolutas, præsertim si procu rator det iura in causa.
7 Mandatum ad omnes causas comprehendit futuras.

1 ADditio,ista † dec.plura continent,& quantum ad con tenta in summario,uidelicet quando mandatum fit post commissam causam nulla uidetur difficultas,& cũ ista dec.concordat infra.31.in ratione sui,& decis.13.de Rescri.& 33.hoc titulo in anti.& Cassa.dec.2.eo.tit.in fine.& ratio deci sionis est quia ex quo Papa committit causas in curia satis, cau sa dicitur deuoluta:facit in proposito quod licet causa, non de uoluatur quo ad reum,quando appellatio nulliter & non serua ta forma cle.causam de electio. intimatur uel citatio fuit male
2 executa,tamen † si post talem executionem nulliter, factam reus constituat procuratorem præsumitur ꝙ habuerit notitiam cita tionis,& cum tali procuratore procedi potest,ut infra de dolo & contu.dec.11.&.17.in fine & per Egi.dec.364.&.539. Quo ca
3 su,etiam ꝙ tale mandatum diceret † quatenus causa esset legi time deuoluta,illa clausula ,nihil deberet importare per ratio nem dec.nostræ de qua supra,quæ etiã uidetur militare in hoc casu immo dec.nostra,id expresse dicit,in uers.fortius procedit hæc conclusio. Et aduerte ꝙ multum refert causam fuisse cõ

missam de spetiali mandato Papæ, ut dicam infra de appella.
decis.3.& hoc in spetie ponderat in hoc proposito decis.28.de
dolo.in anti.dicens ꝙ si causa etiam esset simpliciter deuoluta,
per appellationem interpositam & intimationem sufficeret & li-
4 cet dicatur hic ista procedere † si fuerit dictum cum potestate ci-
tandi extra curiam quasi uellit dicere ꝙ requiritur clausula cū
potestate citandi in curia & extra Aduertendum est ꝙ Cass.de
ci.4.de Rescrip.& Sar.q.2.prohe.dicunt ꝙ etiam si non dica-
tur cum potestate citandi extra curiam nihilominus potest de-
cerni citatio, tamen propter hoc, non euacuatur intentio seu ra-
tio dec.nostræ quæ fundatur in certa, scientia papæ uult.n.dec.
ꝙ constet intentionem Papæ fuisse auocare causam de partibus
& ꝙ cognosceretur in curia quod de facili deprehendi potest:
Immo non subuenit mihi pro nunc ꝙ possit dari causas quin
semper habeatur certitudo ꝙ Papa uoluit causam tractari in
curia, quando signat commissionem & causam in curia commit-
5 tit † nisi signatura diceret prout hic præsupponitur in.iij.colum.
uidelicet audiat talis Auditor, si causa sit legitimæ deuoluta,
quæ clausula hodie non praticatur immo solet apponi passim
clausula, ēt si causa huiusmodi, non fuerit, ad Romani Curiā
legitime deuoluta, nec in ea de iuris necessitate tractanda, quæ
clausula, ut plurimum est superflua nisi in causis appellationum
in partibus intimatarum iuxta.d. Clem. licet multi in frascan-
do apponant mille clausulas superfluas & uentosas. Ponitur
tamen aliud dubium in.ij.col.huius dec.& col.fin.uers. sed po-
6 ne, ubi concludit ꝙ etiam † si procurator constituatur ante cām
commissam uel appellationem intimatam, ad omnes causas mo-
tas & mouēdas legitime tamen deuolutas & resoluitur ꝙ ueniūt
etiam cause postea deuoluende & quæ tempore mandati non
erant deuolute quia uerbum, deuolutas, refertur ēt ad mouendas
licet postea deuolutas, & conclusionem tanto magis dicit proce-
dere si procurator postea det iura, quia dominus mittendo in-
formationem uidetur ratificasse, dubitādum tamen esse dicit col-
lector dec.ibi. si mandatum non esset spetialiter ad certam cām
cū certa persona sed generaliter tantum, contra tamen istā cōclu-
sionem habes in terminis dec. Egi.470.&.575. licet litera istius
sub nu.575.sit corrupta, & alia.470.fundet se in uerbo astringi-
tur quod est præsentis temporis ideo crederem, ꝙ mādatum ex-
penderetur ad omnes causas deuoluendas quia uerbum, deuo-
lutas, potest applicari ad tēpus futurū ut hic, imputet.n. sibi do-
minus q potuit legem clarius dicere sicut dicetur infra eo.super
dec.32.ubi ꝙ mandatum comprehendit causas postea exortas,
uidebis ibi. habes etiam hic unam additionem in qua dicitur, ꝙ
7 † si constituo procuratorem ad meas causas si de præsenti nul-
las causas habeā mandatum extenditur ad futuras secus si de
præsenti aliquas causas habeam, licet dec.30.eo.tit.in anti.di-
cat, non uenire aliquo modo causas futuras, nisi dicatur: & idem
sentit Bis.dec.3.eo.tit.licet non resoluat, contra tamen prædicta
29 resolutum fuit per Dominos in una * Placētina bonorum de
palla uicinis coram Reuerendo domino Iacobo Puteo Rotæ
decano ubi uoluerunt domini ꝙ mandatum ad oēs, & singulas
causas, cōprehendere debeat ēt causas futuras licet constituens
tempore constitutionis haberet alias causas, fundamentum filit
in doctri. Alex.in Apostolis ad bar.in.l.damni infecti.§.si his q
in uers, futuras causas.ff.de dam.infec.& uide ad hoc Parisiū
cons.42.col.ij.& facit in proposito ad prædicta. Egid.dec.306.
ubi ꝙ ꝓcurator ad causas deuolutas pōt dicere in curia de nul-
litate processus agitati contra eū, super cā quæ uere non erat de-
uoluta, quia quo ad hoc, censetur habere mandatum, & facit ēt
ad hoc, ꝙ hic dicitur, ꝙ licet procurator qui habet in mandato
clausulam ad prosequendū appellationē, ꝙ si recipit mandatū
sine protestatione tenetur prosequi uide Egid.dec.346.Et quid
importent illa uerba dec.de spetiali mandato uide Egi.d.deci.
747.&.556.

II.

Summarium.

Si dominus in secunda instantia, sine protestatione, alium procura-
torem constituat, primum qui litem contestatus fuerat reuocasse
censetur.h.d. 21.

Epitome.

1 Procurator etiam dominus litis reuocatur si dominus etiā in se-
cunda instantia alium constituat.
2 Reuocatio procuratoris quando intimanda & quomodo.
3 Procurator dominus litis debet citari & non principalis licet in
summariis possit uterq; citari.
4 Procurator datus post litem contestatam an possit substituere.

1 ADditio, decis. † ista est satis clara, & habet plura capita
circa reuocationem procuratoris, quæ uideas per te.con-
cordat cum ea dec.25.eo.tit.in anti.& Egi.dec.531.Et
facit ad materiam infra dec.4.&.14.hoc titulo in anti.& Cass.
qui multa dicit in proposito in dec.2.de appel.& præsertim dū
2 dicit, ꝙ licet † reuocatio debeat intimari iudici, uel parti, tamen
illud habet locum, quo ad præiudicādum aduersario, secus quo
ad præiudicium reuocantis, de qua materia reuocationis procu-
ratorum, & quando, & quomodo debeat intimari, & in quibus
causis intimatio non sit necessaria uide latissime, per Fely.in.c.
ex parte decani.col.iij. cum duabus sequentibus de Rescrip.
stilus tamen est ꝙ reuocationes procuratorum ad resignandum
& similium reuocantur penes cancellarie & camere notarios &
huiusmodi intimatio sufficit quia uidetur facta principi, quod
tamen dixerunt domini in una Gerundē.corā domino de Gras-
sis in hiis quæ non possunt expediri nisi in manibus Pape sed in
extinctione pensionis & cassatione regressus quæ possunt fie-
ri coram quocunque notario talis intimatio non sufficiebat: sed
ꝙ in illo casu ex quo fuerat constitutus procurator ad cassandū
regressum non erat fienda sibi aliqua intimatio cum licet ipse ha-
beret titulum beneficii illius ad quem erat reseruatus regres-
sus, tamen non agebatur de præiuditio seu incomodo pecunia-
rio, quod reqritur ad hoc ut sit necessaria intimatio secus si agiē
tātum de præiuditio reuocantis allegabatur deci.11.hoc titu.in
anti.Fely.in.c.ex parte decani de Rescrip.nu.17.Aymus cōsi.
76.qui satis clare loquitur & idem esset quando est constitutus
procurator ad resignandū nisi esset cle.1.de ren. quam credidis-
sem etiam procedere in casu isto cum dicatur ibi id esse ne fiat
uariatio inter personas ecclesiasticas. Et circa ultimam addi-
3 tionem † ꝙ debeat citari procurator dominus litis adeo qđ non
sufficiat citare principalem, uide Decium.in.c.in nomine domi-
ni.nu.36.de testib.ubi dicit hoc non procedere in causis summa-
riis: ut etiam sentit hæc decis.& Roman. singul.xx. Et ad pro-
positum etiam uide. Fely.in.c.cum.M.de consti.nu.20.ubi di-
4 cit ꝙ † procurator datus post litem contestatam non potest sub-
stituere pro quo uide, etiam dec.28 hoc titulo in anti.ubi procu-
rator substitutus, a procuratore domino litis, postquam est effe-
ctus dominus litis potest etiam ipse substituere.

III.

Summarium.

Processus cum uno, uel pluribus procuratoribus, simul non insoli-
dum constitutis factus, ualet & tenet, in causa beneficiali: quia
ille cū quo est processum uidetur, ꝑ iudicem esse electū, uel sic
procuratoribus simul, non insolidum constitutis, ualet processus
cum uno tantum, habitus aliis se non opponentibus quia ille ui-
detur electus. 107.

Epitome.

1 Procuratoribus pluribus simul & non insolidum constitutis ua-
let processus factus cum uno in causis beneficialibus.

1 ADditio, dec. † ista de plano procedit in causis beneficia-
libus per tex. hic allegatum & notat Oldra. consi.130.
in.2.dubio.

IIII.

Summarium.

Per secundam procuratoris substitutionem primus substitutus re-
uocatus esse censetur.h.d. uel sic, procurator primo substitutus,
intelligere reuocatus per secundum. 121.

Epitome.

1 Procurator substitutus etiam cum clausula ꝙ per quamcunque
comparitionem non intendebat eum reuocare, censetur reuo-
catus per secundam substitutionem.

2 Procu-

2 Procuratorum reuocatio non inducitur per plures comparitiones & substitutiones etiam si in aliqua non sit clausula ꝙ non intendit reuocare, si in ultima reperitur dicta clausula.

3 Clausula ꝙ per quemcumq; actum &c. & ꝙ non intendit substitutum reuocare.

1 ADditio † addendum etiam est ad summarium clausula, de qua in deci. uidelicet etiam si in secunda substitutione, protestatum sit, quod propter aliquam comparitionem, non intendebat eum reuocare, quia aliud est comparere aliud est substituere, uel reuocare & ista sola ratio tibi sufficit ab intellectum dec. Cum ista decis. concordat Egid. dec. 530. loquens tamen in constituente ubi ꝙ primus censetur reuocatus etiam si secūdus non acceptet, Ad istam dec. & illius materiam facere uidetur decis. Egid. 590. ubi ponitur casus, ꝙ procurator primo substituit Albertum secundo Bernardum, sine protestatione. tertio comparuit, in causa cum protestatione: quod non intendebat substitutos reuocare, & appellauit, ac statim substituit. Goffredum, sine protestatione, dubitatur, & demum decidiitur, quod primi procuratores, non censentur reuocati, & sic nec per secundam substitutionem erat reuocatus primus, nec per tertiam erant reuocati alii, duo prædicti: sed istud contrarium declaratur per decis. sequentem eiusdem 591. ubi uult, quod illa protestatio facta, ultimo loco, nedum præseruat secundum substitutum, sed declarat etiam animum suum, ꝙ quando substituit secundum, non intellexit reuocare primum, quod uerum credo, quo ad futura & etiam quo ad præterita, si interim ille primus nullos actus fecisset nomine illius, quia ista declaratio non est proprie declaratio sed est quædam ratificatio, quæ non potest, retrotrahi in præiudicium tertii, ad iura uulgaria ut etiā declarat Cassad. decis. 4. de probat. nume. 7. Et ad hoc facit alia decis. Egid. 454. ubi licet per comparitionem domini in causa, quando non præcessit protestatio de qua supra, substitutus censetur reuocatus, nihilominus si Dominus post cōstitutionem procuratoris bis compareat, & litē cōtestetur non censetur reuocare procuratorem, si post istas duas comparitiones & lite per eum contestata compareat, & protestatur tunc quod non intendit reuocare &c. & dictus procurator primo constitutus cum parte aduersa non contradicente postea procedat, ualebit processus, per tres rationes de quibus ibi, quæ seruiunt ad corroborationem intentionis meæ, licet deci. sit aliqualiter corrupta, & ad id ꝙ dicebam de ratificatione facit dec. 10. hoc titulo in antiq. & 13. infra de concess. præben. Aduerte tamen in ista materia, ꝙ clausula de qua in decisione, ꝙ per quancumque comparitionem uel quemcumque actum non intendit reuocare, hodie de stilo taliter concipitur ꝙ cessat omnis dubitatio, nam addiicitur clausula, ꝙ non intendit substitutum reuocare, nisi expresse duxerit reuocandum. unde succedit illud ꝙ dictum fuit supra titu. præcedenti decis. xv. tamen Egid. uidetur tenere contra opinionem meam decis. 565. licet mihi non placeant eius dicta quia non respondet ad uerbum, (expresse) uideas per te, & ad istam materiam uide infra decis. 30. in fine & infra. 18. 20. & 22.

V.

Summarium.

Substitutus qui litem contestatus est alium substituere potest, quia dominus litis effectus est. 122.

Epitome.

1 Procurator substitutus dominus litis effectus potest alium substituere.

2 Procurator qui fuit substitutus post litem contestatam si aliquē actum fecit potest substituere.

1 ADditio, ista † decis. est clarissima in substituto qui litem contestatus est: sed dubium est in additione hic posita,

2 ubi dubitatur an † ille substitutus. qui litem non est contestatus. Sed ea contestata fuit substitutus, & aliquem actum fecit, & deci. Idem dicit esse in isto, licet si nihil fecisset nō potuisset substituere ut dicunt doc. in. l. nihil de procu. Et ad hoc facit dec. facta in causa *Salamātina Abbatiæ sancti Saturni coram. D. Rauellē. ubi resolutum est ꝙ ille qui obtinuit tres sententias & reuocauit postea procuratorem ne contra eum procederetur in causa restitutionis quam aduersarius commiserat non potuit reuocare illum procuratorem ut per Egid. deci. 283. & ibi dictum fuit incidenter ꝙ dominus litis effectus reuocari non potest inuito aduersario ut per Felyn. in. c. ex parte decani de Rescriptis col. pen. uers. not. ex glos. quod tamen indistincte non procedit. Concordant cum ista: dec. 8. infra eo. & 28. eo. tit. in antiq. & Bi seg. 9. Quando uero substituens moritur re integra, an substitutus cēseatur reuocatus uidebimus infra super dec. 33. & per Egi. dec. 6.

VI.

Summarium.

1 In causa beneficiali ad agendum non admittitur coniuncta persona sine mandato, licet in temporalibus admittatur cum cautione de rato. h. d. 142.

Epitome.

1 Coniuncta persona non admittitur sine mandato in causa beneficiali.

2 Coniunctus non admittitur pro coniuncto quando requiritur mandatum speciale.

3 Coniuncti possunt prodesse sed non obesse.

1 ADditio, cum ista † decis. concordat Egid. 682. Et facit etiam decis. 34. hoc titulo in antiq. intelligendo eam in causa prophana, quia dicitur ibi ꝙ coniuncta persona admittitur ad deffensionem in tali causa, secus inferendo in causa beneficiali, licet non possit alium procuratorem constituere. Item etiam ad hanc decis. applicari potest decis. 35. infra eod.

2 titulo in fin. ubi ꝙ † in causis spiritualibus quæ æquiparantur beneficialibus sicut dicitur de matrimonialibus requiritur mandatum speciale: quo casu coniunctus non admittitur ut per Felyn. in loco de quo infra, licet illa deci. non procedat in mandato, ad iuditia ut uidebimus infra decis. 27. Contra tamen hoc, & ꝙ immo coniuncta persona possit procuratorem constituere, habes dec. 16. infra eo. ubi uidebis. Et uide de hac materia ad saturitatem, per Felyn. in. c. nonnulli. §. sunt & alii in. 8. & ult. Falen. col. xiiij. num. 42. de Rescriptis & in. c. coram num. 6. de offic. dele. & in. c. cum. M. de consti. nume. 25. & 27. & per Cassa. dec. 6. ut lite penden. & decis. 40. super regulis nume. 4. Et an in aliis materiis admittatur coniuncta persona, uidebimus infra de concess. præbend. decis. 9. Et considera ad ea quæ dicit, deci.

3 ista in fine, ꝙ bene † coniunctus potest afferre utilitatem, sed non incommodum quod uidetur durum tamen pro hoc uide decis. 13. infra de concess. præbend. & decis. 1. hoc titulo in antiq. Et ad prædicta facit. d. decis. 35. infra eo. ubi ꝙ nedum coniuncti: sed simplices deffensores admittuntur in criminalibus, & in decis. 36. infra dicitur quod canonici admittantur pro canonicis etiam ad petendum absolutionem simplicem non tamen ad cautellam, de quo uide per Fely. ubi supra. Et an deffensor iste post litem contestatam possit reuocari uide per Fel. in. c. ex parte decani de Rescrip. in fine infra.

VII.

Summarium.

Procurator non potest ante acceptationem mandati substituere. 145.

Epitome.

1 Procurator non potest ante acceptationem substituere quod intellige ut infra.

2 Procurator substituens in omnibus causis non uidetur substituere nisi in illis in quibus acceptauerat.

3 Processus factus per procuratorem de cuius mandato non constat an ualeat.

4 Procurator tenetur acceptare mandatum & non sufficit illud datum fuisse in actis per alium.

5 Mādatum etiam generaliter datum in alia causa inter easdem met partes uertente non suffragatur.

1 ADditio, dec.† ista in principio dicit multa quæ nō comprehenduntur in summario, & in finalibus uerbis dicit totum oppositum illius ꝙ dicitur in summario, uidelicet ꝙ immo ualent gesta per procuratorem antequam recipiat mandatum si postea illud ante sententiam producatur, sed aduerte, quia etiam ego non intelligebam, principium huius deci. antequam uiderem dec. Egid. 272. quæ aperuit mihi oculos intellectus. Constructus enim uerborum huius deci. est inculcatus, & opportet facere punctum post uerbum substituendi: Et in
2 telligendo in casu de quo loquitur Egid. crederem ꝙ† substitutio non tenuisset nisi substitutus docuisset. Substituentem acceptasse onus illius causæ. Nam ego certe scio me constitutum esse procuratorem, in pluribus causis quarum causarum onus nō recepi, nec recipere intendo, & ideo si substituerem procuratorē in omnibus causis, in quibus ego sum constitutus procurator, ut ponitur hic casus intelligendum esset de causis in quibus onus acceptassem, quia de aliis non cogitaui nec præsumendum est ꝙ cogitauerim uerba enim non extenduntur ad ea quæ quis mēte uerisimiliter non cogitauit, ad iura uulgaria. Summabis igitur istā dec. sic, procurator constitutus ad certā cām cū potestate substituendi, si antequam acceptet onus causæ, substituat unum procuratorē in omnibus causis in quibus erat procurator non uidetur quo ad istam causam substituisse. Et pro uera intelligen-
3 tia istius dec. uide decis. 19. hoc titulo in anti. ubi habes† an ualeant gesta per procuratorem de cuius mandato nō constat, dummodo postea appareat, & uide Curci. Iuniorem q multum laborat super hac dec. cons. 63. Et scias unum in proposito ꝙ dicit
4 Egid. dec. 681. uidelicet. ꝙ licet Tertius det mandatum per cōpulsum uel alias, in quo dicatur te esse constitutum procuratorē nisi tu compareas & acceptes potest procedi per audientiam cō tradictarum te non citato, Pro quo facit illud ꝙ alias fuit reso-
☞ 101 lutum, in una * Lucana canonicatus coram Bo. Me. d. Io.
5 Mohedano Episcopo Rauelen. ubi† fuerat datum mandatum generale, pro Laurentio de Medicis in una alia causa, contra Antonium Brachium, qui citari fecerat eundem Laurentium, etiam super dicta causa Lucana & uidens mandatum non esse productum in causa Lucana, processit per audientiam, non citato tali procuratore, & Domini uoluerunt processum huiusmodi substinere: Moti tamen etiam certis coniecturis ꝙ mandatum non esset bene clarum pro ambabus causis: Et similiter facit resolutio facta in causa Conchen. beneficii de Vilar de qua dixi supra de Rescrip. dec. 2. & ꝙ ualeat substitutio in omnibus causis in quibus ego sum procurator uide infra dec. 33.

VIII.

Summarium.

Substitutus ab eo qui habuit mandatum a domino, censetur ab eodem domino constitutus & idem post litem contestatam potest alium substituere. 146.

Epitome.

1 Substitutus ab eo qui habuit mandatum a domino censetur constitutus ab ipso domino.
2 Substitutus a procuratore domino litis non ui mandati non uidetur substitutus a domino.

1 ADditio, † de ista materia satis dictum fuit supra, dec. 5. uide ibi, aduerte tamen ꝙ† substitutus a procuratore domino litis effecto & non ui mandati non uidetur, a domino constitutus ut per Egid. dec. 6. & infra dec. 33.

IX.

Summarium.

Procurator constitutus ad agendum appellandū, & prosequendū compellitur prosequi, si appellet. h. d. uel sic, procurator qui simpliciter mandatum acceptauit, ad agendum, deffendendum appellandum, & appellationem prosequendum, compellitur prosequi appellationem, per eum interpositam, si mādatum ad hoc extenditur. h. d. 147.

Epitome.

1 Procurator ad appellandum cogitur prosequi appellationem per eum interpositam.
2 Procurator tenetur prosequi in casu præmisso etiam si quando appellauit sit protestatus ꝙ non intendebat prosequi.
3 Procurator debet dare mandatum per compulsum si uult limitate acceptare alias tenetur facere omnia de quibus in mandato.
4 Procurator sibi præiudicat recipiendo mandatum si non protestatur a principio.
5 Procurator ad audiendum sententiam appellat ut infra.
6 Procurator cogitur etiam deffendere in causa restitutionis.
7 Procurator qui non habet mandatum ad prosequendum nō potest acceptare terminum, x. dierum qui datur cum reuerentialibus.

1 ADditio, † ista ultima uerba summarii, si mandatum &c. sunt superflua, potuisset melius addi ꝙ † tenet ꝓsequi,
2 et si quando appellauit protestatus fuerit ꝙ non intendebat prosequi, quia illa protestatio nō suffragatur, potuisset bene a principio, quando acceptauit onus procurationis, limitate acce
3 ptare, ut dicit dec. 3. hoc titu. in anti. Quod tamen intellige, † si dedit mandatum per compulsum, alias si ipse simpliciter produxisset mandatum non potuisset limitate acceptare, & ita quotidie seruatur, & hoc etiam sentit, d. dec. quæ dicit: poterit protestari ꝙ non intendit recipere mandatum, & sic præsupponit mādatum non esse receptum: tempore protestationis: quod † per rece-
4 ptionem mandati sine protestatione sibi præiudicat sicut per receptionem literarum præiudicialium ut per doc. in. l. quæ dotis ff. sol. mat. Cum ista dec. concor. dec. Biseg. 2. hoc tit. & infra deci. 26. in fine, & Egi. dec. 346. & supra deci. 2. col. ij. Si autem
5 † mandatum tantum diceret ad audiendum sententiam nō posset appellare, ut dicit dec. 5. eo. tit. in antiq. & Bise. 2. hoc titu. Dicit tamen Egi. dec. 283. quem sequitur Cassa. dec. 2. hoc titu.
6 ꝙ† Procurator ad agendum, & deffendendum, qui pro se sentētiam obtinuit, q̄ transiuit in rē iudicatā cogitur deffendere dominū in causa restitutionis, ex aduerso obtente. Et ad præmissa omnia uide Fel. in. c. cum olim el. 1. de offic. dele. & in. c. cum causam, de re iudi. ubi late, ꝙ procurator potest facere quæ sunt connexa, & ponderat dec. Biseg. quæ dicit ad audiendum sententiā dumtaxat. Et nihilominus uult ꝙ possit appellare, & ideo cogitabam ꝙ quando diceret, & ad appellandum, ꝙ eadem ratione posset prosequi, sed an in hoc casu & præcedenti cogi possit ad prosequendum cogita quia licet possit si uult tamen nimis graue est ꝙ cogatur, regulariter enim procurator non censetur datus
☞ 102 ad secundam instantiam nisi dicatur & ideo cū in una* Bononien. parrochialis de monte maiori coram Bo. Me. Marcho
7 Antonio Marschotto Bononiensi tunc Rotæ decano † procurator q non habebat mandatum ad secundam instātiam appellasset & Auditor dedisset reuerentiales cum termino decem dierum fuit resolutum ꝙ illa præfixio termini non potuit recipi per illum in præiuditimu domini qui habebat annum.

X.

Summarium.

Si citatus personaliter, per procuratorem compareat, & procedat in causa, ualet processus. h. d. uel sic, gesta per procuratorem, domini in causa criminali personaliter citati ualent. 151.

Epitome.

1 Procurator si compareat pro citato ad personaliter comparendum ualet processus parte non opponente ante conclusionem.

1 ADditio, istud summarium modicum ualet, quia in effectu † decis. dicit quod si dominus citetur, ad comparendum personaliter, & mittat procuratorem ꝙ ualent gesta per eum parte non opponente, licet repelli possit quādocūq3 ante conclusionem, in causa non autem post, uide ad istam dec. infra. dec. 37. ad longum.

Summa-

XI.

Summarium.

Procurator in prima instantia substitutus, non potest per collegam procuratorem, in secunda instantia reuocari. h. d. 161.

Epitome.

1 Substitutus ab uno ex duobus procuratoribus non potest per alterum reuocari.

1 ADditio, † ista uerba, in secunda instantia, sunt superflua quia nullo modo, & nullo tempore collega potest reuocare, per rationem huius dec. uidelicet quia sicut nō posset reuocare collegam. Ita nec substitutum ab eo: facit in proposito dec. 16. hoc titu. in anti. ubi dubitat sed non resoluit: & se remittit, quando duo sunt procuratores & unus confitetur alter negat.

XII.

Summarium.

Valet procuratorium ad causas solo sigillo autentico, sine subscriptione Notarii sigillatum, uel sic, procuratorium auctentico sigillo munitum, etiam absque Notarii & testium subscriptione, ualet ad causas. 162.

Epitome.

1 Procuratorium solo auctentico sigillo munitum ualet.

1 ADditio, ista † dec. habet multas concordantes quas uide per te, sed etiam omnes dec. allegandæ, indigent declaratione quia, sic de plano, non procedunt. Concordant enim dec. 9. 15. 29. 32. & 36. hoc titulo in anti. & faciunt ad materiam istam decis. 1. & 10. infra de proba. & Egid. 321. 323. & 327. sed si bene uis materiam istam intelligere, uide. Felyn. in. c. 2. de fi de. instru. col. penul.

XIII.

Summarium.

A. Procurator constitutus contra B. mortuo. B. non est amplius procurator. Ita ꝙ tertius ueniens post ipsius mortem, pro suo nouo interesse cum eo procedere non poterit. 171.

Epitome.

1 Procurator constitutus contra. B. mortuo. B. non est amplius procurator etiam quo ad interesse putantes.
2 Successor in beneficio dicitur habere titulum a Papa nisi surrogetur gratiosæ.

1 ADditio, cum ista † dec. concordat decis. 40. infra eod. & Egid. 314. quamuis dec. ista mihi clarissima uideatur, nec esset opus tot fundamentis factis hic, absque necessitate, quis dubitat quo͛d si mandatum dicit ad causam contra B. quo͛d mortuo. B. finitur mandatum. Est bene uerum illud ꝙ dicit decis. quo͛d hoc non procederet in prophanis, ubi datur
2 successio, & heres representat, personam defuncti † in beneficialibus autem, quis dicitur habere titulum a Papa, & non dicitur succedere in locum mortui, ut dicit hæc dec. in fine, & Sar. q. 1. regulæ de public. sed bene dubitari posset quid si Papa gratiosæ surrogasset istum tertium loco. B. an mandatum esset extinctum, quia lis substinetur in personam gratiosæ subrogati, ut per Egid. dec. 545. & Cassad. decis. 1. ut lite pendente & Sar. q. 70. regulæ de annali. præsertim quia papa solet subrogare, ad litis & causæ prosecutionem, & deffensionem in eiusdem statu & terminis, ut dicit deci. 5. infra ut lite penden. in fin. & Sar. q. 12. de trien. & propterea isto casu, subrogatus dicitur representare personam illius in cuius locum subrogatur, sicut heres: putarem tamen quo͛d procurator tunc posset petere inducias, ad consulendum dominum iuxta decis. infra. 31. & 11. ut lite penden. tamen mandata sunt stricti iuris, & non extenduntur, ut hic & per Cassad. deci. 1. eod. titulo si tamen. B. egisset nomine ecclesiæ forte secus esset quia quando prælatus agit nomine ecclesiæ tunc datur successio ut infra dec. 29. uide tamen. d. decis. 11. ut lite penden. ubi mortuo. B. actore ille qui surrogatur in eius locum procedit contra procuratorem rei qui erat procurator contra. B. & non cōtra subrogatum sed ibi erant uerba exuberantia de quibus supra in surrogatione uidelicet ad litis & causæ procurationem in statu & terminis. considera bene tu proue cte si scias aliam solutionem & uide etiam infra dec. ultima.

XIIII.

Summarium.

Procurator, cum potestate substituendi & reuocandi &c. substituens, & transferens totaliter suam potestatem in alium: protestansq; quo͛d de cætero nollit se intromittere, Nihilominus, tamen, quando uoluerit, re integra, potest onus procurationis reassumere, h. d. uel sic, procurator datus cum potestate substituendi, reuocandi, reassumendi, licet totalem potestatem in substitutum transferrat, potest tamen quandocunq; reassumere procurationis onus. h. d. 184.

Epitome.

1 Procurator datus cum facultate substituendi reuocandi & reassumendi licet totaliter facultatem suam in alium transferrat potest tamen quandocunq; reassumere onus procurationis.
2 Procurator substitutus procedens in causa post reassumptionem causæ de qua supra facit actus nullos licet possint ratificari secus tamen est si esset expresse reuocatus quia ratificari non possent.
3 Acta non possunt ratificari ut supra quando.
4 Clausula cum potestate reuocandi totiens quotiens.
5 Clausula præsenti mandato in suo robore permansuro.
6 Acta non possunt ratificari in præiudicium tertii.

1 ADditio † in primo summario defficit uerbum, etiam, ante uerba reintegra. Et in secundo summario defficiunt uerba (etiā reintegra) ultra dicta in summariis duo alia
2 etiam dicit hæc decisio, uidelicet quo͛d † per talem reassumptionem causæ tacite reuocatur substitutus, adeo quo͛d si procedat postea in causa requiritur ratificatio actorum, secus tamen si ex
3 presse reuocasset & inhibuisset ne procederet quia † tunc nō potuissent acta ratificari, ad istam dec. facit dec. Biseg. 11. hoc titulo, sed cogita quid uellint dicere illa uerba decisionis etiam re integra, quia dictio etiam solet præsupponere fortiorem casum, & leuior casus uidetur si procurator substituens reassumat & procedat antequam substitutus ceperit procedere prout dicit expresse dec. 30. infra eo. & ideo cogimur dicere, quo͛d deficiat uerbum, non & ꝙ dec. dicere uellit, re etiam non integra propter
4 dictam dec. 30. & præsertim stantibus uerbis † totiens quotiens de quibus in dec. & aliis uerbis quæ ad præsens utuntur notarii
5 communiter uidelicet † præsenti mandato in suo robore permansuro, quæ uerba etiam ponderat Biseg. dicta decis. 11. per quæ uerba nulli dubium est quo͛d etiam re non integra substituens potest onus procurationis reassumere saltem bis, ut solent importare dicta uerba totiens quotiens. Et licet Bisignet. dicat quo͛d in illo casu substituens non poterat reuocare, & sic uideatur contrarias præsenti dec. tamen ibi non habebat facultatem
6 reuocandi ut hic. Et dum dicitur in fine huius dec. quo͛d † procurator potest acta ratificare intellige dummodo non agatur de præiudicio tertii uel aduersarii ut in dec. 1. eo. titulo in anti. Dū autem etiam dicitur quo͛d si expresse inhibuit non potest ratificare uide rationem per Fely. in. c. ex parte decani de Rescript. & in. c. nonnulli. §. sunt & alii eo. tit. dum loquitur de falso procuratore & de procuratore reuocato.

XV.

Summarium.

Si reus principalis ob causam criminalem est captus potest in ea procuratorem constituere. 101.

Epitome.

1 Procurator constitui potest in causa criminali quando reus est captus.

1 ADditio, ista † dec. est satis clara uide tamen dec. sequentem & infra. 35.

XVI.

Summarium.

Vxor clerici detenti in carceribus potest pro marito procuratorem constituere. h. d. 103.

Epitome.

1 Procuratorem constituere potest uxor clerici pro marito detento.

1 ADditio, ista † dec. dum dicit ꝙ uxor potest pro marito procuratorem constituere quia coniuncta persona, non satisfacit, quia licet coniuncti admittantur pro coniuncto in iudicio & popularibus actionibus ac pro uniuersitate, ac canonicus pro canonico ut supra dec. 6. & infra. 36. tamen, tales non possunt constituere procuratorem, ut in deci. 34. hoc titu. in anti. & infra. 35. & per Felyn. in. c. nonnulli de Rescrip. §. sunt & alii nu. 41. sed alia ratio in hac dec. allegata uidelicet ꝙ hic uxor uidetur suam prosequi iniuriam melior uidetur per iura hic allegata.

XVII.

Summarium.

Procurator potest opponere crimina licet non exprimantur in mandato. h. d.

Epitome.

1 Procurator potest opponere crimina licet non exprimantur in mandato.

1 ADditio † summarium istud non comprehendit omnia nam dicitur hic ꝙ in mandato ad appellandum ab alicuius electione prouisione uel postulatione facta uel fienda debent exprimi crimina certa & deffectus opponendi in mãdato autem ad iuditia sufficit ꝙ dicatur ad agendum uel defendendum ac crimina & defectus in personam & formam opponendum tex. tamen istius dec. sub titulis, est corruptus in secunda linea dum dicit, ac etiam uel uult dicere ac crimina & defectus ut dicitur in alia impress.

XVIII.

Summarium.

Si constituens procuratores ad iuditia & negotia : alios ad iuditia tantum constituat, reuocando omnes alios constitutos solum ad iuditia intelligitur reuocare. 256.

Epitome.

1 Procuratorem constituens in eodem mandato ad lites & negotia si alios ad lites tantum constituat etiam cum reuocatione aliorum sub quacunque forma constitutorum non uidetur reuocasse constitutos ad negotia.

2 Reuocatio non est intimanda quando agitur tantum de praeiuditio reuocantis.

1 ADditio, istud summarium potuisset melius colligi nam dicitur hic, quod † si quis constituat plures procuratores insolidum ad negotia, & lites, in eodem mandato, & postea constituat alios ad iuditia tantum, cum reuocatione omnium procuratorem suorum alios sub quacunq; forma uerborũ per ipsum constitutorum: procuratores ad iuditia, alias per eum cõstitutos uidetur dũtaxat reuocasse, & non alios ad negotia, qa duo diuersa uidentur esse mandata. Et sic ut uides primi procuratores erant constituti in eodem mandato si enim fuissent cõstituti in diuersis mandatis & unus ad iuditia & alii ad negotia tũc materia erat clara maxime stantibus illis uerbis sub quacunque uerborum forma de quibus uerbis uidelicet in eodem mandato & aliis uidelicet sub quacunq; uerborum forma & non fit mentio in summario. De materia reuocationis procuratorum, habes etiam supra dec. 2. & 4. & infra. 20. & 22. & in antiq. 11. 14. 22. & 25. & in terminis huius dec. uide Fel. ponentem plura exẽpla. in. c. ex parte decani. col. iij. in uerbo reuocatio. nu. 11. cum duabus col. seq. & in. c. sedes de Rescrip. col. v. nu. 21. Et aduerte in hac impress. dum allegatur. l. quia dulcia uult dicere. l.
2 fina. §. cui dulcia, & uide dec. 11. hoc titulo in anti. ubi † si quis fecit procuratorem ad acceptandum si secundo facit alios procuratores uidetur primum reuocare, & etiam ꝙ non sit certificatus non potest acceptare, quia agitur tantum de praeiuditio constituentis.

XIX.

Summarium.

Procurator articulos per eum datos etiam per iuramentum de stilo palatii reuocare potest, etiam non docto de errore. h. d. 160.

Epitome.

1 Confessio procuratoris reuocari potest per dominum etiam si facta sit in articulis medio iuramento datis.

ADditio istud summarium procedit simpliciter in causis beneficialibus & matrimonialibus, in causis, uero prophanis dec. dubitatiue loquitur licet idem etiam in istis seruari uiderim, habes dec. 2. de confes. & 32. de test. in anti. quae
1 dicunt † dominum posse reuocare confessionem procuratoris, & in terminis huius dec. uide Egi. 695. & per Felyn. in. c. 1. ut lite non conte. num. 28. ubi prosequitur materiam per tres col. Et aduerte ad text. hic in fine dum allegat. c. cum in positionibus de confessis, uult dicere de iureiuran. lib. vj.

XX.

Summarium.

Dominus appellãdo a diffinitiua reuocat procuratorem primae instantiae quãuis habeat mandatum ad appellandum, & appellationem prosequendum, uel sic, procurator contra quem lata est sententia censetur reuocatus, si non ipse sed dominus appellauit, ac alios sine protestatione constituit.

Epitome.

1 Procurator censetur reuocatus si dominus appellet a sententia & alios procuratores etiam non acceptantes constituit.
2 Procurator non censetur reuocatus per actũ domini necessariũ.
3 Procurator non efficitur dominus causae sed instantiae.

1 ADditio primum summarium nihil ualet, secundum † uero pōt stare, sed aduertendum est, ꝙ uis non stat in eo ꝙ dominus appellauerit, sed quia post appellationem plures actus substantiales fecit, ac alios procuratores constituit, et ꝙ ipsi non acceptauerint qđ non refert ut hic, & per Egi. dec. 530. Et dixi supra dec. 7. Dicitur. n. expresse in dec. ista ꝙ appellatio & nõ acceptatio procuratorũ nihil operantur in proposito, & sic
2 dec. remanet clarissima. Aduerte tamẽ ꝙ † si dominus faciat aliquẽ actũ necessariũ puta respondeat positionibus &c. non uidetur reuocare procuratorẽ, ut in dec. 22. & 31. in ant. hoc tit. & uidebimus aliquid infra. 25. ubi idẽ dicitur in procuratore faciẽte actũ necessariũ ꝙ non censetur reuocare substitutũ, & ẽt satis ad propositum faciunt quae dixi supra eo. dec. 4. nu. 3. Et nota hic in fi
3 ne ꝙ licet † procurator ꝑ litis cõtestationem efficiatur dominus litis hoc est illius instantiae, non tamen efficitur dominus causae.

XXI.

Summarium.

Ad recipiendum possessionem iuris canonicalis, uel præbende requiritur spetiale mandatum h.d.uel sic, possessio iuris canonicalis per spetialem procuratorem acquiritur, non per negotiorum gestorem, nisi dominus ratum habuerit infra tempus infra qđ potuisset possessionem nancisci.h.d. 390.

Epitome.

1 Procuratorium spetiale requiritur ad capiendum possessionem canonicatus & præbende.

1 ADditio, ista † dec.uario modo intelligitur per doc.ut refert Fel.quem uide in.c.nonnulli de Rescrip.§.sunt & alii.nu.28.& uide Dominicum in.c.si tibi de præb.libr. vj.qui tenet contra istam dec. Et aduerte, dum hic allegatur.l. iij.de acquir.poss. uult dicere.l.j §. per procuratorem facit ad hanc materiam dec.Egi.55.ubi etiam si sit datur procurator spetialiter ad capiendum possessionem, ipse non potest capere possessionem plenam, alium spoliando.

XXII.

Summarium.

Per generalem constitutionem procuratoris ad omnes causas, non reuocatur procurator prius ad certam causam spetialiter deputatus, h.d.uel sic procurator ad unam causam spetialiter constitutus, per constitutionem generalem alterius ad omnes causas non censetur reuocatus.

Epitome.

1 Procurator constitutus ad certam causam non reuocatur per generalem constitutionem alterius ad omnes causas.

1 ADditio, ista dec.† est satis clara.ideo non curaui perquirere concordantes faciunt dicta supra dec.18.

XXIII.

Summarium.

Procurator qui ad substituendum dumtaxat onus recepit, & substituit, cum clausula donec &c.mortuo uel recedente substituto, tenetur notario causæ satisfacere, si principalis non sit præsens in curia.h.d.

Epitome.

1 Procurator qui acceptauit ad effectum substituēdi tātum mortuo uel recedente substituto tenetur satisfacere notario.

1 ADditio, istam † dec.reffert & sequitur Cassa.dec.1.hoc titulo sed in casu quando procurator acceptauit simpliciter alias ualde dubitarem de ueritate dec. & ideo semper seruabis cautelam de qua infra dec.26.

XXIIII.

Summarium.

Ad allegandum causas absentie, uel excusationes pro personaliter citato, admittitur etiam generalis procurator.h.d.uel sic, procurator constitutus ad agendum & deffendendum pro citato personaliter, potest allegare iustas absentie causas.h.d. 314.

Epitome.

1 Procurator generalis potest allegare iustas causas absentie pro citato ad personaliter comparendum.

1 ADditio, ista † dec.est satis clara, & cum ea concordat dec.7.hoc titulo in anti.ubi etiam dicit ꝙ in mandato requiritur clausula ad iurandum de calumnia in animam domini, & ꝙ talis procurator debet nedum allegare sed etiam offerre in termino, se causas excusationum probaturum, & facit in terminis dec.Egi.211.ubi ꝙ ualet mandatum ad excusandum non habens causas excusationes expressas.

XXV.

Summarium.

Procurator qui compulsus in præsentia partis aduerse, positionibus respondet, non censetur propterea huiusmodi substitutum reuocasse, h.d.uel sic, si procurator habens ad substituendum mādatum sufficiens substituat, & substitutus onus acceptando litem contestetur in causa & procedat, quamuis substituens ad compulsionem iudicis aliquid faciat, dummodo in causa ulterius non procedat, non uidetur substitutus propterea reuocatus h.d. 318.

Epitome.

1 Procurator substitutus non reuocatur per actus necessarius substituentis.

1 ADditio, aduerte † ꝙ hic in mandato istius procuratoris nō aderat clausula de qua dixi supra dec.4.ubi uideas & infra dec.30.si enim ibi fuisset illa clausula, sic de facili non reuocaretur substitutus ut dictum fuit supra dec.2.& 4. & 20.& Nota hic in fine dec.ꝙ ea q̄ compulsi ud metu excommunicationis facimus nobis obesse non debent, tex.not.in.c.dilecti qđ metus causa. Ad istā dec.applicari possunt dec.22.& 31. hoc titulo in anti.uide eas quæ loquuntur de dominis qui constituerunt procuratorem & postea fecerūt actus necessarios, & uide omnino Felyn.in.c.ex parte Decani,col.penul.num.54.de Rescrip.

XXVI.

Summarium.

Substituens donec reuocauerit substituto eius difficiente causam reassumere, eius appellationem prosequi compellitur, si ad hoc mandatum habet.h.d.uel sic, procurator qui post litem contestatam ab eo substituit, cum clausula donec eas ad se &c.mortuo uel recedente substituto causam prosequi compellitur, 373.

Epitome.

1 Procurator substituens tenetur deffendere causam, si substitutus defficiat etiam in secunda instantia.

2 Mandatum debet produci per compulsum, si procurator non uult obligari ad aliquod onus.

3 Procurator qui litem est cōtestatus tenetur appellare non tamen prosequi.

1 ADditio, ista † dec. parum seruit & uidetur extra propositum illud, qđ dicitur post litem ab eo contestatam, quia siue ante, siue post litem contestatam substituat siue cū clausula donec siue sine ea ipse remanet procurator, & tenetur deffendere dominum, si simpliciter onus acceptauit, ut dixi supra.dec.9. Et ideo inoleuit stilus, ꝙ † cauti procuratores dant mandatum per compulsum, & demum acceptant onus ad effectum substituendi tantum, ac substituunt, & tunc non potest habere locum hæc dec.quæ in effectu loquitur in casu claro quando quis habebat mandatum ad causam, & simpliciter substituit quo casu, ut in dies seruamus etiam substituto præsente citamus substituentem, qui re uera remansit procurator, & qui non potest aliter diffugere ne citetur, nisi faciat se expresse reuocare, p Dominum: Vide tamen infra dec.30.ex qua potest colligi quæ fuerit ratio dubitandi in præsenti dec.& dum dicitur hic ꝙ † procurator qui litem est contestatus tenetur appellare non tamen prosequi, adde Egi.346.& supra.d.dec.9.nu.4.& 5.

XXVII.

Summarium.

Quamuis in contrahendo matrimonium carnale, uel spirituale exiguntur spetiale mandatū, tamen sufficit utrobiq; ad iuditia man

datum generale.h.d.uel sic,ad agendum, & deffendendum in causa beneficiali non requiritur speciale mandatum. 375.

Epitome.

1 Mandatum speciale non requiritur in causis beneficialibus.
2 Mandatum speciale an requiratur in causis matrimonialibus.
3 Mandatum ad causas motas & mouendas comprehendit etiã causas beneficiales.
4 Procurator ad causas beneficiales potest esse laycus non tamen ad eligendum.

1 ADditio,in quantum dec.† ista loquitur de causis beneficialibus,concordat notabilis,decis.Egid.5.& uidimus aliquid supra dec.6.& habetur de hac materia per Fely.in.c.coram de off.dele.& in.c.sedes de Rescrip.num.32.ubi ponderat.d.dec.Egi.dum dicit ꝙ mandatum ad omnes & singulas causas comprehendit omnes causas,in quibus non requiritur speciale mandatum. Dum autem dec.ista in fine conclu
2 dit ꝙ † in causis spiritualibus,ad agendum non requiritur speciale mandatum in contrarium facit dec.35.hoc titu.in antiq.sed ibi nihil allegatur uide Imolam in.c.accedens de procu.qui notabiliter loquitur super hoc. Aduerte tamen ꝙ licet in causis beneficialibus non requiratur speciale mandatum uidetur tamen ꝙ saltem requiratur mandatum in quo singulariter fiat mentio ꝙ constituitur procurator ad causas beneficiales & spirituales in genere,ut dicit Lapus allega.70.& propterea dicit ipse ꝙ nõ sufficeret mandatum ad causas ciuiles, & criminales etiã cum clausula,& ad omnes alias causas,etiam quæ requirent specia-
102 le mandatum,tamen Domini in una* Gerundẽ. coram do
3 mino Accorambono tenuerunt † mandatum ad causas motas & mouendas comprehendere etiam causas beneficiales. Et no-
4 ta hic ꝙ † laicus potest esse procurator in causa beneficiali non tamen ad eligendum per iura hic allegata.

XXVIII.

Summarium.

Cle.fina.de procu.habet locum in procuratore Abbatis translati ad aliud monasterium & hic locum habet,non solum in morte naturali,sed etiam in ciuili,ex idemptitate rationis, h.d.usq; ad §.ex hoc insurrexit qui est dec.sequens. 376.

Epitome.

1 Procurator censetur reuocatus per mortem naturalem uel ciuilem domini.
2 Processus factus contra procuratorem reuocatum ualet quo ad fructus & expensas.
3 Procurator reuocatus sustinendo litem potest condemnari in expensis.
4 Fructus an debeantur successori translato ad aliquam ecclesiã ac si antecessor decessisset.

1 ADditio,dec.† ista est satis clara & eam sequitur & allegat Cass.dec.2.&.3.de causa possess.& in dec.2.de appel.&.4.de locato &.6.ut lite pend.& Sar.q.20.regulæ de publi.&.62.regulæ de Annali: facit dec.4.infra de rerum p mu.& unica de transla.Episcopi in anti.& Felyn.in.c.licet de off.dele.& possunt induci decisiones Egi.112.548.564.&.645. Et licet dec.parla.delphinalis.547.dicat contrarium tamen eã reprobatam reffert Sar.d.q.62.regulæ de Annali.Et quãuis de
2 ci.† ista de plano procedat quo ad beneficium non tamen procedit quo ad fructus & expensas,quia quo ad ista procedi potest,citato procuratore illius qui cessit,ut fuit resolutum in una
103 * Palẽtina canonicatus coram Bo.Me.Tho.de Thanis de
3 anno.1545.Immo † pcurator generalis illius q cessit si sustinuit litem & non aduisauit dominum ꝙ procedebatur post cessionẽ
104 forte secretam tenetur de suo ad expensas ut in una* Conchen.canonicatus inter.P.Marchina & Jo. Vergara nam procurator Petri sustinuerat litem per plures annos & dicebat ignorasse cessionẽ & ideo domini uoluerunt eũ teneri. Et ad hoc applicari potest id ꝙ fuit etiam diu disceptatum in Rota in qua-
105 dam cã * compromissaria corã Dominis meis de Puteo & Accorambono inter olim Cardinalem Bembũ.& Episcopum
4 Veronen.nam dubitabatur † an idem ꝙ dicitur in morte naturali per glo.in.c.præsenti de off.ordinarii lib.vj.haberet locum in morte ciuili quando prælatus transfertur de ecclesia ad ecclesiam fuerat enim prædictus Episcopus translatus ad ecclesiam Veronen.dimissa ecclesia Bergomen.in qua tepore translationis reperiebantur plures fructus,quos Episcopus prædictus dicebat ad se pertinere,nescio tamen quid fuerit resolutum quia causa fuit postea concordata sed principaliter allegabatur cõsi. Cardinalis.110.& Pauinus in tracta.in.2.parte.q.8.col.fin.uideas per te,& ad propositum huius dec.multa adducit Cassad. dec.16.super regulis ubi etiam,an ualeat sententia lata contra mortuum naturaliter uel ciuiliter,& uide dec.Egi.260.ubi dicit ꝙ post cessionem procuratoris potest procedi per audientiã contra dominum,ad sentẽtiam,& facit etiam dec.eiusdem.Eg. 345.quam uideas per te licet sit aliqualiter corrupta.

XXIX.

Summarium.

Processus procuratoris Abbatis translati & sic reuocati ut in præcedenti dec.ualidatur per ratificationem noui Abbatis cum distinctione hic posita. 377.

Epitome.

1 Processus procuratoris abbatis translati tenet si constitutus fuit procurator nomine ecclesiæ.

1 ADditio,ista † dec.procedit quando primus Abbas constituit nomine ecclesiæ procuratorem istum, secus si nomine proprio,ut dicit distinctio de qua in decis.pro quo facit dec.13.supra in ratione sui prope finem, sed uidetur ꝙ in dubio præsumendum sit ꝙ fecerit nomine ecclesiæ præsertim,si sit dictum,in mandato. N.Abbas &c.ut per Egi.dec.5.&.548. quas uide per te,& uide late per Fel.in.c.nonnulli.§.sunt & alii col.iij.&.iiij. Et si procurator ignorabat translationem uidetur ꝙ ualeant gesta per eum ut dicitur de Vicario Episcopi supra de off.Vica.dec.1.nu.4.

XXX.

Summarium.

Substituens cum clausula donec uices suas ad se duxerit reuocandas,habens mandatũ reuocãdi,si post substitutionẽ procedat,ualidus est processus,h.d.uel sic substituẽs cũ clausula donec &c. non obstante ꝙ substitutus acceptauerit procedere potest, & procedendo ipsum substitutum uidetur reuocare. 386.

Epitome.

1 Procurator substitutus censetur reuocatus si antequam aliquid faciat substituens pcedat in causa intelligẽdo tamẽ ut infra.
2 Clausula ꝙ per quemcunq; actum non intendit reuocare quid operetur.

1 ADditio † secundũ summariũ est uerius, sed adde post uerbũ acceptauerit(& nihil tamen in iudicio fecerit)qa dec. Ita dicit,&dũ dicit procedere põt(dic procedi põt cõtra ipsum)quia ita dicit dec.licet etiam utrũq; subsistere possit ratio dubitandi fuit hic,quia uidebatur transtulisse in totum uices suas,quo casu substitutus non potest reuocari ut in iuribus hic allegatis,sed quia iste non commisit in totum uices suas,& procedendo re integra uidebatur reuocasse substitutum.Ideo ualidus fuit processus,& ad hoc faciunt quæ dixi supra decis.14. ubi etiam si procedere cepisset,& litem contestatus fuisset potuisset reuocari,Et † dum dicitur hic ꝙ procurator procedendo uidetur reuocare substitutum,hoc uerum est nisi sit apposita in mãdato substitutionis alia clausula, ꝙ per quemcumq; actum etiã non intendit reuocare,ut supra dec.4.

XXXI.

Summarium.

Generalis procurator & non spetialis consequitur inducias ad dominũ consulendum,super causa de qua non potuit uerisimiliter informari,h.d.uel sic procurator generalis,si in aliqua causa de nouo citetur potest petere inducias ad dominum consulendum,h.d. 395.

Epito-

Epitome.

1 Procurator generalis de nouo in aliqua cã citatus poteſt petere dilationem ad conſulendum principalem ſi ueriſimiliter non erat informatus.

2 Procurator ad omnia negotia poteſt in iuditio comparere.

1 ADditio, iſta duo ſummaria uirtualiter refferunt ſubſtantiam dec. ſed in ueritate † dec. dicit ꝙ ſi aliquis cõſtituit procuratorem ad omnia eius tractanda negotia, anteq̃ cauſa aliqua ſit contra eum commiſſa licet talis procurator ueniat ad curiam ſi citetur debet ſibi dari dilatio, ad conſulendum dominum, ſi uero tale mandatum factum fuit poſt cauſam commiſſam, & citationem decretam, tũc ſecus, quia præſumitur Dominum hanuiſſe notitiam citationis, & ad illum effectum miſiſſe procuratorem informatum, prout tenebatur. Pro quibus faciunt quæ dixi ſupra dec. 1. intelligo tamen de citatione decreta & ſaltem habita, a Notario per eã quæ dicit Sar. in compen. ſignaturæ nu. 69. & in regula de Annali. q. 45. & Staph. dũ tractat de literis iuſti. fol. 145. uerſ. poſtremo & uerſ. & hoc quãdo, & in alia impreſſ. fol. 109. De iſta materia aliquid dixi ſupra, de Reſcrip. dec. 15. & 18. ubi habes unam dec. modernam & dicã latius ſuper dec. 13. infra de dolo. ubi eſt locus ſuus, & ibi etiam
2 uidebis tres dec. modernas. Nota tamen, ꝙ † in uim talis mandati ad omnia eius tractanda negotia, poteſt quis comparere in iudicio etiam ꝙ non dicatur ad lites & cauſas ut dicitur in dec.

XXXII.

Summarium.

Mandatum procuratoris & iudicis delegati, licet parificentur tamen mandatum procuratoris de ſui natura ad cauſas, nondum exortas extenditur, niſi uerba præſentis temporis dumtaxat ſpecifice apponantur. h. d. uel ſic procurator generaliter conſtitutus ad cauſas poſtea exortas poteſt & debet admitti ſecus in iudice. h. d. 413.

Epitome.

1 Mandatũ ad cauſas ſimpliciter cõprehendit ẽt poſtea exortas.
2 Mandatum generale capit bona etiam poſtea acquiſita.
3 Mandatum rei late interpretandum.

1 ADditio, cum iſta dec. ꝙ † mandatum procurationis extẽdatur ad cauſas futuras poſtea exortas concordat deci. 1. ſupra eo. tit. & 18. ſupra de Reſcr. licet in contrarium faciat dec. 30. hoc titulo in anti. ſed illa loquitur in mandato generali ad cauſas, & nõ dicitur ꝙ ibi eſſet clauſula ad cauſas motas, & mouendas ut hic quinimmo ſi bene aduertatur, illa deciſ. concordat cum iſta, quia in fine allegat. c. quia circa de priuile. qui optime probat iſtam intentionem, & dec. reſidet in ulti. opin.
2 & idem dicit dec. 3. Biſeg. eo. tit. licet † aliqui dubitent etiam ſtante clauſula admouendas an ueniant cauſæ ratione rerum & bonorum ac beneficiorum poſtea acquirendorum: puta ſi quis poſt conſtitutum illum generalem procuratorem acquirat alia bona, uel alia beneficia ſuper quibus ſibi moueatur lis: tamen etiã idẽ dicendum eſt in iſto caſu, quia etiam talia bona comprehenduntur in Reſcriptis antea impetratis ut ſupra de Reſ. dec. 19. ubi dixi. Pro quo induci poteſt dec. 26. in anti. & Biſeg. 4. hoc tit. ubi ꝙ ualet mandatum ad acceptandum, & permutandum beneficia etiam conferenda, & licet dec. 17. eo. tit. in anti. uideatur contraria. d. dec. 26. tamen ſe remittit ad finem illius deciſ. quæ idem dicere uidetur immo etiam hæc dec. noſtra loquitur, & intelligi debet quo ad bona poſt mandatum acquiſita, dum allegat. l. fi. C. quæ res oblig. poſſ. & c. dilecti de except. & uide per Fel. qui ſequitur iſtam concluſionem in. c. relatum de off. dele. col. ij. ubi ponit ſeptem differentias inter mandatum procuratoris & mandatum delgati. Et ad iſta uide Staph. dum tractat de literis iuſtitiæ fol. 174. uerſ. non datur commiſſio & in alia impreſſ. fol. 128. Et iſte caſus de obtinen. beneficium poſt mandatum ut audiui ab excellentiſſimo procuratore. D. Ioan. Emghiano fuit reſolutus pro affirmatiua ꝙ mandatum extendatur
109 in * una ſua cauſa propria calaguritana corã domino. Sar
3 nen. & tanto magis hoc procedere debet † in mandato rei, ne remaneat in deffenſus ut dicit dec. iſta licet. Sar. in. q. 2. de Idioma. intelligat iſtam dec. in fine. & eam aducat ad probandum ꝙ mandatum actoris ſit fauorabile quod tamen non dicit dec. ſi bene perſcruteris, licet dicat mandatum eſſe fauorabilius Reſcripto, ſed ꝙ mandatum rei non ſit magis fauorabile, mandato Actoris nõ negat præſertim cũ ſupra id affirmauerit, & uide infra de præbe. dec. 18. ubi dicitur quòd executor non poteſt ſubdelegare quo ad cauſas ſibi committendas.

XXXIII.

Summarium.

Morte procuratoris ſubſtitutio ex ſpetiali mandato ſubſtituentis (etiam re integra) non expirat, ſecus ſi ab eo ut a domino litis facta foret, h. d. uel ſic, ſi procurator cum poteſtate ſubſtituendi, in mortis articulo ſubſtituat generaliter, in omnibus &c. & moritur reintegra, antequam ſubſtitutus acceptet mandatum, dicti ſubſtituti poteſtas non expirat. 414.

Epitome.

1 Procurator poteſt ſubſtituere generaliter in omnibus cauſis in quibus acceptauit onus procurationis cum diſtinctione tamen de qua hic.
2 Subdelegatus poteſt ſubdelegare ponendo alium loco ſui in caſu iſto.

1 ADditio, iſta dec. ſatis clara uidetur, & declarat dec. Egi. 272. quæ reliquit dubitandum, an conſtitutus procurator in pluribus cauſis poſſit unum procuratorem in omnibus ſubſtituere & hic determinatur ꝙ ſic requiritur tamen ꝙ ſubſtituens prius acceptauerit ut ſupra dec. 7. & ratio huius dec. eſt illa de qua ſupra dec. 8. quia, quando ille qui habet facultatem ſubſtituendi in mandato ſubſtituit: ſubſtitutus dicitur habere mandatum a domino ꝙ ſuperuiuebat procuratore ſubſtituenti, ut etiam per Egi. dec. 6. & ſic licet ſubſtitutus uiuente ſubſtituente non acceptauerit mandatum remanebat radicatum in pſona Domini ſecus tamen eſt quãdo uti dominus litis ſubſtituit ut dixi ſuper. d. dec. 8. quia ſubſtitutus uidetur habere mandatum a ſubſtituente, non, a Domino. Et ad præmiſſa applicari po
107 teſt quod reſolutum fuit in una * cauſa coram Reuerendo
2 domino meo de ſancta Cruce ꝙ † licet Vicarius Epi qui erat ſubdelegatus per unum ex Auditoribus palatii non poſſet aliũ ſubdelegare, ſi tamen habebat facultatem ab Epiſcopo ſubſtituendi, alium loco ſui, potuit alium in locũ ſuum ponere, Et ad præmiſſa adde & uide omnino Fel. in. c. relatum de offi. dele. & aliquid in. c. ſane eo. tit. col. ij.

XXXIIII.

Summarium.

Procurator qui ſententiam obtinuit non poteſt prius per eum dicta etiam in ſui fauorem impugnare h. d. uel ſic qui ut procurator alicuius expectantis egit, poteſt nomine ſuo contra eum agere cuius fuit procurator. h. d. 415.

Epitome.

1 Procurator poteſt etiam poſt ſententiam uenire nomine ꝓprio contra illud quod fecit uti procurator.
2 Sententia præiudicat tertio ſcienti & non appellanti.
3 Confeſſioni facte in una cauſa quis contrauenire poteſt etiam ſi ueniat ut ceſſionarius alterius in alia cauſa inter diuerſas perſonas.
4 Regreſſum habens ſi uti procurator alterius reſignat illud beneficium ad quod habet regreſſum ſibi non præiudicat.

1 ADditio, † primum ſummarium eſt contra deciſ. & nihil ualet ſecundũ uero ſummariũ eſt bonum, addito tamen ꝙ iſte procurator obtinuit ſententiam adiudicatoriam pro expectante, & poſtea cum cognouiſſet illum cuius nomine egerat nullum ius habuiſſe ut iuraſſet nouiter nullitatem gratiæ ipſius pro quo egerat ad eius notitiam perueniſſe potuit nomine ſuo agere. Et ratio etiam eſt, quia ut dicitur hic, non conſtabat nec conſtare poterat, ꝙ iſte procurator quando procuratorio nomine agebat ſciuerit illum eius principalem ius non habere, & ius ſuum proprium cum eſſet ſecundus expectans bonum eſſe, & ſic iſtis præſupoſitis materia uidetur clara. Contra tamen

hanc dec. uidetur dec. Egi. 712. & Bis. 4. de re iud. & 17. eo tit.
2 in anti. ubi ꝙ † sententia præiudicat tertio scienti & non appellanti: sed iste dec. non ita de plano procedunt immo dicit Fel. in. c. cum super de re iud. in fine ꝙ Rota iudicauit contra. d. dec. Eg. per consi. Oldradi. 255. & idem Fel. comprobat istam dec. in. c. quamuis de re iud. col. fin. Ad istam dec. 4. de confess. in anti. repetita de uerbo ad uerbum per Bis. dec. 2. eo. tit. licet quatuor ultima uerba deficiunt tantum ubi dicitur ꝙ † confessio facta per
3 aliquem ut testem non præiudicat sibi conuento uti executorem testamentarii sentit tamen ꝙ si conueniretur nomine proprio sibi præiudicaret tamen hoc non dicitur ibi, licet summarium dicat ꝙ talis confessio præiudicat & ita tenet capitius dec. 52. licet Purpu. in. l. ij. C. de eden. in fine teneat contrarium quod credo uerius per hot. in. c. per tuas de proba. & in simili facit illud de
108 quo resolutū fuit in cā * Florentina pecuniaria Primo corā Domino Accorambono & secundo corā domino Antonio Augustino ubi domini uoluerunt ꝙ R. D. Franc. Soderinus q in alia diuersa causa confessus fuerat se hederem Cardinalis Soderini ex testamento non poterat hodie ueniendo uti cessionarius fisci dicere se non esse hederem testamentarium sed ipsum ab intestato decessisse quis enim uenire non potest contra illud quod est propria uoce protestatus nisi confessionem suam aliter interpretatur ut in. d. c. per tuas, & licet dictus Dominus Franciscus diceret se uenire hodie tanquam cessionarium fisci & sic esse psonam diuersam allegando. d. dec. 4. responsum fuit dictum idē esse quia ueniebat ad propriam utilitatem & ꝙ contraria allegans & sapientia turpitudinem suam non est audiendus, & facit
109 ad hoc * quædam dec. facta coram. d. de Grassis ꝙ † habens
4 regressum per cessum uel decessum si uti procurator resignauit, sibi non præiudicauit quin posset agere ad regressum per not. in c. ex literis de trans. & in. l. fi. C. ne uxor pro mari.

XXXV.

Summarium.

Deffensor siue procurator potest interuenire pro reo contra quem inquiritur de crimine ad effectum priuationis. h. d. uel sic coniūcta persona debet admitti ad deffensionem absentis citati per edictum, ut si per inquisitionem &c. beneficio priuetur & talis cōiuncta persona sic ut præfertur admissa etiam post litem contestatam substituere non potuit. h. d. 426.

Epitome.

1 Deffensor admitti debet sine mandato in causa ubi hoc crimen agitur ad priuationem beneficii.
2 Deffensor admissus ut supra quando possit substituere.
3 Deffensor non admittitur quando in eius bonis non potest fieri sententiæ executio.
4 Interesse non consideratur in beneficialibus.
5 Citari quis debet personaliter ubi agitur ad priuationem beneficii.
6 Citari debet personaliter quando agitur super regressu ob non solutionem.

ADditio hæc duo summaria nihil ualent nam hic mandatum fuit aliquem priuari beneficio constito ꝙ aliquis
1 certum delictū commisisset, & dubitabatur † an deffensor sine mandato esset admittendus, prout in causis criminalibus ut supra, dec. 6. Et fuit dictum ꝙ licet hæc esset causa criminalis ad directam penam pro crimine infligendam nihilominus ꝙ non agebatur de statu personæ, & ꝙ nō eramus in casu in quo impediretur ordinaria executio post peractam penitentiam. Et ꝙ propterea deffensor admittendus erat cum cautione tamen de rato, ac de soluendis expensis litis & damnis & interesse & nihilominus ꝙ procederetur etiam per audientiam contradictarū. Ponitur etiam aliud dubium in hac dec. seu in. §. 1. nam ponitur per. §. in alia impressione licet in illa impress. defficiant tres ultimæ lineæ, quæ dicunt illū substitutum non fuisse admissum
2 ut dicitur in summario. Dubium est igitur in hoc. §. † an talis deffensor post admissionem & litem contestatam posset alium substituere & deciditur in fine ꝙ non, secundum istam impressionem, ratio tamen qua mouetur dec. ad hoc dicēdum destruit totam dec. in isto & etiam in casu præcedēti nam primo reffert Spec. tenentem partem affirmatiuam ꝙ iste posit substituere, licet dicat multos sapientes tenuisse contrarium ut ibi, & deinde dicit ꝙ dictū spec. posset procedere in causis prophanis, & mere ciuilibus, secus in criminalibus mixtis & beneficialibus & aliis spiritualibus causis, quia cum in istis nō habeat locum prædicta cautio non potest fieri in bonis deffensoris sententiæ executio, ergo cessat Spec. ratio, & propterea ꝙ fuit conclusum nō admitti substitutum. ista sunt uerba meæ dec. pondero igitur ꝙ hic non sumus in causa mere ciuili, sed aut beneficiali uel spirituali aut criminali uel mixta nec dici potest ꝙ simus in causa prophana ut dixi supra de Rescrip. super dec. 2. col. fin. quia hæc deci. dicit contrarium dum dicit ꝙ dictum Specu. procedit in causis prophanis, & non in ista. Sed dato etiam ꝙ essemus in mate-
3 ria prophana oritur alia contrarietas quia dec. dicit ꝙ † in causis in quibus non potest fieri in bonis deffensoris sententiæ executio non cadit prædicta cautio, quia etiam non cadit quando petitur absolutio ad cautelam, ut in dec. seq. in fine, & sic deffensor non admittitur, ergo frustra quæritur an posit substituere, sed sic est ꝙ in casu isto ubi agitur ad priuationem beneficii in euētum delicti non potest fieri executio in bonis deffensoris, quia ipse non habet beneficium ergo in hoc casu non cadit cautio & consequēter nec substitutio. Credere igitur ꝙ aliquo modo iste deffensor posset substituere, prout dicitur de coniuncta persona in dec. 34. hoc tit. in anti. & dixi supra dec. 6. & 19. quod facit ad dec. sequentem. Non negarem tamen admittēdum deffensorem, prout in causis criminalibus ex quo agitur de causa status. Posset tamen a prædictis contrarietatibus deffendi hæc dec. si dicamus, ꝙ attēto effectu, ꝙ Papa mandauit beneficium in euentum priuationis conferri causa non dicitur prophana. Item & ꝙ licet executio non posset fieri contra deffensorem quantū est respectu beneficii poterat fieri tamē respectu expensarum ac damnorū & interesse pro quibus erat præstita cautio. Et ad illam rationem ꝙ hic non poterat fieri executio contra deffensorem, quantum est respectu beneficii responderi potest, ꝙ nec etiam ad hoc se obligauerat deffensor, & ꝙ satis est ꝙ fuit admissus in casu, a iure permisso, in quo tales deffensores substituit quia aut debuit admitti de iure & consequenter debet posse substituere aut non debuit admitti & frustra quæritur de facultate substituendi. Ad ista etiam faciunt notata per Fely. in. c. ex parte decani in fine de Rescrip. ubi quærit an deffensor qui cauit isto modo possit
4 post litem contestatam reuocari. Et nota hic unum ꝙ † in causis beneficialibus & spiritualibus non consideratur interesse ut etiā
5 dicitur supra dec. 6. & in anti. hoc tit. dec. 8. Item nota ꝙ † licet agatur ad priuationē causa non dicitur criminalis sed ciuilis tamē scias ꝙ pars in tali casu debet personaliter citari ut * fuit
110 dictum, in quadam causa pro affinæ Cardinalis Cauriensis de
111 mense Octobr. 1549. ubi etiam fuit * resolutum † idem esse
6 quando agitur ad regressum ob non solutionem.

XXXVI.

Summarium.

Absolutio ab excommunicatione non potest peti per non habentē speciale mandatum, quamuis generalis procurator uel coniuncta persona posit petere excommunicatoinis sententiam pronūciari nullam: uel sic, procurator decani & capituli, pro se & omnibus clericis ecclesiæ, nō potest absolutionem singulorum de ecclesia petere. h. d. cum. §. seq. 429.

Epitome.

1 Procurator capituli non potest pro singulis clericis ecclesiæ petere absolutionem.
2 Absolutio ad cautelam peti non potest per cōcanonicum etiam non excommunicatum & dicitur magis præiuditialis quam alia.

1 ADditio, primum summarium nihil ualet, ad † secundū uero adde ut in tex. ꝙ licet mandatum esset speciale ad petēdum absolutionem etiam ad cautelam quæ est ma-
2 gis præiudicialis tamen illam petere non potest, † prout nec canonicus non excommunicatus pro concanonico suo absolutionem ad cautelam petere posset, quia in ea petenda non requiritur iuramentum nec cautio præstatur nec satisfactio impeditur quæ sunt magnæ importantiæ in hoc proposito, ut etiam in præcedenti dec. Sed dum deci. loquitur de clericis simplicibus reddit rationem quia non constabat eos comprehensos in mandato, & quia non apparebat eos esse subditos dictorum canonicorum & capituli, uel esse de capitulo uel collegio, aut confratres, & nullum dubium est ꝙ si cōstasset eos tales, absolutio pe-

si potuisset pro quo facit decis.8.infra de iudi.& hoc non negat dec.ista quæ in effectu plus decidit factum quã ius,nisi in quantum loquitur de canonico agente pro concanonico quinimmo etiam prælatus solus non posset pro capitulo, pro qua materia uide omnino Fel.latissime in.c.nonnulli de Rescrip.§.sunt & alii col.xvj.nu.18.& in.c.cum.m.de consti.nu.25.cum duobus sequentibus ubi examinat an illud ꝙ dicitur de coniunctis habeat locum in coniunctis coniunctione spirituali, & notat etiam aliquid in.c.cum deputati col.ij.de iudi. Aduerte tamen ꝙ in aliis dec.per numerum ad istam dec.est appositus unus.§.incipiens ex eodem facto,qui est infra de appe.ad dec.59.& melius ibi cadit: Aduerte etiam ad tex.dum dicit tum etiam, quia,uult dicere,tamen quia,& ad istam dec.satis conferunt dec.Egi.10.&.108.uide cas ubi quãdo procurator censeatur factus nomine capituli canonicis interuenientibus,& an nomina sint exprimenda,uide in anti.dec.9.&.29.hoc titu.

XXXVII.

Summarium.

Si clericus contra laicum intentauit crimen sacrilegii criminaliter & admissus laicus per procuratorem usq; ad conclusionem,non potest opponi ꝙ non debet admitti procurator & secundum ultimam impressionem. 482.&.485.

Epitome.

1 Procurator admissus usque ad conclusionem,in causa criminali non potest repelli si sententia ueniat ferrenda pro reo.

2 Procurator admittitur in causis in quibus procedi potest contra absentem.

3 Exceptio ꝙ procurator non sit admittẽdus admittitur in quacũque parte litis nisi &c.

1 ADditio summarium † istud,non bene procedit,nisi addatur; si post conclusionem constabat sententiam esse ferendam pro reo: pro quo procurator comparuerat quia si senteñtia non ueniret ferenda pro reo contrariũ sentit hæc dec. ꝑ doct.Io.And.in.c.1.de iud.li.vj.in nouella.cum ista dec.concordat dec.10.supra eo.& uide Fel.in.c.exceptionem de exce. col.xij.nu.30.plura notari possunt ex hac decis.incidenter di-

2 cta,&. Primo ꝙ † in casibus in quibus potest pronunciari contra absentem,potest etiam procurator admitti,ut etiam habes supra dec.35.quia nunquam admittitur procurator quando sententia esset delusoria & non posset absens puniri ut quando agitur

3 de pena corporis afflitiua. Secũdo ꝙ † exceptio ꝙ procurator nõ sit admittendus potest opponi in quacunq; parte litis licet nõ obstet in casu isto quando sententia uenit ferenda pro reo ut supra Tertio ꝙ antequam opponatur ista exceptio tenet processus, pro quo etiam facit dec.10.supra.Item aduerte ꝙ text.meus est corruptus dũ allegat Io.Anto.uult dicere Io.And.& dum allegat.l.fin.§.de iniuriis uult dicere.C.de iniu.& in alia impres.dicit corrupte.C.de iureiu.Itẽ dũ allegat.d.l.qui publice uult dicere.§.q publice:& dum dicit tertius aũt casus uult dicere certos aũt casus & in impressione ꝑ numerũ dũ dicitur decimare dicas diuinare & dum dicitur.ff.si quis.19.distin.dicas,si quis ius dicenti non obtem.& dum allegat.l.eos.C.de accu.dic.l.reos.

XXXVIII.

Summarium.

Dominus tacite uel expresse potest factum sui procuratoris ratificare,& idem poterit procurator dominus litis effectus: procurator tamen cum potestate substituendi constitutus substituendo simpliciter,non ratificat nisi expresse:antea gesta. 452.est.454.

Epitome.

1 Ratificata non censentur antea gesta per substitutionem nisi expresse dicatur licet secus sit si ille qui gessit acta constituatur a principali uel a domino litis.

1 ADditio,ista dec.† est clara sed facias punctum ut ego feci ante uerba illa antea gesta,ut sit sensus,ꝙ procurator habens facultatem substituendi,simpliciter substituendo non uidetur ratificare antea gesta (nisi hoc expresse dicat) ꝙ tamen est secus in domino constituẽte,uel in procuratore domino litis effecto substituente,quia ipsi ut dicitur hic de facili uidentur ratificare:quæ differentia est menti tenenda ad istam dec.faciunt not.per Fely.in.c.ex parte decani col.iij.nu.8.& in c.1.ut lite non conte.col.ix.nu.24.& in.c.nonnulli.§.sunt & alii de Rescrip.col.iij.&.iiij.ubi late quando possint ratificari gesta per non procuratorem uel falsum procuratorem & uide dec.sequentem Aduerte in hac impressione linea.21. dum post dicit in hoc uero constituto & uero domino loco,& pone a.

XXXIX.

Summarium.

Dominus ratificat gesta seu facta falsi procuratoris si eis utitur sed tutius est si expresse ratificet.h.d.453.litera est corrupta uult dicere. 455.

Epitome.

1 Ratificatio inducitur si dominus utitur gesta per assertum procuratorem.

2 Ratificari an possint gesta per falsum procuratorem.

3 Mandatum censetur datũ si iura reperiantur penes solitum procurare uel si quis soluat nomine alterius.

1 ADditio,summarium substantialiter comprehendit omnia sed † dec.in effectu dicit ꝙ iste assertus procurator appellauit,a sententia in præsentia domini & iudex detulit,& ꝙ appellatio ualuit quia dominus fuit præsens postea causam appellationis committi fecit. Ad istam dec.faciunt ea quæ dixi super præcedenti dec.& licet uideatur obstare ea quæ

2 dicit Fel.in.c.nonnulli.§.sunt & alii de Rescrip.dum dicit † ꝙ gesta per falsum procuratorem non possunt Ratificari pro quo uide infra de appel.60.tamen Fely.ibi satis clare respondet,uide notabilia uerba eiusdem in.c.ex parte decani.de Rescriptis col.iij.nu.50.uers.fallit.3.ubi licet gesta per procuratorem reuocatum non possint ratificari,tamen hoc fallit nisi simus in actu qui a quibuscunque etiam sine mandato facto posset ratificari, & uide eundem in.c.1.ut lite non contest.facit ad præmissa ꝙ

3 † dominus dando iura sua in manibus alicuius soliti procurare uidetur ipsum constituere procuratorem, ut per Fel.in.c.causam,q; de Rescrip.col.xij.nu.58 & in.c.sicut de re iudi.nu.39.&.40.& per Rebuffum fol.108.& facit deci.2.de causa.poss.& propria in anti. Vbi ꝙ si de aliquis soluat nomine alicuius præsumitur habere mandatum, & idem dicit Sar.q.32.regulæ de Annali &.6.regulæ de Trie.& uide Cass.dec.3.hoc titul.

LX.

Summarium.

Procuratorium concernens certas personas,ad alias non extenditur,nisi clausulæ generales subsistant.Et ideo ueniẽs ad causam pro suo interesse,habet dominum principalem ad causam uocare, seu facere uocari 454. litera est corrupta uult dicere. 456.

Epitome.

1 Procurator rei & possessoris non dicitur habere mandatum quo ad tertium postea comparentem.

2 Iudex datus contra.B.&.C.non potest procedere in causa quã D.intentauit contra.C.

3 Processus quomodo fiendus quando tertius uenit ad causam.

1 ADdditio,dec.† ista tres decidit difficultates,Prima ꝙ si A.committit causam cõtra.B.&.C.possessorem &.C.constituat procuratorem contra.A.&.B.si.D. Veniat ad causam debet citare.C.principalem nec sufficeret citare procuratorem dimissum ab eo in dicta causa quia dictus procurator non habet mandatum contra.D.& iste casus est clarus & cõcordat dec.13.supra eo.& Egid.314. Secundus casus est an

2 † iudex impetratus per.A.contra prædictos posfit procedere in causa quam.D. intentauit contra.C.& istud etiam non habet dubium ꝙ non potest procedere,ut fuit dictum supra de Rescr. dec.7.potest tamen audiri.D.excipiendo cõtra.A.ut dicit hæc

3 dec. Tertium dubium est † de modo procedendi dato ꝙ Re-

scriptum impetratum per A. dedisset iurisdictionē quo ad D. an sit inchoandum de nouo uel admittatur in terminis in quibus reperitur & dicit ꝙ domini uoluerunt ꝙ præfigerentur partibus terminus ad ponendum & articulandum, & dicendum contra producta sed hæc dec. sico pede per transit, ideo uideas semꝑ in hac materia dec. primam Cass. de excep. ubi facit distinctionem quando quis uenit ad causam in uim clausulæ omnes'ꝗ alios interesse putantes appositæ in Rescripto per Aduersariū impetrato, & tunc tertius debet admitti in eisdem statu & terminis ut est tex. in c. fin. ut lite pendente lib. vj. & notat Fel. in c. cū super de re iudica. nu. 13. Quando uero quis impetrat commissionem ꝙ mandetur Auditori ut constito de interesse ipsum admittat tunc non admittitur in eodem statu sed debet inchoare de nouo, ut dicit idem Cass. ibi & sic isto casu uidetur dicendum ꝙ termini sint de nouo seruandi, de quo tamen ualde dubito. In priori uero casu quādo uenit uirtute clausulæ prædictæ omnia acta facta sibi prosunt & nocent in tantum ꝙ dicit Ioan. Mo. in d. c. fin. ut lite pēdente ꝙ si tempore quo tertius uenit ad causam testes sint publicati publicatio illa sibi nocebit pro quo facit dec. Neap. 35. Et ad istam materiā recure semper ad Fel. in c. ueniens el. 2. de testibus in c. exceptionem de excep. & c. cū super de re iudi. Et uide supra de Rescrip. dec. 2. dū dixi de terminis qui seruantur, quando quis uenit pro interesse ubi habes dec. modernas & infra de resti. spo. dec. pen. & infra de re iudic. 20. ubi uidebis melius esse ꝙ tertius non appellet a sententia ne sibi præiudicent acta, si tamen potest probabiliter ignorare sententiam esse latam, de quo etiam dixi supra dec. 2. de Rescrip. nu. 42. & ad materiam istius dec. faciunt quæ dixi supra dec. 13.

DE HIIS QVÆ VI METVS VE CAV. FIVNT.

I.

Summarium.

In libello in interdicto unde ui, non tenetur libellans statim specificare res uiolenter ablatas, h. d. uel sic spoliatus nō expedit ꝙ ablata sibi statim in libello specificet, quia probata uiolentia stabitur eius iuramento de rebus ablatis, & ualore earum. h. d.

Epitome.

1 Specificari debent bona ablata ante sententiam, & statur iuramēto probata uiolentia.

1 Dditio, ista † dec. est satis clara, sed in summario omittitur ꝙ iste non tenetur sic statim & ante litem contestatā specificare & sic infertur ꝙ ante sententiā debent specificari bona Egid. dec. 186. dicit ꝙ opportet in isto libello exprimere res quas exprimere potest, sed nihil dicit de iuramento & facit ad materiam dec. 1. infra de libel. oblati ubi dicitur ꝙ libellus & articuli in actione iniuriarum debent taliter specificari, ꝙ Aduersarius per illa certificari possit, uide dec. sequentem.

II.

Summarium.

In dilatione iuramenti secūdum formam. c. super eo ꝙ metus causa, non est necessaria partis citatio. 299.

Epitome.

1 Taxatio rerum ablatarum debet fieri parte citata.
2 Valor & quantitas bonorum ablatorum probatur iuramento quando est probata uiolentia.
3 Citatio requiritur in iuramento in litem uel decisorio.
4 Damna & interesse post litem contestatā dolo uel uiolentia illata probantur iuramento.

1 Dditio tria dicuntur hic Primo † ꝙ quo ad taxationem rerum ablatarum per iudicem faciendam, pars debet ci-
2 tari. Secundo † ad deferendum iuramentum in casu. d. c. super eo. & in casu. l. si quando. C. unde ui non est opus
3 citare partem licet tutius sit ꝙ citetur. Tertio † ꝙ in iuramento in litem uel decisorio requiritur partis citatio. Et sic ista decisio uidetur satis intricata, Tamen quia soluto secundo casu prædicto, satis clara redditur, ideo uide Egi. dec. 580. qui illā declarat procedere quando constabat aduersariū esse uiolentū & iuramentum defferebatur tantum super ualore & uide infra dec. 3.
4 de iniu. & dam. dato ubi ꝙ † quādo petuntur dāna & interesse illata post litē cōtestatā dolo uel uiolentia, sufficit illa probare per iuramentum, & sic hoc habere poterit locum in spolio mero ubi spoliator dicitur in dolo quia dec. Bis. dicit si dolo uel uiolētia, & ita loquitur Egi. d. dec. 580. & illā dec. 3. ualde extollit Fely. in c. sacro de senten. excom. nu. 11. licet nunquam hoc uiderim praticare ideo bene cogita: differentiam autem inter istum iuramentum & iuramentum in litem ac iuramentum affectionis & iuramentum uoluntarium & necessariū uide late per Ias. in Rubrica & in l. in actionibus. ff. de iureiur. & ad prædicta uide Ias. in rep. l. admonendi de iureiu. nu. 311.

DE RESTI. IN INTEG.

I.

Summarium.

Aduersus tres sententias conformes non est restitutio concedenda, nisi iudici prius constiterit de iniustitia earundem. 2.

Epitome.

1 Restitutio non est concedenda aduersus tres sententias nisi & cætera.
2 Restitutio etiam datur aduersus tres sentētias latas super spolio constito de bono iure.
3 Restitutus aduersus tres sententias debet ante omnia soluere expensas.
4 Restitutio datur etiam cedenti bonis reseruata congrua portione etiam non reffectis expensis.

1 Dditio, cum ista † dec. concordat dec. 5. hoc titulo in antiq. & Egi. 409. & decis. ista procedit quando restitutio principaliter petitur, secus si incidenter, uel excipiendo ut in dec. 1. eo. titu. in anti. Et quando incidenter peti dicatur uide dec. 2. & 3. hoc titu. in anti. Et Egi. 502. & per Biseg. decis. uni. eo. tit. ubi ꝙ si principaliter petatur requiritur mandatū speciale. Et ad ista uide omnino Cass. dec. 1. hoc tit. ubi habes si cōmittatur causa restitutionis post tres sententias an executio impediatur: Et uide ad materiam istam plene per Staph. fol. 62. & in alia impr. fo. 120. Et Aduerte dū allegatur, l. minor. & adde q̄ est secūda & uide Eg. dec. 334. ubi ꝙ in restitutione ad appellandum sufficit præsumptiua probatio fuit tamen alias data re-
112 stitutio etiam * aduersus tres sententias latas in spolio cum constasset de bono iure ex iuribus nouiter repertis, per successo-
113 rem ꝙ iuste ignorauerat ut in una * Tolletana parrochialis coram domino Verallo prout reffert Tolo. decis. 89. Et ad hæc
114 facit alia dec. * eiusdem Tolo. 22. ꝙ † ille qui restituitur ad-
2 uersus tres conformes debet ante omnia soluere expēsas secus si
115 aduersus unam tantum. Et facit alia dec. * facta in cā Ispa-
3 len. canonicatus † ubi ꝙ cedens bonis etiam post tres sententias
4 † reseruata sibi congrua portione debebat restitui in integrum et non refectis expensis.

II.

Summarium.

Quo ad petendum restitutionem in integrum aduersus tres sententias, & probationes omissas quadrienniū, a die ultimæ sententiæ computatur. 65.

Epitome.

1 Quadriennium ad petendam restitutionem computatur a die ultimæ sententiæ.
2 Quadriennium restitutionis aduersus probationes omissas non currit a die præfixionis termini sed a die sententiæ uel sententiarum postea latarum.
3 Produci possunt instrumenta post conclusionem.
4 Restitutio petēda est, nedum aduersus probationes omissas sed etiam aduersus sententias.

5 Resti-

5 Restitutio non datur post quadriennium.
6 Restitutio datur etiam post quadriennium probato impedi-
mento.
7 Restitutio aduersus quadriennium datur propter ignorantiam
etiam post.xl.annos.

1 ADditio,ad istam dec.adde Cassa.dec.2.eo.tit.Staph.in
loco allegato in pcedenti dec.& dec.capel.Tollo.54.&
55.Et de quadriennio isto post mortem Pupilli,quan-
do incipiat loquitur Egid.deci.653.& dec.seq. Nota tamen
2 hic ꝙ † quando præfigitur terminus peremptorius ad producen-
dum omnia iura,si pars non producit: lapso quadriennio nõ po
test producere,nec restitutionem prosequi aduersus probationes
omissas licet si post præfixionem talis termini sequatur sententia
tempus restitutionis petende non currat nisi, a die sententiæ
uel sententiarum & sic resoluuntur contraria. Nota secundo
3 † ꝙ post conclusionem in causa de equitate Rotæ possunt pro
duci instrumenta & literæ,non obstante etiam lapsu termini ad
4 producendum omnia,præfixi. Nota tertio † consilium quod
datur hic,in fine, & teneas menti ꝙ tutius est nedum aduersus
probationes omissas sed etiam aduersus sententias petere restitu
tionem,& tunc cessat omnis dubitatio.Et ad istam dec.facit re-
116 solutio * facta in quadam causa coram Domino meo de
5 sancta cruce,† ꝙ post quadriennium non datur restitutio ne di-
spositio c.1.de in integ.resti.sit frustatoria ut per Fel.in.c.1.col.
fin.de præscrip.& Cassad.d.dec.2.præsertim quia lesio non po-
test prætendi in beneficialibus ut per Inno.in.c.quærellam de
6 electione & dec.8.de proc.in anti.† fuit tamē data restitutio post
117 quadriennium probato impedimento,in causa † Astoricen.
portionis coram Mariscoto ut refert Tolomæus deci.96.Et ad
118 ista facit alia dec.* facta in causa mea Bononien.hæredi-
7 tatis.coram domino Accorambono. † ꝙ etiam post.40.Annos
datur restitutio aduersus quadriennium,ex capite ignorantiæ ut
per Affli.dec.32.379.& uide Staph.fo.162.& in alia impr.120.

III.

Summarium.

In petitione restitutionis in integrum propter lapsum fatalium nõ
est necessaria litis contestatio.h.d. 9.

Epitome.

1 Litis contestatio non requiritur in causa restitutionis ob lapsum
fatalium.
2 Restitutio quando incidenter uel principaliter dicatur petita &
quæ sit differentia.
3 Officium iudicis rescindens & rescisorium quale sit.

1 ADditio † Ratio istius dec.est ꝙ ista restitutio dicitur in
cidenter petita quia si principaliter diceretur petita tũc
esset necessaria litis contestatio cum ista dec.concordāt
dec.2.&.3.hoc titu.in anti.& Biseg.unica.eo.titu.ubi etiam di-
2 cit.† ꝙ quando petitur principaliter requiretur mandatum spe-
tiale,& ꝙ si sit pronuntiatum, super restitutione ꝙ restitutio quo
ad illam sententiam non erat multum necessaria sed tantum ad
appellandum. Contra dec.istam tamen facere uidetur deci.
prima hoc tit.in ant.ubi quādo principaliter petitur restitutio est
concedenda,sine aliqua summaria cognitione: secus si inciden-
ter peteretur,tamen pro resolutione,considera uerba illius decis.
dum dicit,ꝙ est concedenda sine causæ cognitione, ad hoc ut
quis admittatur ad restitutionis petitionem,& uide.Inno.in lo-
co ibi allegato,& uide omnino Fely.in.c.fi.de off.iudi.qui late
examinat materiam istam:pro quibus etiam faciunt quæ dixi in
fra de litis contesta.dec.5.col.2.facit deci.sequens, uideas per te
istam dec.quæ ponit plures casus,quia ista materia parum prati
catur in curia,ubi semper summariæ proceditur sine litis conte-
statione,& libello & uide ad materiam ultimi dubii.Egid.502.
Vbi dicit ꝙ quando restitutio in modum replicationis proponi
tur censetur incidenter intentata,& Egi.299.dum tractat de re-
3 scisione laudi.Et Nota † hic differentiam inter officium iudicis
rescindens & rescisorium & uide dec.sequentem.

IIII.

Summarium.

In causa restitutionis ad appellandum, non est litis contestatio
necessaria.h.d. 44.

Epitome.

1 Litis contestatio non est necessaria in causa restitutionis ad ap-
pellandum.

1 ADditio,ista dec.† est satis clara: & ratio reditur in ea,ꝙ
in hoc casu proceditur, summariæ, prout in probanda
infamia,contra illum,contra quem est formanda inqui
sitio,uel decernenda citatio ad personaliter comparendum,De
materia restitutionis ad appellandum. Vide deci.sequentem ac
dec.ultimam infra quæ declaratur per istam,& uide decis.præ-
cedentem.

V.

Summarium.

Petenti se restitui ad appellandum nisi aliqualiter de suo interesse
doceat non sufficit impedimenta probare.h.d.uel sic, petens se
restitui ad appellandum,debet docere aliquid de suo iure ultra
probationem impedimentorum.h.d. 87.

Epitome.

1 Restitutionem petens debet aliqualiter probare de bono iure.
2 Restitutio non datur pro eo q allegat ꝙ procurator substitutus
monitus ad comparendum & acceptandum non comparuit.
3 Restitutio non datur ex eo ꝙ procurator recesserit non dimisso
substituto acceptante.
4 Restitutio datur etiam non reffectis expensis quando quis non
fuit personaliter citatus secus tamen &c.

1 ADditio,† secundum summarium est tenendũ quia me-
lius,cum ista dec.concordat dec.30.de Rescri.in anti.
& Egi.334.&.418.ubi ꝙ sufficit quælibet modica præ
119 sumptio,& faciunt dicta supra.dec.1.& facit* dec.facta in
causa Calaguritana Abbatissatus coram domino Vestano ubi
2 resolutum fuit † non sufficere ad restitutionem allegare,ꝙ pro-
curator substitutus monitus ad acceptandum uel reffutandum
120 non comparuit,& alia dec.* facta in eadem causa,† ꝙ non
3 erat danda ex quo,procurator recessit non dimisso,substituto ac
4 ceptante:† restitutio tamen datur quando reus non fuit persona
liter citatus & auditur tunc, etiam non reffectis expensis ut in
121 una * Zamoren.parrochialis si tamen ille fuisset personali-
ter citatus tunc etiam datur sed reffectis expensis ut in una
122 * Illerden.beneficii coram domino Aquen.de anno.1545.
per nota.per Staph.fol.162.& in alia impress.120.

VI.

Summarium.

Petens restitutionem in integrum aduersus tres sententias,latas pro
possessore,non tenetur cauere secũdum formam.c. suscitata,de
resti.in integ.435.

Epitome.

1 Restitutionem petens quando teneatur cauere.
2 Restitutio quando petitur ab habente administrationem uel nõ
differentia.

1 ADditio ista † dec.est clarissima, uideas eam per te quia
distinguit plures casus. Et ad materiam restitutionis.
Aduerte ad unũ,ꝙ est magna differentia, quando sim-
plex clericus uel prælatus qui habet tantum administrationem
petit restitutionem quia prælatus dicitur agere nomine eccle-
siæ,loquor,quando agitur super fructibus ut fuit tentum in una
223 * Tiburtina grani coram domino de Grassis.

VII.

Summarium.

Per litis contestationem in causa restitutionis in integrum principa
liter intentata,præclusa est uia cognitionis præambulæ. 119.

Epitome.

1 Lite contestata in causa restitutionis non est cognoscendum amplius de lesione uel iustitia illam petentis uel de aliis præambulis.
2 Restitutio in integrum petitur diuersis modis.
3 Restitutionem petens per litis contestationē uidetur habilitatus ad rem petendam.
4 Restitutus quis uidetur si post impetratam & præsentatam commissionem &c. iudex procedat ad ulteriora.
5 Restitutio non datur etiam si constet de iniustitia sententiarum nisi quis iustificet titulum suum.

1 ADditio, † post uerba cognitionis præambulæ, de quibus in summario adde: de lesione seu iniustitia sententiarum aduersus quas petitur restitutio. intendit. n. dicere, ista deci. ꝙ per litis contestationem est aperta uia & inchoatum iuditium restitutionis & ideo non potest amplius opponi ꝙ debeat ante omnia constare de aliquo iure petētis restitutionem. Istud enim quod constet de bono iure petentis restitutionem est quodam præambulum quod requiritur, a principio antequā iudex incipiat cognoscere de causa, ut dicit decis. 4. supra eo uel dicas
2 ꝙ † restitutio tripliciter petitur. Nam Primo quis petit restitui aduersus sententiam uel contractum aut præscriptionem. Secūdo ꝙ postquam declaratum fuerit eum restituendum res restituatur.
3 Tertio modo, † quis petit se admitti ad restitutionem in integrum & successiue eodem contextu rem restitui & iste est casus noster ꝙ p litis contestationē quis uidetur restitutus uideli cet habilitatus ad rem petendam ut dicit Inno. in locis in decis. 124 allegatis. Et ideo alias Rota in una * Cauarien. decimarum coram Tollomeo uoluit ꝙ † per processum ad ulteriora in causa
4 principali post præsentatam comisionem & repetitionem actorum pro iustificatione restitutionis petitæ censeretur ecclesia restituta adeo ꝙ licet negotium principale non esset expeditum infra quadriennium, nihil erat. Et ad præmissa facit deci. facta in 125 causa * Calaguritana Archidiaconatus ubi † licet constaret
5 ex actis de iniustitia sententiarum & executionis factæ contra Martinum Ximenez & propterea ꝙ Martino debebatur restitutio in integrum aduersus illas, & propterea peteret se restitui ne dum aduersus sententias sed ad beneficium Domini resolue runt ꝙ ipsi iustificaret titulum suum, ꝙ sibi daretur restitutio, quo ad omnia. Rota enim quantum potest quærit euitare circuitus si enim pronunciaretur quem esse restituendum in integrum daretur materia appellandi & sic tres sententiæ darentur super restitutione in integrum, & tres super restitutione rei.

DE ALIE. IVD. MVT. CA. FAC.

I.

Summarium.

Cessio actionis motæ, per patrem, in filium clericum emancipatum contra laicum, ualet. 177.

Epitome.

1 Cessio actionis motæ potest cedi in clericum contra laicum.
2 Cessio debiti de quo non constat nisi per confessionem nō ualet.
3 Cessionem iustificare tenetur creditor cui facta fuit cessio probādo ꝙ erat creditor aliter quam per confessionem cedentis.
4 Cessio ex causa donationis pro meritis & seruitiis ualet etiam illis non probatis.

1 ADditio, ista † dec. habet quatuor capita, nec fit mētio in summario nisi de uno, quod uide per te, quia decis. satis clare loquitur, & dum dicitur ꝙ laicus semper præsumitur potentior. Clerico. uide Sar. q. 1. regulæ de subrogan. num. 2. In secunda uero parte dec. examinatur quando cessio dicatur
2 simulata. In tertia autem parte dubitatur, An † cessio debiti de quo non constat nisi per confessionem debitoris ualeat Et ista pars non bene percipitur nisi uideantur iura hic allegata, dubitatur. n. in hac tertia parte, an † si ego cedo alicui creditori meo cre
3 ditū meum, nec constet aliter illum cui cedo esse meum creditorem q̄ per confessionem meam, an ualeat talis cessio, cum alias regulariter permittatur cessio in creditorem, & collector dicit esse commumem ꝙ nō ualet cessio, Et istam opinionem secuta est 126 Rota in una * Florentina pecuniaria inter. R. D. Franciscum Soderinum & Magnificum. D. Luysium de Rodulphis fratrem Cla. Me. Nicolai Cardinalis Rodulphi quem ob eius optimas uirtutes causas & negotia sua tractando pluribus annis
4 colui: In ultima uero parte dec. dubitat † an ualeat cessio facta ex causa donationis adiecta clausula pro meritis & seruitiis, illis p cessionarium nō probatis & tenet eam ualere licet Bar. teneat contrarium. Et aduerte ad text. dum allegat. l. 1. C. de actio. & & obli. quia uult dicere. l. per diuersas. C. mandati.

II.

Summarium.

Actiones reales cedi possunt per non possidentem. h. d. Et quid trāseat in cessionarium per talem cessionem & quomodo agere potest hic plene notatur. 179.

Epitome.

1 Actiones reales cedi possunt ut hic, &c.

1 ADditio, dec. † ista non dubitat quin actiones reales cedi possint per non possidentem sed tantum dubitat & nō bene resoluit an dominium per talem cessionem transferratur, & an cessionarius possit intentare rei uendicationem, & an agendo uideatur intentare directam uel utilem aut publicianam, & quid quando agitur omni meliori modo prout seruatur in curia uideas per te.

Expliciunt Annotationes & Additiones in nouas Rotæ decisiones excellen. D. Antonii Mariæ Papazzoni Iur. Vt. Doct. in Ro. Cu. causarum Patroni sumptibus D. Michaelis Tramezini mercatoris & Venetiarum ciuis impresse anno a partu Virginis. M D L I.

INDEX SEV TABVLA EORVM OMNIVM QVÆ IN ADDITIONIBVS ET ANNOTATIONIBVS AD NO. RO. DECI. EXCELLENTISS. D. ANTONII MARIÆ PAPAZZONI CONTINENTVR ORDINE ALPHABETI.

offic.

Termini

FINIS.

ERRATA SIC EMENDENTVR.

Folio.2.col.1.nu.3.linea.4.lege quid loco quod fol.2.col.2.nume.4.lin.3.solitus, fol.2.col.2.nume.6.lin.3.deleg.&, fol.2.col.2.nu.10.lin.2.ducatis, fol.2.col.2.nume.13.lin.6.deuolutione, fol.2.col.2.nume.13.lin.8.deleg. in eis, fol.3.col.3.nume.20.lin.4.omni, fol.3.col.1.nume.36.lin.8.præstitus, fol.3.col.1.nume.37.lin.2. fol.3.col.1.nume.37.lin.12.nunc, fo.3.col.1.nu.45.lin.7.&,fol.3.col.2.n.50.lin.2.uiolaretur,fol.3.col.2.nu.52.lin.7.taxantur,fol.3.col.2.nu.53.lin.4.parrochiam,fo.3.col.2.nu.53.li.10.præfatis,fol.3.col.2.nu.54.lin.1.ac,fol.3.col.3.nu.60.lin.1.adde domino,fol.3.col.3.num.63.lin.4.Reueren.fol.3.col.3.nu.65.lin.2.sequestrum.fol.4.col.3.nu.17.lin.2.intimantur, fo.4.col.3.nu.21.lin.13.agitur,fol.4.col.4.nu.24.lin.4.decens.fol.4.col.4.nu.2.Epitome.ac de.fol.4.co.4.Epitome.sit.fol.5.col.1.nu.1.lin.2.prædicti,fol.5.col.3.nu.5.lin.6.cãcelletur,fol.5.col.4.nu.1.Epitome.dele.post terminũ. fol.6.col.2.nu.3.lin.2.quid,fol.6.col.2.nu.3.lin.10.adde, dicit & dele.ubi,fol.6.col.3.nu.1.lin.1.adde uerbum adde,fol.6.col.3.nu.2.lin.10.Papa,fol.6.col.4.nu.6.lin.3.deffectus,fol.7.col.1.nu.2.lin.2.statum,fol.7.col.1.nu.2.lin.4.approbet.fol.7.col.1.nu.3.lin.18.intelligatur.fol.7.col.2.nu.7.lin.1.agitur, fol.7.col.3.nu.14.lin.11.adde fit,fol.8.col.1.nu.7.lin.7.totum,fol.8.col.1.num.9.lin.7.abbatie.fol.8.col.1.nu.11.lin.8.instent,fol.8.col.2.nu.13.lin.1.dele.etiam,& pone &,fol.8.col.2.nu.15.lin.14.alia,fol.8.col.2.nu.2.lin.1.soleat,fol.8.col.3.nu.2.lin.34.constiterit,fol.8.col.4.nu.2.lin.24.dele.doc.& pone tot,fol.8.col.4.num.6.lin.2.dele.fiunt & pone fuerit,fol.9.col.1.nu.1.lin.3.contrarie,fol.10.col.1.nu.2.lin.6.dele.eundem & pone eam. fol.10.col.1.nu.1.lin.25.tendunt,fol.10.col.3.nu.2.lin.13.intelligitur,fol.10.col.3.nu.1.lin.3.gradu.fol.10.col.4.nu.3.lin.2.reseruata,fol.11.co.2.nu.5.lin.3.Cauarien.fol.11.col.2.nu.2.lin.4.uiduata,fol.11.col.2.nu.3.lin.10.sexto,fol.11.col.3.nu.1.lin.16.isti.fol.11.col.4.Epitome.7.adde.Per.fol.11.col.4.nu.2.lin.1.benefitium,fol.11.col.4.nu.2.lin.2.Realiter,fol.11.col.4.nu.4.lin.4.perceperit.fol.11.col.4.nu.4.lin.7.adde si,fol.11.col.4.nu.4.lin.8.cessionem.fol.12.col.1.nu.8.lin.8.continuata, fol.12.col.1.nu.10.lin.1.adde &.fol.12.col.2.nu.11.lin.21.Restitutionẽ fol.12.col.2.nu.14.lin.5.Percipiendorum,fol.12.col.2.nu.14.lin.6.primo uolumine,fol.12.col.3.Epitome.3.absoluunt.fol.12.col.4.Epitome.4.&.5.Resignans,fol.12.col.4.nu.2.lin.2.Resignatione fol.14.col.1.nu.10.lin.5.dele.qp.& pone qui,fol.14.col.2.Epitome.3.tendant,fol.14.co.3.n.2.lin.5.sæpe,fo.14.col.3.nu.10.lin.7.ualebat,fol.14.col.4.nu.12.lin.7.tamen,fol.14.col.4.Epitome.9.dictis,fol.14.col.4.nu.12.lin.2.sacram,fol.14.col.4.nu.12.lin.6.bigamie,fol.15.col.1.nu.2.lin.2.delegato,fol.15.col.1.nu.5.lin.4.procedit,fol.15.col.2.num.1.lin.2.tene,fol.15.col.3.nu.5.lin.1.adde substituat,fol.15.co.3.nu.2.lin.3.confouendo,fol.15.col.3.nu.2.lin.15.scit,fol.15.co.3.nu.3.lin.4.adde licẽt,fol.15.col.3.nu.6.lin.2.instituendi,fol.15.col.3.nu.8.lin.1.facta.fol.15.col.4.Epitome.6.comiti,fo.16.col.2.in summario.1.duo.fol.16.col.2.in summario.4.facta,fo.16.col.3.Epitome.3.quid.fol.16.col.4.nu.1.lin.2.post,fol.16.co.4.nu.3.lin.5.tamẽ,fol.16.col.4.nu.4.lin.1.nos,fol.16.col.4.Epitome.1.qualibet fol.17.col.1.Epitome.2.probari.fol.17.col.1.Epitome.1.si.fol.17.col.3.nu.2.lin.1.partium,fol.17.col.4.num.4.lin.3.uacent.fo.18.col.1.n.2.lin.3.del.priuilegiis,fol.18.col.2.n.1.lin.6.caussam,fol.18.col.3.nu.4.lin.10.casus,fol.18.col.3.nu.6.lin.4.extenderetur,fol.18.col.3.nu.7.lin.ult.de,fol.18.col.4.in summario.3.electus,fol.19.col.1.nu.1.lin.6.dele.ab.& lege ad.fol.19.col.1.nu.3.lin.ult.dele.infra,fo.19.co.3.nu.2.lin.12.substituat,fol.20.col.1.nu.1.lin.6.secundo, fol.20.col.1.nu.1.lin.ulti.adde & in.c.post cessionem de proba.fol.20.col.2.nu.2.lin.penultima prosecutione,fol.20.col.2.nu.4.lin.2.quibus,fol.20.col.2.nu.5.lin.7.contrarius.fol.20.col.4.nu.1.lin.13.& cætera & dele.&.fol.21.col.2.num.1.lin.ultima.executionis,fol.21.col.2.in summario.lin.2.exigatur,fol.21.col.3.in summario.lin.2.sic & dele.hic fol.21.col.4.in summario.lin.3.generalis,fol.22.col.1.nu.1.lin.8.habuisse,fol.22.col.2.nu.1.lin.8.qui,fol.22.col.2.nu.1.lin.8.procuratori,fol.22.col.2.nu.1.lin.5.&,fol.22.col.3.nu.3.lin.8.quod,fol.22.col.3.nu.3.lin.18.dele.dictum,fol.22.col.3.Epitome.1.ob,fol.23.col.1.in summario.4.lin.4.dele.secũdũ ultimam impressionem,fol.23.co.2.nu.1.lin.12.adde medium.fol.23.col.2.n.3.lin.5.dele.de,fol.23.co.2.ante summarium dele.60.& lege.40,fol.23.col.4.nu.4.lin.7.istud.fol.23.col.4.nu.1.lin.15.qui,fol.24.col.3.nu.4.lin.11.ipse,fol.24.col.4.num.1.lin.2.satis.

FINIS.

Decisi
Nouæ
& Anti


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm